



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



CASPARIS ZIEGLERI
De
JURIBUS MAJESTATIS
TRACTATUS ACADEMICUS,

In quo
pleraq; omnia, quæ de

potestate & juribus Principis
disputari solent,
STRICTIM EXPONUNTUR.

Cum Gratia & Privilegio ELECTORIS SAXONIÆ.




WITTENBERGÆ,
Sumptibus Hæred. Doct. TOBIÆ MEVII, & ELERTI
SCHUMACHERI,
Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO CHRISTI M. DC. LXXVI

THE GUARANTEE
POLICY

OF

THE GUARANTEE POLICY

THE GUARANTEE POLICY



INCLUTÆ
ELECTORALIS SAXONIÆ
ORDINIBUS,
PERQVAM REVERENDA DIGNI-
TATE, ILLUSTRISTEMMATE,
ET EQVESTRI SPLENDORE,

TUM ET

ERUDITIONE ATQVE PRU-
DENTIA EXCELLENTISSIMIS

DNNN. PRÆLATIS,
COMITIBUS, BARONIBUS, NO-
BILIBUS, ET CIVITATUM
RECTORIBUS,

VIRIS HEROIBUS ET CIVIBUS
REGENDÆ REIP. SCIENTISSIMIS
PRINCIPI ET PATRIÆ CHARISSIMIS

*DOMINIS ET MÆCENATIBUS ATQ;
PATRONIS MEIS*

TRACTATUM HUNC

INSCRIBO & OFFERO

CASPAR ZIEGLERUS.



Legans & valdè accommo-
data inter Politicarum disci-
plinarum Doctores est com-
paratio, quâ Remp. huma-
no corpori similem esse a-
junt, ita ut paria inter se faciant utraqve,
nec differant, nisi quod alterum naturâ ta-
le sit, alterum imitatione. Diverſa in cor-
pore naturali eſſe membra artiſicioſè inter
ſe juncta, & ita quidem, ut unumquodque
ſpeciali fungatur officio, nemo eſt, qui non
intelligit. Imperat caput, & ex eo veluti
ex arce aut palatio aliquo reliquis, quid fa-
ciendum ſit, præſcribit mens verè divina :

in-

inerviunt cætera, diversa tamen sub figura,
prout munus, quod sustinent, præstantius
aut vilius fuerit. Et ista tamen omnia in-
ter se ita compacta & conglutinata sunt,
ut si læsum fuerit omnium, quod videtur,
minimum & contemptissimum, propter
consensum & harmoniam, quam inter se
habent, afficiantur simul reliqua omnia, ut
ipsum etiam caput, si pes condolescat, si digi-
tus, ferre id nequeat, & totum aliquando
corpus langvore atque ægritudine corri-
piatur. Eadem est ratio corporis politici
ex civitate constructi. Habemus in eo
caput, habemus membra, nobiliora partim,
partim viliora, magistratûs, Consiliarios,
milites, mercatores, opifices, agricolas.
Unicuique suæ sunt partes, sua munia ad
conformationem totius. Unusquisque,
necesse est, ut operâ sua concurrat ad com-

munem beatitudinem, quam civitas intendit. In eâ si defecerit quisquam, ne latius serpat, quod inde exsurgit, malum, Principis est cavere, suppliciiis indictis, si aliter prohiberi nequeat. Et in hoc scilicet studio consistit harmonia illa, quam inter imperantes & parentes statuunt publicarum rerum formatores: & in hoc consensu versatur tota Reip. salus, quam promoveri non principis tantum, sed cujusque etiam privati interest. Præcipuum autem ejus momentum à majestate petendum est, quam à divinâ secundam accepit Princeps, quam utramque propterea conjungit Autor libri de mundo cap. 6. dum legem civilem in certo statu Deo comparat. *Ut summatim loquamur, inquit, quod in navi gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in civitate, & dux in exercitu, hoc DEUS est in mundo,*

nisi

nisi si hactenus interest, quod labor & motus multiplex illos exercet, & cure angunt varia; cum huic illaborata succedunt omnia, omnis molestiae expertia, citraque corporis infirmitatem, quippe cui in loco stabili immotoque collato, omnia movere & circumagere pro arbitrato liceat, quo libitum est cunqve & quomodo libitum, idque diversis in formis simul atque naturis. Id autem ratione simili facit ille, atque lex civilis, quae immobilis ipsa existens in utentium animis regit omnia ad Remp. pertinentia.

Cæterum ut harmonia ista justam retineat proportionem, & in symmetriam suam consistat, non sufficit artis quascunqve regulas applicare, sed ipsa naturalis ratio & gentis cujusque indoles præcipue hinc attendi debet. Uti enim in musicâ artificiali toni dantur à se invicem differentes & diversi, intra quos necesse est ut decurrat cantus, suaque Ionico, Dorio, Phrygio, Lydio, Mixolydio, & Æolico est mensura, quæ *musica* haud admittit: ita dantur etiam
in

in hominum societatibus certæ formæ innatæ quali aut connatæ , quas transgredi nullo modo licet. Et hæc causa est , quod non liceat optimam in quovis populo applicare Reip. formam, uti id observant Politicæ Studiosi. Sicut enim non ex quovis ligno fit Mercurius : ita non quævis forma in quovis populum introduci potest ; aut certè , qui tale quid conatus fuerit , magno suo malo experietur , cum ingeniis hominum sibi negòcium esse , & naturam ipsam à se temerè expugnari. *Non sono gli huomini* inquit **MARCHIO VIRGILIUS MALVEZZI** *in Tarquin. superb. p. 138. che costituiscono le Repubbliche, o vero i principati, mà una certa natura, ò forza d'interesse, che quantunque non conosciuta non lascia loro ritrovar quiete, sine che non gli conduce, doue hanno maggior proportione, in quella guisa, che auuenir suole à gli elementi, che non sapendo, oue vadano, condotti da un natural istinto non ritrovano mai quiete, per sino,*
che

che non arrivano a quel luogo, che benché fosse loro naturale, non conoscevano. L' acqua nella sua propria sfera non pesa, & i popoli nella loro natural forma facilmente si reggono, ne si possono cavare, o ritenere fuori di quella senza una violenza poco durabile. &c.

Sed & formata jam Rep. peccat ille, qui
ri regem tenet, si putat, licere sibi omnia, & ex
plenitudine potestatis, quam vocant, ab-
solutum sibi competere imperium. Etsi e-
nim negari nequeat, Principem non solum
esse supra singulos, sed etiam supra omnes
collectivè & universim sumptos, nec adeò
judicari à quoquam posse; potestas tamen
illa, quam à Deo accepit conformis esse de-
bet voluntati divinæ. Hæc autem est vo-
luntas DEI, ut principes à se constituti ty-
rannicè ne imperent, sed ut boni pastoris
officium expleant, ut salutem sibi commissi
gregis procurent, ut nihil turpe imperent,
nihil fordidum, non cupiditate, non teme-

b i rita-

ritate incendantur, sed verissima animi temperantiâ subditorum utilitatem quærant, regnumque suum non tanquam corpus, cui unâ cum ipsis moriendum sit, sed quod in successoribus suis æternum esse debeat, administrent. Vicissim verò nec subditis abuti hâc Principis sui benignitate licet, quippe quibus ex obedientia & subjectione gloria nascitur. Non malè dixit Fronto Consul apud Dionem *in Nervâ*: *malum esse eum, imperare, sub quo nemini quicquam concessum, sed longè pejus sub eo vivere, sub quo maxime liceat.* Nec permittendum ergò, ut quisque suo modo & more vivat, sed videndum omninò, ut Reip. accommodatè. Quin etiam, si quid grave & asperum jubeat Princeps, non propterea obedientia illicò deneganda erit, modo ne cogat ad impietatem. Tenenda scilicet est patientia, neque statim fremendum

dum est adversus eos, qui qualitercunq; imperio suo abutuntur, cum ex præcepto divino etiam illis, qui *σκολιοὶ* sunt, parendum sit, ne discidium excitetur. Nec proinde audiendi sunt hodierni morum in Ecclesia Latina formatores, dum statuunt, non teneri obedire subditum, quando probabiliter dubitat, utrum obedire teneatur, & posse denegare obedientiam, si dubitat, num superior sit legitimè electus. Quæ quidem dogmata manifestè pugnant non tantùm cum praxi priorum seculorum, sed cum ipsa etiã Scriptura sacra. Et quæ verò sperari inde poterit Reip. salus, si subdito dubitanti de obedientia præstanda parère haud liceat,? Non omnium eadè de eadem re est sententia, & sicutiq; rarò continget, ut non aliqui subinde sint, qui de justitiã ejus, quod jubetur, dubitant. Nec verò poterit dubium,

quod corrupto fortè alicujus judicio oboritur, tollere præceptum divinū aut dispensationi locum facere, quippe quod simpliciter jubet superioribus potestatibus obtēperare, nec admittit scrupulosas subditorum disquisitiones. Si æquo duriores sunt imperantes, culpā quidem non carent, propterea tamen obedientia denegari illis nequit, ideò scilicet quia ut actus ratus sit, pauciora requiruntur, quàm ut sit rectus, uti communis est in scholis doctrina. Optimè se habet Reip. administratio & regimen ipsum, quando is, qui τὸ κύριον tenet, cum Ordinibus suis de rebus gravioribus deliberationes instituit, eorum tùm opinioniones, tùm querelas subinde enascentes audit, & ex collatis sententiis id, quod cōmuni bono proficuum visum fuerit, decernit. Prudenter admodum **JACOBUS**

BUS VI. Magnæ Britanniae Rex Oratio-
ne habitâ ineunte hoc seculo in conventu

Ordinum suorum: *Ego, inquit, hoc Orbe teste*

*profiteor, nihil me unquam ad vos relaturum, quod non
a quæ Reip. commodis possit, quàm meæ ipsius utilitati
servire, & iis nunquam decretis intercessurum, quæ uti-
litati publicæ, cujus ego procurandæ causâ in hoc fastigi-
um sum erectus, aliquid conferre videbuntur. Vos au-
tem ut hic de iis negociis deliberaturi sedetis, quæ à Rege
in hunc Senatum offerentur, ita quæcunque necessaria vi-
debuntur, sive ad fines illos quorum gratiâ hos Ordines
coire monuimus, sive ad indicanda patriæ vulnera, quæ
iis involucris obteguntur, ut nisi aperientibus vobis, non
possint in Regis cognitionem ac veluti conspectum ve-
nire, ea communi discutienda consilio proferre debetis.*

Nec verò metuendum hîc est, ut per-
tyrannicam talem Princeps de potestate suâ a-
liquid perdat, aut majestate suâ excidat, uti
quidem fuerunt omni tempore, qui id con-
sequi exinde falsa opinione persuasi fuerunt,

quos solidè refutarunt; tùm ali, tùm impri-
mis Philippus Cominæus *comment. lib. 10.* &
prudentissimus Galliæ Cancellarius Mi-
chael Hospitalius apud Thuanum *lib. 27.*

In tali harmonia & mutuo imperantis
atq; parentium consensu dum patriam meã
optimè florentem observo, non potui non
VOBIS PATRIÆ PATRIBUS, quas
jam olim studiosæ juventuti proposui, exer-
citationes, nunc in justum systema colle-
ctas consecrare. Vivimus sub imperio
Principis & tali quidem, quod *δύσκολον* non est,
nec adstrictum nimis, qui ut omnem à se a-
vertat violenti regiminis & dominatûs suspi-
cionem, volentibus & consentientibus le-
ges præscribit, onera imponit, bellum de-
cernit, pacta init, & laudi sibi ducit, ex sub-
ditorum suorum judicio atq; approbatione
com-

commune bonum sustineri, planè ut THEODOSIUS Imperator persuasum olim habuit, quod cum consilio Senatûs fuisset ordinatum, id ad beatitudinem imperii sui & ad suam gloriam redundare. Vicissim verò, dum nobis constat, necessitatem aut utilitatem publicam ex bonis & facultatibus nostris sublevari aut juvari posse, nemo erit, qui Principi talia jubenti non obtemperare, suisque fortunis non adfiteri velit. Quod si omninò tam vecors aliquis & imminutæ mentis fuerit, ut putet, iniquè à se extorqveri numum, ex quo nullum ipse lucrum sentiat, parùm consideratè ille de rebus humanis, & suam ipsius sorte judicium feret. *Ratio, inquit Cicero 2. de finib. facit hominem hominum appetentem, cumque his natura & sermone & usu congruentem, ut profectus à charitate dome.*

*domesticorum ac suorum, currat longius, & se implicet
primum civium, deinde omnium mortalium societate:
atque ut ad Architam scripsit Plato, non sibi se soli na-
tum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut per exigua pars
ipsi relinquatur.* Nec dubito, post accuratio-
rem rerum disquisitionem & pleniorẽ bo-
ni communis cognitionem idem prorsus e-
venturum, quod de istiusmodi civibus, fe-
licitatem suam non nisi ex quæstu æstiman-
tibus, judicavit Mæcenas, **AUGU-
STUM** Imperatorem his verbis alloquens:
*Non clam me est, nonnullos tributa & vectigalia insti-
tui, agrè laturos esse. Verum hi ipsi, si neque alio præ-
terea damno afficiantur, & re ipsâ comperiant, hoc ipso-
rum salutis causâ, utque ceteris suis bonis tutò frui pos-
sint, exigi, præterea cum plerique ipsorum eam pecuni-
am alii Magistratum gerentes, alii præfecti regionum,
alii militantes accipiant, magnas tibi gratias agent, quod
exiguam reddituum suorum partem tibi conferentes, re-
liqua omnia sine damno percipere possint.* Testan-

tur

tum Comitata nostra provincialia, quibus ve-
luti glutine aliquo imperantis & paren-
tium animi coassantur quasi, & in unum
consensum coalescunt, quantum utrinque
amor mutuò se exserat, quantaque clemen-
tia Princeps & observantia subditi inter-
secent, ut subsistente tali harmonia ve-
rendum haud sit, ne non aliquod publicæ
rei exurgat dispendium.

Vobis igitur, PATRES PATRIÆ,
quos in partem curarum publicarum sibi
ex Majorum instituto adscivit benignissi-
mus Princeps, quive & cum reverentiâ co-
lere Majestatem, & parere didicistis, has
de majestatis juribus disquisitiones, qui-
bus totam, nō fallor, Principis potesta-
tem, tum & subditorum officia subinde

c

ex-


exposui, & inscribo & offero. Nullus du-
bito, meum hoc studium vobis haud futu-
rum ingratum, & me sic in patrocinio ve-
stro perpetuò mansurum. DEUM ve-
neror, ut sub tranquillo regimine SE R E-
NISSIMI ELECTORIS ac DO-
MINI nostri, inclyta hæc omnis pro-
vincia per multa adhuc secula vigeat,
floreatqve. S. Wittebergæ d. IX.

Martii, ANNO SALUTIS

1621.



BENE-



BENEVOLO LECTORI

S. P.



Uam tibi nunc exhibeo

do Juribus Majestatis tractatum, ex Disputationibus ille Academicis in utilitatem juventutis primum conscriptis coactum. Observaveram, perniciosas aliquando in scholis circumferri sententias, easque ab adolescentibus in hoc disciplinarum genere parum exercitatis avidè adprehendi, dehinc inaudituniculas istas nec perceptas probe, nec satis digestas, quandoque quasi pulverem ob oculos, cum ardori aliquem fuerint, protinus adspergi. Id ne fieret porro, summam ego cautionem atque unam provisionem esse putavi, postquam officium & partes Doctoris suscipi, ut quid statuendum esset, quantàque cum veneratione majestatis haberi deberet ratio, publice docerem. Scripsi igitur unam, deinde mox alteram dissertationem. Sed longe aliter cecidit res, atque ego intenderam. Fuerunt enim ex ipsis illis, quorum in gratiam exercitia talia institueram, qui cathedræ juridicæ parum

con-

convenientes has dicerent disceptationes ; digni profecto, qui non sibilis tantum, sed cachinnis etiam & objur-
gationibus explodantur, dum privatis juribus addiscen-
dis toti immerfi, publici nullam sibi esse curam satis cras-
sè & impudenter produnt. Et potuisset verò perversum istud iudicium sufflaminare hoc meum studium, aut etiam prorsus convellere, nisi fuissent subinde alii, siquæ haud paulo plures, quibus quod in publicum jam prodierat, haudquaquam displicuit, imò verò placuit impense. Nec potuit tamen hic istorum applausus apud me efficere, ut corrogarem undique, qui Respondentis munus susciperent. Quæ & causa fuit, quod tardè nimis procederet negotium, & per aliquot annorum spacia laborem istum protelare nonnunquam oportuerit, & quod quæ finem imponunt, aliquot capita cathedræ scholasticæ adaptata nunquam fuerint. Ita nempe constitutum mihi erat, ut parata perpetuò pensæ me esset aliqua talis dissertatio, suamque defensorem expectaret, statem interim agens, eamque flavescantibus quandoque literis prodens. Qui si venisset tandem, & hanc provinciam in se sponte aut suavis aliorum suscepisset, haud exiguum interim à proximè precedente dissertatione elapsum fuisse temporis spacium, multà cum indignatione sæpè animadverti. Plane gratuitum talis quando promiseram præsidium, ut invitarem ad has partes

res suscipiendas, si qui essent, qui abdomini, quam laudis
atque gloriæ nummos impendere mallet, ut vel hâc
ratione Studiosorum nomen, quod profitebantur, ut-
cumque sustinerent, aut mentirentur saltem. Sed nec
num quidem profeci quidquam, quod fatali quodam ve-
terno aut torpore animi omnium viderentur esse occu-
pati, & bonæ literæ suis amatoribus nunc destitui sensim
inciperent. Interea verò, dum in alia omnia subinde
excurro, non destiti identidem hunc provolvere lapi-
dem, & quoad fieri potuit, eundem ita præcidere, ut in-
tegralicuius ædificiū materiam subministrare aliquando
posset. Lento hoc progressu effectum est tandem, ut vi-
deretur, quæ ita particulationi prodiere disquisitionum
argumenta, iustum opus conficere posse. Id cum per-
multi omnè cuperent, & ut manus secundam adhibe-
rent, omnibus modis svaderent, nolui ergo factum hunc
meum deferere, sed novo hoc vestimento adustum jam
in publicum prodire iussi. Quo quidem in negotio non
ita mihi blanditus fui unquam, ut putem, exegisse me o-
pus ære perennius, aut non potuisse carere hoc mea libræ
temp. literariæ, aut me ipsum ad immortalitatem no-
minis hoc subsidio provecum iri; imò verò satis benè ac-
felicitati illi eventum existimo, si semel in hominum
compectum prodire, atque aliquam neque ita longam
communis lucis usuram usurpare liceat. Erunt siæ du-
bio

bio qui incensis & aculeatis verbis sententias examina-
bunt, illi præsertim, qui soli sibi principatum in his studi-
is arrogat, & capessendæ rectèqve administrandæ Re-
ip. artem à se unis peti debere contendunt, reliquos au-
tem omnes palàm infantes, bardos, rudes, & omnis o-
mnino eruditionis expertes atqve ignaros prædicant, &
pessimeqve proscindunt. Quibus equidem ego, ut re-
spondeam, nullo argumento adduci potero, etiamsi
multis convitiis ad rabiem usque in me debachentur.
Sic enim ego non, quod illis, sed quod me dignum est, fa-
ciam. Uti parum Christianum est, injuriam injuriâ
pensare: ita parum generosi pectoris est, dolorem suum
foeminarum exemplo convitiis ulcisci. Qui enim luci
publicæ monumenta ingenii sui exponit, atræ quidem
fuligini & obrectationis prelo ea subicere oportet, in-
de tamen contingit, ut quando fuligo illa, quâ typi im-
buuntur, obscurior est, & prelum, quo premuntur, ar-
ctius, tanto clariores deinde splendidioreq; evadant li-
teræ, cum candore nigredinem suam ostentantes. Me-
mini, cum non nemo nullo colore mihi notus, cuique e-
go nullam unquam vel levissimam adpersi labem, in me
inturrexisset, & multa contumeliosè dixisset, fuisse inter
amicos, qui tela repellere, & quantâ possem contentione
eum dejicere juberent. Ego verò ut id facerem, per-
svaderi nullo modo potui, præsertim cum persentisce-
rem

tanti, ex refutatione meâ cacatis ejus chartis pondus ali-
quod accessurum, quibus nunc cum blattis ac tineis ne-
gocium est. Et quid verò ex maledictis ultro citroque
regalis expectandum est aliud, nisi periculosissimum in-
cendium, quo non juvantur, sed consumuntur magis &
propulsantur bonæ literæ? Obtreccionem si merui,
quod voto majus est, ne deprecari quidem possum. Et
hic me animus erectus, simplex, candidus ad summum,
si que diem comitabitur, ambitionis uti contemptor, ita
aliorum famæ & industriæ admirator, sui que ipsius non
assentator, sed justissimus & severissimus iudex. Verùm
nolo tibi Lector, qui mihi benè cupis, multâ hanc re-
rum commemoratione molestus esse. Tu ipse judica,
quid præstiterim, nec me difficilem invenies, ut in tuo
hoc iudicio acquiescam. Ardua & aspera atque con-
fragosa hæc est via, quam ambulavi, & in eâ offendere li-
cet oppido faciliè. Hoc unum deprecor, ne mihi vitio
vertas, si non æquali contextu singula hujus tractatûs ca-
pita elaborata fuerint. Ingenii vis non semper eadem
est, nec eadem animi promptitudo atque præsentia.
Celeres in hoc genere præsto esse debent motus, qui & ad
excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque
sunt uberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. Sed
quocumque quisque est, qui motibus istiusmodi perpetuò agi-
tari

tari queat? cui præsertim præter alia negocia, stata & repentina, etiam rei familiaris, variaz admodum & difficilis haud rarò, cura incumbit. Tantâ scilicet cum amaritudine nostra nobis constant studia, quæ tamen in rebus afflictis maximo mihi consueverunt esse solatio, licet excoli, ut decet, eo tempore nequeant. Ipsa hæc, quæ nunc scribo, verba jungere vix patitur animus ex gravi & diuturno atque letali svavissimæ Uxoris morbo saucius admodum & perturbatus. DEUM immortalem ardentissimis precibus invoco, velit mihi hoc unicum omnium curarum mearum levamen, si ita placet, fervare, & ruinam domus mee, quæ secutura est, clementissimè avertere.



INDEX



INDEX CAPITUM

LIBRI PRIMI

CAPUT

1. De Naturâ Majestatis, ejusq; affectionibus. pag. 1.
2. De crimine lætæ Majestatis. pag. 37
3. De naturâ & divisione jurium Majestatis. p. 68
4. De Potestate Principum. p. 85
5. De Potestate ferendi Leges. p. 108
6. De Interpretatione Legum. p. 171
7. De Jure dispensandi. p. 183
8. De Jure aggratiandi. p. 198
9. De Restitutione damnatorum. p. 209
10. De legitimatione liberorum. p. 214
11. De Jure concedendi veniam ætatis. p. 222
12. De Jure dandi privilegia. p. 226
13. De Jure Principis circa sacra in genere. p. 241
14. De Jure Principis circa Religionem. p. 261
15. De Jure convocandi Concilia & Synodis. p. 275
16. De Potestate Principis adversus hæreticos. p. 308

CAPUT

17. De Potestate Principis circa disciplinam Ecclesiasticam. pag. 318
18. De Jure Principis circa vocationem Ministrorum Ecclesiarum. p. 326
19. De Foro Ecclesiastico, à Principe constituendo. pag. 338
20. De Jure Principis circa bona Ecclesiastica. p. 348
21. De causis mixtis, & poenis Ecclesiasticis infligendis. pag. 354
22. De Jure tuendi & defendendi Ecclesiam. p. 357
23. De Jure erigendi Academias, & Scholas publicas. pag. 359
24. De Jure creandi Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos, &c. p. 367
25. De Jure creandi Poetas. p. 382
26. De Jure creandi Notarios Publicos. p. 392
27. De Jure conferendi dignitates Ecclesiasticas. pag. 400
28. De Jure conferendi dignitates civiles, creandi scil. Duces, Comites, Barones, &c. p. 424
29. De Jure constituendi Magistratus. p. 443
30. De extrema Provocatione. p. 475
31. De Jure habendi Comitia. p. 489
32. De Jure mittendi Legatos. p. 511

CAPUT

- | | | |
|-----|---|----------|
| 33. | De Jure Belli. | pag. 527 |
| 34. | De Jure Repressaliarum. | p. 597 |
| 35. | De Jure fortalitorum extruendorum. | p. 629 |
| 36. | De Jure Præsidii imponendi. | p. 642 |
| 37. | De Jure Armandiarum. | p. 646 |
| 38. | De Jure Foederum. | p. 647 |
| 39. | De Jure Induciarum. | p. 655 |
| 40. | De Jure Pacis faciendæ. | p. 659 |
| 41. | De Jure Commerciorum. | p. 664 |
| 42. | De Jure Stapulæ. | p. 743 |
| 43. | De Jure Nundinarum. | p. 748 |
| 44. | De Jure Principis circa usuras & contractus u-
furarios. | p. 764 |
| 45. | De Jure constituendi mensuras. | p. 770 |
| 46. | De Jure constituendi rerum precia. | p. 779 |
| 47. | De Jure concedendi monopolia. | p. 787 |
| 48. | De Jure concedendi Rescripta moratoria. | p. 791 |
| 49. | De Jure monetæ. | p. 805 |

LIBRI SECUNDI

CAPUT

1. De Jure collectandi, quibus competat. pag. 861
2. Quibus personis & rebus imponi possint Colle-
ctæ. pag. 874
3. De

CAPUT

3. De ratione & modo collectandi. p. 918
4. De fine, propter quem Collectæ faciendæ sint. pag. 965
5. De Jure vectigalium in genere. p. 973
6. Quibus jus vectigalia exigendi competat. p. 977
7. De fine & justitiâ vectigalium. p. 985
8. A quibus exigenda sint vectigalia.
9. Pro quibus mercibus solvi debeant vectigalia.
10. Quid, quantum, & quo loci solvi debeat vectigal.
11. De officio tùm viatorum, tùm publicanorum.
12. De poenis fraudantium vectigal.
13. De securitate ab eo, qui vectigal accipit, præstandâ.
14. De Jure venandi.
15. De Jure fluminum.
16. De Jure pontium & pontonum.
17. De Jure viarum publicarum.
18. De antiquo cursûs publici, & novo postarum. Jure.
19. De Jure mineralium.
20. De Jure thesaurorum.
21. De Jure conferendi insignia.





CUM BONO DEO!

LIBER I.

CAPUT I.

De

Naturâ Majestatis, ejusq; affectionibus.

SUMMARIA.

- Divocabulo Majestatis; ejusq; natalibus. n. 1. 2. 3.*
Tribuitur aliquando illi, qui non habet summum imperium. 4. 5. 6. 7.
Majestas interdum denotat potestatem, interdum honorem eximium. 5. 6. 8.
Majestatis definitio. 9.
Potestas quid? 10.
Majestatum semper potestate aliqua pradiatum esse. 11.
Majestas consistit in potestate supremâ. 12.
Ex electione aut successione summum imperium non mutatur. 13.
Capitulationes & pacta Principum non illicò destruunt summum imperium. 14. 15.
Principi in contrahibus utitur jure communi, & obligatur, ut privatus. 16.
Etiâ tunc, quando cum subditis suis contrahit. 17. ita, ut etiâ civiliter & ex pro-
priu suis legibus obligetur. 18.
Aliis autem, extra obligationem mutuaam, Princeps ad leges positivâs adstrictus praci-
se non est, rectius tamen etiâ illis se subjicit. 19.
Prajudicia de contrahibus Collegii Jurid. Wittebergensis. 20. 21.
Majestas an possit esse penes eos, qui Pontificis Romani suprematum agnoscunt? 22. seq.
Reges Hispanie non usquequaq; admittunt conatus Pontificum Rom. 24.
Nec Reges Gallia. 25.
Princeps, quatenus legibus solutus sit. 26. 27. 28.
Testamentum, Principi oblatum, sine aliis solemnitatibus valet. 29.
Sententia JCorum Wittebergensium. 29.
Similis alia Jenensium. 30.
Laudandus est princeps, qui judicio, à se constituto, causam suam submittit. 31.
In quædam finem solent judices constituti à juramenti vinculo liberari. 32.
Princeps regimen habet, non administrationem nudam. 33.
Autores, qui ex Rege ministrum faciunt. 34.

Difficile est, præcepta imperandi dare. 35.

Societas civilis unde orta. 36.

Societas an consistere possit sine imperio? 37.

Etiâ in statu innocentie fuisset ordo aliquis & obsequium. 38.

Post lapsum potestate cõercitivâ opus fuit. 39.

Non cuius societati quavis aptari potest forma regiminis. 40.

Perpetuitas an sit de essentiâ majestatis? 41.

Dictator Romanus verâ majestate pradius fuit. 41.

Tutores & Curatores Regum non habent majestatem. 42.

Subditi non possunt principes majestate pro lubitu exuere. 43.

Divisio majestatis in realem & personalem omni caret fundamento. 44. seq.

Majestas immediatè provenit à DEO. 46. seq.

Intellectus §. 6. Inst. de J. N. G. & C. 50.

Populus, quoad potestatem imperandi, habet semerè passivè. 48. 51.

Nec igitur circa regimen quicquam potest. 52.

Inæquali sudere juncti an majestatem salvam retineant? 53. 54.

I.



Vi Majestatem, quæ si majorem statum, dici volunt, næ illi haud procul sunt ab iis, quibus *Stephanus* dicitur, quasi strenuè fans anus; *Marcellus*, quasi arcens malum à se, vel quasi maria percellens; *Hilarius* ab Hyle; *Vedastus*, quasi verè dans æstus; *Euphemia*, quasi bona foemina; *Regalia*, à Rege & *λίαν*, quasi valdè regia; *adulterium*, quasi ad alterius thorum accessio, qualia plura ad nauseam usque supeditat Historia Lombardica, *Jacobus de Voragine*, aliq; è fece monachorum plures. Nec verò bellum hic indicare volumus Grammaticis quibus non πῶς tantum κα-

τάριος, uti vetus jocatur Epigramma, verum vel sexcentis obnoxii sunt; & in phrontisteriis tamen suis (nisi pistrina potius ac carnificinas dicere mavis) vultuosam quandam Majestatem, in majori sc. statu collocati, non simulant tantum, sed gerunt, alino illo Cumano haud parum feliciores.

II. Non iniqui tamen erimus, si quis ita non ipsius vocabuli MAJESTATIS originem, sed allusionem tantum aliquam Etymologicam, ex eâq; non inelegantem rei & vocis convenientiam ostendi posse dixerit. Sic enim & Ciceroni credimus, *fidem* ex eo appellatam, quia fiat, quod dictum est, & *Augustino*, *men-*

iri inde dici, quòd sit contra mentem ire, nec non Prisciano, *argumentationem*, quasi arguta mentis orationem. Quin & apud nostros haud rarò id genus occurrit. Dum enim possessionem, à sedium positione, *l. 1. ff. de acq. poss.* novationem à novà obligatione, *l. 1. de novat.* damnium, ab ademptione & quasi diminutione, *l. 3. de damn. inf.* donationem, quasi dono datum, *l. 35. §. 1. de mort. caus. don.* mutuuum, quasi quòd de meo tuum fiat, *l. 2. §. 2. de R. C. testamentum*, à mentis testatione, *pr. §. de test. ord.* dici quis legit, injurius sanè fuerit ille, si Jctos Romanos lingvæ suæ tam ignaros pronunciare, & Grammaticorum tyrannidi propterea subicere velit.

III. Dicatur itaq; Majestas, quasi major status, sed non nisi allusivè. Vera enim ipsius origo est ex comparativo MAJUS, terminationem Substantivi per extensionem recipiente. Aliàs imperium summum, potestas summa, Græcis verò *ἀρχὴ καὶ ἐξουσία, κύριον πολιτεύμα*, & absolute π̄ κύριον dicta.

IV. Et solet tamen Majestas etiam illis interdum tribui, qui summum in Republ. imperium non habent, quomodo Prætori eam adscribit Jurisconsultus Paulus, *l. 1. ff. de J. E. J. §. 1. de juris dict.* sed admodum improprie & abusivè, notante Dn.

Frantzk. *ad tit. de offic. Prætor. n. 16.* si quidem Majestas pro potestate accipi debeat, cum Prætor Magistratus tantum fuerit, à populo Romano creatus, eidemq; ut superiori subiectus. Andr. Dom. Flocc. *de pot. Rom. l. 2. c. 19.* Pomp. Lætus *de Mag. Rom. l. 1. c. 24.* Just. Lips. *de Mag. Rom. c. 10.* Jan. Guilielm. *de iisd. c. 10.* imò aliquando ne Magistratus quidem, nisi & illos Magistratus dicere velis, quorum nullum planè est imperium, invito & repugnante Aristotele, *IV. Polit. 15.* Significatur ergò hoc casu per vocabulum Majestatis non ipsum summum in Rep. imperium, sed dignitas atq; autoritas aliqua *ὑπερέχουσα*, quæ sc. & legibus armata, & potestate *ἀναγκαστικῆ* haud parùm instructa est, utut ipsa quoque alii superiori subsit, & ab eà dependeat.

V. Scilicet ambiguum est vocabulum majestatis, atq; in usu vulgari dupliciter sumitur, & utroque tamen sensu proprie. Tribui enim solet illis, qui vel potestate, vel honore & dignitate reliquis antecelant, & in eminentiore gradu constituti sunt, ita ut vocabulum istud vel potestatem significet, vel honorem quendam eximium. In priore acceptione definiri potest, quòd sit eximia potestas, competens Reip. vel personæ, quæ illi præest, in excel-

cellentiore aliquo munere vel officio. Et est ipsa illa, quam in præfenti accuratius considerare intendimus. In posteriore significato est honor quidam eximius illis competens, quibus Lex vel consuetudo eum tribuit. Absurdum enim non est, excellentiam honoris etiam in illis esse, qui supremi in potestate non sunt. Joh. Limnæus *ad capitulum Rudolphi II. artic. 32. verb. von Käyserl. Majestät/ num. 3. seqq.* Nec proinde titulus majestatis, potestatis absolutæ & independentis semper index est, ne in illis quidem, qui reverâ potestatem aliquam habent. Dn. Strauch. *disserat. exoter. 2. numer. 14.*

VI. Nec putandum est idcirco, potestatem summam competere omnibus istis, qui majestatis titulo insigniri solent. Propter splendorem & dignitatem quæ tribuuntur, non semper potestatem inferunt. Nec majestatis nomen potestatem semper includit. Distinxit ista vocabula Svetonius in *Tiberio cap. 30. Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac magistratibus & majestate pristina & potestate.* Videtur etiam Cicero distingvere ea quandoque voluisse. Aliquando enim, ut *lib. 2. de Oratore*, majestatem definit, quod sit amplitudo ac dignitas

civitatis: aliquando autem, ut *in partit. Orator.* dicit, majestatem esse magnitudinem quandam populi Romani in ejus potestate ac jure retinendo. Sanè, ut autoritatem suam & opinionem in animis civium, conservarent Imperatores, passim sibi in constitutionibus magnifica tribuerunt elogia. Cœlestia oracula suas vocant dispensationes, *in l. 10. C. de SS. Eccles. & sacra oracula, §. 11. Inst. de adopt. divina oracula, l. 5. C. de emanc. lib. divinos afflatûs, l. fin. C. de defenf. civ.* De seipsis dum verba faciunt, abstractivis vocabulis suam sæpè explicant dignitatem, e. g. nostra majestas, *l. 11. C. de cohortal. lib. XII. nostra Serenitas, l. 1. C. quando Imp. int. pup. nostra perennitas, l. 14. §. 1. C. de SS. Eccles. nostra tranquillitas, l. un. C. de nov. op. nunc.* Quæ omnia magnificè de principibus suis sentire faciunt subditos. atque is primarius est titulorum istorum finis & scopus, sed quibus ut plurimum non tam potestatem, quam dignitatem & eminentiam suam, exprimere voluerunt.

VII. Potest igitur, uti dixi, majestatis nomen etiam illis tribui, qui nec potestate, nec dignitate supremi sunt, dummodò superiores in Republ. sint aliis, & aliquo insigni honore emineant. Utraque scilicet & potestas & dignitas à Principe venit,

jestas augetur, si stricte
enè meritis & magi-
nificetur, quorum
tatem & amplitudi-
entur. Disquirat Ja-
us *de offic. dom. Aug.*
trum Majestatis no-
ratoribus alii, quàm
butum sit? idq; affir-
etur. *Nec eorum sen-*
tiis, inquit, *qui de alio*
dignitate, quàm de
jestate dictam non
ias dignitates appella-
nt, Imperatorum evo-
ajunt, est imperii di-
gnitatem à populo
translata est. Ego verò
majestate ita differre
eam à genere. Dignitas
majestas potentiam est
est, quæ majoribus ma-
gnificantur, qui vi-
gerere dicuntur, &c.
tio tamen ista talis est,
nilominus & dignitas &
es principem maneat,
unicatam accepit, non
um, sed ex summâ pro-
ab eâ dependentem.

apropter, ne quis deci-
bulis, ante omnia pro-
dum est, quo significa-
m majestatis usurpetur.

Quia enim, uti dixi, vel opinionem
significat & existimationem, quam
in animis hominum vultus & per-
sona, atque officium Principis gi-
gnit, vel citra respectum illum i-
psam summam potestatem, quate-
nus nempe in seipsâ consistit, nisi
quis inter se acceptiones istas probè
distinxerit, vix erit, ut quicquam
certi statuere queat. Priore modò
non malè definitur Lipsio: Reve-
renda quædam amplitudo ob me-
ritum virtutis aut rerum affinium,
l. 2. civ. doct. c. 16. & Keckermanno,
quòd sit vis quædam, per quam
princeps sibi conciliat in animis ho-
minum singularem admirationem
& venerationem, & cum utrâque
conjunctum motum, *l. 1. Syst. Polit.*
c. 17. quibus concinit Vultejus *L. 1.*
J. R. t. 47. Nec enim ita absurdum
est dicere, majestatem ejus diminu-
tam esse, cujus existimatio inter ho-
mines læsa est, cum & Præsidis di-
gnitas ex conversatione æquali con-
temni dicatur, *L. 19. de Offic. Præsid.*
salvâ interim ipsius potestate, quam
à Principe accepit. Et hoc modo vo-
cabulum Majestatis usurpatur Tacito,
l. 3. ann. c. 3. & l. 1. A. c. 47. l. 2. hist.
c. 77. & c. Posteriore modo deno-
tat id, quod ipsa in se est, nempe sum-
mam & eminentem potestatem in
conceptu primario ad ipsam rei es-
sentiam terminato. Et in hoc sensu

nos Majestatem nunc consideraturi, alterum illum Lipsio, Didaco Saavedræ, Virgilio Malvezzi, Julio Cæsari Capaccio, Hieronymo Fracchettæ, aliisque; Principum Informatoribus non inviti relinquimus.

IX. Definimus itaque Majestatem, quod sit *suprema & libera regendi civilem societatem potestas ad finem propositum*. Quot vocabula, tot pondera! Singula ergo nobis accuratius pensanda.

X. Dixi esse POTESTATEM. Potestatis verbo plura significantur: in personam Magistratum, imperium; in personam liberorum, patria potestas; in personam servi, dominium, ita Paulus *l. 215. de V. S.* Magistratus personam laxè sumens pro omni eo, qui *ἐξουσίαν* habet, sive principem eam & summam, sive inferiorem & dependentem, uti etiam sumitur *l. 2. §. 14. de O. J.* Quam ratione etiam illis, qui magistratus quidem non sunt, à populo tamen aut lege aut constitutione propriam quandam officii munerisque exequendi gratiam potestatem acceperunt, convenire ostendit Gæddeus *ad d. l. 215. de V. S. n. 8.* Fuit tamen imperium aliquando distinctum à potestate, quod ex *l. 1. ff. ad L. Jul. majest.* notat Jacob. Guthenius *de off. dom. Aug. l. 1. c. 3.* quia scilicet eo tempore, quo lata est Lex Julia, merum im-

perium jure magistratus nondum competiit. Magistratus enim comitiis creati sunt: Imperium lege aliqua aut Scito concessum fuit.

XI. Sed & Differentiam apud Veteres fuisse inter potestatem & Magistratum notat Lipsius *de magistr. pop. R. c. 1.* & post eum Osyv. Hilliger *in Donell. enucl. l. XVII. c. 7. lit. E.* quam tamen prolixius excutere nunc non licet. Quod autem Petrus Perrenonius *l. 1. V. L. c. 12.* docet, potestatem Magistrati alio, quam Magistratus jure competere, & Magistratum propriè esse eum, qui potestate præditus non est, in eo vim facit juri nostro, & vel ob ipsam novitatem suspectam reddit suam sententiam. Habeat sibi res suas. Id porro taceri hinc potuisset, vocabulum Potestatis interdum metonymicè accipi pro ipsa personam, potestatem habente, nisi lucem daret legi, *26. ff. de pignor.* Vid. Alciat. *ad d. l. 215. de V. S.* & Rittershus. *in Salvian. p. 22.*

XII. Dixi, esse potestatem SUPREMAM, eamque talem & tantam intelligo, quantum nunquam habere potest Magistratus, etiam si summus. Est enim Majestas à magistratu discernenda, veluti Magistratum omnium causa ac fons, & propterea nec dignitas quidem dicenda ea est, sed dignitatum omnium culmen, fundamentum & principium, quem-

im nec stipēs, à quo
niunt, gradum facit.
de jurisdic. l. 2. part. 1.
deò sc. *ἀνεξ* sive sum-
pua superiorem ali-
e non habet. Sicut
id est, qvò nihil da-
llud demum rectè di-
n, qvò superius nihil
itur Rex in regno suo
t supra singulos, sed
mnes simul. Franc. à
l. 3. n. 14. Theod. Gras-
r. majest. c. 7. Benè
ad Scap. Reges in solius
unt, à quo sunt, à quo
post quem primi, an-
per omnes deos & ho-

mitas ista non peten-
o deferendi, ita ut illi
n Majestatem tribue-
i jure successionis im-
et. Nec enim titulus
aut successionis for-
t imperio; sed quem-
er electionem sum-
testatem accipere, ita
nem alius potestatem
t continuare potest. Et
ve initium potestatis
icit, qvò non minùs
am invasione fieri po-
one, si ipsum *τὸ κρείον*
o tribuit, idem illud

qvoqve tribuet successio, & per con-
sequens jus ab electione familiae cœ-
ptum succedendo continuabitur.

XIV. Petenda igitur est summi-
tas potestatis ex ipso imperandi mo-
do, qvò si talis est, ut actus alterius ju-
ri non subsint, nec propterea irriti
reddi queant, protinus inde capien-
dum est infallibile *ἡρώριμα τὸ κρείον*.
Est enim Majestas quid in se perfe-
ctum, utpote qvòd in se stat atqve
subsistit, qvòd seipsum absolvit, at-
qve determinat, qvòd deniq; ipsum
est, seq; implet, totum sui. Nec ta-
men ideò summa potestas dicenda
illicò non est, qvæ non pari ubiqve
gaudet licentiâ. Solent etiamnum
Principes imperaturi subditis aut
Deo promittere aliqua, etiam talia,
qvæ ad imperii rationem pertinent,
qvæ tamen ipsa, etsi arctius qvò-
dammodo reddant imperium, in-
ferius tamen propterea non faci-
unt. Sic enim & Paterfam. summam
illam, qvantam permittit familia,
potestatem retinet, etiamsi qvædam
ad gubernationem familiae perti-
nentia se facturum promiserit; &
maritus idcirco non amittit jus su-
terioritatis, qvòd in Uxorem habet,
utut illi, interveniente etiam jura-
mento, aliquapromiserit. Qvòd &
ipse DEUS promissiones suas, & fœ-
dus cum Ecclesiâ percussum, jure ju-
rando per semetipsum in nomine
suo

suo præstito confirmat, & ejus tamen Majestatem ideò diminutam non nisi blasphemus arbitrabitur. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. c. 3. n. 16.* Ludov. de Montesperat. *in vindic. pacif. Osnabr. num. 26. 37.* aliter & eleganter, non tamen ubique nobiscum faciens, Theod. Grävinkel. *de jur. Majest. c. 12. & 13.*

XV. Nec quisquam mihi hîc regerat, locum id tantum invenire in iis promissionibus, quæ exercitium actûs inhibent, non verò in iis, quæ directè ipsam facultatem petunt & exinaniunt. Neutro enim modo mihi superiorem faciet illum, cui ita facta est promissio. Utur enim priore casu injustus tantum fuerit actus contra promissum factus, posteriore verò omninò nullus; injustitia tamen ista & nullitas non provenit ab vi aliquâ & potestate superiore; sed nascitur ex ipsâ promissione, quæ hunc effectum habet, ut quicquid contra datam fidem factum fuerit, id ipso jure vel injustum, vel omninò nullum censeatur. Exemplo res fiet clara. Conferat Nobilis Subdito infimæ conditionis fundum emphyteuticum, cum pacto promisso, nolle se ipsi operas ullo tempore imperare, an propterea Emphyteutam illum superiorem censeamus, quia nobilis, quod antea potuisset, imperare,

nunc nequit, an verò nobilem ex suo potius promisso, & perinde ut alium quemvis ex suo contractu obligatum dicamus? Prius nemo asseret, nisi qui discupit, ut fulmenta lectum scandant.

XVI. Gignit igitur ista principis promissio obligationem, & non naturalem tantum, verum civilem etiam. Sic enim in contractibus suis omnibus Princeps utitur jure communi, & perinde, ut privatus obligatur, sive is cum alio privato contraxerit, sive cum integrâ aliquâ universitate. Sicut enim initiò libera potestas unicuique est habendi vel non habendi contractûs: ita renunciare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemo potest, *l. 5. C. de O. & A.* Quin imò firmiter arctiusque eum obligari convenit, qui mutæ fidei assertor est & Vindex, ut proinde nec plenitudo potestatis, nec ulla urgens clausula eum eximere possit. Gail. 2. *Obs. 55. n. 7.* Aymo Cravett. *de antiq. temp. part. 1. c. 2. num. 16. 17.* Hillig. *in Donell. enucl. l. 12. c. 21. lit. Z.* Ayer. *in process. part. 2. cap. 9. Obs. 1.* Rauchbar *part. 2. q. 11. n. 4. 5.* Quirin. Kubach *cent. 1. dec. 3. q. 2.* Petr. Costal. *in l. 1. ff. de pact.* Wesenbec. *p. 3. conf. 109. n. 77.* Arum. *in ff. disp. 1. n. 9.* Georg. de Cabelo *p. 2. decis. 75.* Henr. Bruning. *de var. universit. spec. th. 4.*

XVII. Di-

ex contractu Principi-
civiliter, etiam tunc,
abdito suo contraxit,
ravit, ut quivis alius,
s. Quod si enim Prin-
cipum subditis suis con-
trahit scilicet & causâ sta-
bilibus, talibus acti-
onibus applicari vix pote-
runt tamen inde obliga-
tiones subditis, eodemque
modo reddit Principem,
ut subditi. At si talis
est quæ ovis alio fieri po-
tuit etiam civiles Leges in
ut rectè contra Fer-
vium disputat Hugo
de bell. & pac. lib. 2. c. 14.
tò verum est, ut etiam
obligent Principem,
et iisdem obligatum sibi
est, cum quo contrahit.
iudicare debet contra-
iustitiâ commutativâ,
et vinculum utrius-
que, par debeat esse,
si diversitas deinceps
non exigendi sese exerat,
ut alter possit ad fidem
alter non possit, cum ea
non ex modo obligandi,
et eorum qualitate ortum
promiscuè ergò & sine
adferere non licet, ma-

estatem legibus à se dependentibus
eatenus non teneri, quatenus civili
ratione nituntur, & naturaliter tan-
tum obligari, nunquam civiliter.
Sit enim verò in principis potestate,
leges ejusmodi, utcumque velit, ab-
rogare, & abrogatis alias substituere,
& prorsus novas condere; in con-
ventionibus tamen, ultro, citroque
obligatoriis, necesse est, ut eodem
modo obligetur, quo sibi obliga-
tum vult alterum. Si ergò sibi ex
suis legibus obligatum vult subdi-
tum, ipse verò se ex iisdem obliga-
tum non vult, dubium non est, per
hanc inæqualitatem etiam natura-
lis justitiæ leges violari, quippe quæ
in applicatione utriusque contra-
hæntis parem obligationem quoad
nexum & vinculum exigit. *Conf.*
Conrad. Hornej. philos. moral. lib. 4.
cap. 3. num. 43. Quæ ratione retra-
ctum gentilitium contra fiscum in
rebus, quæ ad eum ex contractu
transeunt, locum habere rectè sta-
tuit post alios Anton. Mornac. *ad l. 1.*
ff. de Constitut. Pp.

XIX. In reliquis negociis omni-
bus, quæ à *αποβαίνου* obligationem
non inducunt, & legibus positivis
substant, laxior quidem est Princi-
pis potestas, nec ille legibus à se latis
ex necessitate tenetur, uti infra plu-
ribus dicemus; dubium tamen non
est, commendari magis leges pro-

mulgatas, magisq; obediens reddi subditos, si viderint caput Reipubl. & Legislatorem iisdem secum institutis conformari. Optimè Claudianus:

*In commune jubes, si quid censes ve
tenendum,*

*Primus jussa sibi. Tunc observan-
tior aqvi*

*Fit populus, nec ferre vetat, cum
viderit ipsum*

Auctorem parere sibi.

Nec verò majestatem ejus inde diminui quisquam dixerit, nisi tam arctè eam circumscribere, & tam angustis limitibus includere velit, ut, quod licet, agere liberè nequeat. Liberè dum agit princeps, etiam agere non potest: & potest etiam agere aliud. Utraque scil. libertas, & contradictionis & contrarietatis, uti vocant, in ejusmodi rebus indifferenteribus, de quibus decernunt leges positivæ, competunt voluntati principis. Et cur ergò, quod potestatem non infringit, majestatem diminuere dicamus? Quod si per ejusmodi voluntariam submissionem de opinione & estimatione Principis aliquid decedere putes, potius augeri eam dixerim, cum de Principe, quem diligit, semper optimè sentiat populus. Diligit autem plerumque, quem iisdem secum legibus vivere videt, quemq; exem-

plo magis, quàm imperio sibi præesse observat.

XX. Ut, quæ dixi hactenus de obligatione Principum ex conventionibus, clariora fiant, adponere libet Collegii Juridici in Academia Witteberg. Responsum an Carlu von Namur zu Metz / scriptum anno 1670. mens. Septembr. Hat Philip-pus, König in Aufrasien und Bur-gund / anno 1638. auch seinen Rath in qvalität eines Residenten an den Kays-ferlichen Hoff abgefertiget / und es hat nach desselben Ableben dessen Sohn / Ferdinandus, so in dem Reiche suc-cediret / auch in der Raths-Bestallung gelassen / dieselbe auch verbessert / und anno 1651. einen Pensions-Brieff auf jährliche 500. Rthl. gegen einen eyd-lichen Revers aufgestellt. Und als Ihr hierüber von einem andern Po-tentaten auch in würckliche Raths-Bestallung angenommen / hat König Ferdinandus auf beschehene notifica-tion Ihme solches nicht mißfallen las-sen / inmassen Ihr darauf die corre-spondenz an den Königlichen Hoff continuiret / und euch wie vorhin in des Königs Diensten fleißig und wil-lig erwiesen. Als auch König Ferdi-nandus diese Welt gekennet wollen / hat er seinen Königlichen Prinzen / Heinrichen / ermahnet / alle seine Be-dienten bey ihren Aemptern zu lassen / und die Schulden gebührend abzutra-

gen/ welcher es auch also versprochen/
 &c. Wenn Ihr nun gleich mitler Zeit
 euch in eines andern Potentaten Dien-
 ste begeben/ und es dahero das Ansehen
 gewonnen wil/ als wenn Ihr selbst bey
 König Ferdinando eure Dienste reli-
 gnirt/ und in dessen Bestallung zu ver-
 bleiben nicht länger begehret/ Den-
 noch aber/ und dieweil Ihr diese eure/
 von einem andern Potentaten euch
 auftragene neue Bestallung König
 Ferdinando notificiret/ und derselbe
 Ihre solche gnädigst gefallen lassen/
 darbey aber euch die von Ihme haben-
 de Bestallung nicht aufgekündigt/
 noch die rückständige pension-Gelder
 abführt/ Ihr auch niemahls reli-
 gnirt/ und den Bestallungs-Brieff
 bis diese Stunde in Händen habt/ dar-
 bey iderzeit euch willig und bereit zu
 des Königs Diensten finden lassen/
 und dadurch/ daß Ihr bey einem an-
 dern Potentaten Bestallung ange-
 nommen/ die erste/ wenn sie nicht mit
 deutlichen Worten aufgehoben wird/
 vor casirt nicht zu achten/ und hierüber
 König Ferdinandus seinem Kö-
 niglichen Prinzen/ Heinrichen/ auf
 seinem letzten Lager seine Diener bey
 ihren Bestallungen zu erhalten anbe-
 fohlen/ So seyd Ihr eure resignirende
XLVII. Quemadmodum igitur minister Ecclesiæ eligitur quidem à populo, & per istam electionem accipit potestatem docendi, administrandi Sacramenta, solvendi & ligandi, non tamen potestatem istam ab ipso accipit populo, ita ut ea fundamentaliter, radicaliter & habitualiter sit penes populum; formaliter verò penes ministrum Ecclesiæ, hæc enim ratione ipse quoque populus haberet potestatem docendi, administrandi Sacramenta, &c. Ad eundem modum Princeps quoque eligitur à populo, & per istam electionem potestatem accipit imperandi, non tamen à populo, sed perinde, ut minister Ecclesiæ, à solo Deo proximè & immediatè. Et quemadmodum populus in Ecclesia non applicat potestatem personæ, sed personam potestati, eo ipso scilicet dum eligit: ita & populus in societate civili non applicat imperium personæ, sed personam imperio, quod conferre

navit Deus personæ ita
 ertit hoc, sed idem ta-
 ig. Grot. *de imp. summa.*
 10. p. 270.
 lec sequitur, in arbi-
 utatis vel populi est,
 ormâ gubernari velit.
 ar potestas sive uni, si-
 pro arbitrio populi,
 idicaliter ita, & effici-
 r in eligentibus hære-
 on procedet, si modum
 tingvamus à potestate
 otest enim facultas ipsa
 ivina manere, et si mo-
 ndi eam ab uno subje-
 ariet, imò et si planè
 non ab honestate tan-
 nni etiam justitiâ alie-
 argentum recipit for-
 , non per impressio-
 i, sed per liquefactio-
 que tamen materia ad
 ibet merè passivè: Pari-
 vulus formam regimi-
 rmam tamen ipsam, &
 endi potestatem subje-
 ion confert, sed merè
 ber.

Optimè hæc de re disse-
 res Concilii Parisiensis,
 . Cum n. Ludov. Impe-
 imperio, quod teneret
 istrando, & jure cuiq;
 graviter admonerent,

inter alia hoc quoque usi sunt argu-
 mento, quod imperium suum DEO
 ipsi, non autem Decessoribus debe-
 ret. *Nemo, ajunt, Regum à progenito-
 ribus regnum sibi administrari, sed
 à DEO veraciter atq; humiliter cre-
 dere debet dari, qui dicit: meum est
 consilium, & æquitas, mea est pru-
 dentia, mea est fortitudo: per me
 Reges regnant, & legum Conditores
 justa decernunt; per me Principes
 imperant, & potentes justitiam de-
 cernunt. Quod autem non ab homi-
 nibus, sed à DEO regnum terrenum
 tribuatur, Daniel Propheta testatur.*
 Tum, adductis Danielis & Jeremiæ
 testimoniis, pergunt porro: *Hi ve-
 rò, qui à progenitoribus sibi succede-
 re regnum terrenum, & non potius
 à DEO dari putant, illis aptantur,
 quos Dominus per prophetam impro-
 bat, dicens: Ipsi regnaverunt, & non
 ex me, Principes extiterunt, & non
 cognovi. Ignorare quippe DEI procul
 dubio reprobare est. Quapropter
 quisquis cæteris mortalibus tempo-
 raliter imperat, non ab hominibus,
 sed à DEO sibi commissum regnum
 credat. Multi namq; munere di-
 vino, multi etiam DEI permissu re-
 gnant, &c.*

L. Scribit quidem Ulpianus in
l. 1. ff. de constit. Pp., & post eum Ju-
 stinianus, §. 6. *Inst. de J. N. G. & C.* per
 legem Regiam populum Romanum

Principi omne Imperium suum & potestatem concessisse. Legem illam tempore Augusti latam plerumque est sententia. At verò de eodem Augusto scribit Augustinus *l. 5. de C.D. c. 21. Qvi Augusto imperium dedit, ipse & Neroni, qvi Vespasianis, vel Patri vel filio, s'vavisimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo.* Ad DEUM scilicet refert Augustinus, & eum datorem imperii facit, cum Ulpianus & Justinianus faciat populum, si quidem corticem verborum attendas. Possunt tamen ea molliori interpretatione in hunc sensum accipi, quod populus cesserit imperio, quod hactenus tenuit, malueritque deinceps ab Augusto regi, quodque Deus ratam habuerit hanc pactionem, & potestatem, populo hactenus concessam, Augusto commiserit. Potest enim etiam quis alteri quid concedere, quod ipse esse non habet, sed ab alio; & vocari tamen id interim potest suum, propter usum, quem in eo habuit. Et sic dicitur etiam transtulisse in alium, sive concessisse alii rem, cuius usum illi permittit, cum nec re ipsius autor sit, nec usum etiam propriè conferat.

LI. Scilicet perinde se habet imperium, aut potestas imperandi, atque alia res incorporalis. Jam cer-

tum est, res incorporales physicè tradi, & conferri alteri non posse, *l. 3. §. 2. de act. emp. l. 43. §. 1. de A.R.D.* sed loco traditionis esse patientiam, & loco apprehensionis possessionisque ex parte alterâ esse usum, *l. ult. de servitut. l. 3. in pr. de Usufr.* Patientia ista duo includit, tum ut Dominus res suâ non utatur, tum ut ne ipse quoque prohibeat alterum eâ re frui. Videamus enim nunc e. g. usumfructum, ut speciem rerum incorporalium. Jam posito, me remeâ non uti, posito etiam, me abstinere jure prohibendi alterum, non tamen idcirco propter aut per abstinentiam illam alteri confero habitum, aut facultatem utendi. Ut enim removeatur per istam meam patientiam obstaculum, quod alium usu rei meæ arcebat, non tamen exhinc in subjecto usuro potestas activa utendi acquiritur, sed ea aliud principium habeat necesse est. Eodem prorsus modo potestas imperandi est res incorporalis, quæ & ipsa idcirco physicè tradi, aut alteri conferri nequit. Restat igitur, ut quando populus in regimen unius aut plurium consentit, habeat se merè passivè, & versetur in nudis terminibus subjectionis, nec aliud quidquam agat, nisi quòd non prohibendo alterius scepra agnoscat, & sibi imperare jubeat.

ibus ita observatis, con-
 nia, quæ adversus pote-
 cipum, etiam nostro hoc
 utarunt *Φενοβλαδεις*, &
 idam Politici. Ajunt,
 regem habere, quicquid
 estatis habet. Populum
 potentiorē, qui pro-
 rud & potestatem datam
 osit. Populum posse
 erio suo malè utentem,
 re tantum, & punire, sed
 m planè exuere. Popu-
 rectè imperanti parere,
 regem autem malè impe-
 pulo subijci. Regem ob-
 gibus civilibus, non so-
 vim directivam, sed
 ivam. Imperia proximè
 & voluntate populi de-
 Et quæ sunt ejus farinae
 hoc tantum efficitur, ut
 ere incipiat vulgus, & re-
 at imperio, etiam non
 od, quo Reipublicæ bo-
 omnium seculorum do-
 pla.

unicum id adhuc restat,
 tere hic interest: An scil.
 edere juncti, & qui al-
 uli majestatem comiter
 e jussi sunt, suam ipsorum
 n retineant salvam? Et
 um ipsum conservandi

magis in legibus, quàm fœderibus,
 usurpari, imperantis potiùs, quàm
 precantis esse, autor est Cicero, *Orat.*
pro Balbo p. m. 721. Atque id non
 diffitetur Proculus noster, *l. 7. ff. de*
captiv. & postl. rev. quin concedit,
 alterum populum superiorem esse,
 sed non admittit, alterum idè non
 esse liberum. *Quemadmodum enim,*
inquit, Clientes nostros intelligimus
liberos esse, etiamsi neq; autoritate,
neq; dignitate, neq; viribus, (ita le-
 git Ludov. Ruffardus cum P. Nori-
 cis,) *nobis pares sunt. Sic & eos, qui*
Majestatem nostram comiter conser-
vare debent, liberos esse intelligen-
dum est. Superior igitur est popu-
 lus alter non potestate, sed autori-
 tate & dignitate, uti optimè com-
 mentatur Hugo Grot. *l. 1. de J. B. &*
P. c. 3. n. 21. Sed quando pergat Pro-
 culus: *Et sunt apud nos res ex Civi-*
tatibus fœderatis, & in eos damna-
tos animadvertimus, anxium ferè
 & curiosum relinquit Grotium, ex
 quibus controversiis damnare so-
 cios liceat. Neque verò rem is non
 accuratè expedit. Quin & illud non
 infeliciter explicatum ei, quod in
 historiis illi, qui fœdere est supe-
 rior, vox imperandi, illi verò, qui
 inferior est, vox parendi interdum
 tribuatur. Sed ea hic exscribere nec
 opus est, nec decet.

LIV. Tamen ne sic quidem omnes superatæ sunt difficultates, & alias novas movet Antonius Matthæus, Jctus Ultrajectinus, *Comment. de Criminib. tit. de las. majest. cap. 1. num. 6.* nempè quòd in tali fœdere inæquali inferior etiam obsides dare, & hostes eodem cum superiori habere jussus fuerit, exemplo fœderis cum Ætolis facti. Esse autem absurdum, ei, qui majestatem integram & illæsam habet, obsides imperari, ad bellum gerendum evocari. Putat igitur, minutam quidem fuisse eorum majestatem; at non prorsus extinctam. Utut enim in aliquibus Populi Romani jussa capeffere ipsis necesse fuerit, retinuisse tamen libertatem, leges, agrum omnem, atqve oppida salva. Non malè, & habebit nos quoque consentientes, dum tamen alio, quàm Ætolorum exemplo id pervadeat. Quæ enim ex Livio & Polybio adducit conventionis capita, ea non fœderis,

sed pacis potiùs, ab ipsis Ætolis tantum non supplicibus, petitæ conditiones sunt, & quas ideò illi ferè inviti inierunt. Neque id dissimulant Livius & Polybius, quin apertè id profitentur; hic *Legationum eclog. 13. & 25.* ille *lib. 48. pag. m. 975.* Aliud verò liberius multò fuit fœdus, quod viginti annis ante, M. Claudio Marcello IV. & M. Valerio Lavino II. COSS. hoc est, A. U. C. DXLIII. sive, ut alii volunt, DXLIV. iidem Ætoli cum Romanis pepigerant, cujus facit mentionem Livius, *l. 36. p. m. 596.* in quo ejusmodi conditiones imperativæ habentur omninò nullæ. Sed cum id non adducat Matthæus, nec adducere in rem suam possit, altero illo, quod nunc examinavimus, nihil proficit. Interim fieri posse putamus, ut in ejusmodi fœdere inæquali arctior alterius reddatur majestas, quam tamen ideò prorsus sublatam dicere non audemus.

CAP.

CAPUT II.

De

Crimine læsæ Majestatis.

SUMMARIA.

- 1. Crimen publicum est, & valde atrox. n. 2.
- 2. Crimen læsæ Majestatis, & majestatis in specie imo dictum. 3.
- 3. Crimen quale? 3.
- 4. Crimen læsæ Majestatis in specie quale? 4.
- 5. Crimen læsæ Majestatis per utrumq. 5.
- 6. Crimen læsæ Majestatis per utrumq. 6.
- 7. Crimen læsæ Majestatis per utrumq. 7.
- 8. Crimen læsæ Majestatis per interpretationem extensivam latissimum accepit ambitum. 8-13.
- 9. Crimen læsæ Majestatis, ex disciplina Jacobi Gordofredi. 10. 11. 12.
- 10. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, & pro arbitrio accusatoris inter-
nem pariebantur. 17.
- 11. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 12. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 13. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 14. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 15. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 16. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 17. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 18. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 19. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 20. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 21. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 22. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 23. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 24. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 25. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 26. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 27. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 28. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 29. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 30. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 31. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 32. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 33. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 34. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 35. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 36. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 37. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 38. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 39. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 40. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 41. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.
- 42. Crimen læsæ Majestatis in crimine hujus censum veniebant, ut majore cautione ab illis abstinere-
nt. 18.

Crimen

B 3

Crimen maj. non nisi à Subdito committitur. 44.

Propterea tamen etiam à Clerico. 45.

Sciens & non revelans, hoc delictum commissum iri, ipse quoque majestatis reus est. 46. seq.

Conatus etiam hujus criminis pœna subiacet. 48.

Pœna hujus criminis triplex. 51.

Confiscatio honorum. 52.

Bona feudalia ad Dominum revertuntur. 52.

Fiscus solvere tenetur et alienum. 53.

Confiscatio honorum an fiat ipso jure, an verò per sententiam condemnatoriam. 54.

Infamia hujus criminis comes. 55.

Memoria etiam reorum post mortem damnatur. 56.

Pœna corporalis. 57. seq.

Sententia JCorum Wittebergensum. 60.

Etiam familiares & necessarios abstinere oportebat ab hujus criminis reo. 61.

Etiam ad liberos extendebatur supplicium capitis. 62. seq.

Etiam post mortem crimen hoc vindicatur. 67.

I.

ATque hæc quidem de statu Majestatis integro, sed carptim omnia, & veluti summo tenus ore tantum libata. Superest, ut læsam eam consideremus, & quod in eam impingit, ipsum crimen Majestatis. Non enim læsam majestatem dicimus cum Marciano, *l. 3. ff. b. t.* & Papiniano, *l. 8. eod.* quam minutam & diminutam dixerunt Cicero, *l. 1. ad Herenn.* & *l. 5. in Verr.* Tacitus, *1. A. cap. 72.* & crimen læsæ majestatis, quod frequentius nostri crimen Majestatis dicunt, *l. 1. l. 5. l. 7. §. 4. l. 9. l. 10. ff. b. t. l. 1. & t. t. C. cod.* quando nempe aliquis adversus principem aut statum Reip. quibuscunque modis aliquid molitur.

II. Et hoc omnium publicorum criminum maximè enorme est, & atrocissimum, quod ideò etiam Autor lib. 4. ad Herenn. elegit, ut in eo gravis figuræ exemplum ostenderet, & proximum Sacrilegio vocatur Ulpiano, *l. 1. ff. b. secundum sacrilegium Tertulliano, in apologet. c. 35.* Conf. *l. 1. C. Theod. si quis pecun. conf. l. 6. C. Tb. de bon. proscript. l. 4. C. Tb. de domestic. & protect.* Est autem publicum, & inter judicia publica primas tenet, non ob id præcipuè, quod ferè sine exceptione cuivis ex populo executio ejus detur, quanquam inde appellationem publici cum aliis acceperit, *§. 1. J. de publ. jud. Bachov. in Treush.*

vol. 2.

tit. A. sed quia ad læsionem status publici nihil spectat. Arnol. *l. 1.* nec unum tantum e continet, sed exploratum est, de quibus dicitur, *Patronus noster p. 1. prax. crim. qvæst.* dicitur ergo publicum, de persecutionis & accusationis cuius scilicet id per se ratione objecti, quia dicitur publicum, tum de causa efficiens, quia iudicium publicorum iudiciorum, ut in foro Romano sit, sola sufficiens dispositio, *l. 1. ff. de p. 3. §. ult. ff. de prava. n. ad Wesenbec. tit. de n. 3. Arum. disp. 25. n. 1. exerc. 14. q. 5.* apprimè tenendum, Casaris duas criminis productas aut reductas fuisse species: perduellionem, alteram criminis specie dicti, sic ut vobis postideam modo generis denotationem superduellionis crimen dicitur, quando aliquis hostem adversus Rempublicam, animatus directò ali-

quid molitur in statum Rempublicam, & securitatem ejus, *l. 1. §. 11. l. ult. ff. b.* Nempe tenetur hoc crimine, cujus operam dolo malo consilium in initum erit, quo armati homines cum telis lapidibusve in urbe sint, conveniantve adversus Rempublicam, locave occupentur vel templa, quove cœtus conventusve fiat, hominesve ad seditionem convocentur, cujusve operam dolo malo consilium in initum erit; quo quis Magistratus pop. Rom., quive imperium potestatemve habet, occidatur, quove quis contra Rempublicam arma ferat, quive hostibus pop. Roman. nuncium literasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo, quo hostes pop. Rom. consilio juventur adversus Rempublicam, quive milites sollicitaverit concitaveritve, quo seditio, tumultusve adversus Rempublicam fiat. Qualia exempla referuntur, *l. 1. l. 3. l. 4. ff. b.* ad quæ vid. quæ eleganti commentario congescit Anton. Matth. de *crimin. tit. de læs. maj. c. 3.* & conf. Nicol. Reusner. *l. 4. decis. 16.*

IV. Crimen majestatis in specie dicitur, quando quis non directò in Rempublicam insurgit, & immediatè securitatem ejus sollicitat, sed ea tamen usurpat aut peragit, quæ Majestatis sunt, & privato alii non conveniunt, ut si quis privati carceris

ris exerceat custodiam, *l. un. C. de priv. carc. inh. & l. un. C. Th. eod.* aut monetam cudat, *l. 2. C. de fals. mon.* aut statuas vel imagines Imperatoris jam consecratas conflaverit, *l. 6. ff. b. t.* Vid. Dn. Frantzk. *exerc. 14. qd. 6.*

V. Et hinc quidem, quæ sit differentia inter crimen majestatis & perduellionis, nullo negotio colligi posse arbitramur. Quod enim alii perduellionem ex odio non tam principis, quam principatus; majestatis verò crimen ex odio Principis tantum proficisci opinantur, id ve-reor, ut locum semper inveniat. Potest enim quis monetam cudere, privatos carceres exercere, vectigal imponere, non ex odio in Principem, sed ex solâ libidine ditescendi aut vindictam exercendi, & hic tamen crimen committit majestatis. Et quis utique odium hoc suum, si quod in principem habet, ubi ad inquisitionis tribunal tractus fuerit, profitebitur? Vicissim potest quis tumultus & seditiones excitare, potest magistratum occidere, potest cum hostibus conspirare non studio evertendi Remp., quanquam inde ea fortè concutiatur, & malè se habeat; sed ex odio solius Principis, ex indignatione rei malè gestæ, & ut hac ratione imperanti malè faciat, ex qualicunque denique causâ, quæ

intentionem evertendi præsentem statum excludit; & ista tamen perduellionem notant.

VI. Nec fatis probo, quod alii Majestatis crimen non morte, sed exilio multatum ajunt, perduellionis verò damnatum in crucem sublatum. Ut ut enim hoc posterius fortè non negem; prius tamen illud semper & in omnibus speciebus obtinuisse vix assererem, cum præsertim in contrarium stent, *l. un. C. de priv. carc. inh. l. 2. C. de fals. mon.* Nec obstat, quam obji-ciunt, *l. 24. ff. de pæn.* Eâ enim certa & ordinaria aliqua pœna non definitur; sed hoc tantum ibi quæritur, an, si quis ob causam majestatis relegatus aut deportatus fuerit, ex gratia sc. ipsi factâ, aut dispensatione Principis, aut quâ aliâ causâ, quæ pœnam mitigavit, an, inquam, statua quoque ipsius detrahenda sit? Et respondet Modestinus, omninò detrahendam esse & frangendam ejus imaginem.

VII. Id verò nescio, an ferendum usquequaque sit, quod habet Vultejus, *l. 1. J. R. c. 47.* promiscuam olim fuisse criminis læsæ majestatis & perduellionis appellationem, nimirum ante Imperatores; post eos verò distingvi cœpisse. Statum enim fuisse democraticum; populum ergo non potuisse offendi, nisi offenso statu; in monarchiâ verò, principe

non

tatum nihilominus sal-
te. Imò verò puto ego,
quidem non salvo sal-
te statum, & populum
non offenso statu; &
niq; ob quam utrum-
distingvi cœperit, non
Reipublicæ Democra-
tarchicam, sed legem
am simul conditionem

ilicet Lex XII. Tabb. ju-
qui hostem concitave-
civem hosti tradiderat,
i, l. 3. ff. h. t. Ita enim

IX. ex editione Jacobi
: SI QVI PERDUE-
CITASIT, CIVEMVE
TRANSDUIT, CA-

O. Et intra hos fortè
tempore cœretabatur
majestatis. Secuta de-
Cornelia, à Cornelio
cujus meminit Cicero,

quæ tamen qualis fue-
apita continerit, diffi-
erit exponere, cum
en hodiè parum aut ni-

Pleniorem tamen eam
dixius hinc crimen Ma-
am, argui potest ex eo,
tior lex semper, aut cor-
d, aut addat. Cum verò

am in LL. XII. Tabb. in-
ulul, adjectum aliquid

haud frustra præsumitur. Antonius
Augustinus *lib. de legib. & Sc.* pu-
tat, totam rem provincialem hæc le-
ge constitutam, ne, specie imperii
legitimi, quidquam contra Rempu-
blicam novaretur. Tandem lata
est Lex Julia ab Julio scil. Casare, à
quo etiamnum ita dicitur, quæ
quamplurima alia, in spherâ hujus
crimini aliâs non contenta, eo no-
mine censori jus sit, *l. 3. ff. h. t.* quam
ipsam deinceps Imperatores se-
quentes latius interpretati nihil non
arripuerunt, quod quoquo modo
contemptus, aut spreto imperii speci-
em præ se ferret.

IX. Non ergò, sive Democratia,
sive Monarchia, sed ipsa potius Lex
positiva extensiva ejusmodi Inter-
pretationis causa existit. Nec potest
quidem salva omnino esse Respubli-
ca, Principe non salvo, quod opina-
batur Vultejus. Quin si salva utcun-
que manserit, non tamen sine omni
concussione, & mutationis aut
etiam eversionis periculo erit. Et
utique offendi etiam potest popu-
lus, statu nequidquam aut saltem
non directè offenso. Sic enim &
hodiè in Democratia majestatis cri-
men committetur, si quis moneta-
tam propria autoritate cudere velit.
(Dixi hodiè. Olim enim id liberâ
Rep. ejusmodi crimen fuisse haud
credidero, et si triumviri moneta-

les ei rei præfecti fuerint, l. 32. §. 30. ff. de O. J.) At numquid ex hoc delicto integrum illicò statum collabascere existimabimus? Non arbitrator, dummodo proba ea fuerit moneta, & justî ponderis atqve valoris.

X. Jacobus Gothofredus, in *discursu histor. ad L. quisquis. C. ad L. Jul. Maj. c. 5.* quatuor enumerat Majestatis læsæ species. Primam dicit esse *perduellionis*, qualem suprà definivimus. Secundam vocat *læsæ venerationis*, quoties scil. non hostili quidem in Rempublicam, aut imperium ipsum animo salus aut securitas ejus appetitur, verùm debita tantùm principibus veneratio factò dictòve aliquo atroci violatur, putà maledictis in eos jactatis, vel statuis eorum violatis, l. 6. l. 7. ff. h. t. Tertiam appellat *autoritatis seu potestatis publicæ turbata*, quoties quis non hostili rursùm animo in Rempublicam, aut Principem, verùm audaci tantùm factò aliquo, vel Magistratui, pro potestate suà quid agenti, obstrigillat, ejusq; jurisdictionem interturbat, qualem exemplum refert Gvid. Pap. *qvæst. 423.* vel Majestatis stricturam aliquam sibi indebitè usurpat, quod in moneta reis, & in privati carceris usurpatione cernitur. Quartam & novam Majestatis precariæ speciem.

vocat *fictitiam*, *πλατυνὴ ἔκνομ- plarem*, qualis in *d. l. quisquis. C. b. t.* describitur, quando scil. quis per factionem in necem personarum Principi in administratione Reipublicæ dignitateqve proximarum, proximasq; Imperii cervices quid molitur.

XI. Istæ species etsi rectè ex principiis juris describantur, & quarta in primis adversus insubidas, aut saltem non benè digestas quorundam assertiones explicetur & vindicetur; nescio tamen, quod præfiscini dictum volo, an propter extensionem criminis, lege positivâ factam, nova illicò nobis statuenda sit species. Nec video, quare secundum & tertium genus tam separari ab invicem debeant, ut non diverso tantùm caractere insigniri, sed & sub duplici notione, quodq; seorsim collateraliter, juxta crimen perduellionis, considerare necesse sit. Id enim haud magis ferendum, quàm si quis nepotes & filium æquali gradu habere velit. Nam quod aliud aliudq; respiciunt objectum, id distinctionem parere quidem potest ulteriorem, sed ulteriorem, non talem, quæ membra subdivisa ex latere divisi principalis collocabit.

XII. Sic & circa quartam idem moveri poterit dubiū. Fatetur Gothofredus *d. l. crimine perduellionis*

cujus operâ, conſilio, conſilium inſutum fuerit, iſtratus populi Romani imperium poteſtatemve videretur, per *l. i. §. 1. raj.* & teneri ideò, ſive ad ſecuritatem publicè videretur, præſertim, ſive quia Majeſtatis ini ſtricturam aliquam majeſtatem pop. Rom. ant. At dicam ego, ob ones, quartam Gotho- ad hanc perduellionis duci poſſe, imò debere. m faciunt ad noſtrum nec talia ſunt, quæ ul- ligna habeantur.

aterùm, quale ſit cri- jeſtatis, & in quo ratio t, ex dictis intelligere in proclivi. Id tamen denuò eſt, aliis tempo- ejus nomenclaturam ut leviora interdum eo erentur, prout ſc. Prin- nitisve ad ſævitiã in- populus magis minus- ddictus eſſet. Hinc & rebant, quibus atrocita- elicti exponerent. Et ſi quid in Imperatorem fuerat, id impietatis nomine notabatur. Ta- 47. quemadmodum &

apud Græcos ἀσβείαι, βυλάμα pro majeſtatis crimine uſurpabatur. Quare ſi quis Neronis poemata a- ſpernatus erat, aut etiam negligentiùs audierat, eum punitum ait Phi- loſtratus, *l. 4. de vit. Apollonii c. 13. & ἀσβείαις*. Sic & ἀσβείαι dictus fuit apud eundem, *l. 1. c. 2.* qui ſer- vum ſuum verberârat, cum iſ dra- chnam Tiberii imagine ſignatam teneret. Paſſim verò ſacrilegi ap- pellabantur illi, qui honores prin- cipibus debitos negarent, ac veluti ſuffurarentur. Julius Capitolinus de M. Antonio: *Et parum ſanè fuit, quod illi honores divinos omnis ætas, omnis ſexus, omnis conditio ac digni- tas dedit, niſi quod etiam ſacrilegus judicatus eſt, qui ejus imaginem in ſua domo non habuit, qui per fortuna- nam vel potuit habere, vel debuit.*

XIV. En verò quàm futilia hæc ſunt, quàm omni vitio aut peccato aliena, & habita tamen interim pro criminibus Majeſtatem lædentibus. Alia plura refert Syetonius, in *Tibe- rio c. 58.* quem locum integrum ad- ſcribam. Facit enim & illuſtrat hanc materiam haud parum: *Sub idem tempus, inquit, conſulente prætorè, an judicia majeſtatis cogi juberet, exercendas eſſe leges reſpondit, & a- trociſſimè exerçit. Statua quidam Auguſti caput demſerat, ut alterius imponeret. Acta res in Senatu. Et*

quia ambigebatur, per tormenta
 quaesita est. Damnato reo, paulatim
 hoc genus calumniae eò processit, ut
 haec quoque capitalia essent: Circa Au-
 gusti simulacrum servum cecidisse,
 vestimenta mutasse, nummo vel an-
 nulo effigiem impressam latrina aut
 lupanari intulisse, dictum ullum fa-
 ctumve ejus existimatione aliqua la-
 sisse. Perit denique & is, qui honores
 in coloniâ suâ eodem die decerni sibi
 passus est, quo decreti & Augusto o-
 lim erant.

XV. Sic & apud Senecam, l. 3. de
 benef. c. 26. Senator quidam maje-
 statis postulatus, ob id veniam pe-
 titâ Tiberio, quod matellam con-
 tingere putarat prius, quam annu-
 lum, qui expressam Tiberii imagi-
 nem praeferebat, digito detraxis-
 set. Et apud Spartianum damnatus
 quidam legitur ab Antonino Cara-
 callâ, quod urinam eo loco fecisset,
 in quo statuæ & imagines Principis
 erant. Imò, quod extremam sapit ty-
 rannidem, sub Domitiano interfe-
 cta quaedam dicitur mulier, quod
 ante statuam Principis exisset, de
 qua Xiphilinus in Domitiano.

XVI. Pertinet huc etiam, quod
 habet Tacitus, l. 3. A. c. 70. L. Ennium
 Equitem Rom. majestatis postula-
 tum, quod effigiem principis pro-
 miscuum ad usum argenti vertisset.
 Item, quod refert idem, l. 7. cap. 73.

& 74. Fabiano objectum, quod in-
 ter cultores Augusti, qui per omnes
 domos in modum collegiorum ha-
 bebantur, Cassium quendam mi-
 mum corpore infamem adscivisset,
 quodve venditis hortis statuam Au-
 gusti simul mancipasset: Rubrio
 crimini datum, violatum perjurio
 nomen Augusti: Granium Marcel-
 lum accusatum, quod statuam suam
 altius, quam Cæsarum, sitam habe-
 ret, quodque aliâ in statuâ amputato
 capite Augusti effigiem Tiberii im-
 posuisset. Et quæ apud eundem pas-
 sim leguntur plura. Conf. Chri-
 stoph. Forstner. in not. polit. ad Ta-
 cit. pag. 99. 100. Emund. Figrelus, de
 stat. illustr. Rom. c. 36.

XVII. Scilicet admodum foecun-
 da erant delatorum & accusatorum
 tempora Tiberii Imperatoris, quip-
 pe quibus ipsa etiam probitas inter
 crimina nonnunquam habebatur,
 & promiscuè vera factaque eandem
 inveniebant fidem. Addebatur ple-
 rumque crimen Majestatis, quod
 tum omnium accusationum com-
 plementum erat. Tacit. l. 3. cap. 38.
 Sed id tamen adhuc maximè in in-
 certo fluctuabat, & facta eò trahe-
 bantur adiphora prorsus, h. e. quæ
 nec bonitatis alicujus, nec malitiæ
 speciem habebant, & pro arbitrio
 accusatoris interpretationem pa-
 tiebantur. Quæ omnia vitio seculi

icamus, necesse est. Plu-
Historicis exempla col-
Gruterus, *discurs. polit.*

48.

Nec tamen id interim
nte Reipublicæ neces-
satis crimen sæpè indu-
pliatum, ut, majoris
uidine injectâ, homi-
is deterrentur, & ad
carentur. Solent enim
ud rarò solennem cri-
um egredi, gravioresq;
tiora remedia objicere,
serpat, quod undiqve
egisse putatur, malum.
etiam majestatis cri-
hi interdum voluere,
et si propriè Majestatis
on esset, quod ex *l. 2. C.*
d. Eccles. confug. optimè
cob. Gothofred. *ad L.*
b. 2. c. 15. add. *Limnæ. ad*
erdinand. III. art. 28.

ed hic subsistendum erit
uis enim, quæ diximus,
atius erunt enucleanda.
culi recensui ex Tacito,
asæ postulatam eum,
principis promiscuum
enti verterat, & qui sta-
ti vendiderat. Sed quid
n ad *l. 5. & 6. ff. b.* ubi
inter statuas principis

consecratas, & nondum consecra-
tas, & dum harum venditionem
non videri contra Majestatem fieri
asseritur, è contrario innuitur cri-
men, si consecratæ vendantur. Ita
namque disertè porrò *l. 6. cod. Qui*
statuas, aut imagines Imperatoris
jam consecratas constiterint, aliud-
ve quid simile admiserint, Lege Ju-
liâ Majestatis tenentur. An ergò &
hoc inter vitia sæculi numerabimus?
At Justiniani tempore, quo textus
isti Digestis inserti, tale quid statue-
re Jurisprudentiâ non permittit.
Si Lipsium eâ de re quæras, ridebit
ille, & effusius ideò, quia ab Jctis
hoc proficiscitur. Ita enim eum in-
venies *in comm. ad lib. 1. A. Taciti*
p. m. 70. Quasi verò hoc supra ca-
ptum Jctorum esset, aut si quid ab
his dictum, risu id confutati posset,
aut cachinno dissipari. Consideret
Lipsius, non Marciani amplius ea
esse verba, aut Venuleji Jctorum,
sed ipsius Justiniani Imp. & desinet
ridere; imò rationes investigabit
potius, quare ea Digestis inseruerit
ille, & qualis tunc statuis & ima-
ginibus Principum habitus fuerit
honor.

XX. Sanè quæcunqve consecra-
ta sunt, inter sacra habentur. Ita
enim Marcianus, *l. 6. §. 3. ff. de R. D.*
Sacra autem res sunt hæc, quæ a publicè
consecratae sunt, non private. Et Ul-

pianus, l. 9. ff. eod. *Sacra loca ea sunt, quæ publicè sunt dedicata, sive in civitate sunt, sive in agro.* Justinianus, §. 8. J. eod. omisit vocabulum *publicè*, & substituit *ritè*: *Sacra res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo consecrata sunt, ritè, i. e. solenniter, publicè, & ut decet.* Per Pontifices, i. e. per Episcopos, ut benè explicat Ægid. Hortens. *comm. ad h. §.* Erat ergò etiam tempore Justiniani consecrandi quidam ritus solennis, eumque qualiter in ædificando aliquo templo, aut Oratorio observari debeat, in vim legis præscribit ipse Imperator, *Nov. 67. c. 1. & Nov. 131. c. 7.* Nec dubium, similem prorsus obtinuisse morem in consecrandis rebus móbilibus, siquidem & hæ sacræ sunt, si dedicata & consecrata fuerint, Gallus Ælius apud Festum *in voc. Sacer.* Quà ratione etiam Justinianus inter res sacras recenset donaria, i. e. vestes, vasa, aliaque utensilia, divinis usibus dicata, & consecrata, it. *ava in voc. Sacer.*, &c. Vid. Arnoldus Vinnius, *ad d. §. 8. J. de R. D.*

XXI. Quod imagines & statuas concernit, notum est, apud plerasque gentes humaniores, & Romanos imprimis, magnam semper earum fuisse copiam, de cujus rei causis sollicitus est Marcell. Donat. *in Sveton. Aug. cap. 31.* dedicatas autem eas ut plurimum certis diis, de quo

Lips. *ad l. 3. A. Taciti p. 181.* Emund. Figrelus, *de stat. illustr. Rom. c. 29.* & hinc igitur sacras factas. Quales tamen vix est ut intelligamus, *in d. l. 5. & 6. ff. ad L. Jul. Maj.* quamquam intellexerint fortè earum auctores. Justinianum enim ethnicas ejusmodi superstitiones adprobasse, & jus propter eas conditum juri, quod inter Christianos obtinere voluit, eodem sensu inferuisse minus sit credibile. Existimo igitur, per consecratas imagines h. l. intelligi, vel quæ in sacris locis autoritate Pontificum erectæ fuérunt, vel quæ autoritate Principis etiam alibi, ut erigerentur, permixtæ. Prius id magis placet, eò quod vocabulum consecrare ex vi suâ propriâ, & genuinâ significet Deo dicare, separare scilicet rem, & eximere usu hominum, eandemque sacris usibus destinare. Posterius autem ideò displicere nequit, quia & Principi dicitur consecrari, *l. un. C. de palat. & domib. ibi consecratas nobis ades, i. e. incluta palatia, &c.* Et ergò eadem ratione imagines & statuas consecratæ dici possunt, eò scilicet quod Imperatoribus dicatæ, & ex hoc privatorum usu exemptæ. Nec enim sine solennitate erigebantur, sed in hoc quoque actu aliquis interveniebat ritus, qui exemptionis istius symbolum erat; & character etiam inter

i. Vid. l. 2. C. de stat. & f. *Sozom. l. 8. bisp. Eccles.* vo est fortè, quod etiamianos Impp. statuae eoi præbuerint, l. *um. C. de lat. conf.* scil. quia sacra uni hominum commere-

mdudum scil. mos hic vel pessima potius adu-; receperant inter se etiã ut principum imagines it. Ejus rei exempla tum in primis in Chronico o occurrunt quamplumè circa initium seculi e est, quod Aurelianus ratorio, ac patritius, an- IV. in Senatu tria *statuae*, Theodosii, & Pulche- leguntur. Tale, quod ianus statuam auream

Theodosii, anno se- CCXV. in Senatu dedi- b anno CCCCXXI. re- utur, statuam Arcadii nam cochiseatam in fo- ositam, mense Panemo dedicatam fuisse. *Αὐριανὸς Ἀρκαδίου ἐστὶς ἐπιτά- τῃς νῦν. ὡς τῇ Ἀρκαδι- c.* Quæ verba ostend- are statuam non esse i- onere; siquidem Arca- ia postea jam fuerat, &

deinceps singulari die dedicata re- fertur.

XXIII. Dicitur verò non potest, quantus eo seculo in statu erigen- dis, ponendis, dedicandis, non luxus modò & æmulatio, sed etiam cultus atqve religio invaluerit. Neque ea res displicuit aliquando Imperato- ribus, quibus volupe fuit, honores sibi tantos auctis quotidiè ceremo- niis decerni, quicquid propterea ipsi- met imagines suas sapiusculè pro- ponebant, & sibi inde majestatis o- pinionem haud vulgarem accresce- re persuasum habebant. Refert Zo- simus, *lib. 4.* de Theodosio M. con- sensisse eum, ut Maximus Tyrannus secum imperaret, secumq; statua- rum & Imperatorii nominis parti- ceps esset, atqve idcirco dedisse in mandatis Cynegio, P. P. cum eum ablegaret in Ægyptum, & omnibus Numinum religione per ipsam in- terdici, ac sana claudi præcepisset, ut imaginem Maximi conspicien- dam Alexandrinis exhiberet, publi- cesq; poneret, & consortem hunc imperii factum, habità ad populum oratione, declararet. Nec verò con- tinere se intra has metas potuit adu- latio, ut qualicunqve honoris cul- tu, & reverentiã statuæ istiusmodi afficeretur, quod improbari fortè haud potuisset, sed longius progres- sa ex honoribus istis religionis par- tem

tem fecit, & penè in divinam prolapsa est adorationem. Constat enim, imagines imperiales & adclamationibus, tanquam ad præsentis numinis apparitionem, festivitatis, ludicrisq; cum erigerentur, vel cum populis inhiantibus proponerentur, cultas & religiosâ *σεβαστηριαι* adoratas fuisse. Ex quo calumniandi ansam sumsit Philostorgius Cappadox, ut de Orthodoxis scriberet, *lib. 2. c. 18.* eos Constantini Imp. imaginem, in porphyreticâ columnâ stantem sacrificiis propitiâsse, lucernis & incensis coluisse, precesq; velut DEO allegâsse, & averruncatorias malorum supplicationes peregisse. Vid. *ibid.* Jacobus Gothofredus, & *ad l. un. C. Theodos. de imag. imper.*

XXIV. Dedicaciones statuarum & imaginum eo tempore plerumq; per ludos & spectacula fieri solebant. Testatur id Sozomenus *lib. 8. cap. 20.* *Plausus illic & saltatorum ac mimorum publica spectacula edebantur, sicuti tunc mos erat in dedicatione imperialium imaginum.* Et Socrates *lib. 6. cap. 18.* *Ad eam statuam (Eudoxiæ Augustæ) popularium lusus celebrari consueverant.* Erat hæc Eudoxiæ statua argentea prope Ecclesiam posita. Cumq; lusus illi plerumq; cum vociferatione magnisq; clamoribus fierent, indignatus ob eam rem Johannaes Chrysostomus

graviter pro concione Eudoxiam perstrinxit, nec abstinuit, etsi illa valdè succensuisset, & removeri potius Episcopatu, atq; in exilium proijci voluit, quàm ab suâ illâ *επισημοσ* remittere quicquam. Totam historiam refert Socrates *d. l.* ex quâ hæc tantum verba nunc adducere placet: *Porro Johannes, cum ad contumeliam Ecclesia ista fieri censeret, pristinam loquendi libertatem resumens, contra eos, qui hæc agebant, linguam suam nudâ armavit. Et cum blandâ hortatione potius persuadere debuisset Principibus, ut ab hujusmodi ludicris abstinerent, istud quidem non prestavit, sed eloquentia sua impetu abreptus probris eos appetiit, qui ista fieri præceperant. Hoc factum Augusta iterum ad se rapit, & Johannis verba, contumeliam suam reputans, rursus Episcoporum synodum adversus illum congregari curat. Id ubi sensit Johannes, celebrem illam in Ecclesiâ habuit orationem, cujus initium est: Rursus Herodias furit: rursus turbatur: rursus saltat: rursus Johannis caput in discobulo accipere concupiscit, &c.* Contigerunt hæc, uti ex Ammiano Marcellino colligi potest, circa annum Christi CCCCIII.

XXV. Quia verò *σεβαστηριαι* quoque addere quandoq; solebant, non selecti tantum ex fece Romuli, sed

etiam, & judices, atque
, & in eam vehementer
invehebantur Ecclesiæ
Iostomus, Hieronymus
etur ea res occasionem
odioso juniori, ut im-
ui atque adorationi sta-
imaginum Imperato-
m poneret, edita anno
constitutione, quæ in
in Codice Theodos. de
his verbis: *Si quando no-
vel imagines eriguntur,
ut adsoleat, festis, sive
s, adsit iudex sine adora-
tio fastigio, ut ornamen-
el loco & nostræ recorda-
bet accessisse presentiam.
simulacra proposita tam-
nis concurrentium, men-
s, nostrum numen & lau-
lemonstret: excedens cul-
um dignitatem superna
erretur, &c.* Inter ista
ionum argumenta mi-
st, tantum olim princi-
pinibus exhibitum fuisse
, ut nil temerè circa eas
& criminis materiam
si quis ausus quid fuisset.
deponere eas non licu-
ustate, corruptas reficere
ff. ad L. Jul. maj. Atque
atum aliquando fuisse,
dificium reparandum es-

set, deponere liceret inconsulto
Principe statuam aliquam, ædificio
isti adfixam, patet ex *l. 15. C. de oper.
publ.*

XXVI. Erat enimverò ritus iste
jamdudum receptus, ut salutatores
certo ordine ad Principem adoran-
dum per Admissionales, eam in-
rem constitutos, admitterentur. E-
ratq; adoratio Principum nihil ali-
ud, quàm salutatio Principis genu
flexo. Adorari scil. ita etiam Princi-
pes Christiani sese in salutatione
passi sunt, extero ritu & Regio mo-
re, idq; à Diocletiano, quem pri-
mum ejus instituti autorem nomi-
nat Ammiarus Marcellinus, *lib. 15.*
didicerunt. Adoraturus, seu saluta-
turus in genua ante Principis pedes
procumbebat, ei mox Principis pur-
pura seu vestis lacinia offerebatur,
quam manu contingebat atque ori
admovebat, uti eum ritum erudi-
tè explicat Jacobus Gothofredus, *ad
l. un. Cod. Theodos. de pr. epof. sac. cur-
bic.* At verò statuis Imperatorum
eundem impertiri honorem, ni-
mium aliquando visum, & in hoc
genere ambitiosum adorationis fa-
stigium dictum Theodosio, *dicta
constitutione.* Sanè ipsa *regnumque*
& flexus corporis in se nullum ha-
bet vitium, nec adeò attendi debet,
si objectum fuerit civile, & nullum
periculum cultus religiosi. Ipsi e-

nimi Christiani aliquando ad imagines Imperatorum procubuérunt, nec abstinent, nisi Julianus falsorum deorum imagines inter Imperatorum imagines collocasset, uti ex Nazianzeni scriptis patet. Sic igitur adoratio illa tantum *non luxum* seu honorariam quendam venerationem significabat. Degeneravit tamen ea in idololatriam, quam politicam vocat Filescus. Rectè Augustinus de C. D. l. 10. c. 4. *Multa de cultu divino usurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulatione pestiferâ.*

XXVII. Quicquid demum hujus sit, sufficit nobis ostendisse, consecratas imagines esse eas, in quas nullum jus est privatis, quæq; idcirco non sunt in commercio. At si hoc, quid ridet Lipsius, per venditionem earum commissum fuisse crimen Majestatis? Voluérunt utique Imperatores etiam in statuis ejusmodi sacram populo esse suam majestatem, quam proinde lædi putarunt, sicubi talis aliqua vendita, & lucrum inde quaesitum fuisset. Quod tamen intelligendum porro ita, si per se sola vendatur imago; aliàs enim sacræ & religiosæ partes unâ cum aliis partibus non-sacris, unâ denique & cum ipsâ universitate transferri possunt, quod enim

per se non est in commercio, cum alio est, & emptioni majoris partis accedit, l. 24. ff. de contr. empt. perinde ut jus patronatus per se, veluti principale aliquod, & distinctum, vendi & transferri nequit, potest autem cum universitate, utpote civitate, pago, castro, &c. c. cum seculum, 13. X. de jur. patr. c. cum Bertholdus, 18. X. de sent. & re jud. Petr. Costal. in l. 22. de contr. empt. Covarruv. 2. Resol. 18. n. 32. Dubitatione tamen primum non cavet, utrum statua principis unâ cum prædio velut accessorium vendi possit. Falanio enim Equiti Romano ab accusatore objectum Cornelius Tacitus, lib. 1. annal. c. 73. refert, quod venditis hortis statuum Augusti simul mancipasset, quanquam is Tiberii re-scripto liberatus fuerit, quo non idcirco contra religiones fieri COSS. re-scriptis, quod effigies Augusti, ut alia numinum simulacra, venditionibus hortorum vel domuum accederent.

XXVIII. Et hæc quidem de venditione imaginum. Cæterum dubium non est, si contumeliâ afficiatur imago Imperatoris, aut aliàs facto aliquo violetur, contumeliam istam in ipsum redundare Imperatorem, l. 7. §. ult. b. Sic enim etiam privatorum statuis saxo cæsis, injuriarum agi poterat, l. 27. ff. de injur.

Nec id frustra Antio-
 nus Theodosius Imp.
 suas facto tumultu de-
 injecto fure raptassent,
c. 23. Ita & ad legem
 tatis refert Ludovicus
arg. l. 5. ff. b. t. si quis la-
 etierit imagines regias,
 Constantini contigisse
*in concionibus, ad po-
 vchenum habitis,* refert.
 sit Emundus Figrelius,
l. r. Rom. c. 36.

Ad archetypum enim &
 ratam, sive exemplar pri-
 rtinet id, quod rei signi-
 tur contumeliæ, cum
 eò omnis tendat læden-
 is & intentio, ut, si præ-
 erent Principem vivum,
 rsus injuriis impeturos
 nt. Et ita, quanqvã ab Ico-
 ocul absimus, non minus
 in Deum peccare arbitra-
 imagines Christi sicã im-
 securi inflicta deforman-
 iis contumeliis excipien-
 nunt. Refert ex Gregorio
 i, scriptore Orientis Chri-
 annes Seldenus *de Synedr.*
 viter punitum, & anathe-
 natum Honain Ben Isaac,
 bilem scriptorum Hippo-
 aleni Metaphrasten, quod
 iosius in picturam Chri-

sti conspuisset, eamq; sententiam
 ipsius Chaliphæ Motvaccelli in-
 dultu pronunciatam. Conf. Jac.
 Men. *de arb. jud. qvæst. cas. 376.*

XXX. Sed satis aliquando de
 crimine majestatis in imaginibus.
 commissio. Proximum nunc est, ut
 dispiciamus, an etiam verbis lædi
 possit Majestas, sive, ut rectius dica-
 mus, an maledicens Principi com-
 mittat crimen læsæ majestatis? Et
 data hæc de re populo Israëlitico lex
 ab ipso Deo, *Exod. XXII, 28. Dis non
 detrabes, & Principi populi tui non
 maledices.* DIIS, h. e. iudicibus, ut
 ex Onkeli, Jonathani, Judæorum
 Mauritanensium Arabicã, Persicã,
 & Hispanicã versione exponit Joh.
 Selden. *de jur. nat. & gent. l. 2. c. 13.*
 Sive, ut habent Junius & Tremel-
 lius: *Magistratus ne execrator, sc.
 deos istos, Dei ipsius agentes vicem,
 penes quos est administratio civilis
 vel Ecclesiastica.* Idem de Principe
 repetitur in N. T. *Actor. XXIII, 5.*
 Et fuit sanè ejusmodi delictum ali-
 quando atrocissimis pœnis vindica-
 tum, eo imprimis tempore, quo cer-
 ta incerta, bona malæ nullo discrimi-
 mine judicia exercebant. Difertè
 in hanc rem Sveton. *in Tiber. c. 58.*
& in Neron. c. 32. Tacit. *l. 1. A. c. 72.*
 Dio, *l. 57.* Paulus, *l. 5. sent. c. 29.* Nec
 fortè sine ratione, cum præsertim
 Princeps omnem sui contemptum



semper & ubiqve sedulo vitare debeat, nec ullibi magis lædatur Majestas, quàm si in animis subditorum ejus minuatur, aut prorsus interficiatur existimatio.

XXXI. Noluérunt tñ. Theodosius, Arcadius, & Honorius, Imppp. id, quod antecessoribus suis placuerat, ratum habere; quin potius convitia sibi dicta (nisi seditiosa fortè fuerint aut turbulenta, *l. i. in f. ff. ad L. L. Jul. maj. l. 28. §. 3. de pœn.*) puniri à magistratibus inferioribus prohibuérunt, & sibi solis de iis cognitionem reservarunt; non quod maledicta lege Julià Majestatis contineri amplius noluerint, uti quidam volunt, exempla enim reperiuntur nullibi; sed quòd ipsi deinceps statuere decreverint, vindicandum an contemnendum sit vitium. Anton. Matth. *de crimin. tit. de les. maj. c. 2. n. 22. p. 339.* Ita enim illi, *l. un. C. si quis Imp. maledix. Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantiq; maledicto nomina nostra crediderit laceffenda, ac temulentia turbulenti obtrectator temporum nostrarum fuerit, eum pœna nolumus subjugari, neq; durum aliquid nec asperum volumus sustinere, quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum; si ab injurià, remittendum. Unde integris omnibus*

boc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum pretermitti, an exquiri debeant, censeamus. Conf. ad hanc constitutionem Magnif. Dn. Carpozov. *pract. crim. p. 1. quæst. 41. numer. 11. seqq.* Jacob. Menoch. *de A. J. 2. cas. 377.* Anton. Perez. *Cod. b. t.*

XXXII. Considerato nunc ipso crimine, & quatenus committatur, probè hætenus perpensò, secunda erit cura de eo, adversus quem committatur. Dicam breviter. Committitur adversus omnem, qui majestate pollet, id enim ipsum criminis hujus nomen innuit, & per consequens non committitur in eum, in quo majestas nulla est. Hinc igitur, cum à plerisque omnibus concedatur, in Imperatorem Romanum tale crimen committi, aliter tamen aliqui sentiunt de Augustà. Neque id fortè frustrà, modò ne ad antiqviora recurras tempora, quippe quibus majori potestate armatas haud rarò Imperatrices non diffitemur. Tantam tamen ipsis unquam competiisse, ut Majestatis nomine venire, & ut majestatis proinde crimen in ipsas committi potuerit, asserere vix ausim, imò ferè ausim negare. Vid. dissentientes inter se viri summi, ex alterà parte Dn. Carpozov. *disput. feud. 9. quæst. 2.* Riemerus

dec. 10. q. 1. affirmantes; ex alterâ Hœnon. disp. 2. 4. sb. 2. & Linnaeus, l. 2. jur. publ. c. 14. negantes.

XXXIII. Idem confidentius nego de Rege Rom. vivo adhuc Imperatore electo, cum Dn. Carpz. *d. l. q. 2.* Etsi enim comitia ab eo haud raro indicta reperiantur, maximæq; potestatis argumenta passim prostant; ista tamen omnia partim ex speciali concessione Imperatoris, partim etiam non proprio nomine gesta inveniemus. Sed quid dicemus porro de Principibus Germaniæ & statibus Imperii? Hic verò de Electoribus res est expedita. Committi enim in eos crimen Majestatis dicitur sancit A. B. *c. ap. 24.* quo ipsi aliud nihil egisse videtur Carolus, nisi quod, *l. quisquis. C. b. r.* applicaverit Electoribus, quam tamen ita applicare ipsa jubet eorum conditio.

XXXIV. Eandem applicamus porro etiam aliis Principibus Germaniæ inferioribus, etsi de his nihil sanciverit A. B. & in alia omnia tant Fachineus, *9. contr. 32.* Vultejus, *1. J. R. 47. num. 3.* Köppen, *2. Obs. 124.* Anton. Marth. *de crimin. tit. læs. maj. 1. num. 4.* & alii. Sed vicissim alii Majestatis quidem crimen in eos committi non negant, poenastaten *d. l. quisquis*, exerceri aut in præbuis posse negant, quos inter

est Andr. Knichen *de Sax. non prov. jur. verbo DUCUM c. 5. n. 432.* & Joh. Georg. Bechtius *de securit. num. 150.* Nec multum ab his abscedit Petrus Antonius de Petra, *de potest. Princ. c. 6. num. 12.* qui adversus Principes superiorem agnoscentes Majestatis crimen committi concedit quidem, sed tale tantum, quod ad secundum ejus caput pertineat, i. e. crimen Majestatis in specie dictum.

XXXV. Nobis, ut dictum, si non gravius, saltem quasi perduellionis crimen, ut supra cum Gothofredo vocavimus, committi in eos posse, non videtur absolum. Sunt enim & illi veluti Cónsistoriani Imperatoris, cum quibus de rerum summa in consilium ire solet, imò sine quorum consensu decernere in rebus gravioribus nihil potest: Sed quare eorum non fecit mentionem A. B. forte ideò, quia Electorum tantum in eà curam suscepit Imperator, non attentis immunitatibus & axiomatibus, quæ reliquis Principibus competunt. Verum de totà quæstione principali videantur, quos magno numero allegat Nicol. Reusner. *4. decis. 16. n. 6.*

XXXVI. Idem porro dicendum de consiliariis Imperatoris, adversus eos quoque crimen læsæ Majestatis committi, quippe de quibus præcipue agit *d. l. quisquis. C. b.* Sed

ne par utrobique Principum & Consiliariorum existat conditio, explicanda est inter utrosque, quod crimen hoc concernit, differentia. Nempè Consiliariis suis aut Consistorianis stricturam aliquam Majestatis contulit; talemque fulgorem seu characterem impresit Imperator, ut si in necem ipsorum, factione inita, conspiratum fuerit, perinde deinceps accipiat, ac si hostili in ipsum Principem aut Rempublicam animo id admissum sit, licet talem nunquam habuerint factionis auctores. Non enim placet, quod putant aliqui, tum demum locum habere, *d. l. quisquis. C. b. t.* quando in Consiliarium aliquid commissum fuerit odio Principis, eoque sine, ut Reipublicæ tranquillitas turbetur, quod post alios noviter statuit Ant. Perez. *C. b. t. n. 4.* & rectius videtur sentire Jac. Gothofred. *in Comment. ad d. l.* nihil interesse, etsi privato tantum odio in necem Consiliariorum inita fuisset factio. Fictitia ergo est ista Majestas ex corporis Imperatorii communione proveniens, ut scilicet hac ratione Officiariorum status in tuto collocetur, quæ aliàs mille periculis succumberet.

XXXVII. At aliter sese res habet cum Principibus Germaniæ. Nihil nunc dicam de eorum in territorio cujusque suo autoritate, quæ qui-

dem tanta semper fuit, ut à Baldo *ad l. fin. C. de test. mil.* pro Regibus sint habiti. Ea enim autoritas, utcumque si cum exteris conferas, ferè summa sit, talis tamen non est, ut Principibus illa sigillatim sumptis majestatem propriè dictam competere dicamus, utque propterea majestatis crimen in eos committi asseramus. Sed asserimus tamen ideò, quia de majestate imperii Romani haud parùm participant. Nempè mixtum esse nunc statum Imperii Romani, absurdus esset, qui negare vellet. Summam enim potestatem, sive τὸ κύριον, non penes Imperatorem tantum, nec penes Principes & statum Imperii tantum esse, sed penes utrosque collectivè sumptos; & hinc igitur Principes & status haud minimam majestatis partem tenere, etiam in nostris notum est. Quod si est, uti verè est, non fictitià tantum, aut communicatà Majestate, ad instar Consiliariorum eminere dixerò Principes, sed jure quodam suo, & ex proprià personà, Bachov. *in Treutl. vol. 1. disp. 3. tb. 6. E. & disp. 23. tb. 1. C.* Nec obstat in comitiis demum istam majestatis elucere partem. Ut ut enim hoc concessero, non tamen exinde tollitur tota illa relatio, quæ ex majestate totius Imperii resultat, & quam adeò membra imperantia in suis

fuis territoriis habent. Imò sufficit nobis, competere Principi extra Comitatus jus in comitiis de præcipuis majestatis objectis deliberandi, quod atque aliter non habet, nisi quatenus partem facit eorum, penes quos non superior est. Vid. Jctus eminentissimus, Dn. Carpzov. *pract. crim. p. 1. q. 41. n. 59. seqq. imprimis n. 84.*

XXXVIII. Est igitur hæc in parte non exigua inter Consiliarios & Principes Germaniæ differentia. Sed est tamen adhuc alia. Nempè *ad l. s. C. b. tria* requirit Gothofredus *c. 8.* ut crimen majestatis in Consiliarium verè committatur, (1.) ut in eum factio, (2.) non quævis, sed in necem, (3.) non quorumvis, sed eorum, qui eà lege designantur, ut proinde forma ejus criminis in tribus consistat: *in modo*, per factionem: *in fine*, putà in necem: *in objecto*, putà personis principi in administrandâ Republicâ dignitateve proximis. At verò, ut crimen in Principes Germaniæ committatur, tria ista conjunctim adesse debere non videtur. Ut enim majestas huic aliter competit ac illis, sic nec iisdem legibus utrobique æstimabitur in eos delictum. Et quia imperii Proceres jure quodam suo, non ex communiione Corporis Imperatoris, majestatem habent, idcirco facilius quoque in eos pecca-

bitur, atque in Consiliarios, qui quicquid majestatis tenent, interpretativè habent, & ex concessione alterius.

XX XIX. De Pontifice Romano restat, ut videamus, num in eum crimen Majestatis committatur? Ajunt ejus Sectatores sine omni limitatione, tantamque ejus majestatem faciunt, ut omnes potestates terrenas, quantascunque quis fingere possit, superet & excedat. Prolixum esset, & propter aniles fabulas tediosum enarrare, quanta mysteria ex tripliei Pontificis coronâ detexerint Antonius Mazaronus, Carolus Paschalius, & Andreas Sausfayus, omnia autem ista breviter, & quasi in compendio, complexus est Theophilus Raynaudus, *lib. de cor. aur. sup. mit. Pont. p. 396.* ideò scilicet eam esse triplicem, ut majestas ejus ad cœlestia, terrena & inferna pertinere innueretur. Bonum factum! Sic enim etiam diabolis imperabit. Et qui non? cum & alias omnipotentiam ipsi tribuant ejus adulatores, & ex homine Deum, vel deastrum potiùs aliquem, & idolum faciant. Vid. qui parasitica ejusmodi emblemata collegerunt Dn. D. Dorfchetus *in detect. malafid. Pap. circ. prob. Trin. pag. 206. 338. & 740.* Dn. Carpzov. *in vindic. Theol. Lub. cons. Jct. Dilling. num. 17. 18.* Lud. de Mon-

Montesperatò, in vindic. pac. Osna-
brüc. num. 26. 27. Petr. Svav. *bisfor.*
concil. Trid. l. 2. p. 206. Anton. Ben-
bellona de Godentiis, sive Barthol.
Gericius de pac. relig. p. 1. c. 16. G. Ca-
lixtus in *Respons. Moguntin. opp. num.*
97. 98. Quæ omnia, si Papæ ita, ut tri-
buuntur, verè competerent, non
tam majestatis crimen, quàm bla-
sphemix in eum committi dicerem.

XL. Sed etsi ea non compete-
rent, majestatis tamen crimen in
eum committi dicerem, si verum
esset, quod ajunt porrò, Papam esse
Regem Regum, & dominum domi-
nantium, ut vulgatum est ipsorum
diverbum. Vid. Dounamus de *An-
tiChristo p. 248.* Petr. Svavis *bisf.*
Concil. Trid. p. 453. Geographus Nu-
biensis ap. Seld. *comm. in Eutychii*
Orig. p. 141. M. Ant. Peregrinus de
jur. ffici. l. 1. c. 2. n. 2. seqq. Petr. An-
ton. de Petra, de *potest. princ. c. 3. q. 4.*
n. 8. 9. 10. & quos plures citat Dn. D.
Dorscheus *d. l. p. 397.* Est enim penes
ipsum, uti nugantur, supremum
omnium, etiam super ipsos Impera-
tores & Monarchas omnium ma-
ximos, imperium, adè ut Impera-
tor non sit, quem is reprobet, nec
tantillum valeat Principum electio
vel autoritas, si ille caput quassans
renuat, quæ sunt verba G. Wicelij
in *elench. abusuum.* Hinc igitur Pon-
tificem Imperatores & Reges, etiam

sine causâ, solio dejicere, aliosq; ad
illud evehere, nova itidem regna &
principatûs erigere posse, principia
sunt in Papatu politica. Urgent ea,
& magnis conatibus adstruunt Gvi-
lielmus Singletonus, Franciscus
Svarez, Thomas Stapletonus, Do-
minicus de dominicis, Thomas Bo-
zius, Johannes Malderus, Alexander
Carerius, Sylvester Prierias, Abrah.
Bzovius, Franciscus à Victoria, &
alii innumeri, ut taceam nunc JCos
nostros ex parte Pontificiâ, qui per-
inde, ut Psittacus suum *χαιῆς* lo-
quuntur, & Theologis suis frigidam
suffundunt uno consensu omnes.
Quâ sententiâ positâ, statuendum
erit, Majestatem Papæ competere
planè singularem, & in gradu emi-
nenti. Et ergò necesse est, ut in eum
magis, quàm in potentissimum ali-
um Orbis Monarcham crimen Ma-
jestatis committi dicatur. Imò verò
concludunt, quòd crimen sit majus
& atrocius, & præsentiori vindictæ
obnoxium, quemcunq; Romanum
Papam quovis modo offendere,
quàm articulos fidei, & ipsam Filii
DEI divinitatem, abnegare.

XLI. Sed uti hæc omnia νόμοι
sunt καὶ λῆγοι: ita peccant quoque ex
alterâ parte, qui planè nullam Pon-
tifici largiuntur majestatem, ut est
Bernh. Zieritz de *Pp. prerogativ. lit.*
& F. Hakelm. *disp. 24. tb. 15. lit. b. Za-
bel*

AntiBodin. rb. 6. Ex no-
 idè ipsi summam po-
 rogant, quod humilita-
 debeat magis, quàm civi-
 m dominatum. At enim
 odiè sustinet personam,
 om., ut optimè suggerit
 ccia, *de sent. & re jud. gl.*
6. Episcopi alteram, alte-
 pis. Priori respectu o-
 enegamus Majestatem,
 Ecclesiâ Monarchiam, &
 tuos putamus eos, qui
 eum & dominum Eccle-
 ntur. Vid. Joh. Davenant.
 Si tamen obtineri ab eo
 taris in orthodoxiâ con-
 ollemus ipsi vicissim pri-
 dinis sive dignitatis inter
 largiri, quem ipsum jam
 essuros se contestati sunt
 es. Vid. Petr. Svav. *bist.*
l. 1. p. 107. Goldast. *in Re-*
pp. c. 8. sed ex quo maje-
 eqveretur omninò nihil.
 Posteriori autem respectu
 ullū est, Pontificem Rom.
 iscopatum, quem gerit, te-
 in principatum in patri-
 od vocant, S. Petri, aliisq;
 his provinciis. Nec dispu-
 verò nunc est, an rectè
 ntur in unâ personâ potes-
 s & Ecclesiastica? nec por-
 sto principatum istum Papa

habeat titulo? Quod enim prius
 concernit, certum est, potestatem
 Ecclesiasticam & Laicam differre,
 quidem formis & objectis, neq;
 ordinari invicem per mutuâ alter-
 utrius essentia ab alterâ dependen-
 tiam; convenire tamen posse easdè
 & concurrere in uno subjecto, man-
 nente integrâ & separatâ cujusque
 essentia, ita, ut propter istum con-
 cursum non confundantur, nec de-
 pendeant à se invicem. Posterius ve-
 rò idè in disquisitionem revocan-
 dum non est, quia subsistere potest
 Majestas, etsi titulus planè sit iniquus,
 cum & aliàs vix conservari posset so-
 cietas civilis, si nemo de facto subdi-
 tus teneretur obedire possessori, an-
 tequam titulum acquisitionis suæ ab
 omni contradictione liberasset.

XLIII. Hunc igitur Principatum
 quia à nemine recognoscit Pontifex,
 haud frustra Majestatem illi tribue-
 mus; quanquam rectius fortè, Chri-
 sti & Apostolorum exemplo, sceptrâ
 deprecaretur & imperia. Majesta-
 tem autem si concedimus, concede-
 mus etiam, committi in eum Maje-
 statis crimen. Nec enim potest, po-
 sito illo, negari hoc cum posito fun-
 damento necesse est, ponatur id,
 quod isto fundamento innititur.
 Vid. Carpz. *vind. Theol. Luth. cont.*
JCr. Dilling. rb. 20. & in prax. crim.
p. 1. q. 41. n. 39.



XLIV. Satis etiam de criminis huius objecto. Videamus nunc de subiecto, à quo scilicet verè committatur crimen maiestatis. Hic verò consentiunt Dd., non committi tale crimē, nisi ab eo, qui γυνώσκω est & dicitur subditus, & hinc igitur ab eo, qui tantum ratione feudi subditus est, non patrari, per text. in *clem. Pastoralis de re jud.* Geil. 2. de *pac. publ.* 13. n. 19. Emanuel Svarez. *recept. sent. lit. M. n. 6.* Rosenthal, de *feud. c. 5. concl. 69. n. 8.* Dn. Carpzov. *p. 1. c. 1. def. 14. Et in vindic. consr. JCr. Dilling. n. 31.* Anton. Faber, *C. l. 9. t. 6. def. 10. 11.* Gometz. *31. resol. 2. n. 10.* Anton. Matth. *b. t. c. 1. n. 7. 8. seqq.* Quamquam enim maiestas semper, & ubique, & ab omnibus reverenter habenda sit, non à subditis tantum, & per consequens lædi ea possit etiam ab extraneo quocumque, crimen tamen hoc propriè acceptum relationem quandam subditi & imperantis desiderare videtur, uti bene animadvertit Bachov. in *Treutl. vol. 2. disp. 32. sb. 1. lit. B.* ut proinde, etsi peccet extraneus, in Principem delinquens, & hinc pœnam mereatur, non tamen eadem atrocitate pœnæ puniendus sit, quàm coerceri aliàs solent maiestatis rei. Conf. M. Ant. Peregrin. de *jur. ffc. l. 5. tit. 1. n. 18.* Ant. Perez. *C. b. t. n. 8.*

XLV. Ex quo facillè responderi po-

test ad quæstionem, à Pontificiis agitatam, num & Clericus maiestatis reus fieri possit? Posito enim, quod subditus sit, & quod aliquid adversus Principem aut Rempubl. molitur, committi ab eo hoc crimen illicò dixerò, & quidem eodem gradu, quo committitur ab Laico quocumque, quod ultimum assero contra Bachovium *d. l.* Nec enim potestas Ecclesiastica, cui subsunt, (talem vult & describit Bacchovius, intelligit ergò potestatem Ecclesiasticam externam, de qua nos alibi) quicquam hinc detrahere potest sive culpæ sive pœnæ, nec est ea non in magistratu etiam politico. Iniqui autem sunt & maximè impudentes Pontificii, qui Clericos suos ab omni seculari potestate eximunt; quod ex professo tentarunt Bellarminus, de *Clericis c. 28.* & Soarius, in *defens. fid. catb. lib. 4.* invitam tamen & repugnantem Scripturam, quin & repugnante ratione status. Conf. Joh. Davenant. *9. 17.* Dn. Conring. de *constitut. Episcopor. Germ. ss. 20. 36. 37. 40. 46. Et 67.* Roger. Widdrington. *disp. de juram. fidel. per tot.*

XLVI. Alia & gravior est controversia: An maiestatis reus fiat ille, qui non ignorat, aliquem tale in Principem aut Rempubl. delictum commissurum, idque suo indicio non revelat? Regulariter scientia delicti

di scienti, nec revelanti, per ea, quæ habet Johan. *de fact. scient. & ignor.* Petr. Calafat. ap. Johan. *um, tom. 1. Consul. crim.* enim sciens in foro con- sit absq; culpâ, quippe nunciet peccatis alienis, à Deo puniri possit; Le- iviles pœnales, id quod ectus est, non facile at- si *indignus* fortè aliquod, rna accesserit. Potestas in ea, quæ cum beatitu- non pugnant, ut & in a- ternos, in ve eos, qui hu- uræ inevitabiles quasi lere sese haud videtur. H. *B. & P. l. 2. c. 20. n. 18. seq.* læ autem in parte exor- liis quibusdam crimen. quippe cujus perpetrandi im etiam inficit, & delit- scientem, ita ut eadem delinqvete puniendus si hunc ope, auxilio, non *s. C. b. t. facit Novell. 117. contr a imperium cogit an- f. Menoch. de A. J. Q. c.* Nec verò quicquam hic dissentientem Baldum, & sua vibrantem, quando in sibi, & nobis *opus in Cor- n,* ob hanc opinionem in- gine cruciari, omnesque

ipsius sectatores iudices homicidas dicit. Potuisset enim sententiâ suâ abstinere Baldus, si gravitatem & atrocitatem criminis exactius ponderasset.

XLVIII. Ob hanc enim ut singularia multa recepta, quæ ordine recenset Dn. Carpz. *prax. crim. q. 41. n. 3. 4. seq.* & Anton. Matth. de crim. *b. t. c. 3. & 4.* ita illud quoque haud leve est, quod etiam conatus in hoc delicto pœnæ succumbat. Per conatum autem intelligo non actum voluntatis immanentem & merè internum, quoniam talem intelligat Tiberius Decianus, *l. 7. tr. crim. c. 35. n. 2.* & ut videtur etiam Nicol. Reusnerus, *4. decis. 16. n. 15.* quippe qui nec ordinariâ, in quod directus est, delicti pœnâ, nec extraordinariâ in civili foro affici jure potest, utut de facto ille aliquando punitus fuerit, cujus rei exemplum de Francisco Galliarum Rege refert Bodinus, *lib. 2. cap. 5. & l. 4. de Rep. c. ult.* sed intelligo talem, qui actui exteriori, ad delinquendum tendenti, junctus est, nec interest, prohibitus ille fuerit à principio externo sive ab interno, utut hæc differentia in aliis delictis attendi quàm maximè debeat. Conf. Goëdd. *ad l. 225. de V. S. n. 3. 6.* Ale- mann. *palastr. Consult. 8. q. 14. p. 890.* A. Fab. *C. l. 9. tit. 24. def. 20.* My- sing. *3. Obs. 9.* Nicol. Reusn. *2. decis. 21.*

Annæus Robert. *i. rer. jud. c. 6. p. 95.*
seq. Bachov. in Tr. v. 2. disp. 32. tb. 1.
lit. G.

XLIX. Quod si ergò conatus talis pœnam incurrit, quid mirum, crimine consummato, aut in productione sui impedito, alium ob solam suam scientiam pœnæ fieri reum? dummodò per ejus delationem periculum evitari posse vel potuisse appareat, & hinc ille culpæ alicujus, atque consensûs argui queat. Quod si enim quis novit, Regicidas hoc moliri, nec tamen, cum potuisset, Majestati, cui obstrictus totus est, indicium sceleris fecerit, cum facere hoc eum oportuisset, moralis omnino patrati sceleris causa dici merebitur. Ut taceam, inviolabilem esse oportere Principum majestatem, neque fas unquam esse eos interficere; ut taceam porro, in salutē imperantis parentium quoque salutem verari, & adeò non in Regem tantum, sed ipsam totam societatem crimen hoc patrari.

L. Sed ne tamen quid dissimulemus, locum invenit pœna ordinaria demum, si adversus ipsam Principis personam conjuratum fuerit, vel adversus Remp. His enim duobus casibus sciens, nec revelans, pœnâ punitur ordinariâ, in reliquis extraordinariâ. Ant. Fab. *C. l. 9. t. 15. d. 6.* Jacob. Gothofr. *ad l. quis quis, C. h. c.*

9. Quin & illud addo, scientem & de probatione dubitantem non teneri accusare facinorosos; teneri tamen denunciare, & Principem de tanto periculo admonere, ita Mynsing. *cent. 5. obs. 40.* Arnold. Vinnius, *de transact. c. 7. n. 14.* Conf. Boc. *de Reg. q. 65.* Gomez. *t. 3. resol. c. 2. n. 8. 9.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 355.* Perez. *C. b. t. num. 11.* Bachov. *in Tr. b. t. t. 1. lit. F.*

LI. Restat tandem, ut videamus, quâ pœnâ crimen hoc coercetur. Ea in jure nostro invenitur triplex. Una bonorum: altera infamiæ: tertia corporis afflictiva. Pœnam enim pro magnitudine delicti statui par est, Tacit. *XIV. A. 49.* Et quia hoc, de quo agimus, semper inter atrocissima relatum fuit, non potuit aliâ, nisi atrociori aliquâ pœnâ vindicari. Videamus de singulis.

LII. De amissione bonorum agitur, *l. 76. §. f. ff. de leg. 2. l. 31. §. 4. de donat. l. ult. ad L. Jul. Maj. l. 5. l. 6. l. 7. C. eod. l. 1. C. de petit. bon. subl. l. 1: C. de bon. libert. l. 10. C. de bon. proscr. §. 5. J. de her. qua ab int. def. Nov. 134. c. ult.* Exiit nempè Reus facultatibus suis, eademque fisco applicantur omnes, quas tempore delicti commissi possidet. Vid. Andr. Knichen, *de Saxon. non provoc. jur. verb. DUCUM c. 5. n. 409. seqq.* Et hæc pœna ad feudalia quoque porrigitur

non fisco quidem addi-
 singulare sc., qvo nitun-
 id dominum tamen re-
 Vid. capitulat. Ferdinan-
 mem. art. 28. & ibi Li-
 lin. pac. publ. *August. an-
 rubric. Poen der Fried-
 din. Camer. part. 2. tit. 9.
 ands/ &c. Rosentha. de
 oncl. 35. Vultejus, c. 11. n.
 red Anton. disp. feudal.
 oedd. disp. feud. 9. th. 7.
 Obs. 124. n. 8. Dn. D. Stru-
 eud. 15. n. 10.*

enetur tamen fiscus, qui
 qventis capit, satisfacere
 Creditoribus debita, ante
 nem à delinqvente con-
 stian. Gvazzin. de confisc.
 145. 20. Et in hanc senten-
 nderupt Wittebergenses
 ot. 1670. an. Carllr von
 Mes/ his verbis: Als nun
 ie Ambassadeur wegen be-
 Criminis läsa majestatis,
 er Missethaten condem-
 eine Güter confiscirt wor-
 hr wegen der eingehobenen
 chsthl. die Bezahlung viel-
 allein bey ihm / als er noch
 ewesen / sondern auch bey der
 n Kent-Cammer gesucht /
 noch zur Zeit nicht erlangt
 ich mehren Inhalt eures Be-
 m nun gleich / &c. Dennoch

aber und dieweil/ &c. Hierüber der Kö-
 nig seinem Ambassadeur solche eingeho-
 bene und wieder ausgegebene 5000.
 Reichsthl. in Rechnung passiren las-
 sen / und ihn darüber quittiret / euch
 auch aus seiner Kent-Cammer dieselben
 wieder zu erstatten versprechen lassen/
 und endlich alle des Ambassadeurs Gü-
 ter eingezogen und confiscirt, daher
 auch desselben Schulden zu bezahlen
 verbunden / so ist euch die Königliche
 Kent-Cammer offtangeregte 5000.
 Reichsthl. nebenst dem Landüblichen
 interesse von der Zeit an / da sie der
 Ambassadeur empfangen / zu erstatten
 schuldig / B. N. W.

LIV. Hic verò anxie disquirunt,
 & in partes scinduntur Interpretes.
 An in crimine perduellionis confi-
 scatio bonorum fiat ipso jure à die
 sceleris contracti? an verò mediante
 sententià condemnatorià? In poste-
 rius hoc, post M. A. Peregrinum,
 Ant. Fabrum, Andr. Fachineum, in-
 clinat Dn. Carpzov. *part. 1. prax.
 crim. 9. 41. n. 100. & disp. feud. 9. 9. 1.*
 Inclination & nos, præeunte hoc Da-
 ducho, & persuadente insimul Ba-
 chovio, *in Treutl. b. t. th. 1. lit. G. per
 l. 15. ff. qui à quib. manum l. 22. ff. de
 jur. fisc. §. 5. 7. de success. qua ab int.*
 Nec enim quicquam speciale hic in-
 venit, nisi illud, quod in reliquis
 quidem criminibus poenam morte
 suà prævenire possit reus, crimen

autem majestatis, etiam post mortem rei, & inchoari queat & peragi, de qua re paulo post. Sed alio tamen casu confiscationem ipso jure fieri, nec sententia opus esse dicemus cum Dn. Franzkio, *exerc. 14. q. 7. n. 17.* quando scilicet crimen est notorium. Ut enim tum quoque sententia aliqua declaratoria plerumque intervenire soleat, tamen quia color aliquis probabilis excusandi adduci nequit, lex ipsa recta & immediatè citra sententiam bona aufert. Ubi verò aut prorsus negari factum, aut allatis in medium rationibus excusari quodammodo potest, sententia intervenire necesse est. Conf. Annæus Robert. *rer. judic. l. 3. c. 7. p. 630.* Gail. *2. de pac. publ. c. 3. n. 8.* Köppen. *2. obs. 124. n. 9.* Perez. *C. b. t. n. 14.*

LV. Infamia uti omnes sequitur, qui judiciis publicis damnati sunt, *l. 7. ff. de publ. jud.* ita quoque eos, qui majestatis crimen patrârunt. Et hanc quidem ipse sibi contrahit reus citra sententiam, si notoriè peccat, (libet enim hinc distinctionem modò datam repetere) quemadmodum & aliis iis, qui publicè turpiter agunt, infamia ipso jure irrogatur, *arg. l. 2. §. ult. l. 4. §. 3. ff. de his, qui not. inf. §. l. 43. §. pen. de rit. nupt.* Dn. Frantz. *ad r. ff. de his, qui not. inf. n. 8.* Quod si causâ prius cognitâ condemnatur, per sententiam demum infamis fie-

ri videtur. Causa autem utroque casu aliunde non est, quàm ex proprio delinquentis dolo & malitiâ. Marq. Freher. *de existim. l. 2. c. 10. n. 6.* & lege deinceps notante. Dn. Hahn, *ad Wesenb. de his, qui not. inf. n. 3.*

LVI. Infamia illa multa secum traxit alia, quæ Reum magis notarent, eumque veluti ex humano genere eliminarent. Ita enim receptum, ne justa exequiarum perduellibus fiant, *l. 35. ff. de religios.* neve à suis lugeantur damnati, *l. 11. ff. de his, qui not. inf.* Sed & memoria eorum post mortem damnatur, *l. pen. §. ult. C. b.* (ubi tamen in personâ Drunciani ibi memorati historiæ fidem vacillare, post Cujacium & Gothofredum, notat Ant. Matth. *de crimin. b. t. c. 3. n. 5.*) utque magis magisque ea animis hominum eradicetur, solent hodiè aliquibus in locis ædes ipsorum dirui, aratro induci, & sale conspergi, de quibus ritibus optimè Johannes Yannetz Perlador. *rer. quotid. l. 1. c. 21.* idque & olim frequentatum notat Dionys. Gothofred. *ad l. 24. ff. de pœn.* & superiori seculo repetitum denuò in sententiâ, quam adversus Casparem Colinium, Thassiarcham, & Heroem incomparabilem dixit Parliamentum Parisiense apud Thuan. *l. 53. p. m. 1070.* Servari id etiamnum in Galliâ testis est Anton. Mornac. *ad l. ult. ff. ad L. Jul. Maj.*

ed nondum omnis vindic-
 ec enim proportio adhuc
 im & culpam. Non ergo
 ona tantum fortunæ affi-
 ed ad corporis etiam bo-
 debet, imò corpus ipsum
 ste est, ut sic omnis felici-
 s qualiscunq; & qvanta-
 hoc mundo fingi potest,
 & consumatur. Ista pœna
 lictiva definitur à qvibus-
 sit pœna gladii, *ex l. 5. C.*
 ideant, parum eam adhuc
 natam crimini tam enor-
 cabulum gladii, non capi-
 nodò amputationem, sed
 is ultimi supplicii denot-
 int. Mihi, qvòd pace eom
 volo, id non videtur.
 ur, inqvam, in *d. l. 5.* omne
 licii ultimi innuisse ejus
 enim textus iste loqvitur
 qvasi perduellione, hoc
 crimine, qvòd committi-
 qvi habent Majestatem,
 catam & fictitiam, qvales
 storiani & Senatores, &c.
 luribus probat & evincit
 ofredus, *ad d. l. 5.* non vi-
 or aliqva decerni debere,
 am ipsa hæc propriè dicta
 est, amputatio capitis.
 Aliunde ergò probandum
 ne genus ultimi supplicii
 s reis indictum. Qvoad

thesin enim ipsam non dissentio.
 Textus autem in hanc rem maximè
 faciens est in §. 3. *J. de publ. jud.* ibi:
Pœna anima amissionem sustinet, &
memoria rei etiam post mortem da-
mnatur. Animæ amissio est amissio
 vitæ, sive animæ à corpore separatio,
 qvæ qvibuscunq; modis fieri potest.
 Goedd. *de contr. stip. c. 6. n. 134. seqq.*
 Ita & de perduellib; Paulus, *l. 5. sent.*
c. 29. His antea in perpetuum igni &
aqvâ interdicebatur, nûc verò humili-
iores bestiis objiciuntur, vel vivi exu-
runtur, honestiores capite puniuntur.
 Per capitis pœnam autem qvòdvis
 supplicii genus innui, apparet ex *l. 6.*
§. 4. l. 7. ff. de re milit. junct. l. 8. §. 2.
l. 38. §. 1. & 2. ff. de pœn. Pœna capi-
 tis enim, unde dictum est crimen, &
 judicium capitale erat, qvâ exime-
 batur caput de civitate, *l. 103. de V. S.*
 Caput autem uti duplex est, civile &
 naturale: ita naturalis capitis amis-
 sio dicitur ultimum supplicium,
 qvòd est mors, *l. 21. ff. de pœn.* Civi-
 lis capitis amissio est aqvæ & ignis
 interdictio. Ægid. Hortens. *ad tit. J.*
de publ. jud.

LIX. Id igitur notari hic velim.,
 Reos hujus criminis qvandoq; gla-
 dio, qvandoq; igne, & qvandoq; dis-
 sectione in qvatuor partes, qvandoq;
 etiam severiori mortis genere puni-
 ri, imò & qvandoq; leviori, prout il-
 li, qvi *no nógiov* habet, visum fuerit. Ed
 enim



enim traho, l. 24. § l. 40. ff. de pœn. Sunt namque in ipso quoque perduellionis crimine quidam quasi gradus, quibus si eadem semper pœna statueretur, ex summo jure quandoque summa nasceretur injuria. Ut ut ergo ut plurimum pœna mortis hic locum habeat, potest tamen ea pro re natâ aut profus remitti, aut mitigari, aut quandoque nec locum quidem invenire.

LX. Ex his principiis in proditorem patriæ pœnam gladii, & confiscationem bonorum decernendam esse pronunciarunt Domini an C. B. General-Lieutenant / Gouverneur der Vestung M. und im Fürstenthum N. verordnete Regierungsräthe / mens. Januar. 1664. hunc in modum: hat P. L. sonst P. A. genant / ein Bürger in M. gütlich / und nach der scharffen Frage / so wohl auf die Inquisitional-Artickel / als auff peinlichen Anklägers articulirte Anklage gestanden und bekant / daß er bey einem Schwedischen Obristen zur selbigen Zeit / als der Landes-Fürst mit der Erohn Schweden öffentlich Krieg geführt / Dienste gesucht / und gegen denselben mündlich und schriftlich / wie ein Anschlag auf die Vestung M. zu machen / erwehnet / welcher Anschlag also werckstellig gemacht werden sollen / daß Inquisitus zum Obristen hinaus kommen / und demselben die Post oder Ort

zeigen und herein bringen wollen / darbey er dem Obristen offenbahret / daß er Inquisitus in die Stadt kommen könnte / so oft ihm beliebt / und könnte man unten an der Schause an der Fischer Stadt durchs Wasser kommen / daß es einen nicht weiter bis an die Knie gienge / hätte zugleich dem Obristen versprochen / eine gewissen Hammer oder Beil machen zu lassen / und damit das Thor auffzuschlagen / wie er denn auch dem Obristen / daß er einige Mannschafft bey der Hand hätte / zugeschrieben / der Obriste hätte Ihm einen Schlüssel nach dem A. B. C. gereicht und gewiesen / wie er den Abriss der Stadt machen / auch die Berter mit dem Buchstaben bezeichnen solte. Solches hätte er einem Nahmens P. F. / dem Inquisitus dem Quartier-Meister Platz versprochen / entdeckt / derselbe hätte in Inquisition Abwesen solchen Abriss fertiget / und dem Obristen zugeschickt. Ingleichen hat er in einem Schreiben am 11. Febr. ann. 1660. so er recognoscirt von sich geschrieben / daß er zehen Mann in Parat mit grosser Verhoffung hätte / wie auch / daß er etwas practiciret / welches er der Feder nicht vertraute / sondern mündlich dem Obristen offenbahren wolte. Da nun P. L. vor öffentlich gehegten peinlichen Halsgericht auff diesen seinen Bekännuß nochmals freywillig verharret / so wird er / als perduellionis Reus, seines eintwendens

geachtet / daß er nehmlich
das andere / nur den Obri-
egen / und Geld von Ihme
n / vorgegeben / er auch noch
reſtlichen Dienſten begrif-
Amneſtia aus dem Olivi-
en Ihme zu gute kommen
dem Schwerdie vom Leben
gebracht / und nach beſche-
tion deſſen Haupt / andern
u und Exempel / auf einen
t / und hierüber ſeine Gü-
n Fiſco eingeſogen / D.

Illud verò triſte valdè , &
atque miſerandum vide-
eorum, qui majeſtatis po-
unt, miſereri nullo mo-
converſari amplius cum
tercedere pro eis licuerit.
oportebat non amicos
ſed propinqvos etiam &
unctos; quos ipſa natura
avit quaſi , & in confor-
copulavit. Diſertè Tacit-
ilano, proconſule Aſiæ, re-
um à ſociis poſtulado, *libi*.
7. *Et ne quis neceſſariorum*
periclitantem, majeſtatis
ſubdebantur: vinculum &
ſilendi. Plurima talia ex-
vaſi in tabulà, exhibet Tul-
pro Sulla: *Quis noſtrum*
arguntejo? nemo: ne hic
2. *Hortenſius, præſertim qui*

illi ſolus antea de ambitu defendis-
ſet, non n. jam ſe ullo officio cum illo
conjunctum arbitrabatur, cum ille,
tanto ſcelere commiſſe, omnium officio-
rum ſocietatem diremiſſet. Quis na-
ſtrum Ser. Syllam? quis P. Lentulum?
quis M. Leccam? quis Cornelium de-
ſendendum putavit? quis his horum
adſuit? nemo. Quid ita? quia ce-
ſeris in cauſis, etiam nocentes, ſibi
boni, ſi neceſſarii ſunt, non defen-
dendos eſſe non putant. In hoc crimi-
ne non ſolum levitatis eſt culpa, ve-
rùm etiam quædam contagio ſceleris,
ſi defendas eum, quem obſtrictum
eſſe patria ſuſpicere. Quid An-
tronio? nonne ſodales, non Collega
ſui, non veteres amici, quorum ille
copià quondam abundarat, non hi
omnes, qui ſunt in Republicà princi-
pes, defuerunt? imò etiam testi-
mo pleriq; laſerunt? Statuerant, tan-
tum illud eſſe maleficium, quod non
modò non occultari per ſe, ſed etiam
aperiri, illuſtrariq; deberet. Nimi-
rum refugebat hos tales, ac ſi triſte
bidental moviſſent, unusquisque,
imò ipſi quoque eorum neceſſarii,
& familiares atque domeſtici abo-
minationi quaſi erant, & à concivi-
bus vitabantur. Huc enim trahi
potest illud Chryſoſtomi: Et horum
Uxores, paternà domo ejeche, ſingula
illud Uxoris Job per opera impla-
bant: domum ex domo, & locum ex



loca circumibant, diversorii indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire, unoquoque timente, & tremefcente, quempiam reorum necessarium suscipere, & cura habere. Plures istiusmodi sententias vid. apud Jan. Gruter. *discurs. in Tacit. cap. 49.*

LXII. Omnium autem pœna gravissima, & ad quam omnes stupuerunt Jcti, videtur ista, quod etiam ad liberos parentum debeat extendi supplicium. Et profectò sine consternatione legi vix possunt verba, *l. 5 C. b.* ut meritò miretur H. Grotius, *l. 2. de J. B. & P. cap. 21. n. 13.* quis Christiano Imperatori ausus fuerit dicere, debuisse paterno perire supplicio, in quibus paterna criminis exempla metuantur. Forstner. *in Tacit. pag. 53.* Sanè *ἀλογον* prorsus esse istam rationem, quod parentibus similes futuri putentur, nemo non agnoscit, cum nec certum quidem id sit, nec incertus metus ad mortem alicujus sufficere debeat. Nec melior altera, quod ultio metuatur, & paterni supplicii vindicta. De futuris enim contingentibus presentem ferre sententiam Leges vix patiuntur, nec ulterius progredi debet pœna, quam reperitur delictum, *l. 22. C. de pœn.* Et ex hinc dicta constitutio, *in l. quisquis C. b.* habita fuit semper inhumana,

sanguinaria, injuriosa, iniqua, contra naturalem rationem, & juris humani & divini dispositionem. Andr. Knichen, *de Sax. non provoc. jur. verb. DUCUM. c. 5. n. 392.*

LXIII. *Anima, quæ peccavit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem filii,* ait ipse DEUS, *Ezech. XVIII. 20.* At Arcadius & Honorius etiam filios paterno perire debuisse supplicio existimant, & ex hinc portare eos iniquitatem Patris jubent. Nec verò quicquam præsidii invenitur in eo, quod alibi minatur DEUS, paternam se impietatem in posteros vindicaturum, *Exod. XX. 5.* Id enim non absolute accipiendum est, sed conditionatè, si & posteri impii fuerint, & delictis parentum communicaverint. Communicant autem vel carnali generatione, vel imitatione, vel consensione, vel conniventia. Tum enim DEUS aggravare solet pœnas, & gravius punire filios, quam si soli deliquissent. Quin solet DEUS flagitia parentum pessima in filiis flagitiosis plectere, sive filii eadem illa crimina paterna parent, sive alia facinora prava committant. De quâ re videantur Theologi, imprimis Dn. D. Feuerborn. *fascic. 2. contro. disp. 5.* & Dn. D. Danhauer. *in Colleg. Decalog. disp. 3. circa fin.* In hoc forum enim, & ad hanc cathedram

continent, nisi quatenus famoneamus benevoluntate caveat sibi ab Hugone .2. de J.B. & P. c. 21. n. 14. one hujus dicti Arminia- & errorem non unum in ragrapho fovente.

Dum igitur comminatio filios respiciat non sim- solute, quia filii sunt; itate & in sensu compo- nus communicant deli- um; & naturalis insuper et; unumquemque ex suo ti subjeci, nec alieni cri- efflorem constitui debe- de pen. non potest non niqvitas speciem fove- ris. C. b. nisi alia ratione. Et adjuncta quidem ea fuit Bachovio, in Tr. b. t. th. 1. ab Antonio Perez. C. b. aliisq; pluribus, sed ea alia non sunt, quibuscum ebri micare.

Sunt, qui cum Budeo exi- npp. Arcadium & Hono- rum est d. l. 5. C. b. poeni- tos post elapsum bienni- ulgasse sanctissimam il- q; humanitate & clemen- n, l. 22. C. de pen. cum ere videtur, etiam Bacho- Sed iis tamen calculum- ere renuit Anton. Matthæ-

us, & d. l. 22. non de filiis, sed de pro- pinquis affinibus, & familiabus ac- cipi debere, ceterum etiam post d. l. 22. liberos perduellium egestate punitos fuisse, ex l. 23. C. Theod. de bon. prosript. promulgata anno 421. ostendit, lib. de crimin. b. t. c. 3. num. 11.

LXVI. Quæ cum ita sint, nihil habeo, quo poenam istam ad filios transitoriam aut excusare aut limi- tare queam, ut mirer, repetitam eam in A. B. c. 24. Sed optimum illud, quod apud plerasque Gentes Europæ antiquata ea sit, ita ut ho- diè insontes liberi ob parentis cri- men neque ab hæreditatibus extra- neorum, neque ab honoribus sub- moveantur. Vid. Anton. Matth. d. l. Simon à Groenevvegen, de LL. ab- rogat. in Holland. ad d. l. 5. Et igitur non opus est, ut controversias hic agitari solitas discutiamus, quas ta- men operosè haud rarò pertractant Interpretes. De filiis enim quia quæ- stio est, agunt simul de emancipatis, de adoptivis, de naturalibus, de ne- potibus, de natis ante commissum crimen, quin & Epimetri loco de parentibus perduellis, quæ tamen omnia de industria præterimus. Et jam satis de iis actum Antonio Mat- thæo, & Antonio Perez. dd. ll. apud quos etiam id invenies, an hæredi- tates, quæ filiis rebellium defereun- tur;

tur, fisco sint applicandæ, an verò hæredibus proximioribus ab intestato venientibus? Nobis de eâ re amplius occupatis esse non licet, nec libet. Conf. Bachov. d. l.

LXVII. Illud singulare est, & oppidò notatu dignum, quod in reatu moriens nihilo magis liberatur, id est, mortuus nihilominus judicatur, ut memoria seu existimatio ejus damnetur, l. 20. de accus. l. ult. ff. b. l. l. 15. §. 3. ad SC. Turpil. Quin post D. Marci constitutionem cœpit non solum peragi reus post mortem suam, sed amplius reus fieri, deferri &

condemnari quasi vivus, l. pen. & ult. C. b. r. Gomez. 3. resol. 2. n. 12.

LXVIII. Finiemus hic, si prius id monuerimus, pleraq; omnia, quæ de pœnis dicta à nobis hactenus sunt, de crimine perduellionis intelligenda esse. Crimen majestatis enim in specie dictum, uti æquè grave non est, ita nec iisdem coërcetur suppliciis; quin variari ea possunt pro ratione tum ipsorum delictorum, tum etiam circumstantiarum idem specie delictum limitantium, de quibus plerumq; in cujusq; territorio peculiare habentur constitutiones.

CAPUT III.

De

Naturâ & divisione jurium Majestatis.

SUMMARIA.

Majestas an sit indivisibilis? n. 1. 2. seq.

Regalia unde dicantur? 9.

Regis nomen aliquando odiosum. 10.

Imperatores quandoq; dicti Reges. 11.

Regnum unde estimari debeat? 12. 13.

Regalia non competunt soli Imperatori. 14.

Imperator non est Dominus totius terrarum orbis. 14. 15.

Imperatori non competunt regalia *max' à seorsu*, ita ut propterea inferiores sint Reges alii. 17.

Regalium definitio. 18.

An regalia competere possint ei, qui non habet majestatem? 18.

Regalia quatenus à subditis per præscriptionem acquiri possunt. 19.

Tum tamen regalia propriè dici nequeunt. 20.

Regalia competunt illis post majestatem adeptam. 21.

- olim Reges creatos. 21.*
- alem dignitatem annexam habentibus. 22.*
- itatus est quodam majestas analogo. 22.*
- gulum incertus. 23.*
- nter regalia refertur, quod olim tale non fuit. 23.*
- umma genera. 24.*
- ut, leges condere, magistratus constituere, & bellum gerere. 25.*
- competunt majestati in respectu ad pares, alia in respectu ad subditos. 26. 27.*
- ut majora, alia minora. 28. 29.*
- iora & minora saepe confunduntur. 30.*

I.
 erato hactenus toto, scilicet
 lajestate, in sua natura &
 artes ejus porro ut dispici-
 esse est. Durum hoc erit
 ad palatum illis, qui Maje-
 statem dicunt, quos
 et Bodinus, l. 2. de Rep. c. 1.
 principio Remp. mixtam
 regans & oppugnans. At
 d aliquando divisum est,
 dividi possit, quæstio insti-
 tutionis, & tantum non.
 Majestatem enim divisam
 fuisse aut dividi posse, di-
 uisset Bodinus ab Aristotele.
 . 11. quando ait: *Apud Mo-*
go tempore duraverunt Re-
nod Lacedæmonios, quod ab-
atim in duas partes divisa
gia potestas: Et postea Theo-
ad medioeritatem illam ma-
icens Ephoros superaddidit,
e quidem minuens, sed tem-
rens regiam auctoritatem, & c.
 tribuliter hic & eleganter phi-

losophatur magni judicii Jctus Ja-
 cobus Lampadius, tr. de Rep. Rom.
 Germ. part. 1. n. 58. 59. 60. quando ex
 actu tum essentia, tum existentia
 Reip. naturam, & activam regendæ
 ejusdem potentiam æstimat. *Actus,*
 inquit, *essentia, ut in omni re, ita quo-*
que Reip. talem actum inducit, qui
esse Reip. constituat, quiq; toti sit spe-
ciei communis, & licet non sit extra
materiam, non tamen est in materia
propria, sed communi, ut anima rati-
onalis in homine; actus vero existen-
tia in individuis tantum consistit,
materia sc. propria, non communi. Et
forma quidem est eadem essentialis,
sed nõ accidentalis, propter conditio-
nem propria materia seu subjecti. --
 --- --- *Majestas igitur essentiali-*
ter toti Reip. ut subjecto adæquato, in-
heret, extra respectum unius vel plu-
rium. Rectè hæc omnia, in omni
 enim Reip. specie est majestas, nec
 concipi potest aliqua Reip. forma
 perfecta sine summa aliqua potesta-
 te. Sed quando deinceps pergit

Lampadius : *qvo respectu majestas rectè dicitur indivisibilis, non quidem ratione objecti, sed potestatis occupata in rebus administrandis. At in subjecto communi existentia, prout res in Rep. gerenda, divisionem vel speciem recipiunt, ita majestas potest in disparatis subjectis consistere* : aut ego non satis capio, quid sibi velit ille, aut me non habebit in omnibus $\mu\acute{o}\psi\eta\phi\omicron\nu$.

III. Primùm id offendit, quod dicit, majestatem in actu essentiaè consideratam esse indivisibilem ; divisibilem autem quando consideretur in subjecto communi existentiaè. Ut clariùs pateat, quid velit, actum essentiaè dicimus, qui Enti communicat actum, ut ejus essentia constet, quæ definitione exprimitur ; & hic actus, non secus ac definitio, communis est uni ac toti speciei. Actus existentiaè est actus enti singulari, tanquam effectus & complementum formæ ultimæ, superveniens. Concipitur enim res sub ratione essentiaè, quatenus ratione ejus constituitur sub tali genere & specie, sive in tali gradu & ordine entium. At verò hæc eadem res concipitur sub ratione existentiaè, quatenus est ratio essendi in rerum naturâ & extra causas. Nam quia essentia Creaturaè non hoc necessariò habet ex vi suâ, ut sit actualis entitas, ideò quando

recipit entitatem suam, concipimus aliquid esse in ipsâ, quod sit illi formalis ratio essendi extra causas : & illud sub tali ratione appellamus existentiam, quod licet in re non sit aliud ab ipsâmet entitate essentiaè, sub diversa tamen ratione & descriptione à nobis concipitur, quod ad distinctionem rationis sufficit. Ita Francisc. Svarez. *disp. Metaph. 31. sect. 6. n. 23.*

IV. Secundò nec illud satis placet, quod assertionem modò datam limitet, & intelligat tantum respectu ipsius potestatis, in rebus administrandis occupataè, non verò ratione objecti. Concedere quidem possum, ut crassiusculo exemplo rem illustrem, potestatem faciendi mensam, scamnum, dolabram, &c. in fabro lignario dividi tantum ratione objectorum, potestatem autem ipsam per se videri indivisibilem. At verò si ab alio tantum mensa, ab alio tantum scamna conficerentur, & prohibitio accederet, ne alter alterius partes invaderet & occuparet, eaqve prohibitio non tantum in exercitium actus tenderet, sed etiam directè in ipsam facultatem, num & sic potestatem istam indivisibilem statuemus. Imò puto ego, quod actu ita divisum est, potentia olim divisibile fuisse, cum ab actu ad potentiam, sive ab esse ad posse valeat con-

Daniel. Stahl. *tit. 2. re-*
 io nec id satis capio, quod
 radius, in subjecto com-
 entia majestatem posse in
 subjectis consistere, cum
 verbis anterioribus asseru-
 n existentia in individu-
 consistere, materia sc.
 m communi. Nolo enim
 disputare cum Gisberto
rt. 1. diff. Theol. p. 573. num
 sit principium indivi-
 , id enim huc non perti-
 o tamen existentiam esse
 actualitatem omnis enti-
 Fonsec. *l. 4. metaph. c. 2.*
 4. secundum quam sc. res
 xtra nihilum, & extra cau-
 a aliquid actuale esse dici-
 vanquam aliter, etiam
 istentia actum potius sub-
 dicere malint; sequar ta-
 autorem, cum quo mihi res
 am existentia in indiviuis
 consistere ipsi largiar; sed
 abit deinceps, quod subje-
 quod existentia facit com-
 quidem individua sunt ter-
 gulares unam tantum tem-
 em & particularem signifi-
 Vid. Franc. Titebrian, *l. 1.*
p. 1.
 Vides, benevole Lector, in-
 is in Philosophorum Scho-

lam tractos; illis tamen, ut opinor,
 non invitis. Ut verò definiam fan-
 dem, quid de proposita controversia
 videatur, ajo, dividi posse Majesta-
 tem, & divisam eam fuisse vicibus
 non unis, nec ratione objecti tan-
 tum, sed ipsam quoque in se, & divi-
 sibilem propterea esse etiam tum,
 quando consideratur in actu signa-
 to, & in existentiâ suâ objectivâ (quat.
 sc. hæc formali contradistinguitur)
 abstrahendo ab omni materia, & cir-
 cumstantiis individuantibus.

VII. Est enim Majestas totum ali-
 quod, plures in se continens faculta-
 tes, quæ partes dicuntur potestativæ,
 & Majestas ipsa hinc totum potesta-
 tivum. Dn. D. Struy. *disp. feud. n. 13.*
 quia enim potentia ista uniuntur
 in uno aliquo toto, totum hoc ut di-
 scerneretur à reliquis, de quibus ac-
 curatè ex jure nostro Franzk., *ad tit.*
ff. de evict. n. 142. seqq. Hottoman.
illustr. q. 32. dici cœpit potestativum,
 ut innueretur, nō tam partes, quam
 potentias & facultates, ad instar par-
 tum sese habentes, in eo contineri.
 Et de tali quoque toto intelligo, *l. 16.*
l. 17. ff. de juris dict. Totum er-
 go si est Majestas, & tale quidem,
 quod partibus constat separabilibus;
 utique dividi quoque id potest, & di-
 viditur imprimis tum, quando ex-
 pressè instituitur partitio, aut si quid
 populus adhuc liber futuro Regi
 impe-

imperat per modum manentis præcepti; aut si quid est additum, quò intelligatur, Regem cogi aut puniri posse. H. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 3. n. 8.*

VIII. Nec quisquam mihi hic regerat, etiam animam esse totum potestativum, nec eam tanten divisibilem esse. Quia enim essentia animæ est simplicissima, & tota in toto corpore, tota etiam in omni ejus parte; facile inde pervidetur discrimen, & ratio differentia, quæ animam, perinde ut majestatem, dividere non permittit. Nec omnes totius potestativi species perinde se habeant necesse est; sufficit convenire in eo, quòd totum aliquod sunt. Quod si dixeris, etiam animæ functiones esse separatas, non enim videre pedem, nec audire oculum, nec intelligere manum; animam tamen ipsam integram & indivisibilem manente, audi quid Scaliger dicat, *Exerc. 307. f. 37. Dubitare videris, an memoria insit in omnibus corporis partibus. Quin dico tibi intellectum esse in pedibus. Una enim in nobis anima suis omnibus undiq; stipata potestatibus, nempe essentialibus sibi: Ubi verò instrumenta sint, ibi exercere actum suum ipsam potestatem. Si enim oculus esset in digito, videret digitus per oculum, nulla accitâ à cerebro potentia.* Conf. Sen- nertus, Academia nostræ lumen &

olim & olim maximè illustre, *in epist. nat. scient. l. 6. c. 1.* Quod si idem de majestate dicere præsumferis, aut negabis cum Bodino, dari Remp. mixtam, & experientiam convinceris, aut adstrues, duos dari in eadem civitate eodem respectu summos, & in rationem peccabis communem.

IX. Dantur ergò partes majestatis, sed uti dixi, potestativæ, quæ tamen seorsim existere, & subjectis aliis aliisque; inesse possunt. Et eæ communiter vocantur Regalia, aliàs, & ut volunt, commodius jura Majestatis, eò quod non tantum in Regno, sed etiam in aliis Rebus, penes quas est majestas, inveniuntur. Sed unde & quare dicantur Regalia, mirè savares sunt Feudistæ. Gothofredus Antonii Professor olim Marpurgensis, mixolatinum putat esse vocabulum, ex Rege, & adverbio græco *λίαν* conjugatum: Regaliaque dicta tanquam valde regia, *disp. feud. 3. tb. 6. lit. b.* Eam derivationem exagitat Philippus Hoffmannus, Professor olim Heidelbergensis, *disp. feud. 5. tb. 2.* sed aliam æquè ineptam substituit. Vult enim vocabulū id esse Latino-germanicum, dicique Regale, quasi Regis *Lehen/* vel quasi Reichs-*Lehen/* infausto utique conatu, & sine sectatore. Nobis cum plerisque omnibus deducitur à Rege, fortè ideo, quia maje-

mnium optimè se habet
& hoc imperii nomen eti-
am antiqvissimum est, se-
allust. *in Catilin.* notante
rftnero, *in lib. 1. ann. Tacit-*
han. Camman. de regalib.
88.

invisum erat aliquando
anos nomen Regis, nec
vinium facìle usurpatum
q; Julius plebi, Regem se
Cæsarem se, non Regem
adit. Sveton, *c. 79.* Quod
arentur reliqui, Cæsaris
ter dignitates esse coepit.
de Rep. Rom. Germ. part. 3.
sic enim Cæsares, & Au-
ntonini, bono omine in
peratoris nomen succe-
i consueverunt. Arnisaus
c. 3. m. 3. tantòq; conatu
ta affectabantur; ut voca-
gusti etiam Tyrannis op-
r. Marq. Freher. *ad Petr. de*
Rom. Imp. l. 1. c. 8. p. 151.
nodum & Aegyptiorum
tolemæo, qui cum Alexan-
avit, Ptolemæi dicti sunt, &
s à quodam Pharaone;
sum Reges Cecropidæ à
; Arfacidæ, Parthorum Re-
ab Arface Scytâ. Tit. Popma
. 8. & posteriores Impera-
tantini à Constantino no-
ctârunt. Marq. Freh. *d. l.*

XI. Cœpit tamen idem vocabu-
lum deinceps natalibus quasi suis re-
stitui, & in bonam partem iterum u-
surpari. Sic enim ipse Justinianus
regalem sensum promiscuè usurpat,
l. ult. C. de ll. & regale culmen vocat
dignitatem Imperatoriam, l. 3. C. de
qvadrienn. prescript. Et ita quoq;ve
Fridericus I. in jure feudali modò
Imperator dicitur, modò Rex; Ipsius
solium, solium Regiæ Majestatis;
Imperium ipsum, Regnum & regia
ditio. Vid. *Const. de pac. tenend. 2. F.*
27. §. in quibus, de consuet. reft. feud.
2. F. 33. Regner. Sixtin. *de Regal. l. 1.*
c. 1. Et ideo feudistæ communiter
per Regem in textibus feudalibus
intelligunt Imperatorem. Vultejus,
de feud. l. 1. c. 5. n. 6. Conf. autor con-
clusionum de jure Principatûs, *n. 5.*
lit. a. ubi adversus Bodinum ex Ju-
lio Capitolino, Appiano Alexandri-
no, Dione, Nazianzeno & aliis dis-
putat, Imperatores non tantum re-
giam majestatem semper habuisse,
sed & Reges interdum appellatos.
Dicti etiam quandoq;ve Regum filii
fuerunt Reges, & filia Reginæ, quâ
de re videri testimonia possunt apud
Hieron. Bignon. ad Marculph.
form. l. 1. c. 39.

XII. Cæteram quot civitates Re-
gnum constituant, disceptent inter
se & nugentur Canonistæ. Sunt, qui
regnum non agnoscunt, nisi decem,

aut undecim in eâ inveniantur civitates; talem enim numerum definitum ajunt in *c. scitote 6. q. 3.* nec nisi verbis dissentiunt illi, qui negant regnum dici, nisi in eo ad minimum sint decem dioeceses, & unus Metropolitanus, quos refert Arnicaus, *de Rep. l. 1. c. 5. sect. 6.* Dioecesin autem sumunt pro territorio unius civitatis, aut pro territorio Episcopi, uti videntur. Acceptum enim id vocabulum aliâs aliter. Propriè autem Græci *διοέσιαν* & *παρρησιαν* dixere tale territorium, quod sub Episcopo Civitatis erat: *ἐπαρχίαν*, integram provinciam, quæ sub Metropolitanano, & *διόκησιν* istam multarum provinciarum complexionem, quæ sub patriarchâ erat, ut eruditè ostendit autor Evcharistici, ad Jacobum Simonidum missi, *de regionib. & Eccl. f. suburbicar. part. 2. c. 4. pag. 527. & p. 549.* Quod si ergò dioecesis accipitur pro territorio unius Episcopi, (se- quioribus enim temporibus unam tantùm parœciam interdum denotavit) Regnum dici nequit, in quo non inveniantur decem Episcopi, & unus Archi-Episcopus. Qua de causâ etiam Bohemia aliquando Regni nomine indigna judicata fuit, quod Archiepiscopatum haberet omninò nullum, ut refert Curæus, *part. 1. Chron. Siles.*

XIII. At profectò ἀλλόκοτον hoc

est, & prorsus monstrosus, ex numero Episcopatum de Regno judicare, & ab Episcopis Reges æstimare; quin, si dicendum, quod res est, tyrannidem hoc sapit Hildebrandinam. Regnum propriè est, quando unus summum habet imperium, eoque ad publicam civitatis salutem utitur. Ista Civitas habere potest fines latiores, potest habere etiam angustiores. Et potest monarchicè gubernari civitas, quæ seipsâ terminata unicâ continetur Urbe, & unico absolvitur muro. Non dissimulo, fuisse aliquando dictos Reges, qui Dynastæ potius, aut Toparchæ, aut Tetrarchæ, aut quocunq; alio nomine dici meruissent, id quod per totum orientem etiam ab antiquissimis temporibus moris fuisse ostendit Richardus Montacutius, *de orig. Eccl. f. part. 1. p. 205.* Conf. H. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 3. n. 10.* Sed numpropterea Reges dici nequeunt, qui monarchico imperio unicam tenent Urbem & angustis limitibus suum territorium circumscribunt? Utiq; quantitas extensiva in objecto nihil facit ad modum imperandi, nec partem facit definitionis. Sed hæc obiter, & quasi per saturationem.

XIV. Pergimus ad definitionem Regalium, in quâ *κυριακὸν πρῶτον*, qui anxie laborat. Nobis enim etiam descriptio tantùm sufficit. Sed Feudi-

fiæ

quàm plurimi soli Imperalia transcribunt, cujus nomen definitioni inferant, ut id excuset Boccaccio. *l. c. 1. n. 7.* nempe, id ideo de jure civili Romano potest institui, ut si iure aliarum gentium; tamen habere non poterunt, qui *l. 1. de Feud. c. 5.* Baldo & aliis soli Imperatoribus, aliis autem Regibus ut quaedam competere reit, dubio procul hypothensis, Imperatorem dominotius orbis terrarum, & jus ipsi competere in re a universa; quo argumentum plurimi Juris Romanes jam inde à Lotharii Cæsaribus usi fuerunt, illudque; pro tantum Codice, *Luc. II.* ad Scriptores etiam profano ipso tandem jure Justinianus. *de L. Rhod. de jact. inventantur.* Vid. Franc. ZoanRom. *Imp. n. 121. 149.* Petrus, *de Rom. Imp. lib. 2. c. 8.* Sighe appellat. *q. 16. lim. 5. n. 4. 5.* Laten. *in Syllog. rer. q. vot. n. 9.* *ad l. 3. §. 1. ff. de V. S. n. 8.* *pac. publ. l. 1. c. 11. 4. 5.* Michael, *de jurisdict. n. 9.* *s. de securitat. n. 38.* Reineregim. *sec. & Eccl. l. 3. cl. 5.*

3. c. 13. Quin fuerunt, qui hoc argumento Carolo V. jus occupandi Americam vindicarent, à quibus tamen dissentiunt Francisc. Victoria, *Relect. 5.* Ferdin. Vasquius, *in quest. illustr. 1. 20.* Joseph. à Costa, *de procur. Indor. salut. l. 3. c. 3.*

XV. Verum enim verò, quia Terrarum Orbis nullo unquam tempore totus & integer Romanis fuit subjectus, & ne Europa quidem tota, multò minus Africa & Asia; Germani autem, qui trans Rhenum & Danubium Romanis erant, perpetua cum iis bella gesserunt, nec unquam provinciæ jura acceperunt, siculum hoc esse argumentum nemo non videt. Nec melioris conditionis est alterum illud, quo ad Romanos jus aliquod imperii in totum orbem pertinuisse, & etiamnum pertinere contendunt. Id enim unde habebunt? non certè jure divino, non naturali, non gentium, non denique civili. Consequens igitur est, figmentum id esse, & seditiosa cujusdam assentationis *δρακόνισμα*. Quin potius si quid habuerunt Romani, (habuisse autem non exiguam mundi portionem certum est, & describit eam Appianus Alexandrinus, *in proæm. lib. Libyc.*) id omne tenuerunt iisdem titulis, quibus vulgò acquiri aliquid, aut possideri solet; & igitur potuerunt illi iisdem titulis occupa-

ta & possessa iterum amittere, quæ ipsa novi deinceps possessores eodem profus jure, quo Romani, nec minus legitimo titulo occupare & possidere inciperent. Vid. Dn. Conring. *de Imperat. Rom. Germ.* Anton. Matth. *de crim. tit. de las. maj. c. 2. n. 7.* Bachov. in Treutl. *vol. 1. disp. 3. tb. 7. lit. C.* Didac. Covarruv. *in c. peccatum p. 2. §. 9. de R. 7.* Alb. Gentil. *l. 1. de jur. bell. c. 23. & disp. reg. 1.* Qvirin. Kubach, *cent. 1. dec. 9. q. 2.* Anton. Coler. *de jure imp. Rom. n. 14.* Gabriel, *l. 5. tit. de acq. dom. concl. 3.* Harpprecht. *ad pr. 7. de R. D. n. 113.* Jac. Lampad. *de Rep. Romano-Germ. part. 3. c. 9.* Bernh. Sutholt, *de jurisdict. n. 24.* Hugo Grot. *de jure B. & P. l. 2. c. 22. n. 13.*

XVI. Nolo ego nunc prolixus esse in eo, quod passim hodiè docetur, Carolum M. per titulum Imperatorium, à Leone Pontifice & civibus Romanis solenni acclamatione datum, plura non accepisse, nisi potestatem in Urbem Romam, in ipsum Pontificem, in Exarchatum Ravenarum, & in alia quædam oppida extra Langobardici Regni fines posita, nec plus etiam accepisse Ottonem Magnum; sed utrumque, quin & reliquos eorum Successores Germaniæ & Langobardico Regno præfuisse, non ut Imperatores, sed ut eorum Reges, distinctasque semper à Roma-

no Imperio istas habuisse Respublicas. Ex quo deinceps conficiunt, quia ea omnia sub titulo Imperatoris, intellectâ vi & nequitiâ Papatū, Cæsaribus iterum adempta sint, inane profus esse hodiè nomen Imperatorium, & procul reipsâ, & vel Imperium Romanum periisse, vel Papatū reapse potestate Imperatoriâ frui, salvâ tamen licentiâ titulum illum usurpandi Cæsaribus adhuc integrâ. Quæ omnia, si vera sunt, (ea enim nunc examinare nostri non est instituti, ut vera autem supponuntur) admitti nequit, Imperatori Romano aut dominium competere totius terrarum orbis, aut jus saltem eum totum occupandi.

XVII. Concidit ergò, quod asserbat Vultejus, Regalia soli Imperatori de jure, reliquis autem Regibus usurpatione quâdam competere. Imò verò ajo ego, competere ea omnibus illis, qui Majestatem habent, & quidem de jure, vi ipsâ Majestatis, & quia Majestatem habent. Linn. *lib. 4. jur. publ. c. 1. n. 9. seqq.* Sutholt, *de jurisdict. n. 23. seqq.* Nec quicquam facies, si pro Vultejo asseras, competere Romano Imperatori prærogativam aliquam, quâ inter principes mundi maximè refulgeat, eumque idcirco vocari Monarcham, non solum totius Christianismi, sed etiam Orbis universi præcipuum, & emi-

nere

inter omnes Reges, veluti
atutinam, qvalia emble-
a congefferunt Francifcus
dux Sax. apud Lanf. *Orat.*
p. 146. 147. Jctus West-
jur. principat. conclus. 10.
11. Zieritz., *de Principum*
12. Reinkingk., *de regim.*
l. 1. cl. 2. c. 7. Bechtius, *de*
2. 149. Utut enim prarot-
tam non negem, nego ta-
fici exinde, fumum im-
regalia de jure foli Impe-
urpatione autem reliquis
ibus competere. Qvin as-
n parvam Remp. liberam
s plena habere jura Maje-
um magnā aliquam & am-
t forte hæc propter ampli-
uam digniore loco habea-
& inter pares ordo aliquis
necessario fit. *Regalia e-*
dignitas Romani Impera-
reliquis Europæ Principi-
rtur, orta videtur primum
udine & multitudine pro-
n regni Germanici, tem-
onum maximè formidabi-
o inde reliquæ omnes Res-
per annos nunc feptingen-
er primum locum conces-
mqve in quietā ejus posses-
iquerunt.
. Sanior itaqve est definitio
Sixtini, quando *l. 1. de Regal.*

c. 1. n. 14. regalia dicit esse jura ei, qui
superiorem non recognoscit, vel cui
concessione, aut præscriptione con-
fvetudineve quæfita sunt, compe-
tentia, ad salutem & decus Reip. tu-
endum. Rectè hic pro Imperatore,
fubstituit omnem eum, qui superio-
rem non recognoscit. Nec enim so-
li Imperatori competit majestas, sed
aliis etiam Regibus & Rebus., imò
etiam aliis plenior. Et non in regno
tantum jura habentur majestatis, sed
in omni Rep. liberā. Ista autem ver-
ba, *vel cui concessione, aut præscripti-*
one confvetudineve quæfita sunt, pro
quibus alii brevius: *vel cui legitime*
quæfita sunt, mallet abesse. Certum
enim est, jura aliter quæfita non esse
regalia, quippe quæ non sunt in
commercio inferiorum. Et quandò
dicitur, de confvetudine privatis
concedi regalia, accipiendum de lo-
catione vel permissu emolumento-
rum, non de ipsis regaliis. Regalia
eqvidem in inferiorem transfundi
nequeunt, quod ossibus Principis in-
hæreant. Sic licet Princeps concedat
inferiori jurisdictionem omnige-
nam, altam & infimam, nec non ve-
nationes, ob id tamen in vasallo non
sunt regalia, territorio illimita, sed
tanquam commoda loci concessi
ipsis accedunt, illæis juribus statüs,
& sic salvā superioritate. Ita Andr.
Knichen, *de jur. territor. c. 1. n. 125.*

seq. Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. n. 22. seqq.* Et quando ea jure feudi conceduntur, non conceduntur quatenus Regalia, sed ut privilegia, vel etiam ut usum solum, & delatam quis habeat administrationem ejus, quod jure superioritatis principibus competit. Unde etiam non quævis regalia subditis conferri possunt, sed illa solum, quorum potest esse usus absq; majestate, vel superioritate competente. Dn. Struv. *disp. feud. 6. n. 13.* Carol. Molinaus, *ad consuet. Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 55. 56.* Et sic illa verba debent intelligi de jure, quod habet in re concessâ tanquam Dominus ejus, non autem tanquam Dux, vel Rex aut Princeps. Petr. Ant. de Petra, *de potest. Princ. c. 21. n. 36.*

XIX. Utilissima tamen & in praxi admodum frequens hæc est materia, dum sæpè nova sibi Principes formant Regalia, & subditis usum eorum interdicit, atque ex solo eo nomine, quod regalia sint & dicantur, incapaces eos faciunt, aut possessionis titulum exquirunt. Eth enim contra vulgarem regulam, quâ nemo possessionis suæ titulum edere tenetur, *l. 11. C. de petit. hered.* in vallo aliud receptum sit, atque is, ut titulum suæ possessionis indicet, cogi, aut, si non fecerit, expelli à Domino possit. Hartm. Pistoris, *part. 2.*

qvæst. 46. tamen, quia non solâ infeudatione, sed aliis etiam modis regalia istiusmodi, non quidem ut regalia, sed ut alia emolumenta, acquiruntur, perquam iniquum erit, Principem solo regalium nomine subditis eadem auferre. Atque sic respondit Facultas Juridica Wittebergensis an Bürgermeister und Rath zu J. mens. Januar. 1672. Wenn nun gleich vorgeschüzt wird/dasß der Städte Cavillereyen unter die regalien eines Landesfürsten gehören/und dergleichen Leines anderer Gestalt/ als titulo infeudationis & investituræ, bey einem Unterthanen seyn/ viel weniger von ihm besizt werden könne/von euch aber/dasß solches geschehen/ nicht bepraehcht worden. Dennoch aber und dieweil die Cavillerey-Berechtigkeit in den Fürstenthümern un Landen Dürcher Nation vor ein regale niemahls gehalten worden/die regalia auch/ da sie gleich darunter zurechnen were/ nicht nur titulo infeudationis & investituræ, sondern auch præscriptione von den Unterthanen acquiriret werden mögen/und ihr beyzubringen getrauet/dasß ihr von undentlichen Jahren in justâ & quietâ possessione der Cavillerey gewesen/dieselbe von 160. Jahren her aus dem gemeinen Fisco in baulichen Wesen erhalten/ die Scharff Richter angenommenen/ und nach Befinden abgesetzt/sonsten aber damit niemahls anders/

tit einem bono allodiali ge-
 erseheinet dannhero assent-
 oiel/ daß ihr nebenst den In-
 teiſtern restitutionem min-
 u suchen wofil befugt/ und bey
 nochmals billich zu hören/
 S.

um igitur jura talia dici re-
 priè nequeant, nec illi, qui
 modo competant, majesta-
 pes fiant, nos verò regalia
 non consideremus, nisi
 partes sunt majestatis, jure
 movem⁹, quemadmodum
 istum tractatum : *quibus
 Regalia acquirantur & amit-
 tuntur.* Videant eà de re Doctores
 talis. Nobis autem Regalia
 illi, qui summum in Rep. te-
 nent, competentia ad tuen-
 tem & dignitatem Reip.
 unitio cum reciprocetur
 definito, facilè inde colliguntur
 istam tantum à nobis im-
 ententiam, quæ jura regalia
 etatis titulo consistere pos-
 sedit; sed illam etiam, quæ è
 o dignitatem regalem sine
 regalibus esse aliquando pos-
 rat. Alterum enim alterius
 tructivum, aut impropriè
 alterum accipi debere, ipsa
 nature natura.

Ex dictis etiam illud patet,
 ere Regalia illicò, quamprimum

aliquis levatus, h. e., Princeps
 renunciatus fuerit. Levatio enim ta-
 lis, & in scutum impositio erat inter
 ritus Principem creandi, sed apud
 barbaros ferè, Gallos sc. Gothos, &
 Francos. *Cassiodor. l. 10. var. for. de
 Gothis. Judicamus Parentes nostros
 Gothos inter procinctuales gladios
 more majorum scuto supposito rega-
 lem nobis contulisse, prestante Deo, di-
 gnitatem, ut honorem arma darent,
 cui opinionem bella pepererant.* Et de
 Chlotarii filiis refert idem, Sigeber-
 tum contra Chilpericum fratrem
 profecturum à Francis more gentis
 clypeo impositum Regem esse con-
 stitutum. Ad Romanos hic ritus tan-
 dem pervenit, à barbaris eundem e-
 doctos. Ita enim de Juliano, à Galli-
 canis militibus Principe renunciato,
*Ammianus Marcellinus, l. 20. imposi-
 tusq. est scuto pedestri, & sublatus e-
 minens, populo silenti, Augustus re-
 nunciatus, jubebatur diadema pro-
 ferre.* Et Claudianus : *Sed mox cum
 solit à miles te voce levasset.* Imò & a-
 pud Græcos levationem hanc in scu-
 tum usurpatam, inter solennia Prin-
 cipatus fuisse, ostendit J. Lipsius in
Tacit. l. 4. hist. p. m. 519. Sed quæcun-
 que tandem interveniant ceremo-
 niæ, quamprimum aliquis summo
 imperio uti jussus fuerit, regalia si-
 mul omnia adipiscitur, cum illud
 absque his nec exerceri, nec concipi
 qui-



quoddem possit, saltem quoad actum primum.

XXII. Non minus ex datâ definitione patet etiam istud, non agi hic à nobis de feudis regalibus, sive bonis illis, quæ dignitatem regalem annexam habent, & per infeudationem conceduntur. Regalia enim, de quibus nunc agere decrevimus, mera sunt jura, & sub iis veluti genere continentur. At bona regalem dignitatem habentia non sunt mera jura, sed res corporales, quibus dignitas adhæret, & propter istam dignitatem etiam potestas. Regner. Sixtin. *de regal. l. 1. c. 3. n. 9.* Complexi autem nulla habetur ratio, quando in simplicibus tantum terminatur *Νόμος*. Id tamen forte huc pertinet, an potestas ista, ex feudo regali competens, Majestatis nomine veniat, & an jura, potestatem concomitantia, regalia & jura majestatis dici debeant. Affirmat Grotius, *l. 1. de Jur. B. & P. c. 3. n. 23.* ubi obligationem ex feudo personalem summo imperio nihil quicquam detrahere docet. Eum sequitur Arnoldus Vinnius, *de jurisdict. c. 3. n. 6.* Sed enim cum obligatio ista non ad reverentiam tantum & honorem Seniori præstandum, sed ad servitia quoque feudalialia & fidelitatem extendatur, nec absolutam ejusmodi vasalli accipiant potestatem, sed eam

habeant ex concessione superioris salvâ concedentis, respectu istius Feudi, superioritate, majestatem, propriè ita dictam tribuere ipsis non possunt. Add. Andr. Knichen, *de Sax. non provocand. jur. verb. Ducum c. 1. n. 18. 19.* Quia tamen potestas ipsa tanta est, ut *ἀνεξαρτησίας* quodam jure expediantur ea omnia, quæ Majestati aliàs conveniunt, rectius ea vocari hodiè solet jus superioritatis, quod nihil aliud est, quàm majestas quædam analogâ. Knich. *de sublim. & reg. jur. terr. c. 1.* Dn. Struve, *disp. feud. 6. n. 13.* Bachov. *in Tr. vol. 1. disp. 3. th. 6. lit. E.*

XXIII. De numero Regalium non est, ut solliciti simus, quanquam in eo operosi sint interpretes, aliis tantum non in infinitum excurrentibus, aliis præter ea, quæ *lib. 2. Feud. tit. quæ sint regal.* habentur, ferè nulla hoc nomine censentibus. Utrique perperam. Illi, quia non omnia ea, quæ Princeps potest, inter regalia haberi debent. Knich. *de subl. & reg. jur. terr. c. 1. n. 159.* Hi, quia in dicto loco hoc imprimis agitur, ut recensentur jura fiscalialia Regum veterum Longobardicorum ætate Friderici I. controversa, non ut integer catalogus omnium majestatis jurium textatur. Camman. *de jur. Maj. disp. 2. n. 48. seqq.* Et imò sunt quædam, quæ ex Lege positivâ talia sunt, aut moribus

um ita recepta. Ufu enim
 udine induci potest, ut ju-
 im Regalia non fuerunt,
 alibus hodiè habeantur,
 1. Rosenthal. *de feud. c. 5.*
 n. 7. Qvò refero, qvòd Im-
 Romani non usi sint vul-
 nento in subscriptionibus
 ; sed encausto, colore qua-
 to, ex cocto murice vel tri-
 lio confecto, indictâ pœ-
 i, si quis imitari id, aut eo-
 re scribere ausus fuerit, *l. 6.*
rs. rescripti. Gvid. Pancirol.
l. 1. tit. de encaust. Gvilh.
l. ad Tharich. Pers. proœm.
 Dixi inter regalia id fuisse,
 tutum idèd, ut ne facilè
 nmitti dolus vel falsum in
 ath. Steph. *de jurisd. l. 2.*
. 2. n. 246. & qvì finis est ul-
 intervertèretur salus Reip.,
 isto colore signata fuerint,
 valere noluerint Impera-
 6. Sed si quis hodiè inter
 l referre voluerit, ridicu-
 & è Tantalì horto fructûs
 ive qvòd interciderit colo-
 rei mistura & temperatu-
 ficium. Fuller. *miscell. l. 1.*
l. 2. c. 11. sive qvòd ipsi Im-
 uti è sponte deserint,
 egalia habere amplius no-

Cum igitur tam variis in-
 r jura majestatis, nec nu-

mero se contineant ubiqve eodem,
 optimum erit ad summa qvædam
 capita ea referre, & quibus in rebus
 summum imperium præcipuè con-
 sistat, universali & communi qvo-
 dam penicillo delineare. Sed hic
 iterum varii variè disputant, qvo-
 rum aliquos cum recensuisset Gro-
 tius, *l. 1. de J. B. & P. c. 3. n. 6.* sic tan-
 dem ipse: *Qvi civitatem regit, eam
 partim per se, partim per alios regit.
 Per se autem versatur aut circa uni-
 versalia, aut circa singularia. Circa
 universalia versatur condendo leges,
 eas q, tollendo tam circa sacra, (qvate-
 nus eorum cura ad civitatem perti-
 net) qvàm circa profana. Ars circa
 hæc Aristoteli de xunõvuv, architec-
 ctalis. Singularia circa qva versatur,
 sunt aut directè publica, aut privata
 qvidem, sed qvatenus ad publicû or-
 dinantur. Directè publica sunt acti-
 ones, ut pacis, belli, fœderum facien-
 dorum, aut res, ut vectigalia, & si
 qva his sunt similia: in quibus com-
 præbenditur & dominium eminens,
 qvòd civitas habet in cives & res ci-
 vium ad usum publicum. Ars circa
 hæc Aristoteli nomine generis nominat
 i. e. civilis, & Evδολικη, consultatrix.
 Privata sunt res controversæ inter
 singulos, qvas publica autoritate di-
 rimi publice qvoties interest. Ars circa
 hæc eidem Aristoteli dicitur, iudicialis.
 Qva per alterum expediuntur,
 ea expediuntur, aut per Magistratus,*



aut per alios Curatores, in quibus sunt
& Legati. His ergo in rebus consistit
potestas civilis.

XXV. Non malè hæc omnia, etiam si non omnia ad palatum Johannis à Felden, *in nat. ad b. l.* cui vicissim non malè respondet Theod. Grasvinkel, *in stricturis*. Sed sunt tamen inter ista quædam in omni Rep. maximè conspicua, & quæ idcirco primas quasi tenent, quibusque omnis ubique majestas eminet. Occupatur enim summum imperium potissimum in duobus, tum ut regat & gubernet Remp., tum ut tueatur eandem, & ad ista duo revocari potest, quicquid circa Reip. summam in disquisitionem venire solet. Jam verò ad regendam Remp. quàm maximè facit potestas ferendarum legum & magistratus constituendi; ad tuendam autem eandem jus armorum præcipuè. Tria ergo erunt summæ potestatis quasi *privilegia*, in quibus ea quàm maximè sita invenitur, sc. leges condere, magistratus constituere, & bellum indicere. Atque ad ista tria capita referunt quidam Doctores Majestatis jura quàm plurima, sed vereor tamen ut omnia. Nec ideo fortè observata, ut omnia eò reducantur. Sufficit tam universaliter ea esse, ut iis carere nequeat Resp. perfecta, & contineri iisdem regalia omnium præcipua.

Cum reliquis ad methodum Grotianam erit recurrendum.

XXVI. Poteris etiam sic procedere, ut consideres Majestatem vel in respectu ad subditos, vel in respectu ad pares. Etsi enim Majestatis vocabulum in sensu proprio & genuino semper denotet superioritatem; tamen quia non una in terris invenitur Resp., sed complures aliæ, quarum unaquaque seorsim suam pollet majestate, superioritas illa tantum intra terminos Reip. suæ audienda est: extra eosdem pares tot habet, quot Respublicas æque perfectas terrarum orbis universus. Continetur enim unaquaque, & terminatur suis limitibus, quos egredi nulla earum potest, nisi cum detrimento alterius. Quoniam verò non facilè invenitur Reip., quæ seipsam ita contenta esse possit, ut alterius non indigeat sive opibus, sive fructibus, sive auxilio; nec ulla tam secunda esse queat, ut non aliqua subinde immineant pericula, fieri non potest, quin negotiorum quædam iis intercedat communicatio. In hunc igitur finem, Majestati aliqua competunt Regalia, quæ Majestatis ad Majestatem inferunt respectum, & quorum vi Princeps cum Principe agere & contrahere potest. Talia sunt jus belli & pacis, jus fœderis faciendi, jus Legatorum mittendorum, & si quæ sunt his similia.

XXVII.

XXVII. Vicissim sunt alia, quæ Majestati competunt in respectu ad subditos, & limites imperii non e-grediuntur, qualia sunt jus vectiga-lium, jus legum ferendarum, Magi-stratum creandorum, comitiorum, extrema provocacionis & ejus-modi plura. Prioris generis jura possumus Scholasticorum imitatione, regalia *æquivalentia*; posterioris, *disequivalentia* dicere. Illa ex potestate mutua & utrinque æquali, hæc ex potestate supereminente proficiuntur. Illa naturâ posteriora, hæc priora. Illa abesse possunt, hæc nequeunt. Illic enim non repugnat Majestatem esse sine pari, ut, si singulis, totum terrarum orbem unius imperio parere, aut in Noacho regiam potestatem imagineris; hic repugnat Majestatem esse sine subditis. Præstantiora igitur & potiora hæc illis, illa autem magnifica magis & magis verenda, quippe quæ ad ceteros etiam Majestatis stricturas projiciunt; utraqve tamen Reip. usus & utilitati destinata.

XXVIII. Dividunt porro Regalia in majora & minora. A quibus licet dissentiat Bocerus, *de regal. c. 2. n. 3.* & Philipp. Hofman., *disp. feudal. 5. n. 3.* in personalia & fiscalia ea dispendentes, nolimus tamen à communi illâ & receptâ jam pridem distinctione discedere, non, quod com-

munis ea sit, & ideo mala esse nequeat, sed quod de verbis magis quam rebus instituat concertatio, ne satis benè ubique applicentur principia philosophica. Majora vocantur illa, quæ gubernationem & statum ipsum Reip. concernunt, qualia sunt potestas Legislatoria, potestas constituendi Magistratus, jus belli, jus extrema provocacionis &c. & dicuntur aliàs personalia, imò personalissima, quia sc. personæ & osibus Principis adherent, merè Regalia, ipsi coronæ annexa, sacra sacrorum, Regalia Majestatis, Reservata Principis. Regner. Sixtin., *de regal. l. 1. c. 2. n. 2. 3. 4.* Et hæc separari à Majestate, aut præscribi à privatis nullo modo possunt. Quin & si alicui talia concesserit princeps, uti illis nequit donatarius, veluti post alios differit Franc. de Amaya ad *l. 3. C. de annon. & trib. n. 25.* Id quod tamen de omnimodâ principis abdicatione accipi debet. Minora verò sunt commoda & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel aliàs ratione imperii ab eo, qui summum in Rep. habet imperium percipiuntur. Vocantur aliàs jura fisci sive fiscalia, & præsupponunt potestatem aliquam in possessiones & bona privatorum. Et hæc facilius communicari aliis possunt.

XXIX. In majoribus itaque Regali-

libus suprema potestas & dignitas *αὐτῶς* consistit, eaque personam Imperantis ipsam concernunt, cum minora ad jus fisci magis & fiscales redditus, quam ad supremam dignitatem spectent, & hinc Majestati quasi subsidiaria sint. Non quod ex regalibus majoribus nunquam quicquam ad fiscum pervenire possit, nec quod ex minoribus autoritas & dignitas imperantis planè non juvetur aut illustretur; sed quod in illis principaliter ipsum τὸ κύριον respectu sui, & quatenus tale est, occupatum sit, in his verò, quatenus externis quibusdam adminiculis & subsidiis moraliter opus habet.

XXX. Addo & id, Regnero Sixtino, *de Regal. l. 1. c. 2. n. 52. & l. 2. c. 6. n. 42.* idem regale nonnunquam & majus & minus diverso respectu dici. Sic enim jus vectigalium, quatenus denotat jus vectigalia instituendi, aut vetera augendi, ad majora refert regalia; Quatenus verò per id denotatur jus instituta jam vectigalia percipiendi, haud immeritò id minoribus accenseri putat. Nec verò, ut videtur, sine omni ratione. Illic enim ad primum respicitur prin-

cipium vectigalium, hic verò ad utilitatem inde provenientem. Et hanc doctrinam cum approbasset Joh. Camman. *de jur. maj. disp. 2. n. 73.* eam deinde sui oblitus repudiat, *disp. 11. n. 45. 46.* & jus vectigalium nullo facto discrimine ad minora refert regalia. Referemus & nos, non attentà Regneri distinctione, quæ vel ideò ad præsentem quæstionem facere nihil potest, quia jus ipsum instituendi vectigalia in eum finem competit, ut consulatur fisco. Totum ergò id non ad Majestatem principaliter spectat, quatenus Majestati competat, sed ad emolumentum aliquod subsidiarium fisco applicandum. Nec enim ideò majus dicitur aliquod regale, quia originem suam habet à potestate soli Majestati competente, sic enim fortè tota concidet distinctio, nec aliquod regale minus dabitur. Sed regale majus vel minus dicitur ita à fine, quatenus vel majestas ipsa vel præcipuè fiscus inde sibi consulit, id quod considerato cujusque effectu ultimo constare potest unicuique etiam minus exercitato.

CAPUT IV.

De

Potestate Principum.

*De jure regio Hebraorum ex Deut. XVII, & I. Samuel. VIII. 1. seqq.**Eorum Respublica erat Theocratia. 2.**Esu per se imprudenter sibi Regem postulârunt. 3.**Intellectus verborum, Deut. XVII, 14. 15. num. 4.**Jus Regium, à DEO propositum, tyrannicum non est. 6. seqq.**Verba utrum iniusta Regibus Hebraorum. 9.**Principi etiam iniquo obedientiam debent subditi. 11.**Princeps an possit aliquem dominio rei suae privare? 13.**Distinctio potestatis in absolutam & ordinariam an probanda? 13.**De potestate Principis in bonis subditorum propositiones. 14.**Sententia JCtorum Witebergensium. 15. 16.**Cui resarci debet damnum, quo affectus est propter commune bonum. 17.**De auctoritate publicâ Principis standum est iudicio, ne quo subditorum ex animi scrupulose id commissendum. 18.**Autori, qui de potestate principum videntur. 19.**De interpretatione l. 2. & 3. C. de quadrienn. praescript. 20. seq.**Utrum Princeps alienare possit principatum, & jura ad eum pertinentia? 25.**In Romano Imperio frustra ea movetur quaestio propter feudalem principatum quodallatem. 27.**De obligatione successoris sententia JCtorum Witebergensium. 28. & 29.*

I.

Ntequam ulterius progrediar, subjungam de jure regio Hebraeorum, quae disputari solent inter Doctores, quaeque materiam de potestate principis si non ubertim exponere, haud leviter tamen illustrare videntur. Scilicet committuntur de Deuter. caput XVII. & I. caput VIII, quo utroque jus Retineri volunt, sed sensu, ut videtur, prorsus contrario, aut saltem, utroqueque utrobique conve-

mente. Sed videtur tantum, intellectui scilicet minus confirmato, & ad penitiora parum respicienti. Et si autem nostrum non sit, sacram Scripturam inter Jurisprudentes interpretari, nec litem istam, quae etiamnum graviter inter partes reciprocatur, componere, non alienum tamen hic erit, postquam juventuti identidem ea à Politicis proponuntur, & interpolata quidem haud raro, haud raro etiam perversè & veteratoricè; quid de toto isto negotio

sentiendum sit, breviter & sic in omnibus exponere. Sic enim & beneominari de Majestate imperantium discet animus confirmatus, & contemnere porrò quicquid adversus præsentem statum, & Principum eminentiam suggerent Demagogi. Offendere scilicet & hinc solent illi, qui populo ut placeant, multa pro libertate, plura adversus Principum loquuntur imperia, minus fortè penetrantia, nisi Scripturæ autoritate in partes vocatà subinde suscitarentur, & aliquem inde colorem acquirerent.

II. Tenendum igitur, ab initio summam potestatem in populo Israelitico peculiari & planè admirandà ratione fuisse penes unum & solum Deum, ab eo leges latas, Magistratùs creatòs, bella gesta, pœnas sancitas, privilegia data, ipsumque ILLUM unicè & solum fuisse Israelitarum Regem. Quando autem & Moses Rex dicitur, *Deut. XXXIII, 5.* id plerique interpretes ita explicant, ut Regis tantum munus eum obiisse, & tanquam Regem sive ProRegem fuisse afferant, quod ipsum est Magistratum tantum gerere, summo scilicet imperio penes alium manente integro & salvo. Sed & reliqui qui populum Israeliticum gubernarunt usque ad Saullem, sive Duces fuerunt, sive Judices dicti, non nisi *דְּכָאִי* fuerunt si-

ve magistratùs, strictè accepto hoc vocabulò. Nullus enim eorum, *וְכָאִי* habuit, sed ipsum hoc totum ad ea usque tempora solus Deus sibi retinuit, nec in consortium majestatis quenquam hominum recipit unquam; ut propterea singulare id Reip. genus non malè novo quodam vocabulo *ἰσοκρατία* dicatur Josepho, *l. 2. contr. Appion.*

III. Florebant ita Israelitæ, & non externis tantum hostibus formidabiles erant, sed ipsi quoque inter se felicissimo regimine continebantur; & præsentissimum Regis sui auxilium non unis vicibus modo prorsus extraordinario planeque divino experiebantur. At quod habet Franciscus Gvicciardinus, *l. 14. histor. Ital. Non hanno gli buomini maggior nimico, che la troppa prosperità, perché gli fa impotenti di se medesimi, licentiososi, & arditi al male & cupidi di turbare il ben proprio con cose nuove,* id similiter Judæis usu venisse, sacra notat pagina. Pertæsum enim tandem fuit stolidam gentem felicissimi hujus statùs, nec satis ipsis fuit ab Rege omnipotente, omnipræsentè, & rerum omnium Moderatore gubernari, sed postulârunt, ut Rex sibi præficeretur, & quidem talis, qualem vicinæ habebat nationes, *1. Sam. VIII, 5.* Constat autem nationum, quæ plurimis imperitatum fuisse

μάλᾳ

μάλα ὑπερβαλόντες, & oriētis populos addictē admodum gubernatos Grot. *de jur. B. & P. l. 1. c. 3. n. 20*: Alb. Gentil. *diff. Regal. 1. p. 19*. Regem igitur talem dum sibi discipiunt Israelitæ, non sine exemplo amentia libertatem, quam sub verè regio Dei imperio, & γνωστὸς tali habuerant, servitio postmodum Regio mutare præoptant. Sulpit. Sever. *l. 1. histor. sacr.* Potest enim (ut obiter hoc moneam) sub monarchicò imperio esse libertas; potest & esse servitus. Imò, quia aliqua datur libertatis & servitutis latitudo, potest eadem quæ libertas nunc putatur, alio respectu servitus esse. Et ergò, licet sub aliis aliisque Regibus vel liberiores fuerint Israelitæ vel magis coerciti, tantam tamen libertatem, quantum divinum ipsis reliquerat imperium, sub Regibus habuerunt nunquam.

IV. Petrus Cunæus, *de Rep. Ebr. l. 1. c. 14* & Wilhelmus Schickardus, *de jur. reg. Hebr. c. 1. tb. 1.* cum quibusdam Rabbiniis volunt, Populum Israeliticum errasse non in eo, quod Regem petierit, sed in eo, quod non rectè petierit. Mandatum enim mandante à Deo fuisse, ut Regem sibi igeret, & hinc ex necessitate præcepti eum sibi postulasse. Quòd trahunt verba, *Deut. XVII, 14. 15.* in principio quod ibi reduplicetur verbum:

Ponendo pones super te Regem. Iterationem enim istam mandatum apud Hebræos maximè serium innuere extra controversiam ponunt. Pœnam & ego, (quamquam, ut ponerem, necessitas nulla adigat, sic enim verba, *Gen. 2, 16. Ex omni arbore huius horti comedendo comedes*, rectè ab Junio & Tremellio vertuntur: *liberè comedes*. Nec verbum igitur finitum sicubi suum regit infinitivum, semper mandatum, sed quandoque majorem tantum certitudinem ac evidentiam denotat.) committunt tamen illi boni Interpretes fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nec enim licet ita sensum compositum dividere, ut qualitate, quæ propositionem determinat, remotà, simpliciter ea sine determinatione intelligatur. Tota namque oratio est hypothetica. *Sì dixeris, constituam super me Regem; sicut habent omnes per circuitum nationes, cum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Non jubet simpliciter Deus, quod optimè observat R. Isaac Abravanel, ut Israelitæ Regem sibi creent, cum ipse eorum Rex esset, sed tantum, cum prævideret fore, ut simul atque terram sanctam occupassent, malo proposito Regem sibi essent postulaturi, præcipit, ut quando Regem omnino ve-

lin.

lunt, eum è fratribus suis eligant. Et hanc sententiam fallitatis alicujus arguere nequit Menasse Ben Israel, in *Conciliatore suo* p. 228. nec quicquam in eà carpit, nisi quod adverteatur traditioni ac sententiæ antiquorum. Non tamen adversari prorsus, ostendunt ea, quæ adducit Schickardus, d. l. & locus Josephi, ex l. 4. *antiq. jud. c. 8.* metaphraste Sigismundo Gelenio: *Optimum quidem est Optimatum regimen, & sic in administratà Republicà vivere, nec est cur aliam ejus speciem concupiscatis, sed præstat, ut hæc contenti in legum & vestrà ipsorum potestate sitis. Satis enim est Deum habere præsidem. Attamen si Regis vos cupido ceperit, nemo sit, nisi vestri generis & sanguinis, &c.* Malè igitur ex conditionali propositione & qualificatà efficitur pura. Malè à sensu non distributo ad distributum fit argumentatio.

V. Quid opus autem prolixius ea deducere, cum disertus in hanc rem sit textus, i. Sam. VIII, 6. 7. qui non Samueli tantùm, sed ipsi etiam Deo postulata ista Judæorum displicuisse ait? Et frivolum est quod repouunt *in i. s. i. v. a. l. i. a. s.* aberrasse Judæos tantùm in formà, non injure petendi. Ille enim *περὸς διαγεσμούς* non habetur in textu, quod sc. idèò displicuerit petitum, vel quia Samuelem spreverint, vel quia deiderarint ta-

lem rationem statit, qualem intergentes animadverterant, vel quia ad religionis mutationem petierint, sed simpliciter dicitur; *displicuit sermo in oculis Samuelis, eò quod dixissent: Da nobis Regem, ut judices nos.* Vera igitur ratio displicentiæ est, quod *ἑοικεῖσθαι* sustinere amplig noluerint, sed illà repudiatà aliam novam exegerint. Neque verò eà de re Samuelem consulunt, aut per otium secum ipsi deliberant, sed præcisè dicunt: *constitue nobis Regem.* Sic obfirmato in eam sententiam animo, ut propolitis etiam his incòmodis, quæ declinari non poterant, si regia inducatur & peregrina forma, ab eo tamen consilio, quod semel arripuère, dimoveri non possint. Gaspar Sanctius, *in b. l.*

VI. Caterùm permisit Deus, ut haberent Regem, sed simul tamen jus regium proposuit, & longo ordine recensuit, quale deinceps futurum esset imperium, quod tam enixè nunc flagitarent. Id jus an verum sit, an usurpatum & consuetudo saltem Regis eligendi, multis inter se litigant, qui textum penitus introspiciunt, & utrinque haud contemnendis argumentis. Tyrannicum id esse & merè usurpativum tenent Car. Molinæus, *ad consuet. Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 65.* Casp. Klock, *de contributionib. n. 46.* Joh. Althuf. *Polit.*

Polit. c. 19. n. 51. seqq. Georg. Buchanan. *de jur. regn. ap. Scot. Bb. 8.* Nic. Bellermontan. *dissert. polit. 14.* Joh. Milton. *in Defens. c. 2.* Ant. Matth. *de crimin. tit. de furt. c. 4. n. 4.* Bodin. *l. 1. de Rep. c. 10.* Dionys. Gothofr. *ad l. 4. C. de U. S. ad Nov. 105. c. 2.* Præstat tamen eorum sententia, quæ istud non iniquum esse statuunt, sed indultum à Deo, & tale, quo magistratus, urgente Reip. conservandæ necessitate, salvâ conscientia uti possit. Id quod ipse tandem concedit Molinæus, *d. l. n. 66.* Ut enim in corpore humano usu venire solet, ut ense rescindatur, si quod membrum vitium aliquod contraxerit; uti in ædificiis, ut diruantur illa etiam in vitis dominis, si quando proximus ardeat Ucalegon, *l. 14. C. de oper. publ.* in eum sc. finem, ut illic morbus, hic incendium desinat: Itaque & Principi licet ad conservandum corpus Reip. uti interdum sive ministerio, sive bonis & fortunis subditorum, si præsertim aliud non suppetat, quo præsentis consulat necessitati.

VII. Scilicet non potest sustineri ratio status, aut, si cui odiosum id nomen, Respublica, nisi sint consiliarii, ministri Regii, milites, officiales, &c. At his omnibus debetur merces. Imò debetur & Regi ipsi, quippe cujus operam ad sui defensionem, &

gubernationem quasi conduxerunt subditi. Quid mirum igitur, si Princeps in casu necessitatis tollat agros, vineas, & oliveta Caji aut Seji, eaque det ministris, consiliariis, & officialibus suis, ut eos in ministerio & officio retineat, cum præsertim non succurrat illicò alia merces, quæ satisfieri ipsis possit. Nec enim propterea negatur Cajo aut Sejo æquivalentis aliquod præcium, à vicinis & concivibus suis aliquando persolvendum. Tenetur namque Princeps, auferens rem privati ex causâ publicæ utilitatis & necessitatis, ad solutionem justis præcii. Gail. *l. 2. obs. 56. n. 8.* Vasqu. *illustr. controv. l. 1. c. 5. n. 9.* aut ut rectius dicam, tenentur potius concives, & ærarium publicum. Harpp. *ad pr. J. de R. D. n. 147. S. 152.* Bernh. Graven, *p. 2. concl. 56. in coron.* Quid mirum, Principem sumere filios subditorum, & ponere in curribus suis, facere sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituere sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & meliores segetum, & fabri os armorum & curruum suorum? Nec enim necesse est, ut luxus ergò & ex libidine ista à Principe instituenda dicamus, cum efflagitare id possit ipsa necessitas Reip. & regiminis ratio. Quid mirum, sumere Principem filias subditorum, & facere eas un-

gventarias, & focarias, & panificas? Qvanqvā enim voluptuarium horum aliquod videatur & minus licitum; Ungventaria tamen ars phrasi Hebræa pharmaceutricam primario notat confectionem; & hæc maxime necessaria est, sive pacis sive belli tempore. Culinaria autem ars & pistoria ideò exesse poterit minus, quia ex alendo homini inserviunt, & sine iis vita duci hodiè nequit. Et qvanqvam officia ista aliquando fortè curæ masculinæ fuerint, postea tamen cum Viri virilitis agere, h. e. studiis militaribus se dedere cœpissent, in foeminas ea devoluta sunt, quarum idcirco ministerium etiam in aula reqvirebatur. Conf. Schickardus, *de jur. reg. c. 3. theor. 8.* Camman. *disp. 2. de Regal. n. 29. seqq.* Martin. Schoock. *de Lege Reg. cap. 2. & seqq.*

VIII. Sedposito, enumerari quædam in hoc jure regio, quæ vel ad voluptatem & luxum faciant, vel in abusu consistant, & pravâ Principis usurpatione, num idcirco totum id jus iniquum, voluptuarium & merè usurpativum dicamus? Qvin imò possunt esse species mixtæ, & inter illas etiam, quæ luxûs instrumenta habentur, aliqua tales, quæ pro ratione circumstantiarum bonitate, morali alterentur, & vel ex necessitate, vel utilitate inde proveniente,

se commendent. Nec enim quia deficiente necessitate Achabo illicitum est Nabothi vineam eripere, id omni tempore illicitum erit. Possunt variare circumstantiæ, possunt ergò & qualitates ex iis dependentes; cum & aliàs actiones morales ex finibus suis judicentur. Nec etiam, quia vocabulum, quod in Hebræo idiomate habetur, quandoque consuetudinem & morem significat, sive modum, ut interpretatur Josephus Scaliger, *1. Epist. 15.* illicò in malam partem id est accipiendum. Indifferens id esse, & tam in bonam, quam malam sumi, fatetur Nicolaus Bellerimontanus, *dissert. polit. 14.* graviter aliàs dissentiens, & tyrannidem ex hoc loco colligens. Si quid ergò malitiæ consuetudini isti & mori adhærere dixeris, aliunde id accersas necesse est, non ex vi vocabuli aut significatione ejus.

IX. Sed novi ego, quid regerere hic soleant quidam ex Rabbiniis, nempe non licuisse Regi vel multiplicare mulieres, (ultra numerum permissum) vel eqvos ad pompam, vel opes & divitias, & vapulasse eum, si quicquam horum tentasset. Male ergò concedi aliqua voluptuaria, quippe quibus semper abstinere oportuerit Reges. At enim non tam asserui, quam per vim hypotheseos posui, esse quædam in jure illo Regio luxûs

luxus adminicula & instrumenta. Quin, si asseruissem, nondum tamen fides facta de verberibus inflictis. Idem enim cum ex Rabbiorum placitis asseruisset Cardinalis Cæsar Baronius, adversarium mox invenit Casaubonum, *Exerc. 13. n. 5.* districtè id negantem. Sed hunc *παροργισμα* vicissim convincit & aliquot Rabbiorum testimoniis firmat Wilh. Schickardus, *de jur. reg. c. 2. theor. 7. p. 63.* cum quo facit Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. c. 3. n. 20.* Etiam si verò id non neget Claudius Salmasius, *in Defens. Reg. c. 2. p. 56. & c. 5. p. 181.* Rabbinos id docere, negat tamen ex vero id docere; cum præsertim ex nimio erga Synedrium studio propudiosissimis commentis scripta sua onerare soleant, & propterea fidem jamdiu decoxerint. Vid. omninò Joh. Seldenus, *de synedr. lib. 3. cap. 9.* Quicquid hujus sit, docent tamè Rabbini, non ob quodvis delictum Regem vapulasse, sed ob tria tantùm illa supra enarrata. Et ergò superesse poterunt alia, quibus ad voluptatem, & delicias abuti impunè potuerit Princeps. Quæ etsi concedantur, nondum tamen inde conficitur, ipsum totum jus Regis, de quo nunc agimus, esse tyrannicum, & merè usurpativum.

X. Dicis, ex ore Dei irati loqui Samuelem. Dicam & ego, sed num-

quid futuri Regis potentiam exinde facies illicitam & tyrannicam? Sit ita, publicatum esse Jus hoc Regis in pœnam, at non sequitur illicò, iniquum id esse. Pœna enim inter alia in eo consistit, quod, cum sub regimine divino omnium rerum affluentiam habuerint Judæi, futuro Regi, ut Resp. salva sit, facultates suas elargiri teneantur. Sed eas tamen, propterea Rex non accipit titulo aliquo injusto. Dicis porrò, exprobrationis & terroris causà jus istud non publicatum tantùm, sed & reservatùm esse in archivis sacris, *1. Sam. X. 25.* cum Thoma, *in prima secunda q. 105. artic. 1. in fin.* & Alfonso Tostato Abulensi, *ad b. l.* Dicam & ego, quanquam non hoc Samuelis, sed id, quod *Deut. XVII, 16.* habetur, reservatum, falsò velit Petrus Cunaus; at solo fine terrendi & exprobrandi publicatum id, aut reservatum fuisse nego. Quin si hoc concessero, non tamen sequitur, solo hoc fine sancitum fuisse à Deo; aut si & hoc concessero, nunquam tamen conficies, semper id fore injustum, aut ex nullo alio capite & fine sanciri potuisse. Vid. Dn. D. Hülsemann. *Breviar. theolog. c. 20. n. 12. §. 5. 6.*

XI. Concedam verò & hoc, imò concedam omnia, & id quoque tandem, illicitum esse id jus, iniquum,

tyrannicum, & merè usurpativum. Non enim quia coram Domino repositum dicitur, iniquum id esse nequit. Sed quid tandem inde sequi putabimus? Denegare licere subditis, quod Principi non licet petere? Id verò esset totas movere & concutere Respublicas, & facere, ut fulmenta lectum scanderent. Non hoc intendit Deus per legem istam Regiam, ut armare velit subditos adversus imperantes, sed hoc potius, ut de subjectione ipsos commonefaciat, debita etiam eo casu, quando iniqui fuerint imperantes, ideò dicit *v. 9. inculcando inculcabis hoc illis, & indicabis, &c.* Vid. Dn. Calovius contra Grot. in *lib. 1. Samuel. c. 8. v. 10.* Optimè in hanc rem Hugo Grotius, *de jur. Bell. & Pac. l. 1. c. 4. n. 3.* *Quod apud Samuelem est de jure Regis, omninò rectè inspicièti apparet, nec de jure vero intelligendum, id est, de facultate honestè & justè aliquid agendi, (longè enim alia vivendi ratio præscribitur Regi in eâ parte legis, quæ est de officio Regis) neq; nudum factum indicari: nihil enim esset in eo eximium, cum injurias facere etiam privati privatis soleant; sed factum, quod effectum aliquem juris habeat, id est, non resistendi obligationem. Ideò additur, populum pressum istis injuriis Dei opem imploraturum, quia sc. humana remedia nulla extarent, &c.*

Scilicet agitur hic de jure Regis, ad quod, si in sensu relativo sumatur, non pertinent ea, quæ ad mores Regum formandos conscripta sunt, qualia habentur, *Deut. XVII, 16. seqq.* sed ea potius, in quibus ex adverso respondeat civium obligatio. In genere autem obligatio ista consistit in eo, quod obedire teneantur subditi Regi etiam *σκολιῶ* & iniqua petenti, *I. Pet. II, 18.* dummodò non contraveniat petitum istud mandato divino, & hoc non tantùm ex necessitate præcepti, sed etiam propter conscientiam, *Rom. XIII, 5.* & quia sunt *ὑποτασσομένοι*. Ita enim dicuntur respectu Magistratus, & in sensu eminenti respectu Regis, qui in relatione hæc dicitur *καθ' ἑχου*, *I. Pet. II, 13.* non vulgari loquendi more, & pro captu eorum, ad quos scripsit Petrus, ut nugatur impurissimus Miltoni Hyperaspistes Johannes Philippi, in *Defens. p. 50.* sed sensu verè politico, & maximè proprio. Locum enim hic quoq; habet, quod dicunt Philosophi, ordinem non dari, nisi cum relatione ad aliquod primum. Et ideò Apostolus subiectos nos esse vult Regi, ut supereminenti, i. e. sine ullà exceptione, Magistratibus, tanquam missis à Rege, i. e. potestatem suam à Rege ducentibus.

XII. Etsi igitur in dicto loco Samuelis

muclis nihil inveniatur, quod publica urgente necessitate, & salute patriæ in discrimine versante, jure & bonâ conscientia facere princeps non possit, nec opus idcirco sit auferre eos, qui tyrannorum ibi mores describi asserunt; tamen quia etiam hoc posito, nihil inde lucrari monarchomachos nunc ostendi, facile poterimus Moſen cum Samuele conciliare, quippe quibus pugna nulla, nulla contradictio, nedum contentio. Moſes enim non populum, sed Regem instruit, ejusque describit officium; Samuelem verò ejus potentatem & imperii amplitudinem. Ille imperium rectum, & quæ bonis Principibus sunt agenda. Hic obedientiam subditorum, & quæ iis sunt toleranda. Ille limites imperandi, hic necessitatem parendi proponit. Ab illo Reges, ab hoc subditi informantur. Et ergò diversa quando diversimodè proponunt, dissentire inter se dici nequeunt. Vid. Alb. Gentil. *disp. Reg. 1. p. 18.* Gvilh. Barlaj. *contr. Monarchom. l. 2. p. 255. & 3. c. 6.* Autor conclusionum *de jure princip. n. 68.* Anton. Coler. *de jur. imper. Germ. n. 13.* Claud. Salmaf. *defens. Reg. c. 1. p. 2.*

XIII. Patet hinc, quid sentiendum: quæstione, toties magno partium igno agitata: Utrum Princeps possit aliquem dominio rei suæ privare?

Ajunt alii, alii negant, & vicissim alii cum distinctione, alii sine eâ. Potissimum verò illi, qui cum distinctione respondent, ad potestatem recurrunt absolutam, eamque contradiſtingvunt ordinariæ. Ordinariam autem dicunt, quâ princeps ratione præeminentiæ suæ dispensat contra jus commune cum modico partis incommodo. Et porrò absolutam sive plenam, quâ Princeps alicui suum non refuso precio aufert, & bonis subditorum non ad publicam utilitatem, sed ad voluntatem, & voluptatem suam utitur. Græven. *l. 2. concl. 56. consid. 1.* Syring. *de pac. Relig. n. 17.* quanquam ordinariam paulò aliter explicet Albericus Gentilis, *disp. Reg. 1. p. 10.* Absolutam illam vicissim alii proſus rejiciunt, & violentiæ nomine insigniunt, alii mordicus defendunt; & ex his partium studiis magna sæpè nascitur confusio, quippe quæ declinari nequit, nisi rescindantur ea, quæ autoritate magis nituntur, quàm ratione. Solent enim quidam Doctoribus ita suffragari incedere, ut vim potius, quàm fidem facere velle videantur, quibus meritò obijcitur illud Comici: *Hic non est locus, quin tu aliam queras, cui centones farcias.* Et profectò vix est, ut in Principe legitimo dari possit plenitudo potestatis, quæ quicquam differat, aut distet ab ordinaria

dinaria potestate. Fernand. Vasq. *part. 1. lib. 1. controuv. illustr. c. 5. n. 15.* Add. omninò Franzk. *3. resol. 1. n. 169. seqq.* Quin, sicut in Deo una eademque potentia est, sive agat secundum ordinem à se constitutum, sive extra eundem ordinem: ita potestas quoque imperantis eadem est, sive agat secundum ordinem à se positum, sive aliter. Hug. Grot. *de imperio summ. pot. circ. sac. c. 6. n. 14.*

XIV. Nos totam litem breviter ita componimus, & dicimus (1.) Extra casum necessitatis & utilitatis publicæ, non licere Principi aliquem dominio rei suæ privare, & propterea nec posse, *l. 15. ff. de cond. instit.* Bernh. Sutholt. *de jurisdict. n. 76.* Quod si autem (2.) id fecerit, non licere subditis resistere præfractè, aut arma adversus eum movere. Econtrariò (3.) in casu necessitatis & utilitatis publicæ non peccare Principem, alicui dominium rei suæ auferentem, sed tùm tamen (4.) resarcendum esse damnum, & refundendum præcium ab iis, ad quos utilitas ea pervenit. Prima propositio pater, *arg. l. 2. §. 1. C. de precib. Imp. off. l. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 4. C. de emanc.* & est ratio politica, quia Princeps non publicum tantum, sed privatum quoque cuiusque bonum quærere, non autem intervertere debet. Loquitur enim pro-

positio de officio Regis. Siquidem ubi dominium, aut aliud jus alicui legitimo modo partum est, id ne ei auferatur, juris est naturalis, quod etiam Principem obligat. Dn. Struv. *disp. F. 5. n. 6.* Secunda deducitur ex obligatione subditorum, de quâ supra dixi, etiã *συναίσις*, & pravus Principibus deberi obedientiam. Tertia præsupponit non quidem, ut volunt nonnulli, dominium aliquod eminens, quod Reip. competat, & superius sit dominio singulorum, de quo Hug. Grot. *l. 1. de jur. B. & P. c. 1. n. 6.* Arn. Vinnius, *ad §. 2. J. de his, qui sui, vel al. jur. sunt.* Jac. Lampad. *de Rep. Romano-Germ. part. 3. c. 9. n. 5.* sed ipsam vim imperii, quod ad salutem publicam est directum. Sutholt. *de jurisdict. n. 27.* Luther. *Hauffpostill/ fol. 171.* Subest enim causa potentior, publica videlicet utilitas, quæ ista fieri præcipit, & communia omnia facit, etiam in vitis subditis, *l. 14. §. 1. ff. quem adm. serv. vind.* Ant. Perez. *Cod. lib. 10. t. 5. n. 13.* Et ex hoc voluit Decius, permissum esse Magistratui, domum peste infectam, cum omnibus ibi contentis rebus comburere. *Gründlicher Bericht des heil. Reichs Stadt Friedberg/ c. 4. n. 65.* Pol. Ripa, *de peste c. 6. n. 48.* Quarta probatur ex *l. 13. §. 1. ff. comm. pr. ad. l. 9. C. de oper. publ. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro pram.* Et jubet id æquitas,

tas, quæ publicam causam sequitur, utne res sua & precio careat ille, qui profuit omnibus. Dn. Carpvov. p. 2. c. 33. def. 16. Grot. de jur B. & P. l. 2. c. 14. n. 7. 8. Aequissimum enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut res suas salvas haberent, l. 1. l. 2. in pr. ad f. ff. de L. Rhodiâ de jactu, ad quam vid. Dn. Hahn. in Observ. ad Wesenbec. p. 550.

XV. Facit huc Responsum Wittebergensium Jctorum an Jacob Echerbeln / Bürgermeister zu Wismar / mens. Octob. 1641. his verb. exaratum: Hat anno 1627. die Stadt Wismar Kaiserl. Garnison eingenommen / welche bald anfangs / so wohl zu ihrer selbst / als des Orths Versicherung / die Stadt mit mehrer Fortification gegen allen Anlauff / und begeben der Nothfälle zu versehen vor nöthig erachtet / dannhero sie denn auch im folgenden Jahre zum Wercke selbst geschritten / und unter andern in solches Fortification-Werck und Vestungs-Bau euren nahe bey der Stadt gelegenen Acker genommen / und euch dadurch zum wenigsten 200. fl. Jährlicher Hebung und Abnutzung entzogen / deswegen diese Frage entsethet / ob nicht die Stadt / oder der Rath derselben von andern gemeinen Stadt-Gütern / und Ackern Euch selbigen Schaden / so wohl an Capital, als auch bis anhero entza-

thener Abnutzung hinwiederumb zu erstatten schuldig. Ob nun gleich ermeldeter Rath zu ihrer Entschuldigung vordringen wil / das sie vor ihre Person solchen Vestungs-Bau nicht angelegt / noch euren Acker darein gezogen / sondern solches von der damahls in der Stadt gelegenen Kaiserlichen Garnison / und deren Commendanten geschehen; Sie auch eine Protestation, das solches Werck und Vestungs-Bau Ihnen / und Ihren inhabenden Privilegien zu keinem Nachtheil und Schaden gereichen möchte / bey dem Commendanten eingegeben. Dennoch aber und dien eil in solchen Fällen keinem Privato das seinige / was zu gemeiner Wohlfarth angewendet / und genommen wird / ohne Entgelt entzogen / oder den Schaden vor sich alleine zutragen / zugemuthet werden mag / solcher Bau auch / euren Berichte nach / zu gemeinen Schutze / Rettung und Wohlstande ansehen und vollendet worden / so erscheinet daraus allenthalben so viel / das von gemeiner Stadt Euch der erlittene Schaden / so wohl an Capital / als auch dero entstandene Nutzung / daferne Ihr solchen Acker sonst ohne Verhinderung genießen können / à tempore moræ nicht unbilllich zu erstatten / B. N. W.

XVI. Eodem modo responderunt an Desiderium Francisci zu Lübeck / mens. August. 1676. Es were denn /

denn/das euren Berichte nach des Landes isiger Zustand und Wohlfart erfordert/auf solcher Herrschafft Grund und Boden eine Besung anzulassen/auf solchen Fall were der Landes-Herr dieselbe/ jedoch gegen Erlegung des isigen rechten Werths/einzuziehen wohl befugt.

XVII. Quod si etiam aliàs ex causâ civitatis atq; universitatis, cujus ipse membrum est, damno affectus quis fuerit, incivile erit, indemnem eum præstare nolle, & proinde adigi poterit civitas, ut quod illi ex communi hac causâ abest, dempto eo, quod ipse in hanc rem contribuere pro ratâ suâ debuisset, resarciat. Ita Domini in causâ M. Johann Kesslobs/ Bürgermeisters zu Jüterbock mens. Maj. 1639. Hat anno 1627. der Obr. Sparr als Er zu Jüterbock sein Quartier gehabt/von dem Rathe daselbst begehret/das ihm die Register über der Bürger Vermögen/ innerhalb drezen Tagen/auszueantwortet werden möchte/welches ihm aber aus sonderbahren Bedencken abgeschlagen worden/dahero er durch Militarische Execution solche zu erzwingen/ euch/ als damahlige Stadtschreiber/mit starcker Einquartierung belegt/ und euch dadurch einen ziemlichen grossen Schaden unverschuldeter massen zugesüget/ ungeachtet sonst der Stadtschreiber mit Einquartierung sederzeit befreyet

gewesen/ und ob ihr zwar in Hoffnung gestanden/ das euch dissals von der Bürgerchafft/ weils es umb derselben willen geschehen/ solte Erstattung gethan werden/ so hat sich doch die Bürgerchafft darzu nicht verstehen wollen/ sondern vorgewendet/ das der Obriste solches de facto, und nicht mit ihrer Bewilligung gethan hätte/ nach mehreren Inhalt eures Berichtes. Da ihr nun/ wie zu recht quamsam/ dardurch könntet/das solche Einquartierung von dem Obristen Sparr euch zu dem Ende geschehen/das er dadurch von euch/ als damahligen Stadtschreiber/ der Bürger Vermögen erzwingen wollen/ auch das sonst der Stadtschreiber selbiges Orthes mit der Einquartierung befreyet gewesen/ so wehre die gesambte Bürerschafft wegen eures durch solche Einquartierung erlittenen Schadens/ ihres obgedachten Einwendens ungeachtet/euch billichmässigen Abtrag zu thun schuldig/ und würde auf fernere Verweigerung darzu nicht unbillig ansetzen/ V. R. W.

XIV. Quia igitur, uti dixi, potestas sive *potestas* esse debet in Legislatore, sine quâ nec Legislatores proprie dici potest. Patet hinc, etiam constitutiones Imperatorum verè & proprie dictas esse leges. Quod etsi neget Hugo Donellus, in *l. un. de condit. ex lege*, ratione tamen, quâ nititur, nunquam persuadebit, refutata eâ Bachovio, de *action. disp. 4. n. 2.* Definitio enim Legis, quæ habetur §. 4. de *J. N. G. & C.* & quam urget Donellus ad Reipublicam liberam persinet, quâ scilicet summa rei penes integrum erat populum. Formâ Reipubl. mutata, & in Monarchiam conversa, id, quòd Principi placuit, legis habuit vigorem, §. 6. *J. eod.* tum enim Majestas & vis summi imperii à populo ad Principem transiit. Quas autem nos reliquas habemus ex monarchiâ Romanâ constitutiones, in triplici inveniuntur differentia. Aut enim per epistolâ factæ sunt, aut per cognitiones & decreta, aut per edicta. De

quibus speciebus singulatim & prolixè agit Goldastus, in *replicat. pro imp. cap. 11.*

XV. De plebiscitis constat, ea ab initio leges dici non potuisse, non tam quòd partem tantum civium obligarent, quàm quòd plebi separatim nulla competeret majestas. Tota enim eorum obligatio tum temporis conventioni potius & pacto, quòd membra plebis inter se inierunt, quàm imperio & jussioni videtur adscribenda. Illud enim inter plebiscita & cæteras leges intererat, quòd hæc à plebe, illæ à populo rogabantur; hæc Tribunus tribunitiis comitiis, illas Consul, aliusve ex majoribus magistratibus centuriatis, tributis, curiatisve comitiis ferebant; hæc plebem tantum olim tenebant, illæ semper omnes. Anton. Augustin. de *Legib. & Sci. cap. 3.* At post legem Hortensiam plebiscita non minus proprie leges appellata, quàm quæ populus centuriatim jusisset, §. 4. *J. eod.* Ita factum est, ait Pomponius, *l. 2. §. 8. de O. J.* ut inter Legem & plebiscitum species interessent constituendi: potestas autem eadem esset, h. e. ut plebiscita propter accedentem consensum totius populi reliqui, leges revera & essent & appellarentur. Ex quo simul illud conficitur, liberâ Republicâ Senatui Romano malè tribui

à Francisco Connano perpetuam legis condendæ potestatem. Hanc enim qui habere potuit, cum non habuerit majestatem? Nec ergo vim legis habere potuerunt Senatus Consulta, nisi & plebs ea probasset, cum deficiente potestate impune non pareatur jubenti. Add. Arnold. Vinn. *ad* §. 5. *J. de J. N. G. & C. Dn. Hahn. in W'esenbec. tit. de O. J. n. 2. p. 61.*

XVI. De statutis civitatum municipalium minus dubium est, quippe quæ legum nomine ideò venire nequeunt, quia omnis eorum vis est ex consensu civium inter se & cum Magistratu suo; aut si à Magistratu solo est, necesse est, ut hic habeat potestatem à Principe, sed quæ ideò, quia ad Principem reflectitur, major est, quàm ut statuta tantum condere dicatur. Interim & hoc casu Magistratus, quia alterius imperio subjectus est, non plus habet potestatis, quàm ille, cujus imperio subjectus est, concessit. Omnis igitur illa potestas precaria est, & ex indulgentiâ Principis; ideòque sic temperanda, ut ne quid adversus leges & constitutiones Principis conetur, *l. 9. ff. de L. Rhod.* Sutholt, *de jurisdict.* n. 287. Cætera, si quæ fiunt, statuta non magis Leges dici possunt, quàm conventiones & pacta privatorum. Nec quicquam movet, quod legis

municipalis passim fiat mentio, *l. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam, l. 3. §. 5. de sepulchr. viol. l. 3. l. 6. de decret. ab ord. fac. l. 6. quod cujusq. univ. nom. l. 1. C. de emanc. libb. l. 37. ff. de reb. aut. judic. poss. l. 21. §. ult. ad municip. l. 5. §. 1. de jur. immun. l. 1. de alb. scrib.* Aut enim vocabulum LEGIS in ejusmodi quibusdam textibus late sumitur, & cum quâdam extensione; aut Municipium accipiendum est secundum jus Romanum antiquum, pro eâ civitate, cui suo jure suisque legibus vivere permisum erat. Agell. *l. 16. noct. Att. c. 13.* Marcell. Donat. *in Sygton. Aug. c. 40.* Alciat. *ad l. 228. de V. S. Petr. Crinit. l. 7. c. 6.* Alexand. ab Alex. *l. 7. gen. dicr. c. 10.* Sutholt. *de jurisdict.* n. 220. Sic enim Pausanias Trajanum Imperatorem refert Mithoneis concessisse *ἐς ἀυτονομία πολιτέωνται, l. 4. Messen.* Plinius, Amisenorum civitas, inquit, & libera & foederata beneficio indulgentiæ tuæ legibus suis utitur, *l. 10. Epist. 93.* Agathias, de Dilimnitarum gente agens, non, inquit, subditi sunt, nimirum, qui suis legibus vivant, & libertate fruantur, *ἀυτονομοί πὺ γὰρ εἰσι καὶ ἐλευθεροί, l. 3.* Per municipium autem, de quo nos agimus, intelligitur ea civitas, quæ superiorem recognoscit Principem, etiam in legibus ferendis; & à tali leges propriè dictas juberi posse nego.

XVII. Sed

XVII. Sed quid si confirmata fuerint statuta à Principe? Tùm verò legis ea naturam induere arbitror. Accedit enim imperium & jusio ejus, qui summæ rei præest. Magistratus autem hoc casu proponit tantùm, scribit, & comminiscitur legem, non facit aut sancit eam. Consentit Anton. Perez. *ad tit. Cod. de offic. jurid. Alex. n. 7. 8.* Quod si præcesserit Principis concessio generalis, ut licitum sit municipio statuta pro libitu condere, putò & tùm statuta ea vim legis habere, non quòd potestas legislatória in municipium translata sit, sed quòd concessio illa generalis influat in quemlibet actum deinde secuturum, & perinde se habeat, ac si unumquodlibet statutum specialiter confirmetur. Sive igitur antecedit, sive sequatur consensus & ratio habitio Principis, non minorem auctoritatem habebunt statuta ejusmodi municipalia, quàm ipsæ constitutiones regni. Annæus Robert. *rer. judicat. l. 2. c. 1.* Digna sunt, quæ hic legantur, verba Johannis Seldeni *ex lib. 1. de J. N. & G. juxta discip. Hebr. c. 8.* *Obligatio, inquit ille, quâ obtemperandum est decretis aut Sæcra ex permissione decurionibus, seu corporis alicujus sociis, invicem hæc tenus paribus à Principe indultâ, latis, ex ipsius Principis auctoritate ac impe-*

rio pendet, qui dum permittit pro eorum libitu decreta legesq; tùm ferre tùm rescindere, æquè etiam in ipsâ permissione vult sic latas leges, usq; dum ex eâdem similiter permissione rescinduntur, observari, i. e. obligationem inducere.

XVIII. Cæterùm si de voluntate Principis non constet; consentiant autem cives de jure aliquo post hac observando, modò non deroget id legibus jam scriptis, nec ratione suâ destituatur, quod ubiqve suppono, dico, & statui id posse, & firmam ex eo nasci obligationem, & in hoc sequor Dn. Parentem p. m. *ad aur. prax. Calvoli §. civitas conclus. 1. n. 29.* non quòd valeat jure legis, aut vi suâ, sed propter pactum & consensum, *l. ult. ff. de Colleg. & corp.* Paul. Laymann. *theol. moral. l. 1. tr. 4. c. 8. n. 6.* Salvum enim semper manet jus superioris, qui pro auctoritate suâ id, quod ita statutum est, abrogare, aut nullum dicere quandocunqve poterit, *l. 3. §. 5. de sepulchr. viol.* Consultius igitur & tutius putavit Dn. Parens, *d. l. n. 35.* Municipales Civitates super statutis requirere ad sensum & confirmationem sui Principis. Addit Dn. Carpzovius, Vir suâ laude major, *in processu. t. 2. a 2. n. 198.* non consultum modò id esse, sed maximè necessarium, vel solâ observantiâ teste. Ad-

do

do ego porro, necessarium hoc esse non ad id, ut statutum sit & obliget, sed ut ne nullum dicatur à principe; quæ necessitas est extrinseca, & inter naturalia statuti externa referri potest, inter substantialia minimè. Conf. Guttierrez. *de juram. p. 1. c. 28.* Richter. *decis. 3.* Dav. *Mæv. jur. Lubec. p. 1. q. 2. n. 61.* Coler. *de process. execut. l. 1. c. 3. num. 12. 13.* G. Schultz. *in synops. jur. f. cud. c. 7. n. 53.*

XIX. De statutis quæ diximus, ad Principum Germaniæ sanctiones non licet extendere. Etsi enim superiorem illi agnoscant Cæsarem, quem venerantur & observant, tali tamen, quisque in suâ provinciâ, instructi sunt potestate, ut iustiones ipsorum reverà sint & dicantur leges. Video dubitare Doctores, an dependens sit ea potestas an minus? Sed quâ dubitari poterit, cum ipsa tota potestas territorialis, cujus pars est legislativa, tribuatur ab Imperatore? Quicquid enim sanciant & edicunt, id edicunt, quia sunt Duces, Marchiones, Comites. At dignitates has unâ cum territorio & territoriali potestate annexâ, accipiunt in feudum à Cæsare. Dependentes igitur hæcenus habent legis ferendæ potestatem. Sed est ea tamen vicissim tam libera, ut constitutiones ab unoquoque in suo territorio latae, nec confirmatione opus habeant,

Nec ab Imperatore rescindi possint, dum tamen de iis rebus sint, quæ per recessus imperii nondum sunt determinatae. Quod enim his adversum quid statuere nequeant, id inde est, quia vel propriâ conventionem, vel numero victi parere coguntur. Tum enim quasi vi contrariâ, legitimâ tamen, in latitudine oppositâ succumbunt. Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. part. 3. c. 3. n. 18.* Obiter addo, etiam Principum summorum constitutiones aliquando statuta dici, non in jure tantum civili, sed & Canonico & vetustiorum Patrum scriptis, atque Historicorum monumentis. Goldast. *in replicat. pro imp. cap. 11.* Sed in istâ significatione vocabulum istud hic non accipimus.

XX. Pontifici Romano uti majestatem concessimus exercitatione primâ, ita necesse est, ut legis etiam ferendæ potestatem nunc concedamus. Sed uti limitata est illa ad patrimonium, quod vocant, D. Petri, & reliquas, sive vi, sive ex beneficio Principum possessas provincias; ita hæc quoque iisdem terminatur finibus. Posito enim imperio, ponitur & legis ferendæ potestas. Negato illo, neque hæc locum habebit. Quid est ergo, quod Papa etiam extra territorium suum jus dicere affectet, & nuperè transactionem

Osna-

Osnabrugensem nullitatis damnaverit? Summum istud, quod in universum terrarum orbem sibi transcribit, imperium, merum est commentum, ex fastu Hildebrandino natum, & à barbaro etiam Attabalibâ stoliditatis nomine notatum. Hier. Benzo, *Hist. nov. orb. l. 3. c. 3.* Robertus Cardinalis Bellarminus, etsi & ipse universale istud imperium adstruat, & tam protervè quidem, ut librum ejus admittere nōlit Gallia, *Limn. l. 8. c. 10. n. 13.* ejus tamen adhuc est modestia, ut indirectè istud Pontifici Romano competere adserat; quod cum ferre non posset Romana curiæ *Œcumenica*, Angelus Carenius, ex professo eum insectatur & refellit, *lib. 2. de potest. Rom. Pont.* Sequuntur eum Abraham Bzovius, *in Pontif. Rom. c. 1. § 45.* Thomas Bozius, *de jur. Eccl. libertat. § potest. l. 2. c. 12. 13. 14. seq.* & alii multi. Sanè si papalis est arbitrii, pacta conventa, & leges imperiales mutare aut rescindere, omnis quoque civilis potestas directè ipsi est subjecta, atque adeò Reges & Principes non nisi Magistratus sunt, subditi nutui Paparum. Et hoc est, quod vult Curia Romana, alia scilicet ab eâ, quæ fuit ætate Nicolai primi, in quâ Pontifices pro cursu temporalium rerum imperialibus legibus utebantur, *c. cum ad verum 6. dist. 96.* Sed enim

quod universalis iste dominatus Papæ Romano nec divino, nec humano, nec Ecclesiastico jure competat, solidissime demonstratum est à Gvil. Barclajo *de potestate Papa*, & ejus Hyperaspiste, Johanne, Roffensi Episcopo, *in tr. de potestate Papa tempor.* quibus addi possunt Chamier, *tom. 2. pansfr. Cath. l. 15. per tot.* Ludovic. de Montesperato, *in vindic. pacif. Osnabr. n. 34. seqq.* Benign. Milletot. *de delict. comm. p. 7. seq.* Roger. Widdrington. *de juram. fidel. p. 32. seqq.*

XXI. Memorabile est, quod notat Paulus de Castro, nec ad Conditorem Canonis, h. e. Papam, nec ad Apostolum pertinuisse, emendare jus civile in his decretis, quibus vitæ humanæ honestas continetur. Quod assertum cum recensuisset Petrus Costalius, *ad l. 2. ff. de rit. nupt.* spiritualia tantum excipienda monet. In secularibus ergo admittit, quod dixerat Castrensis; in *l. 32. ff. de LL.* non audeat asserere, peccare Gallos, qui Pontificum edicta non observent, ex eâ scilicet ratione, quia Bonifacianas constitutiones, quæ Regis & Regni Gallici libertatem & privilegia minuerant, pridem unâ clausulâ antiquaverit Clémens V. Rectius dixisset, ideò non peccare Gallos minus morigeros, quia sunt extra imperium edicentis. Id enim

pro-

profitebuntur omnes, etiam inter ipsos pontificios, quibus aliqua est Rerum publicarum cura.

XXII. Ut maximè verò conveniant hodiè Ecclesiæ Latinæ Doctores, competere Pontifici Romano absolutam quandam & universalem in Ecclesiasticis rebus leges ferendi potestatem, eamque tantæ amplitudinis, ut in universis & singulis Christiani Orbis provinciis observantia illis debeat; dissentiunt tamen in eo, utrum Leges tales Ecclesiasticæ promulgari debeant per singulas provincias, nec ante hanc promulgationem vim obligandi habeant, an verò sufficiat eas in Romanâ curiâ publicatas fuisse? Cardinalis Bellarminus, in *respons. ad tract. septem Theol. Venetor. sup. interdict. Pauli V. prop. 1.* negat, necessarium esse, ut in omnibus provinciis & regnis publicetur Lex pōtificia, & sufficere ait, promulgari eam uno aliquo in loco, ex quo deinceps ad aliorum notitiam emanare possit, laudatque sibi consentientes, Johannem Andream, Abbatem Panormitanum, Sylvestrum, Sotum, & alios, putatque eam sententiam satis manifestam esse, & probari ex *c. 1. X. de postulat. pralat.*

XXIII. Ab hac tamè opinione plures alii graviter dissentiunt, quos allegat & sequitur Thomas Hur-

tado, in *resol. mor. tr. 4. cap. 8. resol. 60. §. 2. num. 791.* eamque in rem eruditè differit Petrus de Marca, de *concord. sacerdot. & imp. lib. 2. c. 15. num. 2. & seq. ubi num. 10.* optimè explicat allegatum à Bellarmino textum in *d. c. 1.* agere scilicet eum de singulis hominibus, quod necesse non sit, ut speciali mandato auribus singulorum insinuetur, non agere eundè de provinciis, sed supponere, in illis solenniter legem jam editam fuisse. Sanè etsi ad famam legis editæ recurrere quis velit, quod Romæ ex omnibus terræ partibus convenire soleant homines, per quos deinceps de lege factâ diffundi famam in singulas provinciâs possit; cum tamen hodiè tantus Romæ non sit confluxus, quantum fuit olim, cum esset orbis gentiumque domina, non dubitari tantum de divulgatione potest, sed etiam, si vel maximè de eâ constet, cum de ipsâ dispositione legis, & quid ea jubeat aut prohibeat, quaque conditione quid præceptum aut prohibitum, aut permissum fuerit, ignotum esse possit in remotioribus provinciis, iniquum erit, secundum legem istam, de quâ obscurior aliqua fama inter provinciales fortè fortuna extitit, inter eos sententiam ferre. Id cum considerasset Franciscus Valens, de *concord. jur.*

Pontif. cum Caf. part. 2. disput. 4. quæst. 5. agnoscit sub num. 11. & concludit ad præsumendam scientiam simul & subeundam poenam in foro externo impositam à Pontificiâ constitutione, in unâquâque provinciâ requiri promulgationem. Atque hinc non malè scribit Cujacius ad c. 38. X. appell. recus. constitui posse aut tentari saltè, plerisque constitutionibus, quæ ad Angliam pertinent, non adstringi alia regna. Conf. Greg. Sayr. in clav. reg. lib. 3. c. 5. n. 11. Anton. Diana, part. 1. tract. 10. resol. 1. & part. 5. tract. 14. resol. 25.

XXIV. Cæterùm cum pleraque omnia, quæ Romæ cuduntur, decreta, factorum canonum nomine appellari soleant ab Romanæ Ecclesiæ Doctoribus, non insubidè in eam rem differit Rogerus Widdrington adversus Adolphum Schulckenium, §. 8. num. 9. seqq. ut discrimen faciat, & aliquos non sacros ostendat, quibus repugnare sine piaculo liceat. Juvat ipsum loquentem audire: Tertio, inquit, *decreta seu canones summorum Pontificum in triplici sunt differentiâ: quædam constitutiva sunt, quædam declarativa, quædam, quæ neque propriè declarativa neque constitutiva sunt, sed aliquid utrisque participant. Constitutiva sunt, quæ ex se novam obligationem inducunt, neque rem, quam præci-*

piunt aut prohibent, priori aliquâ lege præceptam aut prohibitam esse supponunt, ut sunt decreta de carnibus certis diebus non comedendis, de operibus servilibus in Dominicis aliisque diebus festis non faciendis, de sacris eisdem diebus audiendo. --- Atque hæc decreta seu canones in locis, ubi recepta sunt, decreta seu canones sacri, quibus ut plurimum repugnare non licet, rectissimè appellantur. --- Declarativi canones seu decreta sunt, quæ nullam obligationem ex se inducunt, sed priorem legem & obligationem tantummodò supponunt atque declarant. Atque hæc decreta eadem certitudine aut probabilitate sacra, aut non sacra censenda sunt, quæ certum aut probabile est, talem legem & obligationem, quam decretum declarativum supponit & declarat, reversè præcessisse. --- Atque hæc decreta, seu Decretales summorum Pontificum literæ, in triplici sunt differentiâ. Nam primò quædam sunt, quæ in doctrinâ erroneâ aut falsâ fundantur, & hæc decreta non sacra, sed sacrilega censenda sunt, illisque repugnare quilibet Catholicus & licitè potest, atque etiam tenetur. Hujus generis est canon ille Cælestini III, qui olim in corpore juris Canonici extabat, in quo Cælestinus decrevit, & juxta Alphonsum de Castro etiam ut Papa declaravit, per baresin ita matrimonium dis-

solvi, ut liceat ei aliud conjugium inire, cujus prior conjux in haeresin lapsus est. --- Secundò, quòd ad am sunt decreta seu canones declarativi, quòd in doctrinà ad summum probabili funduntur. Atq; hæc decreta non magis sacra sunt, neq; magis obligant, quàm doctrina ipsa, cui innituntur, sacra sit, & ad eam sequendam fideles obligare queat. --- Tertiò alia sunt decreta seu canones declarativi, quòd in doctrinà aliquà certà, indubitata, neq; apud Catholicos controversà fundantur, atq; hæc decreta procul dubio sacra sunt, neq; illis repugnare ulli Catholico licet. --- Postremò tertii generis decreta, tametsi propriè neque constitutiva, neque declarativa decreta sint, cum nihil præcipiant aut prohibeant, vel aliàs præceptum, aut prohibitorium esse declarent, doctrinam tamen aut certam aut incertam supponunt, quòd in Pontifice sit vera potestas ita decernendi. Hujus generis sunt decreta illa, in quibus summus Pontifex quòdam privilegia concedit, de quibus aut certò constat, aut dubitatur, an talia concedendi potestatem habeat. Item decreta, in quibus Pontifex in votis dispensat, aut alteri facultatem in eis dispensandi concedit. Nam hæc decreta, si de voto solenni loquamur, cum incertum sit, an Pontifex talem dispensandi potestatem habeat, incertum etiam erit, an talia decreta sacra vel non sacra

dici debeant, & consequenter nemo talia decreta tanquam sacra approbare tenetur. Ejusdem etiam generis sunt decreta, in quibus Pontifex Principes supremos suis regnis ac dominis privat, & subditos ab eorum fidelitate absolvit. Cum enim saltem incertum sit, si de doctrinà speculativà loquamur, penes summum Pontificem talem esse potestatem, incertum etiam erit, an talia decreta sacra vel non sacra dici debeant, & consequenter nemo talia decreta tanquam sacra approbare tenetur. Dixi, si de doctrinà speculativà loquamur. Nam si doctrinam speculativam ad praxin reducere velimus, talia decreta, quòd praxin imperant, cum doctrinam planè falsam, & meo judicio improbabilem supponant, nempe posse aliquem lite pendente è re illà, quam legitime possidet, invitum deturbari, non sacra, sed profana decreta esse, & ab omnibus Catholicis improbanda, confidenter affirmo.

XXV. Hactenus Widdringtonus, qui etsi exempla subjiciat aliqua parùm accommodata, reliquis plerisque congruentibus, fontes tamen aperit limpidissimos, ex quibus de constitutionibus Pontificiis judiciù ferri potest promptissimù. Laudanda hic est Galliarum consuetudo, quòd legem aut constitutionem Pontificià non aliter, admittit, nisi conformis ea sit canonibus Ecclesiæ receptis. Si

quæ secus se habeat, oppidò prohibetur ejus promulgatio, & qui tales bullas sine Regis præcitu & consensu in Regnum interfuerint, plerumq; ignominia aliqva notari solent, uti talia exempla refert Joh. Hornbeck, *ad bull. Innocentii X. p. 285.* Sed & in hoc circumspèctè agere solent Galli, sicubi Legati Pontificis advenierint, ne quid novi, & quod Gallia consuetudinibus contrarium sit, per eos statuatur. Officium enim legationis exercere nequeunt, nisi facultates, eis à Pontifice cõcessæ, Senatoribus in Curia Parlamenti prius exhibitæ, atq; ab iis examinata, Aresto Curia ad modum & temperamentum redigantur, ac deinde diplomate Regio confirmetur. Videri eam in rem poterit Jac. Aug. Thuanus, *lib. 3. hist. ad annum 1547.*

XXVI. Non minorem laudè meretur Serenissimò Saxoniæ Elector, qui leges & statuta, olim inter Pontificios condita, & à Pontifice Romano confirmata, nõ aliter rata habet, præterquam si reclæ rationi & verbo divino cõformia fuerint. Inter statuta Academiae Lipsienfis, antiqva planè & longo usû recepta, octavum, quod est de causis criminalibus, his verbis sciatur: *De causis criminalibus hoc constituere visum est, ut deprehensò in homicidio ad Episcopum mittatur, carceris perpetui poenam subiturus. In furto autem deprehensus ab Universi-*

tate nostrà excludatur. Si furtum tamen singulare & ingens fuerit, etiam talis fur ad Episcopum mittatur. Idem erit judicium de similibus aliis atrocioribus & atrocissimis delictis. Statutum hoc multas & interpretationes & controversias peperit, deq; ejus justitiã non utris vicib; disputatum fuit. Hoc observo, in praxi receptum fuisse, ut Studiosi Lipsienses, furti aut rapinae insignioris convicti, ad Episcopum mitterentur quidè, sed ab Episcopo tamen deinceps Magistratui seculari traderetur, & ab hoc poenã promeritã afficeretur. Cùm enim anno Christi 1499. duo Scholares propè templum Nicolaitanum in urbe Lipsiã alteri Scholari vim intulissent, eiq; ducentos septuaginta sex aureos Rhenenses, & aliquot annulos abstulissent, missi illi fuerunt ab Academia secundum statutum hoc ad Tilonem Episcopum Martisburgensem, sed cum intercessione, ne Magistratui seculari traderentur. Litterarum istarum exemplum penes me habeo, ex quibus id simul discere licet, oportuisse tum tẽporis Rectorem Lipsiensem esse Clericum, ut scilicet in clericos studiosos jurisdictionem exercere posset.

XXVII. De homicidii verò poenã in statuto adducto contentã valde disceptatũ fuit in Comitibus provincialib; anno hujus seculi quinqvagesimo septimo, utrũ ea tam atroci cri-

ni satis proportionata esset. Tandem verò Serenissimus Elector privilegium istud, ut impium & verbo divino adversum, prorsus sustulit, in recessu comitali his verbis: *Wollen hierbeneben / daß von unser Universität Leipzig angeführte verneynnte Päbstische und Gottes Wort zuwider lauffendes privilegium, wodurch die muthwilligen Todtschläger / und andere Missethäter von der ordentlichen Todes-Straffe befreyet seyn sollen / nochmahls abgeschafft und castiret wissen.* Repetita est hæc abrogatio in decreto visitationis propter Academiam Lipsiensem, anno 1658. promulgato: *Diweil wir auch auf beschehenes unterthänigstes ansuchen und bitten unserer getreuen Landschafft bey jüngsten Land-Tage / das von der Universität Leipzig vermeintlich angeführte Päbstische / und Gottes Wort zuwider lauffende privilegium, womit die muthwilligen Todtschläger und andere Missethäter von der ordentlichen Todes-Straffe befreyet seyn sollen / allbereit abgeschafft und castiret haben / so soll es dabey nochmahls allerdings verbleiben.*

XXVIII. Discussis nunc & definitis iis, quæ ad subjectum potestatis legislatoriæ spectant, proximum nunc est, ut objectum consideremus, & intra quos fines ea terminetur, dispiciamus. Anticipavimus

aliqua eâ de re consignare, cum vocabulum LEGIS ab homonymiâ liberaremus, quibus nunc brevis addendus est commentarius. Summa ibi dictorum hæc est: Legislatoriæ potestatem versari circa omnia, quæ nec conventionem, ipsum Imperantem obligante, nec lege divinâ definita jam sunt. Ex conventionem natæ fuerunt leges gentium, sive jus gentium, & leges fundamentales. Ad legem divinam refero tum jus naturale, tum jus divinum positivum. Utrumque enim divinum est, quia ab ipso Numine immediatè indicatum, præstitutum & imperatum, sed alterum ipsis hominum initiis coævum, alterum recentius, ac postea adjectum est. De singulis aliqua erunt repetenda, ut de voluntarii juris objecto pateat clariùs.

XXIX. Jus gentium non aperte constitutum, aut sanctione aliqua introductum, sed tacitâ tantum, communi tamen consensione gentium receptum, diximus supra. Ille consensus uti gentes universas, ita gentis etiam cujusque membra singula obligat. Placitum enim illud fluit ex ratione naturali, communem omnium hominum in societate civili viventium commoditatem ac necessitatem respiciente. Unde, posito eodem rerum statu & eadem gentium conditione, non potest

test non singulis placere, attentâ istâ commoditate, quod hactenus placuit plerisque omnibus. Quamquam enim id per necessariam consequentiam ex principiis juris naturæ non deducatur, nec ipsi rationi simpliciter repugnet, diversum quid obtinere; facit tamen naturalis discursus, ut quisque ratione suâ utens, & communem utilitatem atque necessitatem respiciens, in idem cum aliis placitum consentiat. Hactenus igitur locum non habebit *respublica*, nec Principis potestas eò extendenda, ut totum id, quod propter universalem utilitatem atque necessitatem à gentibus ita constitutum est, abrogari ab eo posse dicamus. Potest tamen interdum addere aliquid juri gentium Princeps, potest & pro re natâ, & usu Reip. particularis exigente, detrahere, *l. 6. ff. de J. & J.* Quia enim præcepta juris gentium live pacta potius ista in generalitate suâ permanent, ea, si applicari oporteat, ob rationes civiles & varias circumstantias, cur alterari non possint aut debeant, causæ nihil video. Potest igitur addere Princeps etiam ea, quæ substantiam rei constituent planè novam, ita, ut iis non observatis actus totus pro nullo habeatur.

XXX. Ita ex ratione juris gentium est, ut quis moriturus de bonis

suis possit disponere. Id jus generale est, nec habetur respectus ad discrimen personarum, rerum aut aliarum circumstantiarum, nec modus etiam præscribitur testandi. Sed postmodum addiderunt Romani ad usum moresque civium suorum, ut puberibus tantum & civibus Romanis, & patribusfam. jus esset testandi, ut septem testes adhiberentur, ut testator ipse præsens esset, ut uno contextu totum testamentum absolveretur, & quæ sunt alia, quæ omnia ita determinata sunt, ut certus habeatur testamenti usus, atque inter cives tantum, exclusis ab eorum communiione extraneis & peregrinis. Eadem ratione ex jure gentium est, quod fera ubicunque capta etiam in fundo alieno fiat capientis; quocunque enim loco feræ sunt, dum tamen in libertate suâ sunt, nullius sunt, & hinc fiunt occupantis, §. 12. *J. de R. D.* Huic juri detrahere potest Princeps prohibendo, non tantum, ne capiatur fera, quâ ratione soli juri venandi, quod liberum hactenus fuit, derogare videtur, sed etiam ne fera contra prohibitionem capta fiat capientis. Et si sint, qui hoc ultimum à Principe prohiberi posse negent, quorum sententiam examinare nunc nihil attinet. Commodior erit dicendi de eâ locus, quando jus venandi specialiter explicandum, fue-

fuerit. Conf. Andr. Knichen. *de Saxonia non prob. jur. verb. DUCUM, c. 5. n. 182.*

XXXI. Quod leges fundamentales attinet, patet ex supra dictis, conventiones eas esse potius & pacta, quam propriè dictas leges. Sunt enim nihil aliud, quam conditiones, quæ futuro Imperii gubernatori proponuntur, ut secundum eas regimen suum instituat. Eæ si Principi designato placuerint, mutua illicò nascitur conventio, & ex conventionem istâ obligatio. Dixi: SI PLACUERINT. Capitulatio enim non obligat invitum ex potestate præscribentium; sed deum acceptantem vi promissionis suæ. Dn. D. Strauch, J. C. Tus. Jenensis, *disp. exot. 3. num. 27.* Sicut ergò in quavis conventionem altera pars contrahentium, alterâ invitâ, nec discedere à contractu, nec mutare in eo quicquam potest: ita nec Princeps, quipè qui in contractibus jure privatorum utitur. Conf. quæ diximus Disputatione primâ, *num. 13.* Vicissim verò, quemadmodum omnes eæ obligationes, quæ consensu contrahuntur, contrariâ voluntate dissolvuntur, §. *ult. f. quib. mod. toll. obl.* sive res adhuc sit integra, sive minus, dum tamen hoc casu res in pristinum statum restituatur, *l. 58. ff. de pact.* Ita potest etiam impe-

rans unâ cum proceribus Imperii, aut iis, quibuscum antea convenit, in id nunc consentire, ut vel detrahatur aliquid, vel addatur legibus imperii, præsertim quando Reipublicæ necessitas id flagitat. Ita cum inter Maximilianum Bavarum, & Carolum Ludovicum Palatinum, lites circa Electoralem dignitatem moverentur, & tantâ utrinque pertinaciâ accenderentur, ut vel de pace Germanicâ stabiliendâ desperandum prorsus, vel non leve saltem periculum metuendum esset, placuit Principibus augere numerum Electorum in Auræ Bullâ definitum, & hanc legem fundamentalem negligere potius, quam imperium periculo imminenti exponere. Ita & ab aliis articulis Auræ Bullæ quam sæpissimè discesserunt Imperii Proceres, quod observat Ludovicus de Montesperato, *in vindic. Pacif. Osnabr. n. 23.* nunquam tamen sine causâ. Nituntur leges fundamentales inprimis Ratione Status, quæ quia mutari potest, & totâ etiam die mutatur, nec leges quidem easdem semper potest pati. Obligant igitur istæ leges, sed rebus sic stantibus, & eodem modo semper se habentibus. Mutatis his, mutabuntur & illæ. Dn. Carpozovius *in discuss. voti Septemvir. dogmat. 1. num. 55. 56.* De capitulationibus

hisce

hisce, & legibus fundamentalibus inveniuntur plura apud Anton. Coler. *de jur. imp. Germ. n. 33. 34.* J. G. Becht. *de secur. n. 145. 146.*

XXXII. Legibus hisce fundamentalibus simile est pactum illud, quod Cardinales, in conclavi congregati, antequam electionem novi Pontificis aggrediuntur, mutuo consensu ineunt. Solent enim illi capita quaedam reformando regimini Pontificio in formulam redigere, quæ singuli se exactè servaturos jurant, si fortè ipsi Pontificatum obtineant. Quis verò hic dubitaret, tam sanctum Patrem, Christi Vicarium, animarum omnium custodem, Legumque tum divinarum, tum humanarum moderatorem & arbitrum, ipsius denique religionis conditorem, qui in conclavi deinceps non eligitur & creatur, sed factus de cælo recipitur, uti loquitur Abrahamus Bzovius, *de Pont. R. cap. 2.* ex conscientiæ dictamine non observaturum, quæ ita juramento promisit? Et tamen omnium ætatum experimentis testatum est, nemini propositum juramento stare, quod statim ab electione in Pontificem profiteantur, se non potuisse obligari, vel ipsâ assumptione in Pontificatum solutos Sacramenti religione.

XXXIII. Refert Petrus Svavis *in hist. Concil. Trid. lib. 5.* cum post obitum Marcelli II. Pontificis Cardinales in conclavi congregati de quibusdam talibus capitibus inter se convenissent, inter alia hoc quoque placuisse, ne liceret futuro Pontifici, gliscente ad eò Cardinalium numero, plures quàm quatuor intra biennium in eum ordinem adscribere. Quomodo verò id observatum fuerit à Paulo IV., qui in istâ congregatione Papa electus fuit, his verbis exponit Svavis: *Ubi affedere omnes, cepit Papa graviter queri, quod sparsissent in vulgus, non posse se propter juramentum in conclavi prestitum plures, quàm quatuor Cardinales creare, id autem, dicebat, non aliud esse, quàm auctoritatem Pontificiam, quæ est absoluta, legibus adstringere. Articulum esse fidei, Papam non posse obligari, imò nec seipsum posse obligatione adstringere; qui contra sentiat, hæreseos manifestò teneri, à quo crimine paratum quidem absolvere eos, qui in id inciderint, nullâ pernicaciâ aut animi obstinatione; sin in posterum quisquam hac aut similia contra auctoritatem divinitus sibi concessam obganiat, tum curaturum, ut adversus eum inquisitio procedat. Sibi quidem decretum esse, nonnullos in Cardina-*

R liam

lium Collegium cooptare, neq; velle, ut quisquam refragetur, &c.

XXXIV. Quis verò hic non exclamet, periisse frontem de rebus? Juramentum omne ex suâ naturâ esse obligatorium, etiam pueri nostri nôrunt, ita, ut si quis juret, non intendens se obligare, imò si juret, intendens se non obligare, suscipiendo tamen juramentum ipso facto obligetur. Et quæ verò hæc discriminis ratio, velle obligari, ut Cardinalem, ad id, quod deinceps à se Pontifice creato fieri debet, non verò velle obligari, ut Pontificem, postquam talis factus est? Juramentum utiqve à Cardinali sub istâ ratione præstitum terminatur, atqve affectum suum sortitur in ipsâ dignitate Pontificatûs, simul ac ea acquisita fuerit, neqve obligatio nata dici potest prius, quàm id, quod in conditione positum fuit, adimpletum est. Postquam autem adimpleta conditio fuit, præstò est obligatio, nec in arbitrio tùm jurantis est, utrum obligari velit. Quod si Cardinales ita jurantes animum non habent se obligandi, aut obligandi quidem, sed non adimplendi promissum, ex Moralistarum sententiâ mortaliter peccant. Vid. Grego. Sayr. *in Clav. reg. lib. 5. c. 6. num. 6. 7.* Nec est, si regerat quis, Papæ potestatem excedere omnem obli-

gationem, nec adstringi ullâ ratione posse. Istud enim Principium, quod ex tyrannide Hildebrandinâ natum est, non potest esse incognitum Cardinalibus. Cur ergò jurant? si, se in eventum conditionis existentis obligatos non esse, certi sunt, in quem casum tamen obligari volunt. Restat igitur, ut dicamus, meras tùm agi officias, & actum celebrari planè inanem, atqve *γέροντες παιζειν τῆς ὀρκούς.*

XXXV. Sequitur, ut de jure naturali nunc simus solliciti. Sed quia illud tam confine est aliquando juri gentium, ut agrè à se invicem discernantur, necesse est, ut præmittamus aliqua, quæ utriusqve cognitionem reddunt minùs difficilem. Jus naturæ facio duplex, Primævum & Secundarium. Primævum est illud, quod natura humana docuit omnes homines statim ab initio, & cum origine generis humani. Ejus principium est *νόσ*, sive *νόσις* aut *σύγκρισις*, quæ sine discursu judicat. Secundarium est, quod natura docuit homines per illationem consequentiæ certæ, sive illa petatur ab effectu, sive à causâ, eaq; vel efficiente vel finali. Hujus principium est *Διάνοια & λογισμός*, sive *Διακριτική* contemplatio, quæ per discursum ex collatione rerum aliquid col-

colligit. Ita jus naturæ primævum fuit, ut frater duceret sororem, hoc est, ut filius Adami duceret filiam Adami. Sed postquam crevisset genus humanum, ut non per Sorores amplius propagari id necesse esset, tum detractum fuit juri illi primævo, ejusq; in locum substituta fuit, secundum dictamen rectæ rationis, ista consequentia: *Quandocunq; possunt aliæ personæ duci Uxores, ibi reverentia debet haberi sanguini.* Sic ergò, qui sororem suam ducit, peccat quidem in jus naturæ, *l. 14. §. 2. ff. de rit. nupt.* sed non in primævum illud, verùm in secundarium. Secundarium enim hoc non videtur oriri ex naturâ ipsius rei seu actus, sed ex suppositione potius talis vel talis conditionis, aut status hominum. Pari modò jus gentium dividitur in primævum & secundarium. Et primævum coincidit cum jure Naturæ secundario, nec aliud quid est, quàm ipsum jus Naturæ secundarium. Unde fit, ut promiscuè modò jus naturæ, modò jus gentium appelletur, *l. 9. l. 11. de J. & J. l. ult. pr. junct. l. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. 31. de pos. l. 10. pr. de capt. & postlim. revers. l. 84. de R. J.* Hoc enim non ab hominibus excogitatum, aut introductum est, sed nobis ingentum, quemadmodum notitiæ illæ simplices, ex quibus

promanat. Secundarium autem quod propriè & specificè jus Gentium dicitur, ab hominibus inventum est, & mentis quâdam agitatione, comparatis inter se rebus, excogitatum, usu scilicet & necessitate exigente. Non enim tam rationis luce exortum, quàm ratiocinationis ductu collectum est, & usu exigente accommodatum, non tam naturæ integræ bonitati, quàm corruptæ necessitatibus, ut benè id declarat Arnoldus Vinnius, *ad §. 2. de J. N. G. & C.* Unde nec tam honestatis vel malitiæ turpitudinisve ostensivum, ut jus naturale, quàm potius constitutivum est. Franzk. *ad §. 1. J. de J. N. G. & C.* Breviter: Jus gentium primævum, seu jus naturæ secundarium, videtur per modum necessariæ conclusionis, jus gentium secundarium per modum arbitrariæ determinationis constitutum.

XXXVI. Jura hæc naturalia & gentium, vim obligantem habere, unicuique sua testabitur conscientia. Sed unde obligatio ista oriatur, adeoque unde jus ipsum originem trahat, non cuivis promptum est exponere. Johannes Seldenus, vir multæ lectionis & magni judicii, *l. 1. de jur. nat. & gent. cap. 7. & 8.* sedulus est in eâ re, & Rationi simplici, nudæ, sibi relicte, & directio-

ne autoritatis cujusdam superioris destitutæ, omnem adimit vim tum cognoscendi & discernendi accuratè bonum & malum, tum etiam obligandi. Fingit, totum genus humanum in unum corpus civile coaluisse, ac de aliquâ non solum vivendi, sed etiam imperii formulâ consensisse, ut Principes subditis præessent, & ut poena violentibus præscriberetur. Certè, inquit, nisi superior etiam hic accedat autoritas, atq; jus ratione qualicunq; singulorum superius, quo fides sic inita servanda, quo Principibus parendum, quo pactis standum, quo demum univèrsi simul, ut vinculo singulorum arbitrio, ac vagâ ratione, pollentiori, constringantur; quâ fieri potest, ut naturalis aliqua, aut quæ à singulis, pro lubitu & variante ratione, naturaliter solvi nequeat, obligatio refragetur, quò minus à fide, imperio, pactis, poenarum præscriptione, omnibus tandem, in quæ sic consenserint, liberè quisq; & pro arbitrio recedere queat? — —
 Ut enim par in parem imperium esse nequit, ita nec qui pares fuerint, si ex jure aliqua sibi inter se præscripto, officiiq; debitionis inde solum nomine, adeò impares fieri possant, ut cuilibet nihilominus eorum non sit societati, quam inivit, juriq; in quod consensit, par renunciandi sem-

per libertas, nisi velut ab externo seu aliunde quàm à seipsis accedat simul, quod pacta conventa, deditiones, jus illud & officium, & quæ cetera sunt, quibus societates humana, Respublica atq; imperia nasci conservariq; solent, obligando cum imperio firmet. Tandem concludit cap. 8. Deum, ut Natura Parentem univèrsiq; Rectorem, hominum animis in se invicem, indicasse, imperasse alia quædam, sigillatim etiam designata, Boni & bonesti nomine observanda, alia similiter nomine mali ac turpis perpetuò fugienda, atq; inde constari jus naturale, seu ejusdem, velut in unum corpus, partes coalescere singulares. Atque ex hisce solum obligationem eam, quæ naturalis est, uti & permissionem pendere. Adeò ut alia eousque turpia esse, alia eousque bona & honesta illinc designentur, ut ex imperio nature parentis, ejusq; autoritate, quâ univèrsi obligamur, sic nunquam esse desinant, &c. Quæ omnia si de solo jure gentium, sive primævo sive secundario, dicta essent, fidem invenirent fortè faciliorem. Sed cum de naturali etiam intelligi ista velit, & quidem eo, quod primævum modò diximus, nisi temperamentum aliquod adhibeatur, & commodâ interpretatione juvetur, assensum sibi conformem ab omnibus nequicquam expectabit.

XXXVII. Jam diu est, cum de intrinsecâ cujusque rei bonitate & malitiâ morali inter Scholasticos disputatum fuit. A Theologis nostris & Philosophis refutata semper opinio eorum, qui omne peccatum, etiam contra legem naturalem patratum, ideò malum & peccatum esse dicunt, tantum, quia voluntate Dei prohibitum est, & quod nihil detur antecedenter bonum vel malum, ad voluntatem Dei, sicut nec antecedenter scibile ad scientiam Dei; e contrario verò assertum, quod res quædam non sint ideò justæ, & bonæ, quia Deus eas vult; injustæ & malæ, quia Deus eas non vult, sed quod easdem velit, quia justæ sunt, nolit autem, quia injustæ. Sicut enim Deus non potest pro arbitrato suo naturas rerum immutare, ut v.g. homo sit lapis; possibile sit impossibile; ita nec facere potest, ut res intrinsecè mala honestetur, & sit intrinsecè bona. Ex quo sequitur, non posse Deum vel dispensatione uti, vel *Manentia* vel interpretatione circa legem aliquam naturalem, ex naturâ suâ obligantem, & facere ut non obliget, manentibus scil. iisdem, objecto, modo, & circumstantiis, eò quod lex sit ipsa natura formaliter & in se immutabilis, utut materialiter, quantum ad circumstantias, quandoque sit variabilis. Jus e-

nim istud naturale, quod inest vel adest Deo in ordine & revelatione, ad hominem, antecedit in signo rationis divinæ liberam ejus voluntatem, ita ut illud deponere aut ejus oppositum decernere non possit.

XXXVIII. Hoc largior Seldeno, & fortasse hæc etiam ipsius mens, percipere creaturam rationalem, & sentire in conscientia suâ imperium aliquod numinis, cui obedientia debeatur, ob dependentiam, scil. quam penes se radicatum animadvertit. Est enim dependentia hæc naturæ rationalis, ut talis, in genere moris, bonitatis moralis & rectæ rationis, à Deo & ente primo, optimo, primæque & archetypâ bonitate & rectâ ratione, non minus necessaria, quam dependentia cujusque naturæ irrationalis in essentia, existentia, operatione sibi connaturali. Neque enim bonitas moralis, ejusque principium *Αγαθότητα*, intellectus ac voluntas rationalis in illo altiori & peculiari gradu entitatis ac bonitatis, magis independens est, quam quodcumque aliud ens. Necessariò ergò tenetur quælibet natura rationalis secundum actus rationales, seu rectæ rationis, convertere & movere se in Deum, tanquam primam & supremam rectam rationem; eique tanquam principio & exemplari & normæ se

conformare ac subijcere. Sed inde tamen non conficitur imperium istud causam esse & fundamentum omnis bonitatis aut malitiæ, sive quod eodem recidit, nihil esse in se & suâ naturâ justum vel injustum, nisi supposito præcepto, vel interdicto superioris. Hoc enim dato, unum & idem, quatenus Deus vult, quia non nisi bona velle potest, bonum erit, quatenus non vult, quia non nisi mala nolle potest, malum erit. Per consequens poterit Deus velle & præcipere, ut homo sibi non obediat, se non cognoscat, colat, religiosè honoret, tanquam Deum, sed diabolum; huic fidat, hunc amet ex toto corde, ex omnibus viribus; Deum verò unum & trinum odio habeat, abneget, blasphemet, &c. Quæ tamen omnia tam aliena sunt à religione, & ab ipsâ naturâ abhorrentia, ut mirum sit, inventos fuisse, qui paria docerent, Eilhardum Lubinum, Johannem Szydlovium, & alios.

XXXIX. Quibus ita expositis, etiam non eruditus, quid Majestati circa hæc liceat, poterit ut cunquæ discernere. Ut tamen eâ de re constet accuratius, singuli legis naturæ actus erunt considerandi. Præmittendum igitur porrò, mandari quædam & juberi à Naturâ, quædam prohiberi, quædam verò indeterminata relin-

qui. Sed inter ea etiam quæ mandantur aut prohibentur, aliqua est differentia. Alia enim simpliciter mandantur aut prohibentur omni tempore & loco agenda aut omit-tenda; alia sub certâ limitatione & restrictione aut sub certo statu. Quomodo nunc circa singula se habeant constitutiones & leges positivæ, sequentes declarabunt conclusiones.

XL. *Conclusio I.* Quodcunquæ mandavit Natura simpliciter, illud prohiberi à Majestate nequit. Sunt enim jura ejusmodi naturalia semper firma atque immutabilia, §. 11. *f. de J. N. G. & C.* Nam ut recta ratio in omnibus hominibus sempiterna est, & perpetuò sibi constans, ita & quod ea præscribit, semper atque ex se justum est. Quin & ea, quæ in se & absolutè bona sunt, nec à Deo quidem mutari possunt, præsertim si in Deum ipsum & ejus attributa jussus naturæ terminetur. Prima naturæ Lex est, quæ jubet Deum colere & adorare. Estque ea tam firma & sempiterna, ut oppositum nec à Deo quidem, sine sui abnegatione, & implicatione præcipi possit. Si enim essenziale Deo est, adorabilem esse, sequitur, blasphemabilem esse essentialitæ ejus contravenire, eò quod per rerum naturam termini isti in notionibus propriis non sint composibiles, sed se mutuò tollant; tantum ergo

ergo abest, ut Deus velit actuali blasphemiam coli & adorari, ut ne possit quidem velle.

XLI. Conclusio II. Quicquid Natura simpliciter & absolute prohibet, juberi à Majestate politica nequit. Quicquid enim in se & per se jure naturali moraliter malum est, & ut tale ex recta ratione deprehenditur, non potest per Magistratum leges, interpretationes, judicia, contractus, permissiones, indulgentias, tolerantias honestari, & fieri moraliter bonum. Digna sunt verba Gabrielis Vazquez, Theologi Bellomontani, quæ hic legantur. Ita autem ille super 1. secunda D. 150. c. 3. n. 22. *Quaedam ita ex se mala & peccata sunt, ut ex nulla voluntate, etiam Dei, eorum prohibitio dependeat, nec solum hoc ita esse ostendimus, verum etiam monstravimus, multa ita esse ex se mala, ut eorum malitia precedat secundum rationem omne judicium divini intellectus; hoc est, non ideo sint mala, quia mala judicantur à Deo; quin potius ideo talia judicentur, quia ex se talia sint; ex quo illa efficitur, ut ante omnem voluntatem Dei & imperium, imò etiam ante omne judicium, aliqua ex se sint bona opera vel mala. Cumq; omne bonum vel malum, per ordinem ad regulam aliquam, dicatur bonum vel malum, justum vel injustum, consequens sit, ut*

ante omne imperium, ante omnem voluntatem, imò ante omne judicium sit regula quaedam harum actionum, quæ suapte natura constet, sic ut res omnes suapte natura contradictionem non implicant; hæc autem non potest alia esse, quam ipsamet rationalis natura, ex se non implicans contradictionem, cui tanquam Regula & juri naturali bona actiones conveniunt, & æquantur, mala autem inæquales sunt, quomobrem & illa bona, hæc autem mala dicuntur. Hucusque Vazquez. Quisquis ergo juberi velit ista talia, quæ in se & sua natura mala sunt, ut propter præceptum bona & licita sint, non minus naturæ rerum adversabitur, quam qui æternæ veritatis axiomata tam practica, quam dogmatica, e. g. bis duo esse quatuor, totum esse majus sua parte, nihil simul esse & non esse, & ejusmodi plura, indifferentia ad veritatem & falsitatem fingere velit.

XLII. Conclusio III. Quicquid jussit Natura simpliciter, & absolute, id similiter juberi & præcipere licet Majestati. Sequitur enim in hoc Legislator dictamen rectæ rationis. Sed tamen tamen nova aut humana Lex censeri non debet. Manet enim eadem, quæ pridem fuit, novam tantum ad humanos animos & notitiam factam applicatione. Et non licet argumentari: Quando hæc aut ista

Resp.

Resp. partem aliquam aut leges aliquot ex jure forensi Mosaico decerpit, & pro lege sancit, non accipiunt leges istæ vim suam obligantem ex jure Mosaico, & quia Moses olim easdem promulgaverit, sed ex jure novo, & quia eas nunc præscribit Legislator de præsentî. Ergò similiter, quod Princeps ex jure naturali & secundum istud proponit, non obligabit ideò, quia à naturâ præscriptum est, sed quia à Principe, ut reliquæ leges positivæ. Est enim hîc satis conspicua differentia, quæ respectum, quem habent Leges positivæ inter se, non patitur applicari legibus naturalibus, quippe quæ existunt ante omnem legem positivam, & ex ipsa rerum naturâ nascuntur, ita ut synteresin & conscientiam hominis naturalem afficiant, simul atqve Ratio exferere se incipit. At positivæ leges, quia à principio aliquo externo veniunt, ampliorem vim obligandi non accipiunt, quàm principium istud admittit. Unde quia quisque Princeps in suo tantum territorio *imperium* habet, extra ejus limites prorogare & extendere eam nequit. Non magis igitur Jus Mosaicum vim legis habebit in Germaniâ, quàm jus Anglicanum, Norvvegicum, Russicum, Persicum, Turcicum, Decisiones Rotarum Neapolitanæ, Ro-

manæ, Genuensis, Arresta curiarum Pariensis, Tholosanæ, &c. ubicunq; cum jure nostro consentiunt, aut moribus & statui nostro præ aliis jurebus accommodatissima judicantur. Subtiliùs tamen intuenti apparebit, ex humano imperio in his, quæ etiam antè homines facere aut non facere tenebantur, novam quendam oriri obligationem etiam in conscientia, quanquam minoris gradus, quàm prior fuerit: Unde verè Augustinus: *Legem prohibentem omnia commissa congeminari, non enim simplex, inquit, peccatum est, non solum malum, sed etiam vetitum committere.* Vid. Hugo. Grot. *de imp. summ. pot. circa sacr. c. 3. n. 4.* Robert. Sanderson, *de obligat. conscient. prælect. 5. num. 10. & prælect. 6. n. 9.*

XLIII. Ampliatur hæc conclusio, quod etiam addere quid Legislator, & legem naturæ generalem in applicatione determinare magis, atqve specialiozem reddere queat. Et hoc est, quod ajunt Dd. *ad §. 11. f. de f. N. G. & C.* jus naturale per leges civiles modificari, declarari, & provisionibus adjuvari posse. Ita e. g. Naturæ Lex Deum colere jubet, quæ quia æterni est imperii, mutari aut abrogari à potestate civili nequit. Sed quia non determinavit natura, quo modo, quo ritu, quo die præ cæteris coli debeat Deus, licitum est

est Legislatori cæteris, paribus, id definire, dies festos instituere, solennia præscribere, ceremonias præcipere, & sic legem naturæ adjuvare. In ejusmodi enim actibus relicta est Principi aliqua libertas, non contrarietatis quidem, quæ Dei cultum præcipere aut prohibere possit, sed contradictionis, quæ posito cultu Dei modum colendi hunc eligere, & alium negligere potest, dum tamen, quod dixi, reliqua sint paria; interdum enim liberum ejusmodi imperium non admittit Ecclesia jam fundata, & ritibus suis innutrita.

XLIV. Secundò ampliatur conclusio tertia, quod Majestas civilis id, quod jus sit natura, possit jubere, sub comminatione actualis pœnæ, adeoque obligationem pœnalem intendere. Ita potest e. g. blasphemis pœnam indicere, eamque lege definire, quod fecit non tantum Justinianus, *Novell. 77.* sed & post eum Imperatores & status Imperii. Vid. Constitutio Maximiliani de anno 1495. R. J. an. 1500. R. J. de an. 1530. 1548. aliarque leges & statuta passim. Ita & contemptores verbi, & qui cultum Dei negligunt ex legislatoria potestate, pœnæ subjecit illustrissimus Saxo in ordinatione Politicâ, *sic. 1.* Conf. Dn. Franzk. *2. resol. 7. n. 27.*

XLV. *Conclusio IV.* Quicquid prohibet Natura simpliciter & ab-

solute, prohibere etiam licet Majestati. Sed repetendum hic ex conclusione tertiâ, non novam tum promulgari aut condi legem, sed pristinam illam, quæ naturæ est, repeti & denuò inculcari. Non enim hic perinde jure suo uti potest Majestas, quemadmodum in aliis negociis lege suâ posterioribus; sed ministrum potius hic agit naturæ, ipsique inservit, & veluti Magistratus cujusdam vices sustinet, qui id, quod à superiori præscriptum est, civibus suis proponit, & mandata iterat. Adjicere tamen potest Princeps sanctionem, & quod sine pœnâ actuali prohibuit natura, potest Princeps sub comminatione pœnæ prohibere, ut tantum hujus respectu Lex naturalis potestati Legislatoriæ succumbat.

XLVI. *Conclusio V.* Quicquid Natura jus sit sub certâ limitatione & restrictione, & sub certo statu, licet Majestati in casu sub istâ limitatione & statu non comprehenso prohibere. Ratio est, quia in eodem casu Natura ipsa idem prohibere voluisse & tacite etiam prohibuisse censetur. Dum igitur actus aliquis indifferens est, & pro ratione objectorum diversimodè à qualitate morali aspicitur, potest natura, & post eam Majestas civilis, in casum hunc eundem jubere, in alterum vetare, San-

obedire parentibus nunquam ita
 iussit natura, ut cultum Dei. Nun-
 quam enim existit casus, quo Deus
 coli non debeat, sed existere potest ca-
 sus, quo obedire non licet parentibus.
 Elegans est in hanc rem Agellius,
 l. 2. noct. Att. c. 7. ex quo aliqua huc
 transferenda. Neque autem illa sen-
 tentia, inquit, vera est proba videri
 potest; Omnia esse, quae pater iusserit,
 parendum. Quid enim si proditio-
 nem patriae, si matris necem, si alia
 quaedam imperaret turpia aut impia?
 Media igitur sententia optima atque
 iustissima visa est: Quaedam esse pa-
 rendum, quaedam non obsequendum.
 Sed ea tamen, quae obsequi non oportet,
 leniter ac verecunde, ac sine dete-
 statione nimia, sine opprobriatione a-
 cerba reprehensionis declinanda sen-
 sim, et relinquenda esse dicunt, quae
 respuenda. -- Omnia quae in rebus
 humanis sunt aut honesta sunt aut
 turpia. Quae sua vi recta aut hone-
 sta sunt, ut fidem colere, ut patriam
 defendere, ut amicos diligere, ea fieri
 oportet, siue imperet Pater, siue non
 imperet. Sed quae bis contraria, quae
 quae turpia, et omnino iniqua sunt, ea
 ne si imperet quidem. Quae vero in
 medio sunt, et a Graecis tum ἀδίαφοι,
 tum μέτρα appellatur, ut in militiam
 ire, rus colere, honores capessere, cau-
 sas defendere, uxorem ducere, quoni-
 am et hac et his similia per sese ipsa.

neque inhonesta sunt, neque turpia, sed
 perinde ut a nobis aguntur, ita ipsis a-
 ctionibus aut probanda sunt, aut re-
 prehendenda. Propterea in huiusmo-
 di omnium rerum generibus patri pa-
 rendum esse censent, veluti si uxorem
 ducere imperet, aut causas pro reo
 dicere. Quod enim utrumque in ge-
 nere ipso per sese neque honestum, neque
 turpe est: idcirco si Pater iubeat, ob-
 sequendum est. Sed enim si imperet
 Uxorem ducere infamem, propudio-
 sam, criminiosam: aut pro reo Catili-
 na aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clo-
 dio causam dicere, non scilicet parendum:
 quoniam, accedente aliquo turpitu-
 dinis numero, desinunt esse per sese
 haec media atque indifferentia. Gemi-
 na his habet Musonius apud Stobae-
 um, serm. 198. & breviter Lucianus,
 in abdicatione p. m. 493. ubi sic differit
 filius ex versione Erasmi: Neque lex
 huic (patri) concedit, ut quidvis im-
 peret, neque mihi necesse est in omnibus
 omnino parere. Quaedam enim man-
 data sunt huiusmodi, ut si non parue-
 ris, non sis obnoxius poena. Quaedam
 id genus, ut nisi obtemperaris, irae sup-
 pliciove sis dignus, veluti si egrotet
 ipse, et ego non curem, et c.

XLVII. Haec tamen ergo iussit na-
 tura, ut obedientia praestetur paren-
 tibus, quatenus scilicet mandata ipsorum
 nihil adversus Deum, adversus Pa-
 triam, adversus Magistratum, adver-
 sus

sus bonos mores exigunt. At si ho-
 rum aliquid liberis imperent, non
 ipsa tantum eos prohibet natura,
 sed Magistratui etiam, ut prohibeat,
 & poenis coerceat, severiter injun-
 git. Ex quibus obiter decidi potest
 controversia, num filio, patrem per-
 duellē aliquā re adjuvans, ipse quoque;
 poenā perduellis plectendus sit? Of-
 ficiū enim, quod filius præstat pa-
 tri perduelli, aut præstat ut patri, pi-
 etate & misericordiā ductus, aut ut
 perduelli & animo hostili. Si hoc,
 ipse quoque ut delicti, ita poenæ reus
 sit; Sin illud, extra poenam est, quia
 extra culpam. E. g. filius patrem re-
 ceptavit duntaxat, instruxit egētem
 viatico, & perduellionis jam reum
 cum prodere posset, dimisit incolumem.
 Humanitatis hæc sunt officia
 & pietatis, nullo criminis nomine
 censenda; At si idem patrem, ut ci-
 vitatem proderet, in domū receperit,
 si armis, commeatu, pecuniis ad-
 juverit, quis negaret conjurationis
 eum participem, & proinde poenæ
 jure merito subjugari? Vid. Anton.
Matth. de crim. tit. de les. maj. c. 2. n.
20. Ex quo est, quod adjuvare domi-
 num jubeatur vasallus, etiam adver-
 sus filium proprium, aut patrem, in-
 juriam ipsi inferentes, *2. F. 28. in fin.*
add. 2. F. 55. §. insuper. Uti enim a-
 mor, inter filium & patrem ipso jure
 naturæ intercedens, non obest, quod

minus patriam tueatur filius aut pa-
 ter contra aggressorem Patrem aut
 filium: *l. 35. ff. de religiof. & sumt.*
fun. ita nec idem obstabit amor, quo
 minus datam fidem servet vasallo, ac
 dominum adjuvet contra injuste
 aggredientes. Vid. Gothofred. An-
 ton. *disp. F. 7. n. 6.* Qvirin Kubach,
cent. 1. dec. 1. q. 8. Schrader, *de feud.*
p. 6. c. 5. n. 2.

XLVIII. *Conclusio VI.* Quicquid
 natura nec jus sit, nec prohibuit, sed
 indeterminatum reliquit, id à Maje-
 state prohiberi potest pro lubitu,
 aut præcipi. Ratio est, quia Natura,
 dum in alterutram partem nihil o-
 mnino determinavit, humano id
 arbitratui commisisse creditur. Atque;
 in his maxime inspicitur utilitas &
 commodum publicum, cum in iis,
 quæ à naturâ præcepta & determina-
 ta sunt, honestas ac justitia ferè sola
 attendatur. Alb. Bolognet. *de lege,*
jure & æquit. c. 18. §. 6. Dicitur ali-
 as jus hoc naturale permisivum Sel-
 deno, *l. 1. de jur. nat. & gent. c. 8.*
 Sed jus admodum abusive, & ferè
 per anticipationem aliquam, quia
 tum demum reverà jus esse incipit,
 quando in alterutram partem à Ma-
 jestate determinatur. Quâ ratione
 nec naturale quidem jus commode
 dici potest. Ut ut enim à Naturâ quo-
 dammodo sit, non tamen idcirco à
 lege naturæ provenit. Et diversa uti-
 que

quæ sunt, esse à naturâ, & esse à Lege Naturæ. Naturalia namque, sive à naturâ esse etiam dicuntur illa, quæ Natura permittit tantum, ad quæ inclinât, quæ recta esse indicat, etsi non debita, quibus non repugnat, & sic porrò. At verò à Lege Naturæ sola sunt illa, quæ natura jubet, aut vetat, quæque adeò ipsa determinat, nec alteri liberam de eo disponendi potestatem permittit. Quod si per vocabulum juris denotetur id, quod justum est, sive negante magis sensu, quod non est injustum, docente H. Grotio, de J. B. & P. L. l. c. 1. n. 3. poterit quidem hæc ratione dici jus naturale permisivum, sed ita vix erit, ut in eodem significato, aut sub eodem genere ipsi opponatur jus naturale obligativum.

XLIX. Patet hinc, constare legem naturæ ex variis principiis practicis, diversimodè se habentibus, & tum intellectum, tum voluntatè hominis variè afficientibus. Sed ista tamen omnia ad universalem aliquam referri commodè possunt, bipartitam scilicet illam: bona esse faciendâ, & mala fugiendâ. Hanc normam principium primum, & radicem omnium aliarum conclusionum exhibet synteresis, eamque in applicatione & formatione legum particularium sequitur conscientia. Quia verò in-

ter leges has particulares, per modum consequentiæ & conclusionis, aliæ propius junctæ sunt primo illi & universali naturæ principio, aliæ verò remotius ab eo abcedunt, nec nisi virtute illarum propinquiorum eliciuntur, inde fit, ut priores illæ unò formiter se habeant, & ab omnibus intellectu suo utentibus, comprobentur semper, nec immutabiles prorsus sint, sed aliter quandoque se habere queant. Ita e. g. quando quis audit, DEUM esse colendum, nemini faciendam injuriam, honestè esse vivendum, alteri esse faciendum, quod ipse sibi fieri vult quisque, faciliè assensum suum præbet, & propter summam istarum propositionum evidentiam, contradicere nullatenus potest. Sed in remotioribus juris naturæ præceptis, quæ sunt honorandos esse parentes, alendos esse liberos, depositum reddendum, &c. cum incidere possint circumstantiæ, præcepta ista limitantes, & dubitare sapissimè solent homines & errare. Vid. Robert. Sanderon, de oblig. conscient. prælect. 4. num. 25.

L. Nihilominus in formandis ejusmodi propositionibus tamdiu proceditur, quàm diu per cogentem & necessariam rationem ex principiis illis deduci aliquid potest, etiamsi

etiã si conclusiones oriãtur à principio illis nonnihil remotæ, quæq; primâ fronte non ostendant statim ad legem naturæ se pertinere. Horneij. in *Philos. mor. lib. 4. cap. 3. n. 26.* Ita exempli gratiã ex illo principio, DEUM esse colendum, statim sequitur, idolorum cultum, ut DEO adversum, esse fugiendum; deinde, idola in hunc finem non esse erigenda; porro, idola non esse fabricanda; tandem, non intendi debere talem idolorum fabricam. Quæ præcepta etiã propriissimè sunt juris naturalis, & per evidentem ac necessariam consequentiã ex primo illo legis naturalis principio inferuntur, quãquam ultima illa, de intentione, remotior sit nonnihil, & primâ fronte talem non videatur habere evidentiam. Nec obstat, inveniri gentes, quibus tam excoecatae sunt mentes, ut istas conclusiones non assequantur. Non enim de excoecatis hominum mentibus, & perverso rationis usu nunc sermo est, sed de ratione naturali in suis potentiis spectatã, quousque concludendo ex lumine naturæ pertinere queat, quod lumen obfuscant illi, & contra jus naturæ agunt, qui in diversa abeunt, & contrarias propositiones substituunt.

LL. Quod jus gentium atinet, illius præcepta etiã ex jure natura-

li colliguntur, & quidem per modum conclusionum; sed aliò tamen cum effectu, & sub aliã etiã formalitate, quã à præceptis juris naturalis distinguuntur. Juris gentium enim conclusiones, cum non necessariæ omninò, nec evidenter deductæ appareant, uti conclusiones juris naturalis, sed humanã constitutione indigeant, ut præcepta inde resultent, distinguere illas inter se, quãquam sæpè confundantur, satius erit. Sed ista tamen constitutio humana in jure gentium diversa, planè est à constitutione juris civilis. Non enim constituitur jus gentium per modum determinationis arbitrariæ, in certo aliquo populo promulgatæ, uti jus civile, sed per modum conclusionis, discursu omnium ferè gentium factæ, atque adeò usu universali introductæ, sine dependentiã à Principis autoritate. Et hoc est illud jus gentium, in proprio & rigoroso sensu acceptum, quod inter naturale & civile ita medium est, ut quodammodo cum jure civili in gradu juris positivi humani conveniat, propriè tamen dictum civile, quod per modum determinationis à Legislatore ortum habet, excedit. Franc. Valens, de concord. jur. Pontif. & Cas. disp. 1. qv. 3. sect. 6. in fin. Et hoc est, quod ait Hornejus d. l., postquam cogentem

& necessariam rationem conclusio-
nibus juris naturæ vindicasset: Quā-
primum ratio probabilis tantum
occurrit, exceduntur limites legis
naturæ, & incipit esse lex humana.

LII. Et hætenus de divinâ lege
naturali. Sequitur, ut de divinâ le-
ge positivâ videamus, eâ scil., quam
ipse Deus, quia sic libuit, pro liber-
rimo suo arbitratu vel universo hu-
mano generi, vel uni alicui populo
dedit, posuitve. Eodem verò mo-
dò applicari hic poterunt omnes
istæ conclusiones, quas de jure na-
turæ hætenus explicavimus. Nec
enim licet Majestati humanæ mu-
tare ea, quæ divina jus sit, vel prohi-
buit voluntas, nisi si quid sub con-
ditione, aut certâ restrictione jus-
sum, vel prohibitum fuerit. Tum
enim conditione istâ non existentē,
aut extra casus restrictos Majestati
humanæ concessum est potestate
suâ uti, & lege positivâ pro re natâ
determinare, quod determinatum
ita à superiore potestate non fuit.
Paul. Laymann. *Theol. moral.* l. 1. tr. 4.
c. 4. num. 2. 3. Hugo Grotius *de imp.*
summ. potest. circa sacr. c. 3. n. 11. Et
oppidò hic notanda est Gratiani,
Valentiniani, & Theodosii, Impera-
torum constitutio, quæ quæquam ea
novum quid constituat nihil, sed
antiquum jus naturæ, imperantes
pariter & parentes obligans, repe-

tat. Qui divinæ legis, inquirunt, san-
ctitatem aut nesciendo omittunt,
aut negligendo violant & offen-
dunt, sacrilegium committunt, l. a.
C. de crim. sacrileg. Per divinam
autem legem intelligimus non con-
stitutiones Imperatorias, uti vult
Fr. Duarenus, licet aliàs Rescripta
Principum sacras leges, dici & divi-
nas jussiones non negemus, sed cum
Cujacio potiùs & Antonio Matthæo
ipsam Dei legem, argumento ejus,
quòd in Codice Theodosiano lex
ista sub tit. de Episcopis & Clericis
inveniat. Quæ quæquam & illi pro
sacrilegis in jure nostro habeantur,
quæ Principum constitutiones vio-
lant & contemnunt, l. 5. C. de divers.
rescript. l. 1. C. ut dign. ord. servet.
lib. XII. Add. Jacob. Gothofred. ad
l. 25. Cod. Theod. de Episc. & Cler.

LIII. Israëlita, quòd tempore De-
us ipse singulari modò *in superioribus* ob-
tinebat, nullis aliis legibus, quàm
divinis ejusmodi positivis gubernab-
bantur. Ex quo enim Deus Maje-
statem inter eos & summum Impe-
rium sibi soli reservarat, etiam le-
gislatoriâ hæc potestate utebatur, ut
vel hæc ratione populum sibi magis
devinciret, si Remp. ipsorum ante
omnes alias redderet beatissimam.
Sed omnes istæ leges, quatenus po-
sitivæ sunt, (inter quas illæ, quæ
morales dicuntur, & decalogo com-
pre-

prehensæ inveniuntur, referri nequeunt,) ne quidem ex intentione Dei extra Politiam Judaicam obligare debuerunt. De ceremonialibus, quas vocant, videant Theologi, cum earum usus, ut Christus cum beneficiis suis præfigeretur, totus sit Theologicus: nec igitur est, ut de iis hic instituat *Alphonsus*. Solæ leges forenses nostræ hic sunt considerationis, per quas scilicet Deus ipse generalia præcepta Decalogi determinavit ad certam speciem externarum actionum, ut ex iis politia Israëlita gubernaretur.

LIV. Quandoquidem verò Deus ipse, prudentissimus omnium Legislator, eas posuit & præscripsit, non malè quæritur, annon revocandæ illæ sint in nostrum forum, & an major sit autoritas Scævolarum, Papiniani, Ulpiani, aut etiam ipsius Justiniani, ut horum potius, quam ipsius Dei constitutiones & decreta admittenda censeamus? imò verò, cum nullibi repugnet jus istud forense Mosaicum juri naturali, aut divino morali seu perpetuo, sed hujus ubique congruam faciat applicationem, dubitari posset, annon perinde ut lex moralis, cui inservit, universale esse, & ubique obtinere debeat? In omnibus verò his ex communi Doctorum consensu negativam tuemur, eò scilicet quod leges Mo-

saicæ Judaicam tantum Rempubl. cam beatam reddere debuerunt etiam ex ipsâ intentione Dei. Quemadmodum verò unicuique societati non placent eadem ubique instituta, & ipsa quoque haud raro successu temporis variat, mirum non est, Mosaicæ leges universas receptas hactenus non esse. Optimè hæc de re disserit B. Chemnitius, *Loc. de Lege Dei, c. 4.* cujus verba adducam integra: *Utimur, inquit, Legibus Romanis & municipalibus, non quòd existimemus, Scævolarum & alios Legislatores sapientius leges suas condidisse, quàm ipsum Deum, qui solus est sapiens; — sed preferuntur aliarum politicarum Leges judicialibus Mosaicis non simplici collatione; sed propter circumstantias temporum & locorum, id est propter diversam conditionem gentium, & dissimilem formam Rerump. Deus enim non tulit leges forenses, convenientes disciplina omnium gentium, sed accommodavit illas ad mores illius populi; 2. ad conditionem illius terra propter vicinas regiones; 3. ad circumstantiam illius temporis, cum expectabatur Messias, in illâ politia nascendus; 4. ad formam & statum illius Reip. Deinde discedimus à Legibus forensibus Mosaicis, quia non sunt idèò promulgata, ut obligarent omnes gentes, sed ut facerent distinctionem politia* Mo-

Mosaica ab omnibus aliis, & quia adventu Christi ita abrogatae sunt, ut prorsus omitti possint, & sint extinctae, rectè sit, quod exemplo publico illa libertas ostenditur, &c. Hactenus Chemnitius, cum quo confer B. Gerh. d. LL. cerem. & for. num. 40. & ex nostris Goëdd. de contrab. stipul. c. 7. n. 29. seqq. Andr. Gerhard. Exercit. Justinian. 1. q. 2. Hug. Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. n. 16. 17.

LV. Certum igitur est, leges Mosaicæ forenses in totum esse nunc abrogatas, olim verò in solâ Politia Judaicâ effectum obligandi habuisse. Ex quo sequitur, posse quidem eas adhuc usurpari, quando ad formam nostrarum Rerum publ. accommodatae sunt, ne utiqvam tamen tum pro legibus Mosaicis haberi. Non magis enim sub isto formali vim obligandi obtinent, quam jus Persicum, jus Anglicanum, jus Gallicum, in nostris his provinciis, ubi aliquid ex illis usu receptum, aut lege præscriptum fuerit. Nec adstricta igitur est Majestas ad leges illas præcisè repetendas, ne in criminalibus quidem & poenis capitalibus. Etsi enim in his saltem perpetuitatem juris Mosaicæ, & universalem obligandi vim adstruant Joh. Piscator, in præfat. ad comment. in Levit. Wilh. Zepperus, in explic. Leg. forens. Mos. Bâchovius, ad Treut. vol. 2.

disp. 30. eb. 3. lit. G. pag. 1097. Maccovius, tom. 2. loc. com. disp. 14. Hugo Grot. l. 2. c. 1. num. 14. de Jur. B. & P. eumq; secutus Anton. Matthæus, de crimin. tit. de furtis c. 2. in f. quia tamen & ipsæ illæ sanctiones, perinde ut aliæ leges forenses, pro conditione loci, temporis & gentis constitutæ sunt, & in his quoque illustris quædam Politia Mosaicæ versata fuit distinctio, dubium nullum est, abrogatas eas simul universas & singulas, & desuisse aded cum ipsâ Politia Mosaicâ totum & universum jus Israëliticum.

LVI. Sed hic tamen vicissim dissimulare nequeo, probè distingvendum esse materiale Legis à formali ejusdem. Materiale enim plerumque est morale quid, quod interdum ipsâ sui naturâ turpitudinem inducit, & Legis in se provocat an imadversionem. Sed formale est certa & determinata hujus aut illius poenæ, pro ratione cujusque Reip., sanctio. Ita e. g. morale est, ut turbantes societatem generis humani furtis, cædibus, latrociniiis, &c. puniantur, sed determinatio certæ alicujus poenæ pertinet ad Leges forenses cujusque Reipubl. Et conducunt quidem Leges Mosaicæ poenales etiam ad id, ut, quia determinatio ista poenarum à Deo ipso facta est, clarum inde fiat Legislatori, quales

à se bonâ conscientia possint condi-
Leges. Sic enim, exempli gratia, quia
Lex Mosaica sponsam compressam
jubet lapidari, ut ita liberetur spon-
sus, sequitur, etiam Magistratum
Christianum in tali casu bonâ con-
scientiâ absolvere posse Sponsum;
licet non obligatus sit, ut prorsus
eodem modo liberet. Add. Chem-
nit. *Loc. de leg. c. 4.* Hugo de Roy,
de eo, quod justum est, lib. 2. tit. 3.
Nec verò Mosaica jura in universum
omnia, etsi haud adferentur natu-
raz legibus, pari cum legibus illis,
quod obligandi vim concernit, sunt
autoritate: cum & inter ista quæ-
dam ideo ferè justa sint, quòd non
sunt injusta, Reip. autem Judaicæ ad-
modum salutaria, non autem quasi,
quæ ab illis abeunt, injusta sint.

LVII. Summa hæcenus dicto-
rum hæc est, licere potestati ~~republice~~
liberè versari in omnibus iis,
quæ divinis legibus naturalibus, aut
positivis nondum inveniuntur de-
terminata. Quod enim præcep-
tum aut prohibitum à divinâ Ma-
jestate non est, id simpliciter huma-
no est relictum arbitrio, sive jam
actio id sit, sive prohibita actionis
pœna, aut justæ qualitas respectu
modi, loci & temporis, & hoc omne
arbitrariis ex placito hominum po-
est definiti regulis. Cum igitur ta-
: quid Majestas legibus suis deter-

minat, constituitur illud tum in sta-
tu & genere licitorum, e. g. ut num-
mi isto precio aut valore non majori,
aut minori numerentur, ut istâ
horâ, aut isto tempore, naves sol-
vant, ut isto tempore nundinæ cele-
brentur, ut post istam aut istam ho-
ram vespertinam sine lucernâ ne-
mo in publicum prodeat, ut sænus
nauticum, & vulgares usuræ istam
vel istam quantitatem non exce-
dant, & si quæ sunt alia. Quæ omnia
si intra legis septa persistant, licita,
si excedant, illicita ex jure positivo
habentur.

LVIII. Id verò dicendum adhuc
restat, utrum licitum sit, summæ
potestati permittere ea, quæ divinâ
lege naturali, aut positivâ sunt pro-
hibita? Et certè, si determinatum
jam aliquid est, & ab ipso Deo supre-
mo Legislatore definitum, nihil
quicquam in eo concessum videtur
Majestati humanæ, nisi quod, ubi
id fortè in desuetudinem venerit,
aliâ constitutione revocare liceat,
novâ scil. ad humanos animos &
notitiam factâ applicatione. Quæ
tamen ratione nihil novi ab Maje-
state humanâ constitui, nec Legem
eam humanam dici debere, diximus
suprà. Quin tenetur Majestas legem
divinam non inter subditos tantum
suos custodire, sed ipse quoque ei-
dem obtemperare & parere, tan-
tum

tum abest, ut quicquam admittere queat, quod violare eam posset, aut intervertere. At enim licere interdum Principi connivere & permittere ea, quæ sine magno malo emendari nequeunt, & talem permissionem haud injustam esse, ipsa quodammodo dicitur ratio naturalis, B. Sutholt. *de jurisdict. n. 81.* Tabor, *de altero tant. pag. 167.* Quæ enim puniri nequeunt ab hominibus sine periculo majoris mali, illa ut puniantur, natura non tantum non exigit, sed & facit, ut durante isto periculo maneat impunita. Lex enim humana ponitur multitudini sive communitati, in quâ major pars est hominum virtute non perfectorum. Paul. Laymann. *Theol. moral. li. tr. 4. c. 4. num. 2.* Ita dubium non est, teneri Principem, omnem extirpare cultum idololatricum; quid verò, si extirpari ille uno actu & habitu non possit, quod populus fortè totus longo tempore eidem innutritus fuerit, num idcirco integram illam societatem excindere potius debet, quàm connivere ad tempus, & ad saniores interim reducere mentem? At prius illud ab Hispanis apud Indos frequentatum, jam diu notant & perstringunt Josephus à Costa, Franciscus à Victoria, & alii.

LIX. Exemplum hujus rei ex ipsis etiam populi Judaici legibus forensibus licet depromere. Inveniuntur inter eas, quæ aliquid, quod per se, & suo genere non est bonum, permittunt, non quod illud probent, sed ad præcavendum majus aliquod malum. Uti ita legem de divortio, & de usurâ ab alienis accipiendâ, explicat B. Chemnit., *Loc. de Lege c. 4.* ubi optimè observat, etsi talia in lege Mosis politico modo permittenda fuerint, quod nihilominus à Prophetis ex Lege morali severissimè reprehensa inveniuntur. Et rectè, cum id, quod ita permittitur, nunquam propterea constituitur in genere licitorum, quæ scilicet dicitur illud, quod honestum est, aut quod cuique conceditur, ut explicat Cicero *V. Tuscul.* & quæ permittitur idem est, quod tollerare. Alias enim differunt, secundum nonnullos, tolerantia & permissio ratione principii sui proximi, cum hæc plus contineat spontanei, quàm illa, licet utraqve indirectè ex voluntate oriatur. Sic & Magistratus Christiani hodiè passim tolerant Synagogas Judæorum, superstitiones Pontificias, tabernas meritorias, & ejusmodi alia, & tamen illi propterea malum non procurant; permittunt propter majus bonum,

bonum, aut ad majus malum evitandum, non faciunt: tolerant, quia tollere non possunt, non approbant: indulgent, seu lege non prohibent, nec poenis coercent, ne utique tamen mandant aut svadent: circumscribunt, limitant, determinant, imminuunt, cohibent, quantum possunt, seu tollunt in tantum, non vero tollunt in totum, aut ponunt, sed in medio relinquunt.

LX. Oppidò verò notandum est, duos in ejusmodi legibus circumscriptivis & determinantibus attendi debere actus. Alter est nuda, seu pura permissio, & non actio, quæ tamen improprie & reductivè actio dicitur, & hæc objectum immediatum habet malum ipsum, quod nec probat, nec improbat, nec prohibet, nec mandat Legislator, sed tantum, cum ita reperit, permittit, seu in medio relinquit, & legi deinceps suæ substernit. Nam in hoc differt objectum voluntatis ab objecto permissionis, in Legislatore. Dum permittit, permittit immediatè malum, dum verò vult permittere, non vult immediatè malum, sed vult permissionem mali, quæ in hoc negotio proximum & immediatum est objectum voluntatis. Alter actus est ipsa circumscriptio, limitatio, modificatio & determinatio illius mali, ne ulterius eat, aut alio modo,

quàm certo illo & determinato exerceri permittatur. E. g. quando Titius rem suam familiarem, quotidi aut frequenter in tabernis potando consumit, istud malum, si novit auvidet Magistratus, permittit, h. e. lege suâ, aut poenis non impedit; coercet tamen, limitat, & tollit illud in tantum legibus & poenis, ne ille aut alius quis helluo in tabernis ultra horam nonam vespertinam, computationes suas protrahat. Cum posterius prohibet, & non permittit, prius verò permittit, & non prohibet Magistratus, neutrum probat, aut svadet, neutrum in foro poli, seu conscientia licitum facit, sed tantum prius licitum facit politicè, seu in foro soli, quatenus scilicet licere tantundem est, quod impune esse apud homines. Rectè de his Ammianus Marcellinus, l. 3. *Sunt aliqua, quæ fieri non oportet, etiam si licet*, & Paulus noster: *Non omne, quod licet, honestum est*, l. 144. ff. de R. J.

LXI. Caveat verò in primis Princeps, ne ullo modo statuat aut permittat ea, quæ providentiam & Majestatem divinam immediatè lædunt, aut sollicitant. Ipse Deus prohibuit, & severà Lege interdixit, *Deut. VI, 16. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis*; idè; repetit Salvator, *Matt. IV, 7. Tentant autem Deum, qui miracula vel advocant,*

vel expectant, aut etiam præ se ferunt, ubi non est opus. Nec tamen hæc sola est tentatio DEI, per præsumptionem de sapientiâ, potentiâ, voluntate extraordinariâ confidere plus, quàm oportet; sed è diametro etiam tentatur DEUS, cum iisdem diffiditur, revelatis ac stipulatione, adhibita confirmatis. Richard. Montacut. *de orig. Eccles. part. 2. n. 94.*

LXII. Quocirca cum JCtis Wittebergensibus quæstio proposita esset, num liceret Principi permittere, ut Saga per probam aquæ frigidæ innocentiam suam manifestam redderent, noluerunt illi affirmantium sententiam amplecti, sed *diapponen* responderunt, licitum id non esse. Et profectò, si procedendi modus attendatur, non videtur ille ab alio, quàm ab ipso Dæmone primùm edoctus. Quas enim famâ, vel ex aliorum depositione suspectas habent, eas statim absque ulteriori inquisitione capiunt, captasque extra Urbem deducunt, & in aquam frigidam ita conjiciunt, ut dextra manus sinistro pedis, sinistra verò dextro pedi sit alligata: & si supernatant, veneficas vehementiùs suspicantur, & idcirco subjiciunt quæstioni; sin submergantur, innocentes esse credunt. Etsi verò non desint, qui processum hunc defendant, quos inter præcipui sunt Guilielmus Adolphus Scribonius,

Marpurgensis, l. 2. de sag. nat. & pot. & Jacobus Rickius, in speciali tractatu, quem *defensionem probat. aq. frig.* inscripsit, à plerisque tamen purgatio ista vulgaris, uti termino juris Canonici vocatur, meritò rejicitur, quorum præcipua ratio hæc est, quòd in Dei tentationem cedat ista probatio, & providentiæ divinæ aliquod experimentum temerariè sollicitet. Reliquas enim rationes discutere nunc non attinet. Vid. Petr. Binsfeld, *de confess. malef. membr. 2. conclus. 7. dub. 1.* Herman Goehausen, *in decis. special. buj. quæst. Dedekenn. p. 2. consil. Eccles. f. 444. & 446.* Gail. l. 2. de pac. publ. c. 7. n. 24.

LXIII. Adjiciam ipsum totum Wittebergensium responsum, cujus supra mentionem feci, an Herrn P. Graffen zu S. L. und St. conceptum mens. Jul. 1654. Haben E. Gn. als sie wieder die Hexen und Zauberer fürm Jahre zu inquiriren angefangen/ derselben eine so grosse Menge und Anzahl/ als sie niemahls zuvor gemeynet/ befunden/ jedoch weil Sie Gottes Befehl vor sich gehabt/ und darneben mit grossen Hertsleid wahrgenommen/ das solches Unkraut bey wehrenden Kriege ungehindert aufgewachsen/ und viel in ihrer Jugend und Unwissenheit in des bösen Feindes Stricke gerathen/ haben Sie ihr solchem Ubel möglichen Zubeggnen angelegen seyn lassen/ darbey doch wohl

wohl beobachtet/das auf bloßes Angeben nicht gesehen / auch niemand zur Hafft bracht/da nichts starcke judicia vorhanden gewesen/ und zur tortur vor gnugsam erkant worden. Gleichwohl hette sich zum efftern begeben/das wenn ihnen die gegen sie vorhandene Anzeigen fürgehalten / und ihre Missethat zuerkennen sie ernstlich ermahnet/ sie zwar die göttliche Bekänntnis versprochen/ jedoch / das sie zuvor zur Wasserprobe möchten verstatet werden/ gebeten/ gestalt selbes zum öfftern geschehen/ in sie/ ehe sie von Wasser wieder ins Gefängnis bracht/ ihre Bekänntnis gethan; Ingleichen hette die Erfahrung gegeben das etliche anfangs in der Güte bekant/aber hernach revocirt, und ehe sie zum Wasser geführt/zu bekennen sich gewegert; Andere aber sich ausdrücklich verlautern lassen/wenn man sie nicht wolte zur Wasserprobe lassen/da sie gleich würden unschuldig erkant werden/ könnten sie sich doch der Beschuldigung nicht entbrechen/sondern müßten vor Heyen gehalten werden/ im Fall sie aber in Wasser untergiengen/ könnte jederman ihre Unschuld sehen/ wie sich denn einstar begeben/ das eine/so allbereit zur Marter condamnirt gewesen/ und die Wasserprobe angehalten/und als es ihr darzu kommen/und doch ihrer Zufage zuwider nichts bekant/sie torqvirt. auch auf neue vorhanden judicia die vor-

er wiederholt worden / sie doch gleichwohl das Laster der Zauberey geleugnet / und zum andermahl zum Wasser begehrt/ und als ihr darmit gewillfahret worden/hat sie ohne tortur umständlich bekant/ wie sie zur Bosheit verleitet / und was sie begangen/darbey zu verstehen gegeben/das sie des Teuffels Betrug nunnehro verspürte/ und were ihr Leid/das sie in seinem Gehorsam so lange gewesen / und die Schmerzen ihme zu Gefallen ausgehalten/ auch andere Mitleidige ermahnet/an ihr ein Exempel zunehmen/ und/aufs Teuffels verführen/ keinen Schimpf noch Schmerzen auszustehen/nach mehrer Innhalt E. Gn. us beschickten Berichts. Wenn nun gleich E. Gnaden das Binden der Heyen/ und aufs Wasser werffen vor verwerfflich und nichts achten/ daraus kein indicium zur inquisition nehmen/ vielweniger beschwoegen jemand zur Hafft/tortur, oder Straffe condemniren, und darbey in geringsten keinen Aberglauben nachhengen / so wollen sie doch davor halten/das wenn die Heyen gnugsam von Betrüge des bösen Feindes unterrichtet / und wie man darauff/ sie schwimmen oder sinken unter/ keines wegesehen/ sondern nichts weniger mit der tortur wieder sie verfahren werde./ noch wohl ihnen auf ihr unmachlässiges Anhalten darmit gewillfahret/sie dadurch selbst / wie

sie der Teuffel verblende / und ihrer spotte / überwiefen / und desto eher und leichter zum Bekennen gebracht werden könnten ; Gestalt denn nicht ungewöhnlich / daß man vielmahls in disputiren solche argumenta braucht / welche zwar an ihm selbst ungültig / und unwahr / jedoch denjenigen wieder / welchen sie angeführt / bewegen können / und E. Gn. an das Verbooth des Päpstlichen Rechts sich diesfalls nicht binden lassen dörfsten. Dennoch aber und dieweil diese Art die Hexen zubinden / und aufs Wasser zu werffen / weder in Göttlichen noch Weltlichen Rechten / auch nicht in der Natur gearündet / sondern vielmehr aus anmassamen Ursachen verbothen / und jederzeit in der Christlichen Kirchen von Gewissenhaften Gelehrten und Erfahrenen / so wohl Theologis, als JCis, und Naturkündigern vor verwerfflich und unzulässig gehalten worden / indem dassenige / so der böse Feind betrüglich eingeführet / und die Einfältigen überredet / hierdurch approbiret / die Hexen in ihrer Bosheit und superstition, wie das von E. Gn. angeführte / und oben berührte Exempel bezeugt / gestärket / auch andere Leute in dem diesfalls gefassten / und eingewurckelten Aberglauben / confirmiret / und geärgert werden / und darnach von der Schuld oder Unschuld derer / so aufs Wasser gesetzt / zu urtheilen nicht unterlassen / daher E. Gn.

intention, so hierinnen auf nichts böses gerichtet / leichtlich keinen oder ungleichen effect erlangen könnte / es hier auch nicht umb argumenta und Schlußreden / sondern die That selbst zu thum / und das Jus Canonicum, so dergleichen verbeuth / der Göttlichen Schrift / den weltlichen Rechten und der Natur nicht zuwieder läuft / So erscheinet dannenhero allenthalben so viel / daß das Binden und Wasserwerffen der Hexen / als hochverdächtig und gefährlich / zu diesem Ende nicht zugebrauchen / sondern vielmehr dahin zu trachten / damit solcher eingerissener Mißbrauch und Aberglauben durch andere und Gottes Worte / wie auch der Natur gemäße Gründe und bewegliches zureden / aus derer / so darnit eingenommen / Herzen möge gebracht / und sie auf bessern Weg und Gedankten geführt werden / hingegen haben E. Gn. bey den inquisitionen wider die Zauberer sich der diesfalls hergebrachten ordentlichen Mittel zugebrauchen / den Aufgang aber der Göttlichen direction, und den Rechten zu befehlen und zu überlassen / B. N. W. Nec aliter respondit Facultas Theologica, postquam ab eodem Comite super eadem quaestione consultata fuisset, uti id habetur in Consiliis Wittebergenibus Theologicis, part. 3. fol. 21.

LXIV. Robertus Sanderson, *tr. de obligatione conscientia, pralect. 6. n.*

ferendi leges.

18. *seq.* subtiliter admodum disputat de permissione legis & ejus virtute obligatoria. Ait, *lege permitti posse rem malam tripliciter, privativè scil. negativè, & positivè. Privativè permitti idem est, quod à legislatore prætermitti. Sic omnia illa permittuntur, de quibus vel prohibendis vel puniendis jura nihil statuerunt. Negativè permittitur id, cujus exercitium jura certis limitibus definiunt, in ea quos, qui se continerint, extra noxam sunt, qui verò eos excefferint, sunt lege puniendi. Sic usuram exerceri permittunt plerarumq; nationum jura. Positivè id permittitur, cujus sub certâ tributi cujusdam pensione exercitium toleratur. Sic Romæ permittuntur meretricum prostibula. Hactenus Sanderfon..*

LXV. Mihi videntur termini isti haud parum confundi, malimq; ego negativam potius dicere permissionem, quam ille privativam vocat. Quod si enim Princeps sive Legislator nihil omninò decernit de actione aliquâ, neque ullo modo eam limitat aut circumscribit, sed connivendo & dissimulando permittit, negativè versari circa eam videtur, è contrario autem privativè circa illam, quam certis limitationibus coarctat, & ad certam normam adstringit. Hâc enim restrictione eandem infinitâ & indeter-

minatâ licentiâ privat, quam habisset ex permissione negativâ. I e. g. quando usuræ ad certum modum rediguntur per legem publicam, coercetur infinita & insatiabilis usurariorum licentia, & privatur illi adeò non spe tantum suâ infinitum lucrum capeffendi, sed etiam potestate usuras immodicas exercendi. Quod si negativa penes legislatorem esset usurarum permissio, nulla talis ex parte usurariorum contingeret privatio, sed illi liberè & impunè pecunias fœnore auferre & inter tocolliones nomen suum profiteri pergerent.

LXVI. Sed nec differentiam capio, quam facit Sanderfonius inter negativam & positivam permissionem. Si enim permissio ideò positiva dici debet, quia Legislator non nudè permittit, sed aliquid insuper ponit, dum e. g. certam tributi pensionem jubet, solvendam ab eo, qui actum permissum exercet, utique etiam in istâ permissione, quam negativam vocat, aliquid ponit Legislator, metâ scil. limites, & modum, quousq; permissio locum habere debeat, intra quem, qui se continerint, extra noxam habeantur. Quin imò in permissione negativâ plus videtur cooperari Princeps malo permissio, quam in permissione positivâ. Dum enim e. g. modum ponit usuris, quem

quem etiam iudices sequi debeant in sententiis & condemnandis debitoribus, sicubi tales petantur, facile hinc patet, exactionem dari creditori usurarum permissarum, neque hanc exactionem permissivam tantum esse, sed etiam cooperativam ex parte Legislatoris & iudicis, atque adeo cogi posse ex permissione ista & promissione sua reos debitores, ut usuras solvant, & ut condici nequeat, quod nomine usurarum solutum est. At in permissione positivâ, ut maximè imperatum fuerit meretricibus tributum, cogi tamen propterea non possunt à iudice meretrices, ut se prostituant, neque ex permissione istâ jus accipit fornicator petendi, aut exigendi à meretrice copulam carnalem. Quamquam sint nonnulli hodiè inter Moralistas, qui statuunt, Meretricem, quæ converti non vult, cogi posse à Rep. ut obvio cuiq; aut definito certo loco se prostituat. Vid. Thom. Hurtado, *tr. 1. resolut. 17. n. 46. 150. seq.*

LXVII. Pergit Sanderfonius, ejusmodi lege, quæ scilicet negativè malum permittit, neminem obligari ad faciendum id, quod lex permittit. *Finis enim, inquit, permissionis est, non ut id fiat, quod lege permittitur, sed ne ultra id, quod leges permittunt, fiat. Proinde sicut permissio ipsa negativa tantum est, ita obligationem*

inducit non nisi negativam, b. e. obligatur subditus, si ipsi libuerit, facere, quod lex permittit, prestat ut sibi à lege fines non excedere, &c. Non malè, nisi quod simpliciter negativa non videatur permissio in tali lege, nec obligatio simpliciter negativa. Etsi enim neget ultra terminos delinquendi & transgrediendi licentiam, dum tamen simul terminos & limites ponit, in istis potius lex attendenda est, quippe in quibus permissio propriè consistit, quàm in illis, quos negat & prohibet. Quamquam verò etiam Creditor non obligetur ad percipiendas usuras, quas lex permittit, solvere tamen easdem tenetur debitor, si stipulanti Creditori tales promiserit. Obligatio igitur ex parte debitoris non est negativa, sed positiva, & talis quidem, ex quâ cogi potest ille, ut solvat; & tamen obligatio illa non subsisteret, nisi lex permisisset. Præsupponendum enim est, usuras non nisi ex permissione legis licitas esse, cum, si ex se licitæ dicerentur, frustra disputaretur de permissione, quippe quæ semper est rei prohibita, aut illicita.

LXVIII. Hinc adeo triplicem Doctores faciunt permissionem. Prima indulget poenâ, sive non punit peccatum, quæ dicitur simplex permissio sive dissimulatio, eaq; nullam aut

cooperationem, aut participationē actionis permissæ supponit in permittente, quemadmodum DEUS, dum plurima crimina permittit, illis haudquaquam cooperatur. Secunda species permissionis removet prohibitionē, sive impedimentum, quia eos, qui impedituri erant actionem permissam, coercet; quæ ratione sæpè tolerantur sacra Judæorum, & prohibentur vim inferentes, l. 3. § 13. C. de Judæis. Tertia permissionis species præstat juvamen, h. e. auxilium, favorem, & consensum ad actionem permissam faciendam. Itaque non modò non imponit ullam pœnam, v. g. usurarius, sed etiam prohibet eos, qui impedituri erant exactionem usurarium, & insuper usurarius dat actionem in judicio adversus debitores propter usuras promissas instituentem. Vid. Conrad. Summenhart, de contract. tract. 2. quæst. 22. conclus. 7. Joseph Gibalin. de usur. lib. 1. cap. 7 art. 8. n. 23.

LXIX. Sed & multa alia sunt, quæ leges permissivas valdè restringunt, & intra metas coercunt. Vulgatum quidem est Doctõrum pronunciatum, factum à Lege permissum pœnam non mereri, l. 3. § 1. ff. de concubin. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. Verùm id intelligendum est tantum de foro externo, cum ad forum con-

scientiæ internum nec respiciant semper, nec respicere possint Leges civiles. Fieri etiam potest, ut permittatur ab aliquâ gente, quod lege aliâ superiore prohibitum est, quomodo jure civili permissum erat, per divortium dimissam, & aliâ deinceps nuptam, recipere & matrimonium redintegrare, l. 94. ff. de jur. dot. quæ tamen receptio severè interdicta est lege divinâ, Deut. XXIV, 4. seq. Ita contingere potest, ut permittatur aliquid ex speciali causâ in aliquâ gente, quod tamen apud alias gentes propterea, permissum non est. In politiâ Moisaicâ poterat frater uxorem ducere viduam fratris defuncti, Deut. XXV, 5. quod tamen lege generaliori prohibitum erat, Levit. XVIII, 16. c. XX, 21. Vid. Gerhard. Loc. de conjug. num. 319. seq. Selden. de Uxor. Hebr. lib. 1. cap. 12. Alia limitationes & restrictiones videri possunt apud Tabor. de usu armor. cap. 6.

LXX. Unicum id restat, ut videamus, utrum Legis nomen sustinere queat constitutio permissiva, quandoquidem Lex propriè dicta obligandi potestatem continet, atque inde præceptum dicitur, l. 1. ff. de legib. cum permissio præcepti vim excludat, & impedimentum, tantum removeat, quod obstare a-

cturo videbatur. Et nihilominus etiam permittere inter legis virtutes refertur, *l. 7. ff. de LL.* Quæritur igitur, quomodo obliget talis aliqua constitutio permisiua? Plerique hinc respondent, permissiionem obligare, non quatenus jus dat ad aliquid omnino licite agendum, sed quatenus securitatem aduersus impedituros largitur, & sic non agentem, sed patientem per eam obligari, quatenus scilicet alium ab eo, cui permittitur, obligat, ne impedimentum ponat. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. c. 1. n. 9.* In permissione, inquit Franciscus Valens, *de concord. jur. part. 2. disp. 4. quest. 1. n. 4. & 5.* virtute & implicite continetur præceptum, iudicem & reliquos obligans, ne ob permissum delictum, auctori noceant, sed impunitum relinquant, & legis permissione uti sinant delinquentem. — Quare diligenter notandum est, præceptum virtute contentum in permissione neque comparari ad personam, cui aliquid permittitur, sed ad alios, neque obligare ad faciendum rem permissam, sed ad non impediendum permissiionis usum, & effectum, quod sufficit, ut in lege permittente inclusum præceptum agnoscamus. &c.

LXXI. Sed hic longius progreditur, & aliam adhuc obligandi vim, etiam quoad ipsum agentem,

subtili consideratione proponit Robertus Sanderfon, *d. l. num. 21.* cuius verba, quoniam prolixiora, integra adscribam. *Dico, inquit, Legem omnem huiusmodi permissiuam, quatenus lex est, obligare subditum in conscientia ad sui observationem. Ratio manifesta: quia obligatio, ut sepe dictum est, est legis effectus necessarius, nec ab ea separabilis.*

Quod ne pugnare videatur cum bis, quæ modo dicta sunt, duo ista sunt observanda, quæ propterea signanter sunt à me enunciata. Alterum, quod dixerim, Legem permissiuam obligare ad sui observationem. (Aliud est autem obligari subditum ad observandam legem, quod nunc assero; aliud verò obligari subditum ad faciendum, quod lex permittit, quod & ante negavi, & jam adhuc nego.) Alterum, quod dixerim, Legem permissiuam obligare, quatenus Lex est, quod verum est: non dixi obligare, quatenus permissiuæ est; quod est falsum. Sciendum est enim, legis permissiuæ vim, quatenus Lex est, non consistere in ipsa permissione, quæ cum sit Legis differentia diuisiua, necesse est, ut sit lege posterior, sicut omnis differentia diuisiua est natura posterior genere, quod diuidit, & ipsum supponit: sed in illa præceptione, quæ est legis quasi constitutiua, & formalis differentia,

Et in ipsis legis verbis ut plurimum expressè, aut virtualiter saltem continetur. Hac enim præceptio, inquam, illud est, à quo primum oritur subditi obligatio, Et ad quod ultimè terminatur ejus obedientia. Exemplo rem ostendo: Legislator ob mutuandi necessitatem permittit usuram moderatà quãdam proportionè inter cives exerceri, proposuit etiam pœnâ his, qui modum fœnoris lege definitum exceßerint. Sitne usura simpliciter, Et de toto genere illicita, nec ne, nihil hic definitio, nec ad præsens negotium quicquam interest. Hoc interim certum est, ut vel maximè licita esset usura, neminem tamen illâ permissione ad eam exercendam obligari. Sed in istiusmodi lege, præter istam permissionem, quæ neminem obligat, duo sunt alia, quæ cum ad præceptionem legum pertineant, habent proinde ex intentione Legislatoris vim obligandi omnes cives ad ea observanda. Quorum alterum formaliter, Et disertis verbis præcipitur, ne quis scilicet pecuniam ultra modum lege definitum pro fœnore exigat: alterum ex consequenti Et virtualiter, ne quis ob exercitam, prout eâ lege permittitur, usuram puniatur. Legis ergo permissiva, ut verbo dicam, præceptio omnes cives obligat, permissio neminem. Hactenus

Sanderfonius. Ad cujus verba insuper hoc notandum, præceptionem legis permissivæ tum demum suos exferere vires, quando quis uti re, permissâ vult, ut autem velit, ex liberâ ejus voluntate pendere. Proinde præceptio talis omnes quidem cives obligat, sed in hoc statu existentes, ut, quod permittitur, agere destinârint.

LXXII. Cæterum, quid sibi velit Gvido Papæ, quæst. III. dum permissionem facit simplicem & comparativam, non satis capio. Ait: licet Papa in tempore quadragesimali alicui permittat comedere carnes, quod nihilominus peccet comedens, nec excusetur à pœnâ. Sed quare, inquit, peccat, cum ei permittatur? Permittitur, ne deterius inde contingat, quia fortè in medio quadragesimæ non potest quis se plus abstinere à carnibus propter aliquam suam infirmitatem, Et si se abstineret, mors sequi posset. Et ex his sequitur, quod ubicunqve jus permittit aliquid, ne deterius sequatur, quod non excusatur quis à pœnâ, Et vocatur permissio comparativa. Sed quando jus permittit aliquid, non ut inde deterius sequatur, tunc excusatur à pœnâ Et vocatur permissio simplex. Inde concludit, concessionem Papæ de comedendo carnes non operari, nisi

ad remissionem culpæ. Hæc à febricitante Gvidone, ut ipse fatetur, scripta, cum revidisset, quæ apostillas addidit, Antonius Rambaudus, pœnæ & culpæ vocabula confundi putat. *Credo, inquit, quod velit dicere pœna, ut ubi supra dixit, à pœnâ, debuit dicere, à culpâ, quia in similibus permissio sive tolerantia Papæ, non culpa, sed pœna diffugium præbet.* At verò Papam etiam culpam remittere posse, inter Pontificios nemo hodiè negabit. Et cur ergò statuamus à pœnâ tantùm liberare Papam, quando usum carnis tempore quadragesimali permittit? cum alibi statuere soleant, culpam remitti, pœnam non remitti, ut purgatorio inde fundamentum aliquod substernant. Sed hæc extra orbitam sunt, & alterius fori. Id verò in genere certum est, ea, quæ permittuntur, non propterea honesta aut licita fieri, cum sæpè permittantur ea, quæ tolli & emendari non possunt.

LXXIII. De latitudine potestatis Legislatoriæ satis, & fortasse etiam plus satis. Possemus verò nunc ulterius excurrere, & de Legum qualitate haud pauca hîc interfari. Sed cum id extra institutum nostrum videatur, magis est, ut ea persequamur, quæ magis videntur ne-

cessaria. Id tamen adhuc restat, ut hîc quasi per saturam moneamus, neminem obligari ad impossibile, *l. 185. ff. de V. S.* Et rectè igitur Isidorus, *l. 5. Orig. c. 21.* inter conditiones legis refert, ut sit de re possibili, quod & facit Plato, *l. 5. de LL.* Demosthenes *contra Timocratem*, Plutarchus *in Solone*, Curius Fortunatianus Rhetor, *l. 2.* pluresque alii. Nec interest, physicè dicatur quid impossibile, an moraliter. Æquè enim impossibile est bono cuique, quod fieri non debet, ac quod non potest: Neque omninò possumus quidem, quicquid honestè non possumus, *l. 15. ff. de condit. inst.* Add. Vossius, *in Histor. Pelag. l. 1. part. 1. antith. 6.*

LXXIV. Obiter noto, optimè quidem Robertum Sanderfonium, *de juram. obligat. prælect. 2. n. 12.* post alios distinctionem facere inter res impossibiles. *Contingit, inquit, rē aliquam esse impossibilem aut per se aut ex accidente. Per se autem tripliciter. Primò impossibilitate naturæ, quomodo impossibile est hominem volare, piscem loqui. Secundò, impossibilitate facti, quomodo impossibile est, Cajum, hodiè Londini commorantem, cras convenire Titium Venetiis. Tertio impossibilitate juris, quomodo illud dicitur impossibile alicui, ad quod non habet potestatem legitimam, de*

quo etiam illud intelligendum est, quod dici solet: Id tantum possumus, quod jure possumus. Sic impossibile est, Prætorum istius Urbis conferre alicui gradum Doctoratus, &c. Sed observo tamen; impossibilitatem naturæ sæpè coincidere cum impossibilitate facti, quomodo impossibile est non factum tantum, sed naturam etiam, ut cras Venetiis sit, qui hodie Londini est, cum natura ipsa factum huic repugnet. Atque ideo exemplum hoc ad impossibilitatem naturæ refert Joh. Gæddæus, de stipul. c. 8. conclus. 9. num. 177. Deinde exemplum Prætoris, gradum Doctoratus conferre non valentis, minus congruè referri videtur ad impossibilitatem juris, cum impossibilitas hæc non tam facultatem, aut potestatem faciendi quid neget, physicè consideratam, quam quatenus in genere morum illicitum id est, & turpe aut prohibitum. Nec aliter intelligendum est axioma Juristarum, ex d. l. 15. ff. de condit. inst. quod id tantum possumus, quod jure possumus. Nec verò repugnat, Prætorum conferre gradum Doctoratus, cum à Principe eam potestatem accipere possit, talem autem potestatem accipere nemo queat in iis, quæ pietatem & verecundiam nostram, atque bonos mores lædunt. Aliter distinctionem eam explicat

Franciscus Valens, de concord. jur. Pontif. cum Cas. part. 2. disput. 3. q. 4. sect. 1. & Joh. Gæddæus, d. l.

LXXV. Idem Sanderfonius, de conscient. prælect. 6. n. 7. ad impossibiles res refert etiam difficiles, quæ possibiles quidem plerisque sunt, sed quæ multis aut paucis, aut uni fortè alterive impossibiles sunt. Nō malè, cum ἄλλο τι παντὶ ἀδύνατον, καὶ ἄλλο τὸ πρὶ ἀδύνατον, dicatur in responsione septimā ad objecta de resurrectione in Justiniani operibus. Sed utrum res taliter impossibiles, aut difficiles rectè referantur inter objecta, de quibus leges conficere liceat, valdè ambigo, præsertim si attendatur exemplum, quod ibi ponit Sanderfonius de Principe, per legem grande tributum imperante, cui solvendo aliqui subditorum non sint pares. Dicit talem legem posse quidem, si sit ex usu Reipubl., licitè ferri, non tamen, nisi admodum gravis sublit causa, & postulet manifesta necessitas: latam verò omnes eos obligare, qui eam servare possunt, reliquos autem non obligare. At puto ego, quantitatem tributi non esse materiam legi ferendæ idoneam. Diversæ sunt potestates in Principe, quæ leges fert, & quæ collectas imperat, & quanquam ex uno fonte summi imperii nascatur utra-

que, distinctæ tamen inter se sunt, & vel maximè objectis differunt, non quòd de collectis scribi leges prorsus non possint, sed quòd quantitas collectæ non queat, nisi sub parte quotà universaliter omnibus eodem modo imperari. Lex autem sine dubio universalis esse debet. Et differunt utique inter se Lex, & præceptum: Illa omnes obligat, hoc non omnes; Illa perpetua est, hoc verò temporale. Thom. Hurtado, *resolut. moral. tr. 3. c. 4. resol. 32.*

LXXVI. Præter id, quòd de impossibili diximus, hoc insuper notandum, actiones hominum internas propter se non subjacere imperio humano, sed tantùm propter externas, & quasi secundariò. Ratio est, quia imperium requirit materiam, cujus natura in imperantis notitiam cadat. Ex intentione ergò Legislatoris solùm illi actus interni, qui jam externis juncti sunt, & in eos quasi influunt, punibiles existunt. Quamquam per repercussum, ut loquitur Grotius, *de imp. summ. pot. circ. sac. c. 3. num. 1.* & quia aliqua actio ex imperantis prohibitione facta est illicita, etiam cogitando talem actionem, ut faciendam, eligere illicitum sit; non quia cogitationi Lex humana sit posita, sed quia nemo honestè potest velle facere id, quòd factu turpe est. Aliàs enim

cogitatio mali in apprehensione, speculativà mala illicò non est. Neq; mala est cogitatio casuum, & in his circumstantiarum vel fœdarum vel in actu fœdo naturalis alicujus boni, ut prudentiæ in Oeconomiam iniquà, dexteritatis in duello, nisi accesserit inclinatio ad objectum ex titillatione. Tunc enim id, quòd cogitatur, fit nostrum, & malitiam induit, Danhauer. *Theol. conscient. part. 2. dial. 5. p. m. 252.*

LXXVII. Diximus hætenus de sanctione, h. e. selectione materiæ habilis, & ejusdem dispositione, ut Lex esset. Sed etsi ita in consilio Principis, aut apud eum, qui τὸ κρείον tenet, conclusum sit, ut Lex esset, & condita etiam jam habeatur, nondum tamen ulla inde nascitur obligatio, nisi promulgetur, & subditis innotescat, Thom. Aquin. *1. 2. q. 90. art. 4.* Dom. Soto, *q. 1. a. 4. de J. & J. Paul. Laymann. Theol. moral. l. 1. tr. 4. c. 1. num. 3.* Hurtad. *tr. 4. c. 8. p. 10. 225. num. 791.* Gabriel. *lib. 6. tit. de LL. concl. 4.* Camill. Borell. *tom. 1. decis. 13. num. 22-23.* Mascard. *de statut. interpr. concl. 8. num. 44.* Zasius, *ad l. 2. num. 83. ff. de O. J.* Cum enim Lex debeat esse regula, & mensura actionum, secundum quam vivi oportet, utique nota iis sit necesse est, quibus præscribitur. Et ex hoc scilicet promulgatio essentiam Legis suo concursu com-

complere dicitur Thomæ, *d.l.* Si-
mul atque verò ea promulgata fue-
rit, scripto aut vivâ voce, ita ut ad
notitiam subditorum pervenerit, il-
licò inde nasci obligationem, nisi
Lex ipsa certum præstituerit tem-
pus, existimo. Vid. Menoch. *de A. J.*
Q. cas. 185. quanquam enim Lex ipsâ
sui promulgatione vim obligandi
habeat; actu tamen ipso illos tantum
sub peccato vel poenâ obligat, qui
eius notitiam acceperunt, vel acci-
pere culpâ suâ neglexerunt, Paul.
Layman. *d.l.c.2. num.1.* Fallunt igitur
& falluntur, qui præter sanctio-
nem, & promulgationem, ad essen-
tiam Legis tertium, hoc requirunt,
ut moribus utentium adprobetur,
ita scil. ut qui Legi inhæreere velit,
receptionem probare teneatur, Fe-
lin. *in c. treuga. num. 13. X. de treug.*
& *pac. Mascard. d.l. num. 43.* Didac.
Covarruv. *2. resol. 16. num. 6. vers.*
Quinto. Menoch. *l. 2. presump. 2.*
Aleman. *in palest. consult. 8. qv. 2.*
pag. 719. Græven, *ad Gail. 2. concl. 60.*
confid. 6. coron. 2. Cum enim lex quæ-
vis ab ipsius Legislatoris potestate
vim obligandi habeat, si-
mul atque sese in publicum ea per
promulgationem exeruerit, *can. in*
istis 4. dist. 4. l. 1. §. 9. C. de vet. jur.
enocl. Coler. de process. exec. l. 1. c. 3.
num. 7. non est, quod de observan-
tiâ solliciti simus, cum præsertim

hæc semper præsumatur, ita ut id
neganti probandi onus incumbat,
Paul. Laymann. *Theol. moral. l. 1. tr. 4.*
c. 3. Vincent. Honded. *p. 1. consult. 4.*
num. 90. 91. Schrader. *de feud. p. 10.*
sect. 20. num. 153. Scult. *q. 69. num. 150.*
Virgil. Pingizer. *qv. 44. n. 9. & q. 18.*
num. 36. Andr. Knichen, *de Saxom.*
non provoc. jur. verb. JUS. c. 3. n. 15.
Reinkingk, *de retract. q. 1. num. 31. 32.*
Et hæc præsumptio tanti est robo-
ris, ut qui contrarium probare velit,
necesse habeat docere, non solum
per multos annos eam observatam
non fuisse, sed etiam casum extitisse,
quo practicari potuerit, nec tamen
observatam, sed contrarium ejus
practicatum fuisse. Card. Tuschus,
concl. pract. 257. n. 35. tom. 5. Schra-
der. *d. l. Gail. 2. obs. 60. n. 3.* Gøeden.
conf. 7. n. 4. quia scil. lex nequaquam
per non usum, sed per contrarium
usum tollitur. Vid. Reinkingk. *d. l.*
num. 33.

LXXVIII. Speciale est, quod Ju-
stinianus in *novell. 152.* constituit, ut
nulla sanctio pragmatica, de publi-
cis causis concepta, robur habeat
prius, quam Præfecto Prætorio insi-
nuata, & ab eo probata fuerit; non
quod legis formam ab eo acceptura
sit, aut quod *et sic* aliquam *modo* *re-*
men Præfecto prætorio communi-
catam velit Imperator, sed quod il-
le materiam ipsam cujusque talis le-

gis examinare, & quousque ea statui publico conveniens sit, dispicere debeat, ut si minus apta visa fuerit, relatio de eâ ad Principem fiat, & ulteriori deliberationi subjiciatur. *Sancientes*, inquit, *ut quavis de cetero sacra forma pragmatica occasione causarum publicarum omninò insinuentur judicio excellentia tua, eoque pacto cum jussionibus excellentia tua mittantur in provinciam: ut quæ quidem sacra forma ad detrimentum Reip. facta non sunt, hæc suscipiantur, conjicianturque in præceptiones, & ab excellentiâ tuâ mittantur in provincias, quatenus certo fini tradantur. Quæ verò ad detrimentum Reip. per obreptionem sunt, hæc quidem sacras formas tua suscipiat excellentia, non tamen prius, quæ inibi sunt reposita, faciat, quàm ad nos relationem eâ de re pertulerit, quò magis, si quid (ut potest fieri) ad detrimentum factum est Reip. id corrigamus. Quæcumque enim sacra pragmatica forma publicarum causarum nomine facta throno excellentia tua insinuata non fuerit: banc nullo valere tempore volumus.* Hactenus Justinianus. Probè tamen observandum est, hanc constitutionem ad publicas tantùm causas restringi debere, in privatis causis nihil tale requiri, quia scilicet ex his tantum non est metuendum Reip. de-

trimentum. Utrum verò ejus interpretatio etiam ad causas Ecclesiasticas, & ad Episcopos, extendi debeat, uti facit Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. l. 2. cap. 11. num. 9.* ut scilicet non valeat lex Principis in causis Ecclesiasticis, nisi à summo Pontifice probata fuerit, haud frustrà dubitare licet, quandoquidem legum singularium nulla aliàs in jure admittitur extensio. Verùm ea res altioris est indaginis, quàm ut præsentis loco expediri queat.

LXXIX. Faciliùs admitto, quod idem Marca, *l. 2. c. 16. num. 5. seq.* de Legibus Ecclesiasticis statuit, parendi necessitate Christianos illis non teneri, donec usu fuerint receptæ. Etsi enim idem hoc etiam de Legibus Principum civilibus assertum velit, persuadere tamen id hactenus nobis non potuit, quòd nulla hic populo, nisi parendi gloria, relicta sit. Nec movet textus in *l. 32. §. 1. ff. de legibus*, ex quo adjumentum suæ opinionis accersivit Marca. Ut enim rectè observat Franzkius, *ad Digesta b. t. num. 100.* respexit Julianus Jctus ad tempora, quibus populus Romanus adhuc liber fuit, & quibus legis condendæ potestatem habuit. Ex quorum temporum usu Legis etiam definitio intelligenda est in *§. 4. Inst. de J. N. G. & C.* Cæterùm magna

magna est inter Leges civiles & Ecclesiasticas, quod causam efficientem obligationis attinet, differentia. Civilis enim lex idè obligat, quia ex summo imperio, quod cum potestate *αναγκαστη* conjunctum est, originem suam habet, quam non habet Lex Ecclesiastica, quatenus talis est, & quoad nullum accesserit imperium civile. Quicquid enim in rebus, ad disciplinam pertinentibus, statuunt Patres in concilio congregati, id statuunt per modum conventionis, quæ ipsa deinceps parit obligationem, uti quodvis aliud pactum. Unde non malè scribit Franc. à Victoria, *relect. 2. f. 1.* Concilium potestatem decernendi habere, non quia repræsentat totam Ecclesiam; nec ex commissione Christi facta immediatè vel toti Ecclesiæ, vel concilio, sed solum, quia est unio & congregatio ex potestatibus Ecclesiasticis. Qualiter igitur se habet Ecclesiastica potestas, si extra concilium consideres, talitèr se habebit Concilium ex pluribus ejusmodi potestatibus aggregatum, nisi quòd ex plurimum consensu fortior reddatur obligatio. Nulla autem unquam potestas Ecclesiastica, nudè & in se considerata, tali vi prædita est, ut cogere possit refractarios. Et ergò, ut observentur Canones in conciliis præscripti, non sufficit nuda.

promulgatio, quam sufficere dixi in Legibus civilibus, sed necesse insuper est, ut usu recipiantur à populo, quoniam ex parte illorum, qui Concilio interfuerunt, nudus sufficere videatur consensus.

XXC. Illud hic porrò disquiratur, utrum Lex merè civilis & positiva, postquam promulgata est, etiam in conscientia obliget? Obligare autem in conscientia est ita obligare, ut secundum dictamen rectæ rationis practicum aliquid sit faciendum, vel omittendum, ad eoque si contra quis agat, in ipso conscientia seu DEI foro reatum, committat, & pœnam, quæ crimen divinitus vindicetur, incurrat. Breviter: Quæritur, an transgressio Legis humanæ ad pœnam solum in foro exteriori, an verò simul ad culpam in interiori & conscientia foro obliget? Franciscus à Victoria *Relect. de potestate civili num. 20.* id universaliter & de omni lege asserere renuit. Legem enim naturæ jubere quidem Magistratui esse obtemperandum, non tamen velle, ut ulterius obtemperemus, quam ipse Magistratus sibi velit obtemperari. Quod si ergò Magistratus tantum, velit legibus suis quem obligare ad pœnam aliquam civilem, non plus etià exigat à Lege naturæ. Nos distinguimus leges, quibus actiones mo-

rales in se indifferentes prohibentur, vel jubentur, à legibus, quibus forma aliqua negociis civilibus præscribitur. Illæ enim, quia bono publico ac hominum moribus exigentibus conditæ sunt, & ipsas actiones morales licitas vel illicitas reddunt, obligant in conscientiâ, ita, ut qui sciens & volens adversus eas delinquit, reatum incurrat. Hæ verò, quia non exigunt propriè obedientiam, sed simpliciter ordinant, quid faciendum sit, dicentes & dirigentes potius, quàm præcipientes, culpam & reatum non inducunt, sed actum tantùm, si observatæ haud fuerint, reddunt nullum, aut aliam aliquam pœniam injungunt. Vid. Fernand. Vasqv. *l. 1. controv. c. 29.* Paul. Laymann. *Theol. moral. l. 1. tr. 4. cap. 14.* Dn. D. Struv. *syntagm. jurispr. tit. de Legib. num. 13.* Franzk. *2. resol. 5. n. 47. 49.* Th. Hurtado, *tr. 3. resol. 46.* Qvirin. Kubach, *cent. 1. dec. 3. q. 4.*

XXCI. De hoc tamen dubitare interim quis posset, num ad obligationem hanc in foro conscientiæ inducendam præcisè requiratur, ut Lex sit justa. Ita enim vult post alios Fr. Viçtoria, *Relect. 4. num. 18.* ubi ad hoc, ut justa sit, & dicatur, cum Thoma, *l. 2. q. 96. art. 4.* tria vult adesse, (1) potestatem in ferente, (2) finem, ut fiat propter bonum commune, (3) formam, ut secundum æqualita-

tem proportionis subditis onera imponat; & horum uno deficiente legem omnem injustam, & in conscientiæ foro planè non obligare pronunciat. Quam sententiam etsi totam falsitatis arguere non ausim, & vel eo saltem casu, quando contra jus divinū lex aliqua promulgatur, admittendam existimem, nolim tamen ego tribus illis requisitis ita inhærere, ut ex illis vel universis, vel singulis, rationem obligandi accersendam putem. Primum enim quod attinet, cum ne lex quidem sit, ubi potestas deficit in ferente, frustra de justitiâ vel injustitiâ Legis, deq; obligatione ejus disquiritur. Secundum verò necessarium non est, cum in herilibus imperiis primariò sibi consulant imperantes, subditorum verò commodū non nisi per accidens quærere teneantur. At talia imperia injusta non sunt; nec injustæ ergò erunt leges istis conformes. Per consequens, quando subdito non expedit obligari, hoc ipso obligatio non est nulla, ut vult Christophorus Hauldus, Jesuita Ingolstadiensis, *disp. de contract. art. 1. n. 7.* Tertium denique etsi injustitiam foveat, si contra agatur, non tamen idcirco omnè perdit vim obligandi, quin & hic jubet Natura superiorum legibus obtemperare; nec video, quomodo non teneantur in conscientiâ, qui etiam

etiam pravis jubentur obedire Principibus. Deniq; quis est, qui patienter onera fert, qui æqualitatem in se observatam agnoscit, qui legem, onera imponentem, non arguit & reprehendit, ut vel hujus intuitu difficile sit, conscientiam ex legis justitiâ & injustitiâ obligatam, & non obligatam dicere.

XXCII. Id tamen fortè aliquam habet difficultatem, quomodo, cum Principi contra jus naturale aliquid præcipienti non pareri debeat, in casu præfente obedientiam à subditis requirere possimus, cum tamen in eo vel maximè lædatur jus naturale, quando Princeps, v. g. inæqualliter prorsus onera imponit. Hic verò duo video concurrere præcepta juris naturalis; alterum: *Suum cuiq; tribue*; alterum: *Obedientiam præsta superiori*. Illud in materiâ subiectâ officium Principis concernit, hoc subditi. Illud autem si negligatur à Principe, num propterea hoc etiam negligi debet à subdito? Non arbitrator. Quia enim etiam iniquo Principi obediendum est, dum tamen obedientia hæc non cooperetur simul iniquitati & delicto, sed in nudis terminis passivis obedientiæ persistat, laudabile erit imò necessarium obedire. At ubi Princeps jusserit, e. g. interficere patrem, blasphemare DEUM, facere furtum &c. quia tale quid ipsa sui naturâ turpe est, &

sine delicto ex parte subditi perfici nequit, neq; jussum tale obligabit in conscientiâ, & per consequens non tenetur subditus obedire; cum è contrario in priore casu nullâ ex parte subditi versetur turpitudine aut injustitia, & injustum quidem sit nimium subdito imponere, non autem injustum, tale impositum ferre. Multa enim, quæ fieri non debent, facta tamen valent: & fieri potest, ut, quod nõ potuit sine peccato præcipi, possit tamè sine peccato præstari. Quod si verò lex injusta sit ex parte causæ materialis, si jubeat rem turpem, inhonestam, vel quovis modo illicitam, non obligatus est subditus ad obediendum, imò verò obligatus tùm est ad non obediendum. Conf. Robert. Sanderson. *de conscient. prælect. 5. n. 8. seq.*

XXCIII. Nec ergò inferre poteris, ex intentione Legislatoris legem ipsam illicò corrumpi, & vitiari, cū fieri utiqve possit, ut lex justa sit, etsi eam promulgando pessimâ intentionem habuerit Legislator. *Potest*, ut Augustinus ait, *ex libidine imperanti sine libidine obtèperari*. Quæ admodum etiam sententia justa esse potest, licet in pronuntiando iudex pravam habuerit intentionem, & animū favore aut odio corruptum. Intentio igitur Legislatoris ut maximè actionem ipsius operantis, dum condit legem, inficiat; non tamen

propterea etiam inficit effectum operantis, sive *δοτικήλομα*, h. e. legem conditam, dum tamen materia ejus non omnino sit injusta.

XXCIV. Cæterum, ut lex aliqua justa sit & dicatur, non id præcisè necessarium est, ut, quod imperatur, justum sit positivè, h. e. ut sit actus alicujus virtutis, sed sufficit, si sit justum negativè, i. e. non injustum vel turpe, quæ valia sunt indifferètia, quæ materiam legi substernunt aptissimam. Adiaphora namq; sunt, quæ nullâ divinâ lege, nec naturali, nec positivâ prohibita aut præcepta sunt, & libera sunt observationis. Ea Princeps præcipere vel prohibere pro re natâ potest, & tùm ponuntur in genere licitorum vel illicitorum. Antequam autem id fiat, justa idèò dicuntur, quia non sunt injusta, quia nullâ adhuc lege determinata sunt, ut faciendâ aut non faciendâ, quia fieri & non fieri sine obligatione possunt. Ex quibus patet, simpliciter & sine distinctione statuendû non esse, Leges humanas injustas non obligare.

XXCV. Ejusdem farinae est, quod voluntarij vi, rationem esse formam & quasi animam Legis, quâ si destituatur, omnem potius intercidere vim obligandi. Est enim verò hoc non de essentiâ, sed bonitate tantum legis, ut cum ratione sanciat. Nec necesse est tamen, ut de ratione eâ subdito constet, cum jubere, tanquã

emissa divinitus vo x, non disputare lex debeat. Et potest quandoq; Legislator rationem reddendo, auctoritatem suam ultrò imminutum ire: Subditus enim ferè semper rationè, quæ affertur, impugnabit, & eam si diluerit, vim omnem præcepto abstulisse videbitur, ut non malè apud Petr. Svavem, *hist. Concil. Trid. l. 6. loquitur* Ludovicus Beccatello, Archiepiscopus Ragusinus. Sed quid si de ratione legis constet, num, cessante eâ ratione, cessare quoque dicemus obligationem? Ponam exemplum. Prohibetur lege, ne quis arma ferat; ratio ejus est, ne sequantur homicidia & vulnera. Ego autem scio, nullum esse aut oriri propter me, & à me periculum, quæritur, annon arma ferre mihi liceat? Et respondet Fr. à Victoria, *relect. 3. n. 22.* cumq; eo multri, interdum rationem legis cessare in universali, ut si tempore belli prohibeantur arma ad Gallos deferri, & tùm tempore pacis legè non obligare; interdum cessare in particulari quoad aliquè, non quoad omnes absolute, ut in casuposito, & tùm legè non desineat obligare. Add. Franzk. *t. t. ac Leg. n. 75.* Thom. Hurtado, *tr. 3. resol. mor. c. 6. ref. 30. & ref. 42. n. 294.* Hanc distinctionem, quæ etiam Didaci Covarr. iâ est, *tom. 1. de testam. c. 10. n. 15.* pluribus argumentis impugnat Sigismundus Scaccia, *tr. de commerc. §. 1. q. 1. n. 511. & n. 521.* aliam substituit

magis accuratam, ni fallor, & solidam. Aut, inquit, Lex intendit removere non solum actum seu effectum, sed etiam illud, per quod potest ad illum actum deveniri, & sic Lex intentius agit, aut verò solum intendit disponere super actu. Priori casu non sufficit cessatio ipsius actus, seu effectus, ut cesseret Lex, sed requiritur cessatio illius, per quod deveniri potest ad illum actum, aliàs, si illud etiam non cesseret, non cessat Lex, & idcirco puniuntur alicubi deprehensi cum armis, etiamsi armis illis neminem offenderint, nec constet, quod vellent offendere, quia ex cessatione actus non cessat Lex, cessaret autem Lex, si cessaret ipsa potentia, & ideo, si ferès arma esset infans, vel esset illorum armorum venditor, in quibus præsumeretur cessatio potentia ad offendendum, cessaret Lex. Posteriori casu sufficit cessatio actus, licet non cessaverit potentia, quomodo cessat Lex, quæ ut emendetur frater, præcipit correctionem fraternam, si emendatio nulla speretur. Add. Albert. Bolognet. *de leg. jur. 5. 1. 1. c. 34. n. 23, 24. usq. ad fin.*

XXCVI. Circa subditos, qui legibus obedientiam præstant, Thomas Aquinas, 2. 2. quæst. 96. art. 5. aliquod observat discrimin. Sicut, inquit, Lex rationis sui duo habet, primò, quod sit regula humanorum actuum,

secundo, quod habeat vim coactivam, ita potest aliquis dupliciter esse legi subiectus, uno modo, sicut regulatum regula, & hoc modo omnes illi, qui subduntur potestati, subduntur legi, quam fert potestas; alio modo sicut coactum subditur cogenti, & hoc modo homines virtuosus & justus non subduntur legi, sed soli mali, &c. Quibus verbis legis vim coactivam & directivam, uti supra explicavi, innuere videtur, ut justus & virtuosus subiectus sint legi, quoad vim directivam, non coactivam. Aliàs dicitur, justos legem observare non ob pœnæ metum, ut impii & refractarii faciunt, sed amore virtutis, in quâ ex vi legis præipientis diriguntur, & non ad quam metu pœnæ compelluntur, addo ut in lege non sub lege esse dicantur. Aliud enim est, inquit Augustinus, tom. 8. in illud Psalmi 1. sed in lege domini, &c. esse in lege, aliud esse sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit, qui est sub lege, secundum legem agitur, h. e. movetur, cogitur, adigitur, compellitur ad legem observandam, ut servus. Sed fatendum hic est, oppidò paucos esse inter cives, qui solâ officii conscientia, patriæque & virtutis amore, ultrò legibus obtemperant, plerisque aliis tam pervicacibus, ut non nisi formidine pœnæ in ordinem redigantur.

XXCVII. Est verò etiam inter le-

ges pœnales aliqva differentia. Aliqva enim sunt purè pœnales, aliqva mixtæ. Illæ simplici ordinatione contentæ pœnam adjiciunt, nec quicquam jubent præcisè aut prohibent. E. g. Si quis Professorum scepra Academica capessere, & Rectoris munus recusaverit, tres aureos in fiscum solvito. Hæc lex purè pœnalis est, idè, quia pœnam quidem decernit recusanti, sed nihil specificè disponit, nec præcipit, ut suscipiatur id munus, nec prohibet, ne recusetur. Et ut maximè talis lex sub disjunctione concipiatur hoc modo: Electus aut Rectoratum suscipiat, aut tres aureos solvat, manet tamen adhuc lex ista merè pœnalis, cum præceptionem re ipsâ nullam contineat, nec obliget, nisi disjunctivè vel ad pœnam subeundam, vel ad imperata facienda, ita ut, licet legem violans non peccet, teneatur tamen pœnam sibi injunctam subire. Omnis enim lex purè pœnalis est disjunctiva, aut formaliter aut interpretativè. Qualitercunqve ergò talis lex concipiatur, & sive purè sive disjunctivè pœnam decernat, utrobique eadem est verborum vis, idem sensus, eadem ratio. Siquidem obligatio non cadit in rem primò, & per se prohibitam aut imperatam, sed in pœnam subeundam à non servante legem. Et talis lex pœnalis, nisi quid

aliud accesserit, non obligat ad culpam, nec ultra tenetur quavisquam eâ lege, præterquam ad pœnam. Quod si verò etiam hanc quis recusaverit, & neutram partem talis legis præstat, cum præstare alterutram necessariò debeat, dubium non est, obligari talem etiam ad culpam.

XXCVIII. Leges mixtæ sunt, quæ præcipiunt & puniunt simul. Quando enim præcipitur actus aliquis, & ob ejus omissionem imponitur pœna, reverà obligat talis lex in conscientia ad faciendum aut præstandum ejusmodi actum, atqve ad subeundam pœnam, sicubi actus ille ommissus fuerit. Adjectio igitur pœnæ non destruit rationem præcepti, nec arbitrio subditi relinquit, utrum præcepto isti parere velit, an minus, sed urget, confirmat & roborat illud, imò & indicat, subesse culpam, si obedientia non præstetur. Breviter: Pœna idè additur, ut metu ejo præceptum sanctius & diligentius observetur. Nec ergò satisfacit legi nec conscientia suæ, qui pœnam sustinet, nisi & illud fecerit, quod lege imperatur. Exempli gratia: Lex posita est intemperantiæ, ut si quis ingurgitaverit in se merum, & vino se obruerit, decem solvat. An putabimus, ad pœnam tantum obligatum esse subditum, & hinc strenuè heluari posse, si decem ista solvat? Imò verò

verò præcipua præcepti ratio est, ut intra temperantiæ fines unusquisque consistat, & ebrietatem cane pejus & angve vitet. Vid. Didac. Covarruv. *ad c. peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. §. 5. n. 2. 3.* Jos. Gibalin. *de censur. disp. 2. q. 1. n. 6. seq.* Robért. Sanderon. *de conscient. prælect. 8. num. 11. seqq.*

XXCIX. Dicendum est ultimo loco de abrogatione legis, quæ fit vel expressâ Principis voluntate, vel tacitâ, per consuetudinem contrariam. Quod priorem modum attinet, dubium non est, nullam legem humanam tam firmam esse, tantamque vim obligandi habere; quin Legislator aut ejus Successor, qui æqualem aut eandem potius cum ipso auctoritatem habet, eam penitus tollere & abrogare possit, sive prohibendo, ne posthac Lex ista observetur, sive aliam novam priori contrariam legem proponendo. Tamen si enim Legislator legem justâ, & communi bono utilem, absque justâ causâ rescindens aut reñgens, graviter fortasse peccet, ipsam tamen legis abrogationem validam esse, & legem ita abrogatam omnino obligandi virtute destitui, nemo est, qui negat. Quia enim quælibet res eodem modo dissolvitur, quibus ab initio constituta est, *l. 80. ff. de fo-*

legislatoris obligare lex ab initio incepit, sequitur, per contrariam ejus voluntatem omnem obligandi vim extingvi, atque sic legem tamdiu & non diutius legem esse, quam Legislator aut ejus Successor eam pro lege haberi volunt. Nec verò in potestate Legislatoris est, successoris sui voluntatem ita coercere, ut in arbitrio ejus non sit, legem à se promulgatam utrum mutare, an perpetuam esse velit; cum utique Successor ille non à personâ antecessoris sui, sed ab ipso officio, in quo illi succedit, ferendi leges auctoritatem habeat. Cæterim expediatne leges mutare, aut quando expediat, politicæ disquisitionis est. Ab Ulpiano in genere hoc discimus, in rebus novis constituendis evidentem esse utilitatem debere, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est, *l. 2. ff. de constitut. Princip.*

XC. Tacito Principis consensu abrogatur lex per consuetudinem. Rectissime enim etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per consuetudinem abrogentur, *l. 32. ff. de leg.* Consuetudinem hic accipiunt nonnulli non privativè, quatenus significat non usum, sed quatenus continet implicitam consuetudinem contrariam. At Franciscus Conanus, *lib. 1. comm. c. 10. n. 9.*
sim-

simplicem non usum sufficere, ait, factis opus non esse. Sed hoc casu nō tam abrogatur, quā negligitur aut antiquatur Lex scripta. At si contraria accesserint facta, majus in illis ad abrogandum legem inesse robur, ipsa rei natura dicitur. Neutro tamen casu ita succumbit lex, ut revocari in usum à Legislatore non possit, neque ita mortua est, ut suscitari aliquando non queat. Interim verò, si continuata fuerint facta ista contraria, censetur Legislator, cujus erat legem tueri, facta ista non nolle, & patiendo suam tacite legem abrogare. Et hoc est, quod vulgò disputatur ad *l. 2. C. quæ sit longa consv.* qui textus contrariæ opinioni favere videtur. Sed bene observat Franciscus Duarenus, *ad tit. de legib. c. 12.* hoc tantum illic dici, consuetudinem majoris autoritatis non esse, quā legem, imitari enim legem, & legis vim habere. Quapropter, quod per eam abrogetur lex, id non habet ex præcisâ ratione consuetudinis, sed habet ex eo, quod sit posterior lege, legi contrariâ, & tacito Principis consensu approbata. Perinde ut lex posterior priorem tollit, quæ tamen & ipsa fortioris obligationis, quā prior dici nequit. *Conf. Franzk. tit. de legib. n. 129. seq. & exors. 1. q. 2. est. 9.*

XCI. De præscriptione contra jus

commune, quatenus ea locum inveniat, superest, ut videamus. Et extat in hanc rem Bonifacii VIII. Constitutio, *c. 1. de præscript. in 6.* quæ præter bonam fidem etiam titulus exigitur, si præscriptio aliqua longi temporis allegetur, aut si titulus deficiat, non alia admittitur præscriptio, quæ quæ est immemorialis. Eam sententiam latius exponunt Augustinus Barbosa, *ad b. r. Didacus Covarruvias, lib. 1. resol. 17. n. 7.* Anton Capyc. *decis. 209. n. 17.* Guilhelm. Cassador. *decis. 2. de probat. n. ult.* Joh. Moheidan, *decis. 10.* Ratio est, quia ex tanto tempore præsumitur legitimus titulus, ut propterea edere eum talis possessor non teneatur. Joh. Bapt. Vivian. *ad d. c. 1.* Quod enim immemoriali tempore possessum est, præsumitur ab autoribus ejus justè & legitimè & rectè possessum, & præsumptio hæc dicitur esse juris & de jure, aded ut non recipiat probationem in contrarium. Joh. Garfias, *de expens. cap. 9. n. 17. seqq.* Joh. Gutierrez, *pract. quæ est. lib. 3. q. 17. n. 142.* Ne tamen quis decipiatur, & promiscuè de jure communi obstante sententiam ferat, optimè distingvit Didacus Covarruvias, *d. l.* quod aliud sit, jus aliquod possidere jure communi resistente, ac prohibente hanc quæsi possessionem, vehementi verante edicto, aliud jus

jus aliquod quasi possidere adversus
 quendam præsumptionem juris,
 quod non vetat ejusdem juris quasi
 possessionem, nec vehementer ei
 resistit. Hujus ultimæ speciei exem-
 plum ponit in jure servitutis, quod
 quis habet in alterius fundo, idque
 ait non esse contra jus commune,
 sed tantum contra quendam præ-
 sumptionem naturalis libertatis,
 nec propterea titulum necessarium
 esse dicit in præscribendis servitu-
 tibus, *l. 10. ff. si serv. vind.* diver-
 sum verò obtinere in priorè ca-
 su, quo jus commune fortiter resi-
 stit præscribenti.

tionem præcepti, nec licentiam tri-
 buar non parendi. Quid, verò si quis
 sine privilegio, aut datâ potestate, ex
 ædibus suis diversorium fecerit, &
 jus hospitandi per annos quadra-
 ginta vel quinquaginta exercuerit,
 num eum præscriptione tutum
 dicemus? Imò verò ex ante dictis
 patet, contra jus hoc commune ta-
 lem præscriptionem non sufficere,
 nisi titulo justo & legitimo valla-
 ta fuerit. Proinde non aliter sine
 titulo adversus ordinationem pro-
 vincialem præscriptio valebit, nisi
 per immemoriam annorum con-
 tinuationem in exercitio actus quis
 fuerit.

XCII. Hinc aded quæsitum me-
 mini, quousque & quatenus valeret
 præscriptio adversus Ordinationem
 provincialem Saxoniam, si quid in
 eâ prohibitum esset. De jure ho-
 spirandi, & diversorii in eam rem
 instruendis, hæc in eâ leguntur ver-
 ba, *sub tit. brauen/schencken/22.* Da
 sich aber jemand unterstünde neue
 Schenkstädte und Kresschmar/Aus-
 spannen/ und Gastungen, da vor al-
 tern keine gewesen auffzurichten/ der
 soll uns ein hundert Gulden zur Straff
 verfallen seyn. Constitutio hæc re-
 ferri debet inter leges mixtas, qua-
 rum supra fecimus mentionem,
 dum præcipit simul & punit, & ita
 quidem, ut poena non destruat ra-

XCIII. In hunc sensum respon-
 derunt Domini Lipsienses ex Scabi
 natu ad requisitionem Hansen
 Schulzens zu Häckendorff/ mens.
 Decembri anno 1675. Ob Ihr nun
 wohl anführen wollet/ daß Ihr über
 vierzig Jahr in possessione der Hat-
 tung der Wirthschafft und Ausspan-
 nens auff euren Gute gewesen/ dabo-
 ro Kläger euch solches nicht verwehren
 könten/zumahlen da Ihre Gast-Hö-
 fe mit einem jure prohibendi ab-
 sonderlich nicht privilegirt. Die-
 weil aber dennoch so wohl in der Lan-
 des = Ordnung de anno 1555. als
 der N. Erled. der Landes = Gebre-
 chen ausdrücklich verordnet/ daß
 die

die Bäuern / und andere auf den Dörffern / sich dergleichen Bürgerlichen Nahrung / und des neuen Ausspannens und Gastung / da vor alters keines gewesen / sich gänzlich enthalten sollen / woraus Kläger ein jus prohibendi allerdings vor sich anzuführen / hingegen die von euch angezogene possessio darwieder wenig zu attendiren , weil wider die Landes-Ordnung keine andere praescription, als immemorialis stat findet / nach mehren Inhalt eurer Frage / so bleibt es auch bey dem angezogenen praecipto billich / V. N. W.

XCIV. Simile responsum dederunt Wittebergenses Henrich Schreyen / Amman zu Wolfenstein / und Elisabeth Fraulobin zu Wurzen mens. August. 1678. Haben die Besitzer der beyden Gasthöfe zu Wurzen zum güldnen Löwen und Adler wieder Friedrich Erhard Schmitzen / so vor dem Thore daselbst öffentliche Gastung hält / Klage erhoben / und Ihme dadurch solche Gasthaltung verwehren wollen / worwider er / daß Kläger kein privilegium vorzuweisen / noch daher so das jus prohibendi hätten / er auch vor 40. 50. und mehr Jahren öffentliche Gastung gehalten vorgeschätzt / 2^e. Wenn nun gleich Beklagter dergestalt eine possessio vel quasi vor sich anführet / die er und seine Vorfahren über 50. Jahr continuirt , und

nicht geklagt werden kan / daß / als diese Brandstiehe zu feilen Kauff öffentlich ausgeruffen worden / darüber auch des juris hospitandi Erteilung geschehen / über dieses Ihr kein privilegium und jus prohibendi vorzuzeigen habt. Dennoch aber und die weil eure zwey Gasthöfe euren Berichte nach von etlichen hundert Jahren her die Gerechtigkeit gehabt / und dieselbe hievor entweder durch ein privilegium , oder durch eine rechtmäßige Gewohnheit erlanget / und aus solcher Gerechtigkeit euch ein jus prohibendi erwachsen / welches auch in der Landes-Ordnung de anno 1555. bestätigt worden / indeme darinnen ausdrücklich enthalten / daß sich niemand neue Gastungen / da vor alters keine gewesen aufzurichten unterstehen solle / und daher so wohl Beklagter / als seine Vorfahren / in mala fide sich befinden / gestalt dem schon anno 1602. / in gleichen 1612. und 1636. deswegen inhibitiones an die Besitzer ergangen / woraus denn ferner folget / das die von Beklagten vorgeschätzte / und über 50. Jahr continuirte possession Ihme wenig zu statten kommen kan / in Erwägung / daß wider die Landes-Ordnung keine andere praescription, als immemorialis zu recht beständig / und endlich die subhastation, so von den Gerichten / als tertius geschehen / euch zu keinem Nachtheil gereichen mag / so ersehen ist

scheinet dannenhero so viel / daß ungewis-
 achset Ihr kein privilegium vorzuzer-
 gen habt / dennoch in dem jure prohi-
 bendi wider Erhard Schnickens Gast-
 haltung ir of fundiret / er auch solche
 abzustellen schuldig / D. N. W.

CAPUT VI,

De

Interpretatione Legum,

SUMMARIA.

- Leges non possunt omnes casus comprehendere. 1.*
Ideoq; constituuntur de iis, quæ facti et contingunt. 2.
Leges in duobus maximè deficere solent. 3.
Ideoq; interpretatione opus est. 3.
Est triplex est, authentica, usualis & doctrinalis. 4.
Additur quarta, quæ fit à judice in sententiâ. 4.
Hæc judicis interpretatio extra causam, de quâ pronunciat, non egreditur. 5.
Doctrinalis interpretatio fit à JCræ, & probabilem præstat auctoritatem. 6.
Quorundam interpretatio hæc admittatur, si Princeps interpretationem Legis prohibeat. 7.
Doctores decedentes præferuntur consulentibus. 8.
Judex quatenus sequi debeat sententiâ à JCræ collegio petitam. 8.
Usualis interpretatio ex consuetudine suam habet auctoritatem. 9.
Authentica interpretatio est solius Principis. 10.
Propter obscuritatem verborum quæcumq; ad Principem illud recurrentium non est. 12.
Exemplum de literis investitura in feudo. 12.
De duritie Legum, & quid judici circa eam liceat? 13.
Æquitas ut observanda. 13.
Præferendus tamen est rigor, si de voluntate Principis certò constet. 14.
Æquitas duplex est, intrinseca & extrinseca. Illa à judice, hæc à Principe expectanda est. 15.
Sententiâ Principis, inter partes litigantes data, an vim legis habeat? 16.

I,

Post latam legem hoc in primis a-
 gendum est Legislatori, ut perpetua
 ea sustineatur observantia; Subdi-
 to, ut jussioni pareat, & Principis
 voluntati debitam præstet obedi-
 entiam. Nec enim utilis esse potest
 Lex, quæ brevi servata, dein frustra
 habetur, quæque acribus initiis, in-
 curioso fine subditorum exquirat
 fidem, & nil nisi memoriam sui

post se relinquit. Ut verò con-
 formis sit voluntati Principis obe-
 dientia subditorum, necesse est, ut
 de sensu Legis convenienter inter se,
 neq; ille mandando, hi obediendo a-
 liud & diversum quid intendant. Est
 enim verò inter qualitates, jussionem
 determinantes, hæc non postrema,
 ut manifestis & perspicuis verbis ea
 promulgetur, utq; ipsa sui exhibi-
 one intellectum legentis vel audi-

entis de se certum reddat. Et poterit quidem ex intentione proponentis ita esse composita, ut conceptum ejus plenè contineat, & perspicua ipsi satis appareat. At verò, cum tota hæc nostra vita, cui benè & laudabiliter, aut saltem feliciter disponendæ omnis ea cura impenditur, ferè ex contingentibus constat, ista autem tam varia, tamq̃ve multiplicia sint, ut pro infinitis habeantur, & intellectus humanus aut sua sensâ declarando, aut declarata percipiendo, quàm sæpissimè à primâ intentione aberret, facilè hinc colligere licet, non esse in Legislatoris potestate, aut omnes casus, qui diversissimi aliquando emergere possunt, unâ suâ sanctione comprehendere, aut legem à se scriptam ita proponere, ut non identidem aliquod suboriat dubium.

II. Duo aliàs cum Aristotele, *l. 1. Rhetor. c. 13.* numerantur Legum defectus sive peccata, quibus emendationem adhibere oportet, atq̃ve horum alterum volentibus Legumlatoribus contingit, alterum invitis. Volentibus iis contingit peccare legem, quando generatim aliquid discernitur, cum impossibile sit omnes factorum species enumerare, & particulares quasq̃ve circumstantias uno conceptu comprehendere. Imò verò, quia tanta est varietas, non

quoad species tantum, sed etiam & multò quidem magis, quoad gradus, tum officiorum virtutis, tum operum peccati, ut si de singulis cavere aut præcipere Legislatores curarent, ipsa legum multitudo gravamen esset, Reip. non ferendum. Robert. Sanderson. *de conscient. prælect. 9. n. 7.* Exhinc consultò jura constituuntur, imò constitui oportet in his, quæ ἄν τὸ πλεῖστον accidunt, *l. 3. cum seq. ff. de LL.* neque in singulas personas, sed generaliter, *l. 8. eod.* Invitis verò Legislatoribus peccat lex, quando aliquid constituentes effugit, ut propterea imprudentes omitant, quod tamen exprimere maximè fuisset necessarium. Vid. Franc. Valens, *de concord. jur. Pontif. cum Cas. tit. de constitut. q. 2. sect. 3.* Fr. Connan. *l. 1. c. 11. n. 2.* Alb. Bolognet. *de Leg. jur. §. 29. c. 29.* Quò pertinet etiam ambiguitas & obscuritas verborum, quibus Lex proponitur, quibusque ita nonnunquam involvitur, ut certum & perspicuum sensum exhibere nequeat, & intentionem proponentis admodum dubiam reddat.

III. Cum itaque neque Leges, neque Senatûs Consulta, ita scribi possint, ut omnes casus, qui quandoq̃ve incidunt, comprehendantur, *l. 10. l. 12. ff. de Legibus*, in iis etiam, qui comprehensî sunt, plurimæ sese haud

haud rarò exferant difficultates, idèò de his, quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis certius est statuendum, *l. 11. ff. de LL.* Neque verò potest aliter Lex lata executioni dari, nisi ad factum aut speciem applicetur, cum præcipua ejus virtus in inductione consistat. At quomodo applicari poterit lex ambigua, lex obscura, lex nimium concisa, nisi singulis verbis congruens aptetur interpretatio, *l. 20. §. ff. de hered. petit.* Nimirum in omni dispositione mens disponentis inspicitur, quæ tanquam regina primum locum obtinet, & in omnibus dominatur, *arg. l. 19. pr. ff. de cond. & demonstr.* Mens ista ex verbis primum colligitur, cum nemo præsumatur dixisse, quod prius mente non cogitaverit, *l. 7. §. 2. ff. de supell. leg.* & per consequens, si verba nec propriè nec impropriè deserviunt intentioni, dispositio nullius est momenti, qui enim aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult: neque id, quod vult, quia id non loquitur, *l. 3. de reb. dub. Francisc. Duaren. de hered. instit. c. 3. f. 338.* Fr. Card. Mantic. *Vatican. Lucubr. l. 1. t. 17. n. 30. seq.* Quod si verò verba necumque mentem disponentis explicent, etsi dubiè, aut sub quodam involucre, iuvanda sunt ea comme-

dà aliquà interpretatione vel iudicis, vel ipsius Principis.

IV. Ut verò de interpretationis causâ efficiente clariùs constet, notandum est, triplicem ab Doctoribus constitui interpretationem, authenticam, usualem & doctrinalem. Johannes Baptista Leonellus addit quartam, nempe, quæ fit ab iudice in sententiando, *tract. de subrept. rescript. q. 4. a. 23.* quæ scilicet jura applicat, & quasi per exempla interpretatur. Ita fraudis interpretatio dicitur, *l. 79. de R. J. doli mali interpretatio, l. 61. §. 6. ff. de furt. bonæ fidei interpretatio, l. 58. de pact.* id est, quis fraudem, quis dolum admisisse dici, iudicariq; juris iudicisq; interpretatione possit, & è contrario, quis bonam fidem gerere. Jacob. Gothofred. *ad l. 79. ff. de R. J.* quæquam ista talia, si in actu signato considerentur, & citra applicationem thesæos ad hypothèsin, quæ cum aliquà potestate conjuncta est, dijudicare possit quivis alius, morum interpres.

V. Iudicis hæc interpretatio, quæ per sententiã fieri solet, etsi jus faciat inter partes litigantes, extra eas tamen neminem prorsus obligat, atque sic jus planè particulare constituit, ut maximè lex ipsa, quam interpretatur, universalis sit, & obligationem inducat singulorum civi-

um. Judex enim haud aliis suo interpretamento præjudicat, quàm quibus judex datus est, *l. 63. ff. de re jud. tot. tit. C. quib. res judic. non noc.* Ar. Pinell. *de bon. mat. fol. 283. seqq.* Sig. Scaccia, *de sent. & re jud. glos. 14. q. 2. & q. 12.* Fernand. Vasq. *lib. 5. controv. c. 23. n. 13. seqq.* Nicol. Valla, *de rob. dub. c. 10.* Joh. Petr. Surdus, *de cif. 256.* nec facit, ut alii judices eum sequi in judicando teneantur, cum non exemplis, sed legibus sit judicandum, *l. 13. C. de sentent. & interloc. Menoch. conf. 996. num. 27.* Sed nec ipsum, qui interpretatus est, ita adstringit sententia, ut ei non liceat ab illa expositione recedere in alio judicio, si, ut sæpè contingit, priorem suam interpretationem aliquo defectu laborare post solertiore ingenii acumine deprehendat. Est enim & juris scientiæ proprium, & à gravitate judicis non abhorrens, in eo præscripto non immorari, quod aliquà tuâ novâ accuratatione falsum esse compereris. Petr. Costal. *in parerg. pag. 21.* Aliter se longè habet interpretatio Principis, quæ generalis est, & perpetua, atque ad omnes porrigitur, quos lex ipsa habebat obligatos, imò verò talis interpretatio legis ipsius pars est, & ut lex ab omnibus observari debet, à quâ nec judex quidem in judicando recedere potest, uti infra plenius

dicam. Cavendum autem insuper est quandoque, ne nimis creduli simus in lectione sententiarum à Doctoribus in decisionibus suis allegatarum. Audivisse enim se refert Goldastus, *in replicat. pro Imperio cap. 11. pag. 105.* à Gilkenio, in gravissimâ causâ coram Consistorio Principis agitâ, prolatam fuisse decisionem Camerae ex Gilmanno. Tùm verò de Consilii sententiâ cum perscriptum fuisset ad judicem Camerae, ut originalia inspiciendi copia daretur, in iis planè diversam & contrariam sententiam fuisse compertam; & Gilmannum manifesti falsi convictum. Memini & ego, in summo harum terrarum judicio provocatum fuisse à litigante ad sententiam, à B. Carpzovio *in Responsis* adductam, sed cum acta ipsa, olim agitata, evolverentur, nullibi eam apparuisse. Verùm id condonandum fuit auctori, summè de jurisprudentiâ merito, cum sæpè incidenter in judicio isto de controversiâ aliquâ disquiratur, nec tamen ejus decisio in sententiam veniat. Sed & in tantâ rerum judicatarum copiâ facilè potuit obrepere error aliquis, quem nec prudentissimus & oculatissimus declinare semper potest.

VI. Doctrinalis interpretatio fit à JCtis, qui propter hanc ipsam interpretandi artem modestiæ causâ
Juris

Juris studiosi appellari amabant, *l. 1. ff. de offic. Asses. l. 9. §. 4. ff. de pœn. l. 4. ff. de extraord. cogn.* Marc. Lydama, *1. membr. 14.* ita ut nomen istud commune esset tam Præceptorum, quàm discipulorum & auditorum juris, Arnold. Vinn. *ad §. 8. f. de f. N. G. & C.* Etsi autem Doctorum ista interpretatio nullam ex se inducat obligationem, neq; Legis, quam interpretatur, virtutes induat, æquitate tamen & necessitate, propter generalitatem Legum, commendabilem se passim & ubiqve ostendit. Jacob. Gothofred. *in Histor. jur. c. 2. num. 6.* Et ubi talis aliqua in foro agitata & recepta olim fuisset, etiam partem constituere juris, non quidem propter interpretationem, sed propter receptionem, quo respectu jus sine scripto introductum dicitur Pomponio, *l. 2. §. 5. & 12. ff. de O. f.* ita tamen, ut ad jus scriptum referretur, *l. 6. §. 1. ff. de V. S.* Hodie eorum, quæ Jcti respondent, probabilis, non necessaria est autoritas, quanquam à communi opinione in judicando temerè recedendum non sit. Vid. Sigism. Scaccia, *de sent. & re jud. glo. 14. qv. 24.* Hunn. *super jus Canon. disp. 8. n. 147. seq.* Osvald. Hillig. *in Donell. enucl. l. 26. c. 2. pag. m. 1395.*

VII. Quousque licita sit ista Doctorum interpretatio, ex eo dubium

reddi potest, quod prohibere sæpè soleant Principes ejusmodi interpretationes, quibus leges suæ labefactari queant. Et hæc quidem rectè interdiciuntur. Sed quia leges sunt proprium objectum, circa quod versatur Jctus, non potest illi omnis omninò interpretatio prohiberi, cum utiqve ejus sit, sancita Principum per causas explicare, & legem justo commentario illustrare, ita tamen, ut commentarius ipse conformis sit legi, & ei accommodatus, nec ab eâ in diversa alia omnia recedat. Optimè Johannes Salas, & Emanuel Sà, quos refert Rogerus Widrington, *de juram. fidel. cap. 10.* Posunt *Doctores non quidem interpretatione necessariâ, publicâ aut juridicâ, sed privatâ & non obligantē leges omnes interpretari, etiamsi Princeps dicat: nemini liceat banc nostram paginam aliter interpretari. Nam tunc solum prohibet interpretationes frivolas, & quæ planè sunt contra mentem ipsius, &c.* Et hoc scilicet est officium Jcti, quando verba legis non sunt usque adeò clara, ut excludant omnem interpretationem ex bono & æquo, neque usque adeò obscura, quia mens Legislatoris ex antecedentibus & consequentibus elici possit, ut tùm verba legis ad sententiam interpretando accommodet, *l. 12. seq. ff. de Legib.*

VIII. C.

VIII. Caterùm triplicem hanc faciunt Doctorum interpretationem, Declarativam, Extensivam, & Restrictivam, de quibus, cùm ad institutum nostrum nihil faciant, consuli potest ante omnes accuratissimus Franzkius, *ad tit. de LL. n. 12. & multis seq.* Add. Arn. Vinnius, *select. quest. 2. lib. 1.* Illud addo, magis credi Doctoribus decidentibus & tractantibus, quàm consulentibus. Hartm. Pistor. *p. 3. q. 20. num. 25.* & etiam unius Doctoris, etiam sine Lege, saltem cum ratione, maximè naturali, loquentis, decisionem in terminis plurimum valere. Bernhard. Greven, *ad Gail. in proem. num. 117. seq.* præsertim cum ætate nostrà non credatur legibus & rationibus, sed solum decisionibus. Andr. Knichen, *de Sax. non prov. jur. verb. JUS c. 5. num. 99.* Jacob. Alemann, *consult. 8. q. 2. p. m. 724.* Muscul. *de success. cl. 1. num. 194.* Nec tamen tanta esse debet Doctoris decidentis fides, ut judicem illicò in partes suas rapiat, & sententiam extorqueat, cùm fieri possit, ut integra Jctorum Collegia super iisdem actis diversissima, & planè contraria edant responsa. Ventur. de Valent. *in Parthen. litig. l. 1. c. 11. num. 9.* Alemann. *consult. 9. p. 971. 972.* Et igitur cautus sit judex, etiam tùm, ubi ab integro aliquo Collegio responsum petiit, ne, si

responsum illud secutus malè judicet, de syndicatu teneatur, id enim fieri aliquando posse, ostendit Hartmann. Pistor. *Obs. 149.* non obstante, quod non Judicis, sed sapientum nomine publicata sententia fuerit, cùm & hoc modo transeat ea in rem judicatam, Anton. Thesaur. *decis. 25.* & judex si sciverit, eam injustam esse, ad interesse & litis discrimen teneatur. Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 59. num. 5.* Sigm. Scaccia, *de sentent. gloss. 13. num. 40. 41.* Sebast. Vant. *de nullit. tit. de null. ex def. juris d. num. 152.* Secus, si bonà fide consilium tale secutus fuerit. Vid. Franzk. *exerc. 12. q. 10.* Hartm. Pistor. *obs. 149.* Prosp. Farinac. *q. 111. n. 464. seq.* Oldekop. *tit. 1. cautel. crim. 8.*

IX. Usualis interpretatio fit à consuetudine, & ipso usu judicati, quà ratione recepta quondam fuisse aliqua Jctorum responsa, dixi supra, ita scilicet ut jus facerent, & apud eos, quibus recepta erant, pro lege haberentur, *l. 2. §. 5. ff. de O. 3.* Consuetudo enim est optima legum interpretres, *l. 37. ff. de LL. l. 34. l. 114. ff. de R. 3.* & observantia subsequuta interpretatur legem anteriorem. Paurmeist. *de jurisdict. l. 2. c. 6. num. 119.* Scheffer. *3. q. 45. n. 8. 9. 10.* Alemann. *consult. 8. q. 2. p. 717. 718.* dum tamen actus semper fuerint & continuè uniformes; difformes enim non faciunt

ciunt consuetudinem, sed recurrendum tunc potius erit, cæteris paribus, ad literam scriptam, Marefcott. 2. *resol. 100. n. 5.* Berlich. *decif. 74. n. 1. 2. 3. 7.* & c. neq; etiam duæ consimiles sententiæ in eodem genere litis illicò faciunt consuetudinem. Arumæus, *in pandect. disp. 1. n. 11.* Andr. Knichen, *de Vestit. pact. p. 1. c. 1. n. 84. 85. 103. 104.* Nicol. Valla, *de reb. dub. tr. 1. n. 4. § 6.* Arnold. Vinn. *in §. 9. 7. de J. N. G. & C. n. 4.* quanquam, ubi plures fuerint, difficile sit iudici ab illis recedere. *Qy. rin. Kubach. cent. 1. dec. 7. q. 1.* propterea sc. quia consuetudinem probant, *134. ff. de LL. quæ in loco, ubi viget, speciem juris constituit.* Andr. Rauchbar. *p. 1. q. 36.*

X. Sed de usuali & doctrinali interpretatione plura dicere nunc nihil attinet, & quæ hætenus dicta sunt, veluti per saturaam hic collegisse sufficiat. Tempus est, ut de Authenticâ videamus, quæ propriè huius est loci, quippe quæ inter iura Majestatis refertur, & ex potestate legislatoriâ immediatè fluit, imò partem ejus constituit. Si enim leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet. Et quis legum ænigmata solvere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli Legislatorem esse concessum est, *1. 12. C. de LL.* Tam

Conditor igitur, quàm interpres Legum, solus Princeps justè existimabitur, & potissimum tum, quando verba Legis ita obscura sunt, ut aut omninò voluntas Legislatoris percipi nequeat, aut admodum dubia & indefinita sit, *l. 6. C. eod.* Quod si etiam ratio Legis penetrari nequeat, ita ut nesciatur, quid Legislator senserit, aut nùm casum præsentem lege comprehensum velit, ad quem potius recurrendum erit, quàm ad ipsum Legislatorem, ut is voluntatem suam manifestius exponat? Et hoc est, quod dicit Imperator, Legis interpretationem culmini tantum principali competere, cum promulgandæ quoq; Legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia, *Novell. 143. in pr.* Idq; multò magis locum habet, quando agitur de interpretatione juris publici noviter introducti. Quâ ratione justè declinavit controversiam, quæ ex instrumento pacis nata fuerat, Tribunal Regium, apud Mev. *l. 1. decif. 67.*

XI. Breviter: Authenticâ Principis interpretatione opus esse videtur tunc præcipuè, quando de sententiâ Legis non satis constat, propterea sc. quòd vel dubia sint verba, vel obscura aut perplexa. Ponamus verò, dubia quidem esse verba, sed talem tamen eorum esse ambiguitatem, quæ non tollat certitudinem

sententiæ: neque prorsus impediatur, quò minus ad voluntatem & sensum Legislatoris aliquibus vestigiis perveniri possit, an & tum quoque Principis interpretatio erit requirenda? Imò verò, quid opus est, ut requiratur, cum de voluntate ejus jam satis constet? Iniquè agit, qui, cum de sententiâ certus sit, verba captat, & aliorum inflectit. Ad hoc enim verba sunt inventa, ut menti & rebus proferendis inserviant, non ut mens & res ipsis subjiciantur, & accommodentur, *l. 2. in fin. ibi Dd. & gl. C. commun. de legat.* Qui ergò, falsis verbis legis, sententiam ejus circumvenit, in fraudem legis fecisse dicitur, *l. 29. l. 30. ff. de LL.* Add. Alciat. *1. magis. c. 7.* Nec dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra Legis nititur voluntatem: neque pœnas infertis legibus evitabit, qui se contra juris sententiam solâ prerogativâ verborum fraudulenter excusat, *l. 5. C. de LL.* Sanè & imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc concesserimus, ut ad verba nobis obediunt, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent, ut bene docet Cicero, *orat. pro A. Caccinâ.* Add. Alb. Bolognet. *de leg. jur. § 29. c. 34. n. 4. 5.*

XII. Ita in materiâ feudali literæ investituræ & verba, earum genera-

lia pro substratâ materiâ accipi & explicari debent; quâ ratione ad successione non illicò admittendæ sunt Sorores cum fratribus, ut maxime investitura facta fuerit vor seine Erben und Nachkommen. Sic enim responderunt Domini ad requisitionem Cunrad Sigonii, mens. Februar. 1639. Hat einer vom Adel im Fürstenthumb GroßGlogau zwey Landgüter/ Borske und Sabor/ in Besit/, welche weyland Herzog Hans zu GroßGlogau Anno 1477. Hieronymo Brethorn seinen Erben/ und rechten Nachkommen / umb sonderlicher Günst und merckliches Verdienstis willen / Erblich und ewiglich gereicht und gelehert hat / Und als solche Güter / Anno 1488. da gedachter Herzog Hans von König Matthia in Boheimb / mit HeeresCrafft überzogen/ und des Fürstenthumbs Glogau entsetzet / zugleich eingezogen / sind nach 100. Jahren/ als Anno 1588. von Kaiser Rudolpho, Glorwürdigsten Andenkens / berührte beyde Güter / Borske und Sabor/ mit aller ihrer Eingehör / Erblichen und ewiglichen / sambt allen Gnaden/ Rechten/ Pflügen/ Ackern/ Wiesen/ Buschen / auch allen und ieglichen Göniesen/ wie man sie mit besondern Nahmen benennen mögte / keines angenommen / Ma: tin Sanstleben / damahligen Glogauischen Ambis= Secretario, seinen Erben / und rechten Nach-

Nachkommen gegeben / gereicht / und
 geliehen worden / Darauf eures Clie-
 ten Großvater von genannten Sanft-
 leben / mehr berührte beyde Güter erb-
 lich an sich erkauft hat / und es wollen
 numehr zwischen euren Clienten / und
 dessen Schwester / welche nicht allein
 dahero / als ob diese beyde Güter Erbe
 waren / für etlichen Jahren / so wohl
 als aus denen andern Erbgütern ab-
 und ausgestattet worden / sondern auch
 wegen des verstorbenen Bruders / mit
 dem noch Lebenden gleichen Erbtheil
 davon zu nehmen gedächten / sich Ir-
 rungen ereignen / nach mehren Inhalt
 eures Berichtes / und der Beplagen /
 Weiß nun gleich in denen / Anno 1477.
 1578. und 1588. darirten / und uns in
 Copia überschickten Lehn-Brieffen /
 nur die Wort / Erben und Nach-
 kommen / zubefinden. Dennoch aber
 und dierweil / Inhalts der bewehrten
 Rechts-Lehrer Meinung solche Wort /
 Erben und Nachkommen / in Lehns-
 Sachen / von Männlichen Lehns-
 Erben alleine zu verstehen / und ohne
 das auch in Weiber-Lehn / so lange
 männliche Lehnsfolgere sich finden /
 die Weibes Personen außgeschlossen
 bleiben / So ist euer Client seine Schwe-
 stern in solchen beyden Gütern zur Suc-
 cession mit zuzulassen nicht schuldig ;
 Es ware denn selbiges Orthes / durch
 eine beständige Gewohnheit oder Ver-
 ordnung / ein anders eingeführet / us

welchen Fall derselben billich nachge-
 lebet würde. Dasjenige aber / so eures
 Clienten Schwester aus diesen bey-
 den Gütern / zu ihrer Ab- und Aufstat-
 taltung albereit empfangen / mag von
 ihnen mit Recht nicht wieder gefordert
 werden / V. N. W.

XIII. De duritie legum quæritur, quatenus interpretatio à Principe sit expectanda aut petenda. Et quidem duritiæ hanc æquitate molliendam esse à Judice, commune est à *ἄπομα* Jurorum, l. 14. §. 13. ff. de religiof. & sumpt. fun. l. 4. ff. de eo, quod certo loc. l. 8. C. de judic. l. 8. C. de pact. convent. Sichard. ad d. l. 8. C. de judic. Hartm. Pistor. 2. q. 44. n. 23. Cothm. resp. 40. n. 81. vol. 3. Zal. ad rubr. C. quomodo & quando. n. 6. sed quod indistinctè & generaliter acceptum, ipsam aliquando post se trahit iniquitatem. Quia enim in officio Magistratus non est dijudicare, justum sit nec ne, quod legibus superioris sancitum fuit, neq; debet ille æquitatis specie vim autoritatemq; juris aperti & legum perspicuè constitutarum temerè evertere, aut, si id facit, extra limites officii sui vagatur, & æquitatem sibi constituit extra jus planè cerebrinam & capitosam. Vid. Franc. Cardinal. Mantica, lib. 1. *Lacubr. at. Vatican. tit. 17. n. 16. seq.* Joh. Garlias, de expens. & meliorat. c. 1.

n. 28. 29. Ventur. de Valent. in *Parthen. litigiof. l. 1. c. 12. n. 16. & c. 14. n. 17.* Anton. Hering. de *fidej. c. 5. n. 115. seq.* Petr. Heig. 2. q. 22. n. 35. Harum. Pistor. 3. q. 16. n. 13. Olivald Hillig. in *Donell. enucl. 26. c. 2. lit. B.* Insuperò, ubi expressim sententia contra juris rigorem lata esset, valere non debere, causamq; ipsam sine appellatione denuò induci posse, respondit Modestinus, l. 16. ff. de *appellat.* In quibusdam ergò æqvitatibus habenda est ratio, in quibusdam rigor juris; non ille quidem, qui ex odiosa verborum subtilitate nascitur, & pro summâ aliâs habetur injuriâ, de quo loquitur Menochius, de *recup. poss. remed. 1. n. 21.* quando sc. neglectis circumstantiis jus universale factò singulari applicatur, & ita mens Legislatoris circumvenitur. Franc. Connan. 1. *comm. II. n. 3.* sed qui ex ipsâ Legis literâ proximè & immediatè fluit, citra cavillationem verborum aut calumniam. Æqvitatibus habenda est ratio in illis casibus, qui non reperiuntur specialiter decisi, quando sc. circumstantiæ quædam occurrunt, quæ non omninò similes sunt illis, de quibus Lex loquitur. Hic ergò, ne sententia impingat in justitiam naturalem, emendatione quâdam seu attemperazione, vel potius verâ legislatoriæ intentionis explicatione opus est, Franzk. *tit. de J. & J. n. 51.* Rutger. *Rulant. de Commissar. p. 1. l. 2.*

c. 19. n. 4. quæ tamen à Principe ut expectetur, causæ nihil subest, cum ea ad Judicis pertineat officium, & ab hoc ut fiat, ipsa jubeat Majestas. Bachov. *ad Trentul. vol. 1. disp. 1. th. 2. lit. B.* dum sc. ne fiat extra jus, neq; omnino ratione destituatur; quandoquidem æqvitas, quæ non adjuvatur legibus, curanda planè non est. Gail. 2. *obs. 23. num. 26.* Et semper vel ex jure naturali, vel ex jure civili petendum est, quod Legi adhibetur, temperamentum. Ex quo fundamento ipsa quoque æqvitas quibusdam in naturalem & civilem distinguitur, Albertus Bolognet. de *Leg. jur. & eq. c. 31. n. 10.* Fr. Duaren. *ad l. 1. ff. de pact.* Fr. Balduin. de *legib. Constantini p. 267.* Illud obiter addo, æqvitatem non consistere semper in lenitate, sed interdum etiam in severitate, ita ut ubi pœna expresso jure nulla est constituta, aut mitior saltem, quàm decuisset, decerni illa & exasperari pro re natâ ex æqvitate possit, *arg. l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. l. 1. ff. de eo, per quem fact.* Bolognet. *d. l. c. 28. num. 14.* Dn. Carpzov. *part. 1. crim. q. 24. n. 9.* Et in hoc sensu æqvitas opponitur stricto juri, non quatenus strictum idem est, quod rigorosum, sed quatenus denotat id, quod ex strictâ verborum explicatione resultat, ita ut ampliare legem, & quod à jure prætermissum est, suppleri non liceat. Franc. Valens, in *concord. jur.*

jur. Pontif. cum Cas. tom. 2. p. 46. Sed et si in lenitatem inclinet æquitas, multum tamen illa differt à clementiâ & benignitate, quæ à Principe expectanda est, cum hæc tollat legem aut ex toto aut ex parte, illa autem legis voluntati conjunctissima sit. Fr. Connan. *l. 1. c. 11. n. 9.*

XIV. Quandocumque verò ex verbis legis tam aperta est Legislatoris voluntas, ut de eâ dubitari planè non possit, & casus præsens in terminis decisus habetur, tum præferendus est rigor, & lex, salvâ voluntate Legislatoris, benignâ interpretatione emendari nequit. Tiraquell. *ad. l. 8. C. de revoc. don. gl. libertis n. 69.* Marefcott. *1. resol. 5. n. 21.* Quin si Lex tam dura sit, ut æquvitatî rationi prorsus adversetur, æquitas verò teneri non possit, quin Lex offendatur, nihilominus Legem observandam esse, docet Antonius Faber, *1. Jurisp. 1. pr. 2. ill. 2. ad exemplum sc. Ulpiani*, qui cum legem generaliter loquentem ex defectu rationis idoneam, & quod verba clara ac perspicua essent, restringere nollet, sic tandem concludit: **QVOD QVIDEM PER QVAM DURUM EST, SED ITA LEX SCRIPTA EST, l. 12. ff. qui & à quib. manum.** ad quem locum legi possunt ea, quæ graviter & copiosè explicat Plato, *in dial. qui inscribitur Crito.* Casus alios, quando æquvitatî

præferendus sit rigor legis scriptæ, exponit Johannes Baptista Costa, *de Retrotract. c. 4. n. 15. seqq.* Conf. Andr. Fachin. *l. 1. c. 3.* Anton. Perez. *Cod. de LL. n. 19.* Arnold. Vinnius, *quæst. select. 2. lib. 1.*

XV. Interdum tamen disquisitione hæc, de æquvitate vel rigore juris observando, non ad Judicem spectat, sed ad ipsum Principem, ita ut tum ex ipsius potestate legislatoriâ dependeat, duriciem legis, suæ humanitati incõgruam, emendare, uti dicitur, *l. 9. C. de LL.* Hoc enim est, quod breviter quidem & generaliter, sed cum sensu tamen limitato, olim constituit Imperator Constantinus, inter æquvitatem, jusque interpositam interpretationem, sibi soli & oportere & licere inspicere, *l. 1. C. eod.* Nempe uti duplex est æquvitas, ita duplex etiam interpretatio. Æquvitas enim est vel intrinseca vel extrinseca. Intrinseca dicitur, quæ in oculos incurrens, legibusque aliis adjuncta, Regulam juris stricti ejusque rigorem ex mente legis & ex circumstantiis temperat & inflectit, & hæc ipsi juri cognata est, atque idcirco ejus rationem judex suis decretis habere potest, imò debet, ut modo exposuimus. Extrinseca verò æquvitas dicitur, quæ jam obversa fronte cum jure committitur: quia videlicet jus olim æquabile, æquumque visum ho-

diè æquum esse desiit, vel potius judex desiisse putat. Et hanc æquitatis rationem sibi solis Principes refervarunt, neque iudicibus, ne soluta fieret ipsorum potestas, permittere voluerunt. Jacob. Gothofred, *ad l. 85. §. 2. de R. J.* Secundum duplicem hanc æquitatem, dupliciter etiam fit interpretatio; Aliquando enim jus constitutum planè mutatur & tollitur, ita ut per interpretationem nova lex generalis fiat. Aliquando non tollitur totum ut iniqum, sed certis in casibus explicatur & temperatur. Illud ad Principem spectat, hoc ad iudices. Illud in æquitate externà occupatur, hoc in internà. Et igitur non de hoc, sed de illo interpretandi genere intelligenda est, *d. l. 1. C. de LL.* Agitur enim ibi de interpretatione interposità, h. e. de tali, quæ media est constituta, quæ unum ab altero separat, jus ab æquitate. At per interpretationem iudicis non separatur æquitas à jure, sed à verbis juris tantum, quippe quæ sine sententià Legis jus non sunt. Hug. Donnell. *l. 1. c. 13. Anton, Perez. Cod. de LL. n. 18.*

XVI. Illud adhuc quæritur, si quid Princeps per sententiam inter partes causà cognitâ decreverit, utrum id vim legis generalis habeat, & ad alias quoque causas, & personas porrigi debeat, an minus? Affirmat Ul-

pianus, *in l. 1. §. 1. ff. de constitut. Pp.* & ita constituit Justinianus, *l. ult. C. de LL.* Negant Theodosius & Valentinianus Imp. *l. 2. §. 3. C. eod.* Sed salva res est, si *d. l. 1. §. 1. de potestate Principis, legem 3. C. de LL. de voluntate ejusdem, & legem 2. C. eod. de sententiâ, quam Princeps, non causam ipsè cognitionaliter examinans, sed ad suggestionem iudicum pronunciat, vel etiam de privilegiis explicemus. Franzk. tit. de const. Pp. n. 32. seqq.* Nimirum potestas Principis sese eò extendit, ut legem facere possit, etsi pro tribunali eam non jubeat. Per consequens igitur, si de voluntate Principis constet, velle eum, ut quod inter partes pronunciat, in similibus casibus eodem modo observetur, nihil interest, utrum pro tribunali, an verò de simplici & plano, summarie, & sine strepitu iudicii cognoverit & decreverit, *d. l. 1. §. 1. ff. de const. Pp.* ubi vocabulum interlocutionis improprie sumitur pro ipso decreto, quod Princeps quasi inter aliud loquendum & agendum interponit, aut interlocventibus & interpellantibus respondet. Dn. Henr. Hahn, *Obs. in Wesenbec. tit. de Const. n. 1.* E contrario, ubi Princeps non decernit animo faciendæ legis, sed ita interlocvitur, ut ultra negocium, circa quod pronunciat, sententia non exten-

LIB. I. CAP. VII. De Jure dispensandi.

tendatur, facile exinde patet, alios, quos negotium istud non concernit, eo decreto non obligari. Jul. Pac. cent. 1. *Contra P. n. 17.* Sutholt. *de jurid. et. n. 84. 197.* Non igitur est, ut vel detrahi aliquid Theodosianis Constitutionibus à Triboniano de-

buisse dicamus, cum Francisco duino, *in Justin. l. 2. p. m. 95.* vel etis constitutionibus derogari legem Justinianeam, *in d. l. ult. C. LL. cum Francisco Duareno, tit. de Constit. c. 2. existimemus.*

CAP. VII

De

Jure dispensandi.

SUMMARIA

- Dispensationis vocabulum equivocum est. 1.*
- Dispensatio, ut hic accipitur, est relaxatio legis. 2.*
- Uti dispensatio fiat propter causam, necesse non est. 3.*
- Utrum dispensatio differat à datâ licentiâ? 4.*
- Potestati dispensandi aequè latè patet, atque potestati leges ferendi. 5.*
- Nec dispensare potest Princeps in iis, de quibus non potest leges ferre. 9.*
- Dispensare ergo non potest in præceptis legis divinae. 6.*
- Ironi Carnotensis hæc de re sententia. 7.*
- Leges Ecclesiasticae differunt à Legibus divinis moralibus. 8.*
- In legibus Ecclesiasticis necessaria quandoq; est dispensatio. 9.*
- Qua dicitur ὁμοιούμια, ἔσυναυτῆτος. 10.*
- Ubi sibi smatis periculum est, dispensatio adhiberi debet. 10.*
- Sequoribus autem temporibus plurimè corruptelæ obnoxia fuerunt istæ dispensationes. 11.*
- Francisci à Victoria quærela de frequentâ dispensationum. 12.*
- Utrum dispensationes papales in consuetudine habeant aliquod præsidium? 13.*
- Circa legem naturalem & divinam nulla fieri potest dispensatio. 14.*
- Neg; in gradibus consanguinitatù jure divino prohibiti, dispensare potest Papa Romanus. 15.*
- Uti nec Princeps. 15.*
- Sententia Scotorum Wittebergensium. 16. 17. 18.*
- In dispensationibus Pontificiæ politicae rationes sæpè prævalens. 19.*
- Utrumquid tamen avaritia, & Qιικρυοεια. 20.*
- Circa leges positivas Princeps dispensare potest; non debet tamen sine causâ justâ. 21.*

L Cum

I.

Cum jure interpretandi, quod Principi competere diximus, imò cum eo etiam, quod judici & magistratui tribuimus, plurimi confundunt jus dispensandi, sed quod, si rectè attendatur, diversum planè est, & separatum. De vocabulo hoc dispensationis non est, ut prolixi sumus aut multum solliciti. Agnoscimus, Juri nostro civili in hoc significato id ferè esse incognitum, & in puriore etiam Latinitate minus receptum, ut rectè notat Zasius, in *l. Princeps n. 2. ff. de Legib.* Apud probatos Autores enim dispensare idem est, quod disponere, curare, procurare & ordinare, quemadmodum & dispensationem alicujus rei mandare idem, quod *πρὸς διακομὴν διατάξαι*, Robert. Constantin. in *supplem. ling. Lat.* Et hinc dispensator, *l. 51. l. 62. ff. de solut. l. 1. C. si adv. fisc. & l. 4. C. de fid. instr.* dicitur ille, cui pecuniarum administratio credita est, Rationalis aliquando dictus, *l. 2. C. de mod. mulctar.* Franc. Duarenus, *ad tit. C. si adv. fisc.* Alcinius & Gæddeus, *ad l. 166. ff. de V. S.* Marcellus Donatus, *ad Sveton. August. c. 67.* & erat in familiis privatorum plerumq; servus, cujus hoc erat munus, ut impendia & expensa rationibus notaret, & necessaria inter familiam distribueret, Gvalt. Donald-

son. *synops. Oeconom. p. 134.* Sed Canonistæ deinceps, uti plurima alia vocabula, ita & hoc alio usurparunt sensu, Beust. *de matrimon. c. 56.* quos secuti mox Juris Civilis Interpretes dispensationem dixerunt, quando gratiam alicui factam innuere vellet, ita ut latissimè hodiè de dispensationibus in utroque jure pateat tractatus.

II. Nos, ut carptim quædam hic notemus, dispensationem dicimus esse relaxationem legis publicæ auctoritate factam. Relaxationem dum dicimus, distingvimus dispensationem ab interpretatione legis, quæ fit secundum æquitatem, & cum temperamento aliquo. Per hanc enim obligatio Legis non tollitur aut relaxatur, sed declaratur, per seipsam cessare; dispensatione autem relaxatur Lex alioquin obligatura. Paul. Laymann. *Theol. moral. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 1.* Quoties igitur causa subest, quæ ad Legem, ex æquo & bono temperandam, per se satis esse potest, quod ferè contingit tùm, quando legis observatio naturali rationi, ipsiusque Legislatoris sententiæ, adversatur, non opus est dispensatione, sed ipso jure quis à legis præcepto solutus est. At dispensare non est ex æquo & bono interpretari, sed à Lege excipere quempiam ex subditis, eique licen-

licentiam & facultatem concedere, sine quâ Legi esset obnoxius. Alb. Bolognet, *de leg. jur. & .eq. c. 32. n. 22. 23.* Didac. Covarruvias, *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 6. §. 9. n. 2.*

III. Patet hinc, non satis intellexisse hanc vocabuli vim Fernandum Vasquium, dum interpretationem, quæ ex verâ & intimâ legis mente fit, meritò & propriissimè dispensationem appellari contendit, *l. 1. con. 170. c. 25. n. 7.* & iniquè ad eò reprehensum ab eo Dominicum de Soto, quod Principi dispensandi in casibus certis, & cū personis certis, potestatem tribuisset. Quæ enim dicta jam à nobis sunt, satis ostendunt, & differre interpretationem à dispensatione, & non esse necesse, ut dispensatio fiat propter causam, quæ ex mente legis iudicetur, uti vult Vasquius, quin posse Principem etiam sine causâ quandoquæ dispensare. Add. Hugo Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 20.*

n. 27. Ex quo porrò sequitur, dispensationem ex iustitiâ, qualem ille fingit, & qualem in Concilio Tridentino exposuit Johannes Verdunus ap. Petrum Svav. *l. 7. p. 759.* dispensationis nomen planè non mereri, sed pertinere eam ad officium iudicis, leges applicantis & interpretantis. Ut ad eò mirer, tam paucis eam differentiam esse observatam, ab aliis etiam non satis explicatâ. Nec enim

placet, quod ait Franciscus à Victoria, ceterâ non insubidus aut insubtilis, dispensationem esse quandam quasi interpretationem juris, in casibus, quos Legislator videre non potuit, *Relect. 4. n. 8.* quo & collimat Johan Baptista Leonellus, *de subrept. rescript. q. 4. art. 4.* Casus enim tales non semper dispensationi, sed ut plurimum interpretationi legis subiacere, ostendunt, *l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. ff. de Legib. secundum ea,* quæ superius abunde sunt exposita. Et exinde, quando Marcianus dicit, *in l. 4. ff. de pœn. nemo potest commeatum remeatumve dare exuli, nisi Imperator ex aliquâ causâ:* verba illa, ex aliquâ causâ, Interpretis alicujus esse haud frustra colligit Elbertus Leoninus, *l. 6. emendat. c. 7. n. 9.* eò, quod Princeps in indulgentiâ, & veniâ criminis concedendâ, magis gratiam & benignitatem, quam causâ iustitiam sequatur.

IV. Nodum verò in scirpo quaris Paulus Laymannus Jesuita, quando dispensationem porrò distinguit à datâ licentiâ, eò quod superior, licentiam alicui concedens, non tam faciat, ut is lege solvatur, sed magis ut nunquam obligetur, *l. 1. Theol. Moral. tr. 4. c. 22. post pr.* Enim verò aut antè datam licentiam idem potuit ille, quod post datam licentiâ, aut non potuit. Si potuit, s. ultra

erit petita licentia. Si non potuit, impediēte sc. Lege, utiqve Lege ille fuit obligatus, & per acquisitam demum licentiam eā fuit solutus. At quomodo differat jam relaxatio Legis, & solutio ab obligatione Legis, non capio. Omnes in universum Leges positivæ tacitam hanc habent exceptionem, nisi superior licentiam præbuerit aliter agendi. Licentiam ergo dum præbet, relaxat Legem, dum relaxat, dispensat. Consequenter nihil differt ab datâ licentiâ dispensatio.

V. Cæterum, ut unico verbo definiam, quid Principi in dispensando liceat, sciendum est, æquè latè hanc potestatem patere cum potestate Legislatoriâ. In quibuscunqve ergo deficit *nomoproia*, in illis deficit etiam, & locum non habet dispensatio, ob solidam scilicet rationem, quia dispensatio partem constituit potestatis Legislatoriæ. Ex quo sequitur, non posse Principem dispensare neqve in Legibus divinis, neqve in naturalibus, cum illæ omnes potestatem humanam planè superent & transcendant, id quod disputatione antecedente demonstratum dedimus plus satis. Nec aliud sentio de Pontifice Romano, quicquid dicat Baldus, in *l. rescriptan. 9. C. de precib. Imp. offer.* Ancharan. *consil. 378.* Petr. Antonius de Petra, *de po-*

test. Princ. c. 27. n. 61. seq. posse eum dispensare contra doctrinam cujuslibet libri Canonici, & contra præcepta tabulæ secundæ: quicquid etiam dicat Lainezius, Jesuitarum Generalis, apud Petr. Svav. *hist. Concil. Trid. l. 8.* per dispensationem Papæ liberari obligatione eum, qui coram DEO obligatus est. Verior enim est sententia Francisci à Victoria, *Relect. 4. n. 1.* non posse Papam mutare, dispensare aut abrogare decreta, & Canones Conciliorum, qui pertinent ad articulos fidei, & ad substantiam Sacramentorum, aut qui necessariam & manifestam habent connexionem ad Legem divinam seu naturalem, pertinentem ad bonos mores. Multò minùs ergo poterit quicquam mutare sive in lege divinâ, sive naturali ipsâ.

VI. Lex enim divina continet ea, quæ ab ipso Deo determinata & præcepta sunt, non solum in communi ratione justitiæ, sed etiam quoad singulares actûs, uti loquitur Thomas *Aqv. 1. 2. q. 100. art. 8.* Et quia dispensatio non nisi in singularibus actibus fieri potest, illi autem ipsi à DEO jam determinati sunt, quis erit inter homines tantæ præsumptionis, ut nomothesium hanc divinam à se mutari posse putet? Acquiescere in eâ & parere oportet summas quascunqve potestates humanas, quibus & ipsi

leges

leges divinae posita sunt, quæque propterea subjectionem suam & obsequium profiteri coguntur. Optime Urbanus Papa apud Gratianum, c. sunt quidam 25, q. 1. Sunt quidam dicentes, Romano Pontifici semper licuisse novas condere leges; quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum verò summopere est, quia inde novas leges condere potest, unde Evangelista aliquid & Prophetæ nequaquam dixerunt. Ubi verò aperte Dominus vel ejus Apostoli & eos sequentes sancti Patres sententia aliquid diffinierunt, ibi non nova legem Romano Pontifex dare, sed potius, quod predicatum est, usque ad unguem & sanguinem confirmare debet, &c. Atque idcirco rectè Jacobus Almainus, de potest. Eccles. c. 13. invenitur in plerosque juris Canonici Interpretes, quod asserat, posse ex causa Romanum Pontificem circa jus divinum dispensare. Sed putat tamen Didacus Covarruv. de matrim. part. 2. c. 6, §. 9. excusari posse eam assertionem, si accipiat de declaratione vel interpretatione. Id verò nec congruum videtur Canonistarum sententia, neque vocabulo dispensationis sane conveniens, uti supra exposui.

III. Ivo Episcopus Carnotensis in prologo ad Decretum, a se cocinnatum, vocat professo, quali de dispensatione agit, differentiam facit inter leges, & decreta, inquit, &

prohibitiones alia sunt mobiles, alia immobiles. Præceptiones immobiles sunt, quas Lex aeterna sanxit: quæ observata salutem conferunt, non observata eandem auferunt. (NB. Ex principiis Ecclesiæ suæ loquitur Ivo, Lex enim ex veriore doctrinâ non confert salutem. Quamquam enim perfectè eam implentibus vitam æternam promittat; ex decreto tamè DEI, fundato in ipsius omniscientiâ, legem ab homine nunquam impletum iri, nec impleri posse; nõ debuit justificare, sed dirigere tantum, & coercere actiones & passionem, monstrare peccatum, & ducere ad Christum. Hülsemann. in breviar. cap. 8, n. 10. Interim certum est, legem moralem non observatam, damnationem inferre, & sic perpetuam ejus esse debere observationem) --- Mobiles verò sunt, quas lex aeterna non sanxit, sed posteriorum diligentia ratione utilitatis invenit, non ad salutem principaliter obtinendam, sed ad eam tutius muniendam. --- Similiter immobiles prohibitiones sunt, quæ adversus vitia loquuntur. --- Sunt alia interdicta, in quibus, si interdicta non fuissent, nec mors operaretur, nec salus periclitaretur; sed ad hoc ea sanctorum Patrum auctoritas reverentia decrevit, ut & presentibus non obesset, & sompescendis majoribus malis vel cavendis, charitas sincera provideret. --- In his igitur in quibus ob-

servatis salus acquiritur, vel in quibus neglectis mors indubitata consequitur, nulla est admittenda dispensatio; sed ita sunt omnia mandata vel interdictiona servanda, sicut sunt aeternâ lege sancita. In his vero, quae propter rigorem disciplinae vel muniendam salutem posteriorum, sanxit diligentia, si bonesta vel utilis sequatur compensatio, potest procedere auctoritate praesentium diligenter deliberata dispensatio, &c.

VIII. Multum scilicet hâc in parte differunt leges Ecclesiasticae à divinis moralibus. Moralia namque mandata ad naturale jus pertinent, atque indeo nullam mutabilitatem recipiunt, quia scilicet jus naturale ab exordio rationalis creaturae incipiens, manet immobile, c. fin. dist. 6. §. 11. Inst. de J. N. G. & C. Optimè Cicero, lib. 3. de Republ. apud Lactantium, lib. 6. cap. 8. Est quidem vera lex, recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna: quae vocet ad officium jubendo, vetando à fraude deterreat. Huic legi nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec vero aut per Senatum, aut per populum solvi hanc lege possumus, neque quaerendus est explanator, aut interpret ejus alius. Nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac. Sed & omnes gentes, & omni tempore, una lex & sempiterna & immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister

& Imperator omnium Deus. Ille hujus legis inventor, disceptator, sator. Cui, qui non parebit, ipse se fugiat, & naturam hominis aspernabitur: atque hoc ipso luet maximas poenas, etiam si caetera supplicia effugerit. Ecclesiasticae autem leges habent seclè uti leges positivae civiles, quae conditi potuerunt ab initio & non conditi. Cum enim à divinis non in rebus tantum merè civilibus, sed etiam Ecclesiasticis & disciplinam externam inveniatur, poterit sanè à divinis ista per leges & decreta tolli, certumque aliquid deinceps ab omnibus observandum determinari, ita tamen, ut pro re nata mutari istud, & relaxari iterum queat.

IX. In ejusmodi praecipis Ecclesiasticis necessaria quandoque est dispensatio, non quidem in communi semper ratione justitiae, & ut universalis ejus obligatio tollatur, sed in casibus particularibus, ubi malum aliquid majore metuendum, aut bono aliquo carendum fuerit. Eleganter Cyrillus Episcopus ad Gennadium Presbyterum & archimandritam: Dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quid à debito quosdam foras exire, ut majus aliquid lucri faciant. Sicut enim hi, qui mare navigant, tempestate urgente, navigant periclitante, quaedam exonerant, ut caetera salva permancant: ita & nos, cum non habemus salvandorum omnium negotiorum penitus certitudinem despicimus ex his quaedam

ne cunctorum patiamur dispensia. Ad eundem modum in quamplurimis epistolis dispensandi hanc facultatem necessariam esse monet Ivo Carnotensis. Si enim, inquit epist. 19c., vult Apostolica auctoritas omnia, quae medicinali condescensione dispensantur, districtè judicare, oportebit penè omnes ministros administrationibus suis renunciare, aut de mundo exire, nec habebunt, ubi seminant spiritualia, nisi permittantur aliqua tolerare carnalia. Unde necessitati temporum cedendum esse, Apostolica docet sublimitas, & orthodoxorum consuetudo auctoritas, dicens: quia, ubi populorum strages jacent, detrahendum est aliquid canonum severitati, ut majoribus morbis sanandis caritas sincera subveniat. Similia docet idem Ivo, epist. 147. 171. 214. 234. & alibi passim. Et in epist. 231. eleganti in hanc rem utitur similitudine: Sicut, inquit, agroti aliquando servatis legibus medicina minimè curantur, qui remisissis competenter legibus sanarentur: ita in curandis morbis animarum considerandum, est quibus proficit rigor disciplinae, & quibus moderatio indulgentiae. Jungenda his sunt verba Goffridi, Vindocinensis Abbatis, ad Calixtum Papam: Dispensationes aliquando in Ecclesia faciendae sunt, non quidem amore pecuniae, vel quolibet humano

favore, sed pià & misericordi intentione. Tunc enim à pastore Ecclesiae dispensatio piè & misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfectè ad tempus sit ab illo, vel fieri permittitur, non voluntate suà, sed aliorum necessitate, ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Sic igitur faciendae est dispensatio ab Ecclesia, ut semper fidei nostrae veritas instruat, & si quid aliter ad hoc statum fuerit vel promissum, opportunò tempore corrigatur.

X. Sicut igitur jure civili placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisq; quàm stricti juris rationem: ita etiam in statutis & decretis Ecclesiasticis rerum temporumq; ratio sapienterò adigit Prælatos ad indulgentiam & dispensationem. Et hæc est illa *ὁμορφία* & *ὀυκανάστασις*, quam toties commendant antiqui Ecclesiae Patres, quæq; difficillimis sæpè temporibus Ecclesiae pacem & tranquillitatem restituit, aut conservavit. Notum est, ex severitate nimia schisma sæpè aut hæresim exortam esse. Id ne fieret, de præscripta severitate recedendum monet Augustinus, lib. 2. contra Parmen. Cum quisq; fratrum, inquit, & Christianorum, intus in Ecclesiae societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus ha-

atur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est. Ergò ubi schismatis periculum subest, temperandas erit rigor, & locus est dispensationi. Indeque eruditè observat Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. lib. 3. cap. 13.* discrimen inter mores antiquos & hodiernos, quòd apud veteres nunquam data fuerit venia Canonis violandi, sed violati demùm pœna gravissimis ex causis remissa legatur; hodiè autem legum Canonicarum venia in antecessum concedatur. Sequioribus enim temporibus scientia, morum honestas, bona fama, meritorum prerogativa, nobilitas petentis inter justas dispensandi causas haberi cœperunt, propter quas venia data fuit ante omnem actum, propter privatum petentium commodum, cum olim tantum post violatos canones, & propter publicam causam indulgentia concederetur.

XI. Postquam ita in alios & privatos plerumque usus versa fuit dispensationum ratio, & cum eà tota disciplina Ecclesiastica, quicquid speciem aliquam vel pietatis, vel honestatis, vel Ecclesiastici habuit rigoris, laxatum deinceps perquam facile fuit & solutum. Legibus cautum erat, ut ad ordines nemo admitteretur, qui justam ætatem non attingisset: arcebantur ab ordinibus &

officiis sacris, quibus natalium legitimum deerat character, aut qui militiam erant secuti, homicidii aliorumque criminum rei, qui membro mutilati, aut duello infames erant. Sed impedimenta ista omnia per dispensationes removentur hodiè, & tam promptè quidem, tamque frequenter, ut justæ inde in ipso Concilio Tridentino auditæ fuerint querelæ. Videri eà de re poterit Petrus Svais, *in histor. Concil. Trid.* Exempla talium dispensationum congescit Joh. Henr. Hottinger, *in histor. Eccles. sec. XVI. part. 3. pag. 139. seqq.* Imò verò, ut dispensationum frequentior esset usus, plurimas comminisci oportuit leges novas, easque nonnunquam valde duras & penè intolerabiles. Inter centum gravamina, quæ Principes Germaniæ in Comitibus Noribergensibus anno 1522. Oratori Pontificio exhibuerunt, primum ita se habet: *Inter reliqua onera vel illud minime postremo loco est collocandum, quod constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo divino precepto vel interdicta sunt, vel imperata. Quod genus sunt matrimoniorum tam innumera excogitata obscœcula, ex affinitatis, publicæ honestatis, cognatione spirituali, legalique, & consanguinitatis tam multis gradibus originem*

ginem trahentia. Ciborum item usus interdixtus, quos DEUS tamen ad hominis necessitatem creavit, ac cum gratiarum actione promiscue sumendos Apostolus docuit. Haec nimirum atque his similes complures humanae constitutiones eò usque ligant homines, donec pecuniâ sibi harum legum gratiam à statuentibus impetrent, ut ita pecunia faciat divitibus licitum, quod tenuibus gratis sit prohibitum. Illicitis quoque his legum ac constitutionum humanarum retinaculis non modò magna nummorum copia à Germania expiscata, è Germania & trans Alpes lata, sed & maxima inter aequè Christianos orta iniquitas, plura offendicula & similitates, dum tennes hisce laqueis vident se allaqueari, non ob aliud, nisi quod spinas Evangelicas, (ita enim Christus divitias non semel appellat) non possideant.

XII. Ad eundem modum conquiratur Franciscus à Victoria, d. l. n. 12. tam frequentes hodiè esse dispensationes Pontificum, & ad eam nunc intemperantiam dispensationum devenitum esse, & ad hunc talem statum, ubi nec mala, nec remedia patiliceat. Antiquos Pontifices tam faciles in dispensationibus non fuisse. Recentiores multis partibus esse praevis illis inferiores, &c. In antecedentibus, n. 6. hanc ponit conclusionem: *Papa dispensandi in Le-*

gibus & Decretis tam Conciliorum, quam aliorum Pontificum, potest errare, & graviter peccare. Utinam, inquit, liceret dubitare de hac conclusione! Sed videmus quotidiè à Romanâ Curiâ tam largas, imò omninò disolutas dispensationes profectas, ut Orbis ferre non possit, nec solùm in scandalum pusillorum, sed majorum. Tandem, n. 11. & 12. consilium dat, quâ ratione coerceri possit ista Pontificum effrenis indulgentia, quæ scribere aufum fuisse Doctorem pontificum, non unis vicibus miramur.

XIII. Quod de scandalo ait Victoria, id negare nequit Petrus de Marca, lib. 3. de concord. sacerdot. & imp. cap. 15. n. 7. seq. contingere posse, ut rescriptum Pontificis scandala & offensiones excitet, praesertim quando status Ecclesiasticus aliquâ novitate percellitur, & consuetudines receptæ convelluntur. Sed id totum ita temperat Marca, ut Romanam Sedem excusatam faciat. Ait, Romanum Pontificem vel moribus, vel canonibus receptis, plerumque se tueri posse valdè probabili ratione. At si mores, si canones, quibus nititur Pontifex, recepti sunt in eâ provinciâ, ad quam destinatum est rescriptum, vix erit, ut scandalum inde nascatur; Si recepti non sunt, non poterit aliquod inde praesidium

fidium habere Pontifex. Et subdubito ego, utrum Pontifex, quod Marca, *cap. eod. n. 3.* asserit, in iis, quæ singulos respiciunt, dispensare possit sine causâ, solum idè, quod consuetudo dispensandi contra canones in curiâ Romanâ recepta sit. Hoc enim est, quod jam diu reprehendèrunt B. Bernhardus, Johannes Sarisberiensis, Johannes Gerson, Hildebertus Cenomanensis, Nicolaus de Clemangis, & alii. Tantum abest, ut consuetudinem dispensationum suarum fundamentum statuere possit Pontifex. Id magis placet, quod ait Marca, circa talia rescripta velle ipsos Pontifices, ut ab eorum executione supersedeant Episcopi, ad quos directa sunt. Idq; observandum etiam esse, ait, in illis rescriptis, quæ canones & disciplinam ita violant, ut in apertum Reipubl. Christianæ detrimentum cedant; non quod argui inde possit defectus potestatis in summo Pontifice, (ita putat Marca, sed profectò alienum est à Vicario Christi, ut quid statuât in apertum Reipubl. Christianæ detrimentum, & ex hoc rectè arguitur defectus potestatis) sed potius, quod subsit defectus intentionis, & illa demùm servari debeant, quæ clave non errantè, ut loquitur Panormitanus, & salubriter constituntur.

XIV. Non malè deseruit Episcopus Lucensis in Concilio Tridentino, esse nonnulla, quæ Pontificum dispensationes non admittunt. Et si casus aliquis, rarissimè contingens, semel in seculo causam justam in his dispensandi offerat, ne illo quidem casu dispensationem justam fore & excusabilem. Si quidem convenire, ut privatus quivis aliquid gravaminis sustineat, dummodò id insigni beneficio publico cedat. Quin etiam ubi casus frequentes occurrere possunt, qui dispensationem mereantur, ad demendas occasiones impetrandi supplicationes, & gratias surreptitias, quæ in animarum damnum vertunt, præstare præparcum esse, quàm liberalem, uti legitur apud Petr. Svav. *in histor. Concil. Trid. lib. 8.* Et hæc omnia intelligenda sunt de legibus & statutis illis, in quibus dispensari potest, quales sunt, ut supra dixi, leges Ecclesiasticæ positivæ. Quod enim legem naturalem & moralem attinet, circa eam nulla prorsus locum habet dispensatio, nisi in circumstantiis illis, quæ à jure humano superadditæ fuerunt. Extra eas nulli omninò, quantumcunq; quis majestatem inter homines teneat, & ne ipsi quidem DEO, qui autor est legis naturæ, & ex hoc superior videri possit, competit potestas dispensandi in le-

ge naturæ. Etsi enim lex superior tollat inferiorem, si diversæ inter se sint, fieri tamen id non potest, quando inferior directè est exemplar superioris, qualis est lex naturæ, quæ ex ipsâ lege æternâ DEI transcripta est. Vid. Hornej. *philos. mor. lib. 4. cap. 3. n. 37. 38.* Franc. Svarez. *de legib. l. 2. c. 15. num. 16. seq.* Francisc. Valens, *de concord. jur. pontif. cum Cas. tom. 2. pag. 291.* Et ex hoc principio deducit Johannes Maldonatus, celeberrimi nominis Jesuita, in *summulâ q. 12. art. 7.* neque Papam, neque totam Ecclesiam in solemnî castitatis voto dispensare posse, eosq; Viros Ecclesiasticos, & juris Ecclesiastici Interpretes, qui contrarium docuerunt, videri sibi habere majorem rationem exemplorum quorundam Pontificum Romanorum, quàm Scripturæ Sacræ. *Nam quæ Theologia diceret, inquit, Ecclesiam posse dispensare in jure naturali & divino? Votum autem castitatis obligare jure naturali & divino, quis negavit, nisi hæreticus? Votum istud castitatis utrum & quatenus obliget, aliàs dixi. Sufficit hîc nobis habere consistentem Jesuitam, Papam dispensare non posse circa legem naturalem & divinam.*

XV. Cùm igitur Pontificis non major sit potestas in Legibus divinis, quàm alterius cujusquam Prin-

cipis, consequitur, nec dispensare eum posse circa matrimonium in gradibus, jure divino prohibitis; & adeò falsa est assertio Bellarmini, *de matrim. c. 27.* Gregorii de Valentia, *tom. 4. disp. 10. q. 5. punct. 3.* & Lorini, *in c. 18. Levit.* docentium, in omnibus gradibus, etiam jure divino prohibitis, licere Pontifici dispensare, excepto gradu consanguinitatis primo, in lineâ tam directâ, quàm transversâ, (sed & in hac dispensari posse impudentius asserit H. Zæsius, *ad tit. X. de consangu. & affin. n. 37.*) & primo gradu affinitatis in in lineâ directâ. Nec verò animus est cum Pontificiis, quos sequitur Bachovius, *ad Trent. vol. 2. disp. 6. tit. 2. lit. E.* in arenam nunc descendere, & speciatim hic disceptare, utrum prohibitio graduum omnium & singulorum, qui extant, Levit. XIX. moralis sit, aut juris naturæ, ita ut etiamnum obliget, non minus, quàm ipsa Decalogi præcepta, quod hætenus negarunt Pontificii, nobis firmiter id asserere. tibus cum B. Gerhard. *Loc. de Conj. g. num. 290. seqq.* Dn. Carpozov. *disp. de arb. consangu. num. 51. & in Ju ispr. Confist. lib. 2. def. 109.* Arnold Vinn. *in § 6. l. de nupt.* & pluribus aliis. Sufficit enim nobis generalis assertio, non posse nec Pontificem, nec Principem in præceptis divinis dispensare;

ob solidam hanc rationem, quod illius solius sit solvere, cujus est ligare, & quod voluntas divina imperio hominum non subjaceat.

XVI. Atque ita toto die pronunciarum solet in Collegiis Jurorum. Sic enim responderunt Nostri an Christoph Schultzen / Königl. Rath zu Schweden Rath / und in Magdeburg Deputirten / mens. Januar. 1633. Daß Albrecht W. seines verstorbenen Weibes Schwester Tochter zu ehlichen nicht befugt / und hat der hohen Obrigkeit dispensation dießfalls nicht stat / B. A. W. Et in casu alio an Balthasar Henrich Geißlern / Juris Practicum in der Alt-Stadt Brandenburg / mens. Septembr. 1667. Haben Hans Vogt / und Anna Zachens / eine Tochter / Namens Susannen / gezeugt / und es hat diese Susanna / nach dem sie Hans Jacoben verheyraethet worden / ebenfalls eine Tochter Annen Jacobs zur Welt gebracht / Als nun Anna Zachens / nach Hans Vogts Tode / sich anderwärts mit Jacob Schindelheuern verehlichenet / darauf aber Todes verfahren / will dieser Jacob Schindelheuer / als Stieff-Großvater / seiner Stiefftochter Tochter / ermelle Annen Jacobs / heyrathen / nach mehrren Innhalt eures Berichts. Wenn Ihr nun gleich vermerket / daß Jacob Schindelheuer mit Annen Jacobs nicht eigentlich in linea

ascendenti beariffen / in dem selcher Annen Mutter / Susanna Beatz / aus einer andern Ehe gezeuget / und hernach in eine andere familie sich verheyraethet / Dennoch aber und dienvil angerechten beyden Personen einander zu heyrathen / so wohl in Geistlichen / als Wellichen Rechten / auß drücktlich verbothen / (vid. Levit. XVIII, 17. l. 14. §. 4. circa fin. ff. de Rit. Nupt.) so sind sie einander zu ehlichen nicht berechtiget / es mag auch der Landes Fürst in dergleichen Falle nicht dispensiren / und da sie sich gleich durch fleischliche Vermischung zusammen gefunden hätten / so mag doch die vorgehabte Ehe durch Priesterliche copulation nicht vollzoogen werden / sondern es werden so dann beyde Personen mit Stattpenschlägen des Landes ewig billich zu verweisen / B. A. W.

XVII. Et adhuc in casu alio an M. C. mens. Jul. 1673. Hat Cajus, welcher hievor Sempronii in erster Ehe erzeugte Tochter / Martham, zum Weibe gehabt / nach derselben Tode / an ermeldten Sempronii seines Schwervaters hinterlassene Witbe anderer Ehe sich zu verheyraethen vorgenommen / nach mehrren Innhalt der uns zugeschickten Frage. Wenn nun gleich in heil. Göttlicher Schrift zwischen diesen Personen die ehliche Verbindung mit außgedruckten Worten nicht verbothen / auch in Päpstlichen

Recht

Rechten durch Aufhebung des Verboths in andern und dritten genere der Schwägerfchafft nicht undeutlich zugelassen/ per c. per. X. de consangu. & affm. inmassen solches daher in terminis statuiret H. Zoef. ad tit. Decretal. de consangu. n. 9. Schneidvvein, ad tit. Inst. de nupt. rubr. de arb. affm. n. 14. und als einen gradum dispensabilem anführet Joachimus à Beust, de matrimon. c. 53. Gisbert. Voët. Polit. Eccles. part. 1. lib. 3. tr. 1. sect. 2. c. 5. q. 5. Dennoch aber und diweil in den Göttlichen Rechten des Vaters Weibes Scham zu entblößen verboten/ Levit. XVIII, 8. Und solches Verboth so wohl Theologi, als auch bewehrte Rechts-Lehrer auff alle casus, darinnen einzuer respect, als zwischen Eltern und Kindern/stat haben mag/ extendiren, Gerhard. Loc. de matrimon. §. 353. & 354. Carpzov. de arb. disp. 1. tb. 42. per l. 4. §. 7. ff. de gradib. wannenhero auch wegen gebührender reverenz, so die Kinder/ oder dierjenigen/welche an Kindes stat sind/ ihren Eltern oder denen/ die an der Eltern stat sind/ zu erweisen schuldig/ die dispositio Juris Canonici nicht zu attendiren, Bachov. ad Treutl. vol. 2. diff. 6. tb. 3. lit. B. Kitzel. de matrimon. cap. 3. theorem. 12. lit. F. in dem zumahl in den Käyserlichen Rechten ausdrücklich versehen/ quod in matrimonium convenire

non oporteat novercam ejus, qui privignæ maritus fuit, l. 15. ff. de R. N. inmassen/das solches aus der natürlichen Erbarkeit genommen/ mit mehren aufzuführen Theod. Beza, de repud. & divorc. pag. 65. Balth. Menzer. de conjug. p. 82. Anton. Matthæus, de criminib. tit. de adulter. & stupr. c. 7. n. 26. Arnold. Vinn. ad §. 6. Inst. de nupt. Und daher diese Sanktion/weil sie in den Päpstlichen Rechten ausdrücklich nicht aufgehoben/ billich annoch vor bindig zu achten/ Kitzel, d. l. Schneidvvein, d. l. Wie denn auch in der Sächsischen Landes-Ordnung/fol. 185. fac. b. gleicher Gestalt mit deutlichen Worten verboten/ das niemand seines Weibes Stieff-Mutter/welche Ihr Vater nach Ihm gelassen/ ehelichen könne/ und solches Paulus Cypræus, de matrimon. c. 6. §. 2. n. 1. vor eine beständige Regel achtet. So erscheinet dannenhero so viel/ das Cajus, und seiner Stieff-Schwiegermutter einander zu heyrathen keines wegcs zu verstatten/ V. A. W.

XVIII. Quandoquidem in hac materia verlamur, non pigebit adhuc aliud Wittebergensium Responsum adscribere, ut eò magis de adstrictâ Principis potestate circa dispensationem in causis matrimonialibus constet. Sic autem illi, an Thomas Meyern/Bürgern in Hamburg/ mens. Sept. 1679. Hat ein junger Witt-

wer sich mit seines ersten Weibes Brudern Tochter verlobet / und es wil die Obrigkeit solches nicht zulassen noch darinnen dispensiren, zc. Wenn nun gleich etliche so wohl Theologi, als Juristen der Meinung seyn moegen / daß dergleichen Verhlichung wohl zugelassen werden könne / und hierzu / daß Lutherus selbst (*tom. 2. Jenens. f. 152. & tom. 2. Altenburg. f. 211.*) dieses also vorgegeben / angeführt wird. Dennoch aber und dieweil dieser gradus in der Heil. Schrift / *Levit. XX, 20.* ausdrücklich und mit deutlichen Worten / wenn nur die Personu umgekehrt werden / verbothen ist / in Erregung / daß wenn der Sohn nicht bey seines Vaters Bruders Weibe schlaffen darff / auch dem Weibe nicht bey ihres Mannes Bruders Sohne / oder dem Manne bey seines Weibes Brudern Tochter zu schlaffen erlaubet / und hierunter kein anderer respect, als welcher durch den sexum gemacht wird / zu halten ist ; in denen gradibus aber / so Gott selbst verbothen / die Obrigkeit nichts verändern kan. So erscheinet daraus so viel / daß / wenn sich einer mit seines verstorbenen Weibes Brudern Tochter zu verhehlichen Vorhabens / die Obrigkeit dasselbe zugestatten / oder darinnen zu dispensiren nicht befugt / B. X. B.

XIX. Id obiter noto, in dispensationibus Pontificiis circa matrimo-

nia Principum politicas sæpè rationes prævalere, & pro renatà vel negari vel concedi dispensationem. Qvi vitam Urbani V. Pontificis descripsit, prout eam edidit Franciscus Boiquetus, Narbonensis Jctus, rationem reddit, cur Urbanus permiserit conjugium inter Philippum, filium Johannis Francorum Regis, & Margaritam, filiam Ludovici Comitum Flandriæ, filio autem Regis Angliæ istud matrimonium prohibuerit. *In istorum, inquit, matrimoniali copulatione necessaria fuit Apostolica dispensatio propter consanguinitatem, quâ satis de proximo jungebantur, quam memoratus Urbanus Papa gratisè concessit, licet eam per prius Regi Angliæ in personâ unius ex suis filiis denegasset: In quo nullam sibi fecit injuriam, cum hoc non à justitiâ, sed à sui maximâ gratiâ dependeret, & sic sibi licuit, prout sibi placuit alteri concedere, & sibi denegare: & quod sic factum fuerit, à DEO creditur ordinatum. Si enim domus Angliæ ad successiones venisset memoratas, (puta ad Ducatum Burgundiæ, Comitatum Flandrensem, Burgundiam, Artesii, Nivernensem, & Restulensem, ac Baroniam de Salinis, itemque Ducatum Brabantia, quas provincias omnes Margareta aliquando cessuras in antecedentibus verbis dixerat) quæ admodum potentes sunt,*
adeoq.

adeoq; late, quod majorem partem Regni circumueunt, aut contingunt, aut domus Franciæ statim ex voto absorpta fuisse, aut in tribulationibus, guerris & dissensionibus domus utraq; perpetuo remansisset, ex quibus, quod mala secuta fuissent, indicant illa, quæ hucusq; secuta sunt, occasione Ducatus Aquitaniæ, super quo tandem ad inuicem disceptarunt, &c.

XX. Potissima autem in dispensationibus istiusmodi ratio habetur tum morum, qui pro illis solvendi sunt. Non enim aliâ de causâ, ait Marcus Antonius de Dominis, de Rep. Eccles. lib. 5. cap. 11. num. 79. Romani Pontifices usq; ad quartum gradum prohibitiones has extendunt, nisi ut frequentiores essent dispensationes, ex quibus immensa pecunia in eam Curiam confluit. Et assignata sunt in Cancellariâ pro singulis remotioribus gradibus præcia. Nam propinquiores compositiones facere debent sanè ingentes, ubi præsertim conjuges vel divites sunt, vel Magnates, vel Principes. Et hoc procul dubio facit, ut leges Ecclesiasticæ, talium nuptiarum prohibitiuæ, sint prorsus injustæ ac nullæ. Non enim honestatem & decentiam respiciunt, aut in re ipsâ æquitatem, sed solum proprium lucrûm. Nemo enim est, cui tales dispensationes negentur. Et quæ pot. eas pecuniæ, tot

ead accipiunt, solo precio exhibito. Imò nò à Papa quidem postulantur, sed prostant in publico officio cuiusq; accedenti venales, &c. Eadem hæc dispensandi in aulâ Romanâ, facilitas atq; frequentia, tum & præceptorum, atq; prohibitionum multitudo alios plures adigit, ut turpissimum in illis quæstum pleno ore faterentur, & avaritiæ curiæ Romanæ multis modis detestarentur. Ex plurimis adducam verba Claudii Espençæi, Theologi Parisiensis, qui in Epist. ad Tit. cap. 1. sic ait: *annon. auq; consuetudo est clarissima, quod tam multa positivo tantum jure præcepta vel prohibita eo usq; ligant homines, donec pecuniâ sibi harum constitutionum gratiam impetrent? ita ut regina rerum pecunia divitibus licitum faciat, quod pauperibus illicitum est, quia divitias non habent. Hæc enim ita demum procedunt, si gratis ea facere quis intendat. Quod si dolosi spes refulerit nummi, jam quod prius erat interdictum, liberè fit ac impune. Tam diversa est in his relaxandis divitiis atq; pauperis conditio. Vix enim quisquam prohibetur, quàm ut nē quis gratis contraveniat, & quod vetatur, numeratâ statim pecuniâ dispensatur, quasi nullum sit peccatum majus, quàm nummis carere. --- In casibus enim, quantumvis pñ*

tempore honestis aut necessariis, nihil unquam, nisi numeretur, dispensatur, ut si nihil attuleris aut numeraveris, indispensatus perpetuò maneat, &c. Sequuntur alia plura, quibus accerrimè perstringit mores curiæ Romanæ. Et hæc quidem de legibus naturalibus, divinis & Ecclesiasticis.

XXI. Quod seculares leges positivas attinet eas uti Princeps pro lubitu figere ac refigere potest, ita etiam potest pro lubitu in iisdem dispensare, & hoc sc. ex vi summi, quod tenet, imperii. Sed caveat tamen, ne nimiam indulgentiam & facilitatem suam legem prorsus in desuetudinem abire faciat, occasionemque subditis etiam absque dispensatione prohibitam utendi præbeat, cum & aliis magna peccandi illecebra sit spes impunitatis. Ant. Perez, *Cod. de sentent. pass. n. 1.* quod si fieret, dispensatio potius dissipatio esset boni ordinis & legum honestarum. Aymo Cravett. *conf. 135. n. 45. seq.* quia veterem ferendo injuriam facile

Princeps novam invitat & provocat. P. Heig. *p. 2. q. 22. n. 27.* ut ita, non remitti poenam facile, publicè intersit, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat, *l. 14. C. de poen.* Et ex hinc volunt Doctores dispensationem semper fieri debere ex justâ & legitimâ causâ, sive cum causæ cognitione. Fernand. Vasq. *l. 1. controv. c. 25. n. 16. seq.* Didac. Covarruv. *tom. 1. de matrimo. p. 2. c. 6. §. 9. n. 16.* Paulus Laymann. *l. 1. Theol. moral. tr. 4. c. 22. n. 10.* Dn. Carpzov. *l. 2. Jurispr. Consist. def. 163.* non quod non valeat dispensatio absque causâ facta, uti post alios statuit Petrus Antonius de Petrà, *de potest. Princ. c. 27. n. 27.* actum enim, ex tali concessione secutum, firmum & validum esse largiuntur Ludovicus à Pegvera, *decis. 52. n. 12.* Covarruvias, *d. l. n. 20.* H. Zoel. *ad tit. X. de consangu. & aff. n. 30.* Sed quod dispensatio, quæ fit ex causâ, minus lædat bonum commune, & ipsum etiam Principem in foro interiori excusatum reddat.

CAP. VIII.

De

Jure aggratiandi.

SUMMARIA.

Princeps delinquenti gratiam facere potest, non tamen, nisi ex causâ & cum ejus cognitione. 1.

Etiamsi delictum commissum sit adversus legem positivam. 2.

Abuc rigidior tamen debet esse Princeps in faciendâ gratiâ si lex divina violata fuerit. 3.

Suppli-

Supplicium mortis, lege divinâ, præscriptum, remittere nequit Princeps, sed commutare tantum potest in aliud mortis genus. 3.

Sed hic cavendum, ne præ mitigatione pœna habeatur applicatio legis ad factum & circumstantias. 4. 5.

Clementia laudatur in Principe. 6.

Nec tamen promiscuè cuius ignoscendum est. 7.

Rotundas aggratiandi conformatur ad potestatem ferendi leges. 8.

In sententiis JCorum, ad jus aggratiandi sæpe habetur respectus, & ex certis causis reservatur. 8.

Memorable ejus rei exemplum 9.

Delinquentes non esse necessariò puniendos, statuit Grotius. 10.

Quæ sententia examinatur. 11.

Magistratus utrum mitigare possit pœnam? 12.

Quid obtinuerit olim in Electoratu Saxonia, & quid hodiè. 13. 14. 15.

I.

Potestatis hujus dispensandi, quam Principi asserimus, pars maximè illustis versatur circa delicta, quæ aliàs jus aggratiandi vocari consuevit, quando scilicet delinquenti gratiam facit, vel mitigando, vel prorsus remittendo pœnam promeritam, §. 6. in f. J. de J. N. G. & C. l. 1. in f. ff. de constit. Pr. l. 4. l. 9. §. 11. l. 27. l. 37. ff. de pœn. l. 3. C. de Episc. aud. l. 7. C. de prec. Imp. off. l. 12. C. de sentent. pass. l. pen. C. de calumn. De hoc verò, num & quomodo à Principe, salvâ justitiâ & utilitate publicâ, exerceri congruè possit, multùm disceptant Interpretes. Vid. Tiberius Decianus, l. 3. tr. crim. c. 35. Tiraguelus, in pecul. tract. de pœn. temperand. Prosp. Farinac. quest. 6. Petrus Antonius de Petra, de potest. Pr. c. 12. Anton. Gomez. l. 3. resol. c. 13.

num. 38. M. Ant. Peregrinus, de jurè fisc. l. 5. tit. 2. Petr. Heig. l. 2. q. 22. & 24. Anton. Matthæus, de criminib. ad tit. ff. quib. mod. crim. extingv. c. 5. Daniel Moller. l. 3. semestr. c. 31. plerisque in hoc consentientibus, fieri quidem remissionem hanc posse, sed non nisi ex causâ, & cum ejus cognitione.

II. Sanè si, quod Princeps ipse prohibuerit Lege positivâ cum de terminatione certæ cujusdam pœnæ, quin pro lubitu vel totam eam remittere, vel mitigare saltem possit, nullus dubito. Sed quia utilitas publica difficulter patitur inæqualitatem in decernendis pœnis, & ex veriori sententiâ irrogari illa debent secundum proportionem Arithmeticam, Franzkius, tit. de Just. & J. n. 24. Dn. Hahn. in Obs. ad Wesensb.

senb. p. m. 22. rectius faciet Princeps, si & hic difficilius fuerit, & causâ quâdam cognitionem præmiserit, cum *αγορανομίας* notam evitare vix possit, qui condemnando alterum, alterum sine causâ absolvit.

III. In iis verò delictis, quorum turpitudine ex naturâ constat, quæq; pœnis & suppliciis coercere sacra jubet pagina, adhuc rigidior, & haud paulò difficiliorem oportet esse Principem. P. Heig. *q. 24. n. 30. 42.* Cum enim inferior nec derogare, nec abrogare possit Legem superioris, *c. super eo, 4. X. de usur. ibidemq; Joh. Bapt. Vivianus, in rational. jur. pontif. c. cum inferior 16. X. de majorit. & obed. l. 4. ff. de recept.* etiam Principem hic necesse est Legislatorem suum DEUM & naturam agnoscere, eidemq; se submittere. Quod tamen non ita intellectum volo, ac si prorsus easdem pœnas, quæ in Sacris literis decernuntur, à Principe irrogari debere arbitrer, id enim refutatum nobis disputatione antecedente, & respectu politiæ Judaicæ forense quid erat, in Novo Testamento abrogatum; sed quod Princeps sine urgente causâ non possit remittere supplicium mortis, si quando morte punire delicti alicujus gravioris reum voluerit jus divinum. Dn. Carpozov. *prax. crim. part. 3. q. 150. n. 29.* quanquam

definire integrum ipsi sit aliud mortis genus, etiam acerbius aliquando, si gravitas & frequentia delicti id flagitaverit. Add. *Bachov. in Treutl. vol. 2. disp. 30. tit. 3. lit. G.*

IV. Sed & in his ipsis mitius quid statuere quandoque poterit Princeps, imò planè impunitatem concedere, vel ordinariam pœnam in extraordinariam convertere, dum tamen cautè & circumspectè agat, & circumstantias omnes probè examinet, propter quas pœnam mitigare vel remittere liceat. Possunt enim quandoque tales subesse causæ, propter quas etiam id, quod lege divinâ capitale est, ita leve efficitur, ut non nisi à sanguinario Dracone capitaliter puniri queat. Et hinc rectè asseritur, æquitatis temperamentum non in humanis tantum, sed & ipsissimis Decalogi legibus, à supremo omnium Legislatore latis, obtinere, contra Lambertum Danæum, *l. 6. Ethic. Christ. c. 5.*

V. Disimulare tamen hic nequeo, in tali casu non tam dispensatorem agere Principem, quam interpretem, & non tam mitigare pœnam, quam justè applicare. Dum enim legem non relaxat, sed æquitati innixus, eam hic locum invenire negat, nihil aliud agit, nisi quòd eam interpretetur, & factò applicet, atque declaret, quod non Principis

cipis tantum est, sed cujusque judicis. Petr. Heig. 2. q. 22. n. 34. Et hoc Principi licere etiam in aliis non pœnalibus legibus Divinis, tunc prax in Veteri Testamento ostendit, tum quæ à privatis in factis privatis, & moram non ferentibus, quandoque facta est declaratio. Ita enim etiam David, ejusque Comites, interpretati sunt legem, quæ solis sacerdotibus concedit panes propositionis edere, in summâ fame non habere vim obligandi, 1. Sam. XXI, 3. seq. Pari ergo ratione, ubi circumstantiæ concurrentes pœnam delicti ordinariam respuunt, justum erit, mitiorem aliquam, sed delicto tamen proportionatam, decernere, ex quo fieri potest, ut homicidium pœnâ tantum pecuniariâ puniatur, c. 2. X. de delict. pueror. Covarruv. l. 1. resolut. c. ult. n. 8. & l. 2. c. 9. n. 2. Sed hæc omnia, uti dixi, fiunt non ex dispensatione, & potestate Principis legislatoriâ, sed per interpretationem, & legis ad factum applicationem, in quâ tamen semper observandum est præceptum Marciani, in l. 1. ff. de pœn. De causis verò, propter quas pœna aut intendi aut remitti debeat, videri possunt Carpz. part. 3. prax. crim. q. 28. l. 1. 42. seqq. Anton. Matthæus, ad tit. ff. de pœn. c. 4. & 5.

VI. Quæ tamen dixi hætenus de interpretatione Principis ex *Præ-*

xi. q. ea ad jus aggratiandi propriè nõ pertinent, sed ei cum quovis iudice, & Jurisconsultis communia sunt. Amplior verò & sublimior adhuc ei competit potestas, secundum quam non Interpretem amplius, sed omninò Principem agit, h. e. Legislatorem majestate suâ utentem. In hoc enim maximè consistit tantoperè laudata inter Politicos Principis clementia, ut quem ignoscendo servare possit, illi gratiam suam impertiat, & tam exosa habeat crebra supplicia, quàm Medicus multa funera. Nullâ dote, nullo genere virtutis mortalitas propius accedit ad naturæ divinæ similitudinem, quàm miserendo humanæ imbecillitatis, ignoscendo erroribus & injuriis obliviscendo. Forstner. ad Taciti annal. lib. 6. Quò pertinet egregia, clementiæque & indulgentiæ plenissima, Constitutio Theodosii, in l. un. C. si quis Imp. maledixerit, quâ suæ tantum cognitioni reservavit maledicta, & convitia sibi facta, ut scilicet ipse decerneret, prætermitti, an verò exquiri deberent. Quoniam, inquit, si id ex levitate processerit, commendandum est: si ex insania, miseratione dignissimum, si ab injuriâ, remittendum.

VII. Nec tamen vulgò & promiscuè ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter bonos malosque sublatum est, confusio sequitur & vitic

rum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quæ sanabilia ingenia distingvere à deploratis sciat. Nec promiscuam habere, ac vulgarem clementiam oportet, nec adscissam. Non tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Modum tenere debemus, ut rectè ait Seneca, *l. 1. de clement. c. 2.* Constantinus M. in suppliciiis exigendis mitissimus fuit, ita ut à non paucis reprehenderetur nimix lenitatis nomine. *Cum nullus esset extremi supplicii metus*, inquit Eusebius, *lib. 4. de vit. Constant. c. 31.* *qui malos homines à sceleribus detereret, Imperatore profusè in clementiam propenso, & ex provinciarum Rectoribus nemine crimina coercente, eo factum est, ut publica administratio non mediocrem reprehensionem subierit.* De eodem refert Zonaras, quòd clementem se ostenderit iis, qui pravam vitam deseruisent, dixeritq; abscindendum membrum ægrotans ac putridum, ne sana contagio corrumpat, non id, quod aut sanatum jam sit, aut sanescat. Atq; hinc statuerunt nonnulli satis quidè confidenter, tutius esse, & Reipub. utilius, habere Principem severum, quàm lenem & ad delicta conniventem. Quod uti verum est, si talis fuerit lenitas, ut omnia licita aut permissa sint, ita laudari nequit,

qui severitate abutitur, & in crudelitate eam degenerare facit.

IIX. Cæterum difficile admodum est, juri aggratiandi præcepta dare, & quibus in casibus exercere id liceat, definire. Hoc certum est, nequaquam excedere illud posse potestatem *romæ Julian.* Quousque ergo leges ferendi potestas se extendit, eousque etiam aggratiandi jus pertinere potest, positus scilicet terminis habilibus, & causis clementiam sudentibus. Quocirca sicut dispensari non potest in iis, quæ jure naturali & divino constituta sunt, ita nec illis gratia impertiri potest delinquentibus, cum juri naturali & divino ipse Princeps subjectus sit, ejusque legibus teneatur. In poenis tamen dictandis, uti Princeps non tenetur idem præcisè mortis genus statuere, quod jure divino alicui delicto præfinitum est, sed sufficit mortis supplicium quaecumque decernere: ita dubium non est, posse Principem supplicium capitis delicto alicui in genere à se præstitutum, certo & particulari casu commutare in aliquod mitius, æquè tamen mortem inferens. Ratio est, quia potestas ea certum supplicium eligendi, & electum in casu speciali commutandi, pertinet ad potestatem legislatoriam, ad quam æquè spe-

spectat jus aggratiandi. Nec enim clementia Principis in eo semper consistit, ut prorsus absolvatur reus; sed etiam sese exserit tunc, quando poena durior & atrocior pro ratione delinquentis commutatur in aliam mitiorem. Quod si alicui delicto nullum jure divino praefinitum est supplicium, latior tunc utique & amplior erit Principi potestas aggratiandi, propterea, quod tunc jure suo utatur, & poenas ipse decernere queat pro lubitu. Solent autem JCI, qui sententias ejusmodi capitales & decretorias in Collegiis concipiunt, perumque monere Principem, si quando juri aggratiandi locus esse possit, additis causis, quae sibi in eam rem visa fuerint sufficientes: So ist Inquisit mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bestraffen. Es wolte denn die hohe Landes-Fürstl. Obrigkeit in Ansehung, daß derselbe &c. (recensentur tunc causa, quae ex actis sese produunt) Ihme Gnade erzeigen/ auf solchen Fall were er mit dem Schwerte vom Leben zum Tode zu bestraffen.

IX. Illustre tale exemplum capere licet ex casu oppido notabili, cuius singulares actus vix credi potuissent singuli, nisi de plerisque fides facta fuisset. Et quia sententia de eo concepta non tantum jus aggratiandi, quod penes Principem est, sed etiam jus interpretandi, quod judica

& JCIis competere diximus, per exemplum declarat, ipsa etiam facti species raritate sua se commendat, illam totam adscribam, prout eam exaravimus an Caspar Sandern/ Quastorem Wittebergensem, mens. Mart. anno 1677. Hat Brose Barig der ältere güttlich bekant / und gestanden, daß er mit seinen/ ueberst Ihm gefangenen / dreyen Söhnen / und noch einem älteren/ Hans Friedrichen/ welcher sich icko bey der Kayserl. Armee auffhalten sol/ unterchiedlich viel Pferde-Deuben / benanntlich zu Blesern/ Segrehna/ Schlesien/ Burg/ Zitz/ Hohensee/ Bure/ Straguth/ Göbeln/ Loslau/ Calis / Mühlstett/ Briesen/ Glinda/ Düben/ Dalchau/ Stockby/ Köselis/ Berchau/ Barchheim/ Strafsau/ Käsel/ Reckendorff / Ernst / Grimme/ alten Nigripp / Gódenis/ Nöcken / Hohenziegas / Baasdorff/ Stegelis/ Giesen/ Kloster Lieck/ Zipel/ aufn Goldbogen / Pollnsdorff / Recken / Dannickau / Sties / Felgeleben/ Kralau/ Bieris/ Fleburg/ Drezel/ Zedenick / Gricke / Suckrode / Rosenburg/ Darby / Dommella / Woltershweig/ Schlanstet/ Dommitsch/ Pieskeris / Pfarrleben / Elben / Bierspuhl/ Pechau/ Walwis/ Dias/ Gleina und Roslau/ von zwanzig Jahren her verübet / der Pferde/ zwey / drey/ vier / auch wohl sieben / auf einmahl

wegeritten / auch an manchen Ort / zwey / drey- und mehrmahl die Pferde-Deuben wiederholet. Und es haben auch obaedacht keine drey Söhne / Frans Christoph / Jacob / und Brose der jüngere / daß sie bey den meisten gewesen / gleicher gestalt aufführlich gestanden / unmassen denn aus deren Bekänntniß / daß Frans Christoph mehr / als fünfzig mahl / Jacob und Brose / ieder über dreyßig mahl darbey gewesen / sie auch allerseits von sehr vielen participiret / und die ganze Summa der gestohlenen Pferde über dreyhundert sich erstrecke / deutlich erscheinet. Und es hat sich darauf in der Erkundigung befunden / daß zu Blesern / zu Segrethna / zu Schlesen / zu Burg / zu Strazut / zu Göbeln / zu Calis / zu Mühlstet / zu Briessen / zu Glinda / zu Düben / zu Ackendorff / zu Baasdorff / zu Pollensdorff / zu Nesen / und zu Dannikau / die Pferde umb die Zeit / welche sie angegeben / verlohren worden / auch zu vermuthen / weil allerseits inquisiten / in Erzählung der Umstände / meistens gár genau übereinstimmen / daß auch die übrigen Deuben gar gewiß geschehen. Und es hat Brose Barig / der Vater / ferner bekant / daß er sieben Ochsen / und Frans Christoph / daß er darunter fünf / Jacob und Brose aber / daß sie darunter einen fehlen helfen / wie sie denn auch noch eine Kuh und etliche Schaffe gestan-

den / in gleichen Brose / der Vater / daß er wegen gestohler Pferde allbereit zu hohen Preisen / auf den Hals gesetzt / und sich darlibst los gebrochen / und auch / daß er hievor zweymahl Ehebruch / und einmahl Straßenraub begangen / welche beyderley Verbrechen aber allbereit verjähret / hierüber auch Jacob / der Sohn / daß er im Sommer / vergangenen Jahres / mit eines Dresefers Weibe gebruchet / von sich selbst ausgesagt. Danun diese vier inquisiten auf solchen ihren gethanen Bekänntniß vor öffentlich gehaltenen peinlichen Halsgerichte noehmahls freiwillig verharren / so sind sie ungesamt / und zwar die Söhne nach einander / vor dem Vater / und in dessen Gegenwart / mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bestraffen / Es wolte denn Ihre Churf. Durchl. unser gnädigster Herr / dem jüngsten Sohne / Brose Barigen / in Ansehung dessen Jugend / und daß er noch nicht vollkömmlich das neunzehende Jahr seines Alters zurück geleget / auch vom Vater und Mutter schändlich verführt worden / Gnade erzeigen / auf solchen Fall were er mit dem Schwerte vom Leben zum Tode zu bestraffen. Hat auch Caspar Gerhard / sonst Unverderben genant / güttlich bekant / und gestanden / daß er nach der Ende des abgewichenen Jahres zu obgenannten Brüdern / den Barigen / kommen /

und

und sich vor einen Jungen brauchen lassen / bald hernach zu Scareyna / Straguth / Laut / und Glinda / da die Pferde gestohlen worden / mitacwesen / se / sen auch Franz Christoph Barias mit sich geführter Duren einen Koef entwendet / und umb 1. Thl. 9. Gr. verkaufft. Da nun inquit auf diesen seinen Bekantnis vor Gerichte nachmahls freywillig verharret / so ist er gehalten Sachen nach / und weil er anfänglich nicht gerufft / daß die Barige Pferde-Diebe werea / sondern dieselbe / seinem Vorgeben nach / vor Edelleute angesehen / auch bey den Pferde-Denken mehr nicht gethan / als daß er / als ein Junge / die gehalten und Ihme überreichten Pferde gehalten / und zum Theil geritten / um übrige nichts davon participirt / und gleicher Gestalt das neunzehende Jahr seines Alters noch nicht erfüllet / mit Staupenschlägen des Landes ewig billich zuverweisen / Alles B. N. W.

X. Hugo Grotius, l. 2. de jure bell. & pac. n. 4. seqq. nimis laxam in dispensationibus Principi relinquit potestatem, eò quod natura non præcipiat, ut delinquentes puniatur, sed tantum non vetet, quò minus id fiat; & hinc ostendit, nocentibus injuriam non fieri, si puniantur; ipsos autem necessario puniri debere non admittit. Quod ut obtineat, tres facit fines poenarum, 1. ut emendetur

delinquens, 2. ut satisfiat, cui nocitum est, 3. ut satisfiat toti civitati. Putat, posse aliquando universos hos fines cessare, & naturali æstimatione non esse necessarios, e. g. in peccato paucissimis cognito, posse etiam alios fines ex opposito occurrere, non minus utiles & necessarios, e. g. in eo, qui benè merita aut sua, aut parentum repensari digna, culpæ opponit; posse deinde fines poenæ propositos alià vià obtineri, e. g. in eo, qui verbis emendatus est, aut læso verbis satisfecit; posse tandem tria hæc occurrere, aut ut poena omnino sit exigenda, ut in paucissimi exempli sceleribus, aut ut omnino non exigenda, ut si bonum publicum omitti eam exigat, aut ut liceat utrumvis.

XI. Hæc omnia verò, quàm speciosa videntur, tam parùm roboris in se habere jam diu ostendit Antonius Matthæus, ad tit. ff. quib. mod. crim. exing. c. 5. n. 3. Falsum est, naturam non præcipere, ut delinquentes puniantur. Dum enim prohibet aliquid, simul poenas exigit à transgressoribus. Et si namque non negem, primariam omnis legis intentionem esse, ut obliget ad obedientiam, & alteram, quæ obligat ad poenam, esse secundariam, atque nunquam principalem; propter inobedientiam scilicet supervenientem; nego ta-

men, posito casu inobedientiæ, legem non præcipere, ut transgressor puniatur. Et ut fortassis poenæ genus non determinatum sit à naturâ, propterea tamen poenas ab eâ exigî, negandum planè non est, cum id deinceps ex sacrâ Scripturâ, quæ Legi naturæ adstat, addisci queat. Certam enim semper constitui poenam, ne quidem in legibus positivis opus est, sufficit, si repeti à transgressoribus possit legis vigore & obligatione, uti rectè monet Gregorius de Valentia, *disp. 7. q. 2. p. 2.* & ex illo Conrad Hornejus, *civ. doctr. p. 582.* Frustrâ ergo prohiberet Lex Naturæ fugienda, nisi & gladium, furcam, virgas traderet judici, ut transgressores coercerentur. Falsum est porrò in peccato paucissimis cognito cessare omnes à Grotio enumeratos poenarum fines. Nec enim facere potest notitia hæc paucorum, aut occultatio delicti, ut emendetur delinquens, aut ut satisfiat ei, cui nocitum est; quin securius in scelera ruunt, qui ex hoc indulgentiam sperant, quòd paucis consciis delinquant, & vel paucis illis exemplo opus esse videtur. Reliqua quæ habet Grotius, in gravioribus delictis locum non inveniunt, quippe quæ perpetrata nec meritis expiantur, nec verbis, sed omninò tum interest Reip. ut malus è medio tollatur; ut ne terra inqui-

netur flagitiis, ne vindictam ab iis, qui neglexere scelera vindicare, supremus judex sumat, rectè ita monente Antonio Matthæo, *d. l. p. 932.*

XII. Patet hinc, nimium esse Grotium in temperandâ criminum vindictâ, & longo usu hætenus compertum est, levioribus poenis atrociora delicta coerceri non posse, ut credibile sit, præxin Grotianam, Reip. non satis esse convenientem, & subtilibus tantum niti speculationibus. Salvam tamen nihilominus Principi relinqvimo potestatem dispensandi, sed limitatam eam & modo antea exposito restrictam. Ipsam verò hanc, quam Principi asserimus, potestatem, ut Magistratibus & iudicibus etiam inferioribus tribuamus, causâ nihil subest. Jamdiu mota est quæstio in Juris Consultorum Auditoriis: Utrum nobilis, vel alius Magistratû inferior, merum habens imperium, fustigationem vel relegationem sine consensu Principis in multam convertere possit pecuniariam? Et ea tam prægnantibus utrinque agitur adhuc rationibus, ut Principali Rescripto rem decidi oportuerit. Nos Antecessorû nostrorû vestigiis insistentes olim cum iis fecimus, qui negativam tuerentur, moti in primis his rationibus I. Quia sanctio & constitutio poenarum pertinet ad potestatem legislatori-

amij & hæc ad jura Majestatis. Ergo & mitigatio poenarum, quippe quæ definitam poenam alterat & immutat, & hoc ipso Legislatoriæ potestatis quoddam edit exercitiû. 2. Quia officium Magistratûs inferioris in exequendis iis, quæ à Principe jubentur, tantûm est ministeriale, id est quæ sancita accuratè custodire, & ad effectum deducere, transgressores quæ competentibus poenis subicere debet, *Novell. 161. pr.* non ex arbitrio & beneplacito suo, sed secundum leges, *Novell. 8. c. 8.* nam, ut Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio est judicantis: poenæ vero persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur, *l. 1. §. 4. ff. ad Sc. Turpil. l. 15. ff. ad municip. l. 3.* Quia, si Magistratui ea sit concedenda potestas, sequitur hoc absurdum, quod Princeps invitus tolerate teneatur in territorio suo, quem exesse per legem à se constitutam jussit, & sic statuetur per indirectum Principe aliquis superior. 4. Quia salutari ter hodè per constitutiones tum Carolinas, tum Electorales Saxonicas omnis decisio causarum Criminalium: iudicibus & Magistratibus inferioribus est interdicta, & tenentur illi in his negociis consilia Sapientum petere, atque secundum eorum pronuntiata poenas executioni

mandare, *Penit. Halger. Ord. art. 160. & 120. Churf. Sächs. Policey-Ord. de anno 1612. tit. Von Justitien-Sachen n. 5.* Nobiscum sentiunt *Jac. Menochius; de arb. jud. qq. cas. 96. n. 10.* Petrus Antonius de Petra, *de potest. Princ. c. 12. n. 3.* Pet. Heigius, *p. 2. q. 22.* Sigm. Finkelthaus, *Obs. 49.* Joh. Casman, *de regalib. disp. 4. n. 70. seqq.*

XIII. Variè, uti dixi, in Collegiis hæc de re disceptatum, nec uno modo decisa res fuit. Quæ sita anno M. DC. XXV. laudatissima Facultas Juridica Lipsiensis, consideratis quibusdam circumstantiis hunc in modum respondit an Hieronymum Berno von Dießlau zu Groß-Zschauer. Ist in solchen inquisition-Acten (Hansens Finckermett/ und Barbaras Kolbens betreffende) des darauff ertheilten informats so viel zu befinden/ das wegen beyder istgedachten Personer ihrer bezangenen Verbrechen halber/ Ihnen der Staupenschlag und ewige Landes-Verweisung zuerkannt/ und well beyde Personen einander ehelichen wollen/ woferne sie der zuerkannten Straffe halber liberiret/ und dieselbige in eine Geld-Straffe verwandelt werden möchte/ wollet ihr nun berichtet seyn/ ob Ihr solches ohne Vorberufft Serenissimi dieselbe Straffe zu resolviren berechtiget, oder nicht. Ob nun wohl in der Landes-Ordnung

sub rubr. daß peinliche Sachen / welche das Leben verwirckt / &c. klar versehen / daß in Ihr Churfl. Gn. Landen peinliche Sachen / dadurch das Leben verwirckt / die so Ober-Gerichte haben / ohne Ihr Churfl. Gn. ausdrückliche Bewilligung oder Nachlassung / zu einiger Geld oder andern Straffe es nicht kommen lassen sollen / Dennoch aber und darweil es mit den beyden Personen und ihnen zuerkanten Straffe diese Gelegenheit hat / daß sie damit nicht das Leben verwirckt / sondern allein zu Haut und Haar / und also mit Staupenschlägen des Landes solten verwiesen werden / so möget Ihr dem Ehestande zu ehren / und wenn Ihr ihnen das Staupenschlagen erlassen wollet / es denselben zur Geldstraffe wohl kommen lassen / jedoch propter publicum scandalum. Bleibt es bey der Landes-Verweisung inhalts unsers den Gerichten mitgetheilten informati billich / B. N. W.

XIV. Sed Nobilis ille in sententiâ inâcquiescere noluit, atque securior esset, & ne fortè in regalia atque reservata Principis involasse, aut adversus eâ commisisse quid diceretur, Principem ipsum adiit, à quo hoc accepit rescriptum: Lieber Getreuer / Uns ist dein eingeschickter unterthänigster Bericht / die beyden Gefangenen / Hansen Finstermetten / und Barbara. en Kolbin / betreffende / gebührend

verlesen werden. Weil dann Uns einig und allein aus Landes-Fürstlicher Hoheit zustehet / peinliche Sachen bürglich zu machen / und darinnen zu dispensiren, so können wir auch in diesem Fall gestalten Sachen nach geschehen lassen / daß gedachten beyden verhafteten der zuerkante Staupenschlag / wegen einer ziemlichen Geldbusse / erlassen werde / jedoch dergestalt / daß die ewige Landes-Verweisung propter scandalum publicum nichts desto weniger an Ihnen würcklich vollstreckt / die Geldstraffe auch ihren Vermögen nach uff erträgliche Masse gerichtet / und von dir eingehoben werde / darnach du dich zu achten / und geschickt daran unsere Meynung. Dat. Dresden den 8. April. 1625.

XV. Novissimè Serenissimus Elector Saxoniz in resolutione sive decisione gravaminum ex suis provincis oblatorum, tit. Justitiensachen num. 59. nobilibus & aliis, merum imperium habentibus, concessit facultatem convertendi fustigationem & relegationem in multam pecuniariam, cum distinctione tamen, & sub certo modo. Primum enim voluit, ut in Collegiis juridicis causæ remissionis examinentur, & quousque ea locum habeat, per sententiam determinetur. Deinde, ut multa poenæ corporali surrogata non admodum medica sit & exigua, sed haud

hand paulò gravior, sine zianliche Geldbuße. Tertio, ut multa illa, poenz corporali surrogata, in pios usus convertatur. Quarto, ut conversionis ratio Consistoriis Ecclesiasticis significetur. Quinto, ut delinquens nihilominus extra terminos jurisdictionis, intra quos deliquit,

relegetur. In causis autem illis, quibus temporalis tantum relegat decreta fuit, multam pecuniariam surrogatam Serenissimus Legislato Magistratibus totam addixit, ut tamen quantitas ejusdem in Collegiis juridicis determinetur, ne quid ini qui à Magistratibus decernatur.

CAPUT IX.

De

Restitutione damnatorum.

SUMMARIA.

- Restitutio adversus poenam, & infamiam à Principe est expellenda. 1.*
Restitutio est vel gratia, vel justitia. Et illa iterum vel generalis, vel specialis. 2.
Specialis est vel plenior, vel minus plena. 3.
Rescripta restitutoria stricte sunt accipienda. 3.
Qui boni sui restituuntur, an recuperet, quae jam sunt alienata à fisco? 4. 5. 6.

L

AB jure aggratiandi dependet restitutio damnatorum cum scilicet quis ex indulgentiâ Principis poenâ & infamiâ liberat9 in pristinum statum restituitur. Est autem & hæc restitutio ad jura Majestatis referenda, & ab ipso Principe, non ab alio aliquo Magistratu inferiore, peragenda. *l. 4. in f. l. 9. §. 11. l. 31. ff. de poen. l. 1. §. ult. ff. de quest. l. 10. C. de sentent. pass. & restitutur.* cum ne tùm quidem, quando de innocentia damnati constat, Præsides Provinciarum restituere eum, & sententiam

suam retractare possint, sed etiam hoc casu totam rem ad Principem referre jubeantur, *d. l. 1. §. ult. ff. de quest. l. 27. ff. de poen. Elbert. Leonin. l. 6. emend. c. 7. n. 8. & 12. Petr. Heig. 2. q. 22. n. 12. seqq.* Loquimur autem, ut hoc ante omnia moneamus, de restitutione tali, quæ fit adversus poenam, & infamiam ex jure communi impositam, non verò adversus eam, quæ oritur ex statutis civitatis aut Collegii. Ut enim ab his primitus imposita poena fuit, ita ut ab eisdem fiat restitutio, non injuri

D d

admit-

admittimus, quâ ratione relegatum ex Academiâ, & exclusum, rectè ab eadem recipi & restitui, concludit Heigius, *d. l. n. 43.*

II. Est autem restitutio vel gratiæ, vel justitiæ. Hæc locum habet tum, quando nulla damnationis adfuit causa, *l. 1. §. fin. ff. de quæst.* & idè innocentiam rei declarat, eidemqve omnia bona, atq; alia quovis modo ablata, restituit, quia sc. ab initio nulla ablationis causa subsuit. Anton. Perez, *Cod. de sent. pass. n. 14.* Illa est vel generalis, vel specialis. Generalis tantum pœnam remittit, *l. 2. l. 7. C. b. t.* Specialis famam, bona, honores, & potestatem patriam reddit, *d. l. 2. l. 3. l. 4. & seq. C. eod.* Franzkius invertit hæc nomina, & quam generalem vocare debuisset cum dictis textibus, ille specialem dicit, & vice versâ, *comm. ad §. 1. 7. quib. mod. jus pat. pot. solv.* scilicet propter effectum & potestatem. Etsi enim restitutio bonorum omnium, famæ, honorum, potestatis patriæ, & juri-um universorum, in jure nostro specialis dicatur, propterea, quod paucis contingat, & in specie concedenda sit; effectu tamen & potestate, & verborum formula est generalis & omnium plenissima; è contrario altera illa, quâ communiter damnati restituuntur, nomine est generalis, potestate autè specialis. Just. Meyer,

in Colleg. Argent. tit. de sentent. pass. n. 3. Specialis restitutio iterum vel est plenior, vel minus plena. E. g. quando dicit Princeps: Restituo te in integrum, plena est indulgentia, & restitutio omnium eorum, quæ quis antea habuit, *l. 1. C. b. t.* Quando dicit: Restituo te patriæ & bonis, minus plena est restitutio, quippe, quæ præter bona, nec honores, nec patriam potestatem reddit. Sed quando dicit: Restituo te dignitati & bonis, reditus quoqve in patriam & potestas in liberos continetur, *l. f. C. eod.* Ant. Matthæus, *de crimin. tit. 9. mod. crim. exting. c. 5. n. 8.* Anton. Merenda, *l. 6. contr. c. 7.* Sfortia Oddus, *de restit. part. 2. q. 95. art. 1. n. 1.* Sebastian Gvazzin. *de confiscat. bonor. c. 28. n. 3. seq.*

III. Per consequens omnia illa rescripta, quibus aliquis restituitur, strictè erunt explicanda, Gvazzin. *d. l. n. 18.* non obstante, *l. 3. ff. de constit. Princ.* quæ beneficium Imperatoris, quod à divinâ ejus indulgentiâ proficiscitur, quàm plenissimè interpretari jubet, quia id non procedit, quando jus tertii imminuitur. Ant. Perez, *d. l. n. 12.* aut quando beneficia publicæ utilitati non usque adeò sunt proficua, uti plerumqve contingit in restitutione exulum. Anton. Matthæus, *d. l. n. 6.* Unde nec fama quidem restituitur per genera-

neralem indulgentiam, l. 7. C. b. t. sed necesse est, ut specialiter ea redintegretur. Quod si factum fuerit, habetur ille quidem, qui ita restitutus est, pro Viro honesto, l. 10. C. b. t. l. 23. C. de nupt. & plenè tollitur omnis macula præcedens, ita ut nomen boni Viri recipiat, l. 1. §. 10. ff. de postul. quasi nulla vitâ inhonestâ præcedente, d. l. 23. C. de nupt. negari tamen interim nequit, aliquam semper notam superesse & aliquem ejusmodi personarum contemptum in animis hominum residere, qui nec à Principe tolli possit. Marqv. Freher. de infam. l. 30. c. 30. n. 12.

IV. De eo adhuc quæritur, si quis restitutus fuerit bonis suis, an recuperet etiam ea, quæ à fisco jam sunt alienata? Et rectè dicitur, ad eam non extendi restitutionem, quia scilicet Princeps non præsumitur jus alteri ex contractu venditionis vel donationis quæsitum auferre vellet, l. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loco publ. l. 4. C. de emanc. lib. Ant. Gomez. l. 3. var. resol. c. 13. n. 39. Andr. Gail. l. 2. de pac. publ. cap. ult. n. 22. Sebastian Gvazzin. d. l. n. 20. Limitat tamen hanc assertionem Franzkuis, quod restitutio ad interim alienata trahatur, si de voluntate Principis expressè constet, maximè quando restitutio fuerit facta cum clau-

fulis prægnantibus & plenis, & in specie, cum clausulâ annullatoriâ condemnationis, l. 3. resol. t. n. 55. 4. §. 569. cum quo facit Joh. Bapt. Costa, de retr. tract. c. 8. quod non placet, quia adhuc militat ratio, quod Princeps non possit alteri auferre rem suam, aut jus quæsitum, nisi tantundem de suo resarciat. Vid. Gvazzin. d. l. n. 24. 25. 55. 56. Sed annon precium saltem restituet fiscus? Negant Gometz, Gail. Franzkuis, d. l. Affirmat Andreas Fachineus, l. 9. contr. c. 18. & nostro judicio rectius. Nam si bona fiscus haberet, inter omnes constat restituenda esse, cur igitur precium fiscus restituere non debeat? præsertim cum eadem hic sit ratio in precio, quæ in bonis ipsis, l. 18. ff. quod met. caus. Et concedit Antonius Matthæus, precium restituî debere, si omnia condemnati bona sub hastâ venierint, ne beneficium Principis inane sit & derisorium, l. de Criminib. tit. quib. mod. crim. exting. c. 5. n. 10. Limite tamen assertionem nostram, quod tunc demum restituendum sit precium, quando ex bonis factus fuit fiscus locupletior. Ut enim pro iis quoque bonis restituatur precium, quæ Princeps donavit aut perdidit, nulla ratio svadet, nisi in amplissimâ formâ em-

emanaverit restitio. Ant. Perez, *Cod. de sentent. pass. n. 5.* S. Gvazzin. *d. l. n. 57. 58.* Utcunqve verò bona restitui debere dicamus, nego tamen, simul restitui debere fructus interim perceptos, *arg. Nov. 115. c. 3. §. 14.* Gvazzin. *d. l. n. 32.* & nec extantes quidem: eò scil. quod restitutio ista non contingit ex ordinariâ juris sui persecutione, sed ex merâ gratiâ, quæ propterea operari incipit à tempore interpositæ gratiæ, & nullam admittit retroactionem, Bachov. *in Trentl. vol. 2. disp. 31. th. 7. lit. C.*

V. Sed hæc omnia locum habent, quando delictum reverà commissum, & quis propter id condemnatus fuit. Circa eos verò, qui innocentes damnati restituti sunt, hoc juris esse videtur, ut tam alienata, quàm non alienata ipsis restituenda sint bona. Quia enim deficit causa confiscationis, tota res redigenda est in pristinum statum. Et idcirco restitutio concessa per viam justitiæ pinguius succurrit, quàm gratiosa restitutio. Gail. *d. l. 2. c. 19. n. 23.* Sebast. G. azzin. *de confisc. bon. c. 28. n. 52.* Dn. Hahn. *Obs. ad Wesenb. tit. de sentent. pass. n. 3.* Joh. Bapt. Costa, *tr. de judic. n. 131.* Fructus verò non recuperabit restitutus, nisi extantes, Gail. *d. l. n. 30.* eò quòd & fiscus, & qui ab eo causam habuit, hætenus in bonâ

fide tuerint, ut adeò fructus consumptos restituere non teneantur, *l. 4. §. 2. ff. fin. reg. l. 22. C. de R. V. Arn. Vinnius, in §. 55. n. 9. J. de R. D. Franzkius, exerc. 4. q. 7. 8. 9. Dn. Hahn. Obs. in Wesenbec. tit. de Rei Vind. n. 7.* Et hæc de restitutione damnatorum breviter dicta sufficiant, quanquam adhuc aliqua omitti potuissent, nisi ex effectu de causâ liceret judicare accuratius.

VI. Facit huc Responsum, quod ex Collegio Wittebergenſi dedimus Andreæ Nieſteteri zu Northausen/ mens. Octobr. 1677. Auff cure andere Frage erachten wir Rechtens seyn/ haben vorgedachte Lehn-Leute wegen derer nach beschehener Einziehung des Lehns von den Lehnherren vereufferten Stücken in dem bey der erlangten restitution ausgesellten Reverse folgende Bedeutung angefüget: Und als zeit vorgedachter Einziehung einzige Fürstl. concessiones und Begnadigungen/ wege acwisser zu unsern Lehn-Gütern/ gehörigen/ oder daselbst belegener Stücke/ von jemand erlanget seyn/ und zum Vorschein gebracht werden/ möchten/ so erachten wir uns zwar schuldig propriâ autoritate denselben nicht entgegen zuhandeln. Da aber dieselbe etwan zu Recht nicht beständig/ und uns præjudicirlich seyn/ möchten/ so wollen wir uns deswegen die

" die rechtliche Nothdurfft bey Jhnen
 " Durchl. und dero for ein Gerichten
 " zu beobachten / und remedirung zu
 " suchen / vorbehalten / und an rechts-
 " mäßiger Erhöhung nicht gezweifelt
 " haben / etc. Und es wil wegen sol-
 cher von den Lehnherren an andere Per-
 sonen verschencken / und zugewietten
 Stücken aniso Zweifel entstehen.
 Wenn nun gleich angeregte Lehn-
 Leute vorwenden möchten / daß der Lehn-
 Herr / besage des von den Lehn-Leuten
 ausgestellten / und von Jhne ac-
 ceptirten Reverfes / alle vorige Ungra-
 de gegen sie fallen / und sie zu völliger
 perception des hievor eingezoge-
 nen Lehns hinwegwiederumb gelangen las-
 sen / derowegen die verwilligte restitu-
 tion allerdings pro plenariâ zu ach-
 ten / und die von den Lehn-Herrn ver-
 schenckte Güter gar wohl nunmehr
 von Jhnen in Anspruch genommen
 werden könnten / Dennoch aber und
 diemvil die Lehn-Herren / so lange die
 privation solcher Lehn-Güter bestan-
 den / ein und ander Stück davon /
 nach ihren Gefallen / anderweit zu
 veräußern / wohl befugt gewesen / die

jenigen auch / so dergleichen bekom-
 men / durch solche Zueignung ein jus
 quæsitum erlanget / so Jhnen hernach
 bey der erfolgten restitution der Va-
 fallen / wider ihren Willen / nicht wie-
 der entzogen werden mögen / hierüber
 die nachgesetzten Worte des Reverfes
 klare Masse geben / daß die denen Va-
 fallen verwilligte und nachgelassene
 potestât / in Wiedererlangung der
 veräußerten Lehn-Stücken / von de-
 nen jemalen alienationibus, so zu
 recht nicht beständig / zu verstehen / und
 dergestalt die jemalen / so rechtmäß-
 sig geschehen / nicht anzufechten sind /
 So erscheinet dammenhero so viel / daß
 die denen Vasallen verwilligte resti-
 tution des eingezogenen Lehns / pro
 simpliciter plenariâ, als sie es vor-
 hin besessen gehabt / nicht zu achten /
 sondern dasjenige / was vor besche-
 hener restitution an Gütern darvon
 andern Personen beständig zuceig-
 net worden / denselben zu lassen /
 und also mit Rechte von denen Lehn-
 Leuten keinesweges in Anspruch ge-
 nommen werden können /

B. A. W.

Da 3

CAP.

Legitimatione liberorum.

SUMMARIA.

- Legitimationis fundamentum à potestate Principis petendum est. 1.*
Jure Romano soli liberi naturales poterant legitimari. 2.
Liberi naturales sunt, qui ex concubinâ nati sunt. 2.
Etiâ spurii legitimari à Principe possunt. 3.
Jure civili tres introducti sunt modi legitimandi. 4.
Explicatur modus, qui fit per rescriptum Principis. 5.
An legitimatio talis fieri possit liberis extantibus legitimis? 6.
Quatenus Pontifici Rom. competat potestas legitimandi? 7.
Utrum Pontifici Rom. talis potestas competat in regno alieno? 8. 9. 10. 11.
Utrum Princeps legitimare possit filios naturales proprios? 12.
Utrum idem possit Comes Palatinus? 12.

I.

TRansimus nunc ad aliâ speciem dispensationis, quæ consistit in potestate legitimandi liberos naturales, qui aliâs jus filiationis non haberent. Fachineus, l. 3. c. 57. Cum enim apud plerasque omnes nationes receptum sit, ut pro filiis non habeantur, nisi qui ex justis nuptiis procreati sunt, §. 12. *J. de nupt.* justæ autem nuptiæ sint tantum illæ, quæ secundum cujusque populi instituta contrahuntur. Arnold. Vinnius, *in pr. Inst. cod. Petr. Perrenon. l. 1. V. L. c. 9.* facile patet, natos ex parentibus, secundum præcepta legum non co-

impleri, & maximè digni sint misericordiâ, qui vitio alieno laborant; inventa deinceps est per Legem supervenientem legitimatio, quæ ex liberis illegitimis & non justè procreatis facit legitimos, eosdemq; aliis legitimis reddit æquales. Quæ Lex, cum à Majestate ferenda sit, vel hoc ipso clarum redditur, totum Legitimationis fundamentum à Principe dependere; aliquem verò legitimatio actum à solo Principe perfici, & ejus hanc potestatem inter regalia jure optimo referri, in sequentibus dicemus.

II. Jure Romano soli liberi naturales poterant legitimari. Per naturales autè hîc intelligimus illos, qui

ex

ex concubinâ domi retentâ, & cum quâ aliâs nuptiæ consistere possunt, suscipiuntur. Concubinatus enim jure civili neque simpliciter prohibitus, neque probatus est, sed licita consuetudo dicitur, *l. 5. C. ad Sc. Or. ff. it. Conjugium in æquale, l. 3. C. de nat. lib.* quod per leges nomen assumpsit, *l. 3. §. 1. ff. de concubin.* & Uxor legitima tantum dignitate & affectione, seu destinatione dicitur à concubinâ differre, *l. 49. §. 4. de legat. 3. l. 4. ff. de concubin.* cum & concubina in antiquis inscriptionibus sæpissimè dicatur Vice-conjux, Cujac. *ad nov. 18.* Unde & liberi, ex tali conjunctione nati, simpliciter illegitimi dici non possunt. Franzkius, *tit. Inst. de hered. quæ ab intest. c. 7. n. 4.* atque idcirco facilius inter legitimos referuntur. Quia enim concubina Uxorem legitimam imitatur, non omninò dici potest, incertum esse patrem, cum quodammodo certus sit is, quem concubinatus demonstrat, ad similitudinem ejus, quem nuptiæ demonstrant, *l. 5. ff. de injus voc.* Cujac. *d. l.* Sed enim, quia in concubinatu est aliquod vitium, & liberi ex eo suscepti degeneres sunt, *l. ult. C. de nat. lib.* indignum est, eos eodem jure cum justis liberis uti, add. Goëdd. *ad l. 56. ff. de V. S.* Dicuntur autem conveniente nomine naturales tantum, eò quod fo-

la natura, non etiam Lex eos hactenus agnoscit, cum illi, qui ex justis nuptiis procreati sunt, eo ipso momento, quò nascuntur, naturales & legitimi simul ipso jure sint & dicantur, ut ut hi quoque naturales tantum appellentur, quando adoptivis opponuntur, *§. 7. J. de adopt. §. 2. J. de hered. quæ ab intest. l. 31. ff. de adopt.* Excluduntur igitur ab legitimationis beneficio incestuosi & adulterini, qui nec naturales quidem nominari possunt, *nov. 89. c. ult.* quippe qui cum patrem habent, quem de jure habere nequeunt, *l. 23. ff. de stat. hom.* Excluduntur etiam spurii & vulgò quæsi, quia scilicet ex odibili & prohibita conjunctione procedunt, *Nov. 74. c. ult. & Nov. 89. c. ult.*

III. Hodie, quanquam concubinatus omnis sublatus & prohibitus sit, locum tamen adhuc invenit legitimationis in iis, qui extra matrimonium ex honestâ & inculpatâ foemina, cum quâ nec adulterium, nec incestus, vel alius nefarius coitus committitur, sine sponsalibus & copulâ sacerdotali procreantur. Dicuntur illi quidem usitatè spurii, sed minùs congruè, cum id nomen propriè conveniat iis, qui ex prostibulo nati sunt, *l. 23. ff. de stat. hom.* Forster. *de success. l. 6. c. 32. n. 6.* Dicuntur etiam naturales, sed largè & extra forum

Ro-

Romanum. Carpzov. *l. 4. respons. 60. n. 9.* Bachovius tamen ex eo, quod inter Christianos concubinatus non toleretur, defendi posse ait, liberos, à manifesto concubinario procreatos, legitimandos non esse, in *Treutl. vol. 2. disput. 16. th. 3. lit. C.* Sed hâc ratione omnis cessabit inter Christianos legitimatio. Neque ex eo, quod concubinatus prohibitus est, Principi aufertur potestas, natis ex illicito hoc congressu, beneficium civile conferendi, cum ex eo concubinatus, aut alia consuetudo prohibita non ponantur in genere licitorum. Et fatetur Accursius, *ad Nov. 89. c. ult.* posse per Principem legitimari etiam spurios, & ex damnato coitu natos, qui ordinariè jure Romano beneficio hoc indigni æstimabantur. Didac. Covarruy. *de matrimon. part. 2. c. 8. §. 8. num. 17. seqq.* Andr. Fachin. *l. 3. c. 57.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 108.*

IV. Cæterum cum tres in jure nostro inveniantur modi legitimandi, unus per oblationem curiæ, *§. ult. Inst. de nupt. l. 3. C. de nat. lib.* alter per subsequens matrimonium, *d. §. ult. l. 9. l. 10. C. de nat. lib.* & tertius per rescriptum Principis, *Nov. 74. c. 2. & Nov. 89. c. 9.* facile patet, ultimum tantum modum ad hanc nostram disceptationem pertinere. Quamquam enim priores quoque

duo à Principibus introducti, & hinc ipsis accepti referendi sunt, tamen quia illi factum aliquod Principis non requirunt, sed mediante facto subditi plenariè absolvuntur, nihil est, quod istos inter regalia referendos esse persuadere possit. Tertius autem, cum omninò à Principe perficiendus sit, inter ea, quæ Majestatis sunt, rectè numeratur, sive jam fiat ab ipso Principe, sive indultu ejus à Comite Palatino, quippe qui omnem legitimandi potestatem ex Imperatoris habet autoritate, ita ut legitimatio per eum facta easdem habeat vires, quas legitimatio facta ab ipsomet Imperatore, Dn. Carpz. *p. 2. const. 6. def. 16.* Gabriel. *lib. 6. tit. de legit. conclus. 5.* Gail. *2. Obs. 143. num. 3. & 4.*

V. Solennia hujus modi sunt ista; Pater, qui ex concubinâ liberos naturales suscepit, Principi preces offert, & desideria sua exponit libello supplice; vel etiam ipsi liberi naturales hoc faciunt, prolato simul testamento patris sui, qui heredes ipsos instituit. His desideriiis sive precibus annuens Princeps, vel subscribit eidem chartæ seu membranæ, vel seorsim dat libellum legitimationis. Rittershus. *ad Novell. part. 4. c. 12. num. 9.* & ita legitimati pro liberis legitimis sunt ad quosvis effectus, Dn. Hahn. *Obs. in Weseub. tit.*

tit. de his, qui sunt sui, n. 2. Petr. Sanz. Morquech. *de hon. divis. l. 4. c. 6. n. 34.* quoniam legitimatio per subsequens matrimonium pro pleniore habeatur. Rheinking. *de retract. q. 2. n. 253.* Conf. Didac. Covarruv. *de matrim. p. 2. c. 8. §. 8. n. 15.* Ut autem legitimatio hæc effectum habeat, requirunt interpretes (1.) ut pater non habeat alios liberos legitimos, ex *Nov. 74. c. 2. & Nov. 89. c. 9.* & ex ratione, ne liberis legitimis, quibus hereditas Patris debetur, quid auferatur, Gabriel. *l. 6. tit. de legitimat. conclus. 6.* Anton. Mornac. *ad l. 10. C. de transact.*

VI. Sed hoc ipsum à plerisque omnibus restringitur ad modum ordinarium. Potest enim Princeps ex plenitudine potestatis filium naturalem legitimare, etiam in præjudicium legitimorum jam ante extantium. Ant. Perez. *Cod. de nat. lib. n. 19.* Sed tamen necesse est, ut pater in libello supplici faciat mentionem liberorum legitimorum, alias legitimatio subreptitia censetur. Gail. *l. 2. obs. 142. n. 7. seq.* Gabriel. *d. l. conclus. 7.* Vincent. Honded. *p. 1. conf. 89.* Jac. Menoch. *de A. J. Q. cas. 203. n. 5.* Marefcott. *2. resol. 87.* Ant. de Rosel. *l. 2. de legitimat. sub rubric. de caus. mater. legit. n. 3.* Tiraquell. *in l. si unquam verb. donatione largitur C. de revoc. donat. n. 254.* Ema-

nuel Costa, *ad §. & quid si tantum L. Gallus p. 2. n. 179. seqq.* (2.) Requiritur, ut pater liberos non potuerit facere legitimos per subsequens matrimonium, quod fit, vel quando omnino non potest duci concubina, v. g. si mortua sit aut lateat, vel quando non cum dignitate in uxorem duci potest, v. g. si turpiter vixerit, aliisque se commiscuerit, vel quando id conditio patris non fert, veluti si Sacerdos factus sit, *Nov. 74. c. 1. Nov. 89. c. 9.* Franzk. *tit. Inst. de hered. quæ ab intest. c. 6. n. 13.* Joh. Bapt. Costa, *de fact. scient. & ignor. dist. 17. n. 21.* Sed & hic Principem legitimare posse, utcumque; pater cum concubinâ contrahere non sit prohibitus, statuit Antonius Perez, *d. l. eod quod Principi gratiam præceptorum facere liceat.* Quod tamen tamen ferè procedit, quando rescripto addita est clausula derogatoria. Gail. *d. l. n. 3.* (3.) Requiritur consensum liberorum legitimandorum, *Nov. 98. c. 11.* Ubi tamen sufficit consensus tacitus, qui colligitur ex silentio; quomodo & infans rectè videtur legitimari, dum tamen major factus rem ratam habeat. H. Zoel. *tit. X. qui filii sint legit. n. 26.* Vasqv. *l. 5. contr. 42. n. 3.* Forster. *de success. l. 6. c. 33. n. 2. 3.* (4.) Requiritur etiam Patris voluntatem, liberos Principi offerentis, aut saltem in testamento desiderantis, ut be-

neficiam hoc filio impertatur, *Nov. 89. c. 10.* quoniam & hic non impediatur Princeps ad liberorum ipsorum petitionem, etiam non supplicanti- bus parentibus, eos legitimos pronun- ciare, utcunq; talis legitimatio ad suc- cessionem quandoq; nihil proficiat. *H. Zœf. d. l. n. 28. 29.*

VII. Illud per se patet, legitima- tionem hanc extra territorium legiti- mantis non valere. *Didac. Covarruv. de matrim. p. 2. c. 8. §. 8. n. 43. Bocer. de regalib. c. 2. n. 102. Anton. Mornacius, ad l. 1. C. de summ. Trin. p. 8. nisi ratione actus, quatenus in ali- eno territorio ab legitimitate in sub- dito suo perficitur, eò, quod legiti- matio talis voluntariæ sit jurisdic- tionis. H. Zœf. d. l. n. 31. Quod & intel- ligendum de legitimatione factâ per Pontificem Romanum. Etsi enim ille ex primævâ, quam jactitat, sedis suæ origine talem potestatem planè non habeat, *Bocer. d. l. n. 101. Cluten. syllog. rer. qvot. tb. 8. lit. f.* tamen quia majestate aliquâ nunc pollet, jure, an injuriâ, non dispu- to, etiam hæc ipsi potestas deneganda non est, ita tamen, ut extra provinci- as ipsi subjectas ea non extendatur. *Henr. Zœf. d. l. n. 25. Andr. Vallens. tit. X. qui fil. suæ legit. n. 4. Anton Perez, d. l. n. 24. Quod autem ulterius docent Canonistæ, posse Pontificem Romanum quoad spiritualia, e. g. be-**

nefiorum & ordinum capacitatem legitimare omnes Christianos cu- juscunq; nationis vel provinciæ, tan- quam sibi in spiritualibus subjectos, id commentum est ex Episcopatu Oecumenico, & Tyrannide Hilde- brandinâ profectum, & à nostris jam diu refutatum.

VIII. Nec quicquam obstat exem- plum Philippi Augusti, Francorum Regis, legitimationem liberorum suorum, ex Mariâ sive Agnete Mera- niæ Ducis filiâ susceptoriâ, à Pontifi- ce Romano sollicitantis & obtinen- tis. Idq; ut clariùs eluceat, ipsa quasi in compendio præmittenda est facti species. Defunctâ uxore suâ Elisabe- thâ Hannonicâ, Philippo Engelber- gam, Waldemari Daniæ Regis filiâ, Virgine pulcherrimam, in matri- monium petierat; sed ipso nuptiarû die eam averfatus intactâ dimiserat, feceratq; , ut sub prætextu affinitatis conjugium istud ab Archiepiscopo Senonensi præfus solveretur. Quo factò, Mariam filiam Ducis Meraniæ (sive Moraviæ, uti legitur apud Rigordum, *sub anno 1196.*) matrimonio secum junxerat, ex eâq; filium & filiâ suscepèrat, Engelbergâ interim in cœnobio vitam solitariam per inte- gros annos duodecim agente. Factû verò hoc Philippi cum indignè tu- lissent Pontifices Romani, Cœlesti- nus, & Successor ejus Innocentiù III.

causa in Concilio Suesionensi, præsentibus Legatis Pontificiis, agitari, multisq; hinc inde argumentis in utramque partem disceptari coepit. Quo certamine per dies quindecim continuato, Rex moræ impatiens primo mane, salutató nemine judicum, equum inscendit, atq; Engelbergam ejusdem equi tergo impositam secū abduxit, Legatis renuntians, litem finitam, & pronuntiatum novo facto judicium. Joh. de Busieres, *in histor. Francic. lib. 7. n. 33.* Ne tamen macula aliqua liberis, ex Mariâ susceptis, veluti ex injusto matrimonio natis, adhæreret, maximoperè rogavit Innocentium. Papam Philippus, ut eos legitimos pronuntiaret, utq; autoritate suâ natalibus restitueret. Nec difficilis fuit Innocentiûs, sed eos legitimos heredes esse mandavit, & postmodum literis suis confirmavit, uti loquitur Rigordus, *sub anno 1201.* qui illicò addit: *Quod factum eo tempore pluribus displicuit.*

IX. Nulla hic Pontificis Romani fuisset potestas legitimandi in Regno alieno, nisi Rex ipse postulasset, & ut à Pontifice fieret, permisisset. Imò verò potuisset Rex ipse suos istos liberos pro legitimis declarare. Idq; agnovit ipse Pontifex Innocenti9 III. cum in simili negotio post annos tredecim à Gvilielmo, Comite Mōtispeffulani, rogaretur. Is enim cum

pari modo, abdicatâ Conjuge, liberos ex superinductâ procreasset, Francorum Regis exemplo, ne filiis suis, quò minus sibi succederent, natalium exceptio noceret, à Pontifice contenderat, ut eisdem legitimo toro natos pronuntiaret. Pontifex verò id prorsus recusavit, uti videre licet ex decretali, *in c. per venerabilem 13. X. qui fil. sint legit.* suæque denegationis inter cæteras has affert rationes, quæ diversum planè faciunt casum & prorsus dissimilem, nempe in patrimonio beati Petri liberè se & summi Pontificis auctoritatem exercere, & summi Principis exsequi potestatem; non ita in terris alienis: Regem in temporalibus superiorem minimè recognoscere: posse Regem per se ipsum jure proprio, etiam non adito Pontifice, sobolem suam legitimare: posse etiam Pontificis arbitrio se subicere: Se requisitum legitimos pronunciasse Regis liberos: in aliis regionibus se non nisi casualiter, certis causis inspectis, jurisdictionem temporalem exercere, nec propterea alieno juri præjudicare velle. &c. Et hinc rectè statuit glossa, *ad l. c. 13.* quod Domin9 Papa non possit legitimare aliquè, quantum ad hoc, ut succedat in hereditate tanquam legitimus heres, qui non sit de suâ jurisdictione temporali; sic enim esset mittere falcem

in messem alienam, & usurpare alienam jurisdictionem, & privare aliquem jure succedendi, quod non debet, & propterea quoad forum seculare non potest legitimare, nisi Princeps ei permiserit.

X. Et ex hac permissione sc. & imploratione Regis explicari potest, quod dixerat Pontifex in dicta decretali, posse Pontificem in aliis regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercere. Usurpaverat id vocabulum Georgius Blacuellus, Archipresbyter Angliæ, à Clemente VIII. designatus, cum Londini in carcere, jussu Regis Magnæ Britanniæ, à Cantuariensi Archiepiscopo examinaretur. Ejusque dicti admonitus, &, quid hinc vellet, interrogatus, hanc exempli loco proposuit Decretalem. Verba ex quaestione bipartita, uti edita ea fuit Londini anno 1609. digna sunt, quæ hic annotentur: *Respondit ille, hanc sibi ejus loci sententiam esse: nimirum inter Reges Principesq; Majestatis personas, si quas acciderit lites, & querelas nasci, quarum, desperata inter ipsos gratia, utrinq; placeat, ut summus Pontifex, cui in rebus Ecclesiæ parent, de eisdem arbitretur: posse hoc in casu Pontificem, pacis & amicitia concilianda causa, istiusmodi controversias, etsi aliquo visum in re civili, ut arbitrum honorarium judica-*

re, cui etiam potestati locum esse, si cui Regi, Principi & sublimiori personæ animus erit, ut in difficili aliquo negotio firmiorem consiliis suis viam, muniat, Pontificis in eo ambire suffragium. Ut exemplo pateat; Rex quidam Francorum, cum soluto priore conjugio ex secundo thalamo liberos suscepisset, metueretq;, ne filio suo ea res à Regni hereditate obesset, egit cum Pontifice diligenter, uti liberos suos juberet esse legitimos. Assensus Papa, rem confecit: cum tamen Regni jus propriè in forum Pontificis non cadat, sed jure sortuito, ut in hac Regis causa, qui quod solus poterat nec requisita Pontificis optransegisse, maluit tamen ad Pontificem referre: quoniam accedente Romana Sedis autoritate, quod communi sententiâ constituerant, plus videretur ponderis in vulgus habiturum, &c.

XI. Quicquid igitur in tali casu potest aut facit Pontifex Romanus, ejus unicum & solitariū fundamentum est ipsius Regis aut Principis concessio. Idque non obscure proficitur Innocentius ipse, in diplomate super legitimatione istâ confecto, quod integrum edidit, qui notas recentiores addidit Petri Blesensis operibus, in appendice pag. 794. In illo enim hæc habentur verba: *Dubitari non debet, quin ipsa (Apostolica sedes) tales ad actus legitimare valeat seculares, præsertim ad petitionem*

nemorum, qui præter Romanum Pontificem, alium inter homines superiorem minimè recognoscens habentem hujus potestatem. Quoniam igitur charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum, præter primogenitum suum, quem de conjugè primà suscepit, aliam prolem non habeat, nisi puerum & puellam, quos ei nobilis mulier quondam, filia nobilis Viri Ducis Merania peperit nuper defuncta, de suâ posteritate providere cogitans, à nobis humiliter postulavit, ut eos legitimare per favorem sedis Apostolica curaremus, &c. Ait, per favorem, ut ut aliis loqui solent Pontifices, per potestatem aut ex potestate nobis competente, quippe quâ in temporalibus negotiis in Regno alieno nulla erat. Et porro: Nos igitur, -- ut tam honori Regiæ dignitatis quàm utilitati & necessitati Regni Francorum providere consularimus prædictos puerum & puellam de speciali gratiâ legitimacionis titulo, de communi fratrum nostrorum consilio decoramus, &c. Modestè hanc suam ubique exponit potestatem, quippe quàm ex alieno arbitrio, & ipsius Regis concessione habet, majore cum supercilio & Regiæ spiritu locuturus, si eam sibi propriam scivisset.

XII. Utrum autem proprios liberos natus legimare Princeps

queat, non una est omnium sententia. Glossa ad d. c. per venerabilem, ipsa sibi non satis constat. Primum enim ait: Licet fortè Rex hoc facere possit, melius tamen facit, si abstinere à talibus, ne videatur præstare auctoritatem suo proprio facto. Mox verò, versà quasi manu, cùm Papæ auctoritas requisita fuerit, hanc addit rationem: Quia non possit Rex legitimare filium suum, licet posset alienum: vel quia licet eum posset legitimare, ut subditum, scilicet ut succederet alii, non tamen, ut succederet sibi. At verò non videtur dubitasse Pontificem de hac Principis potestate. Ait enim: in quo videretur aliquibus quod per seipsum non tanquam Pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis, potuit dispensare. Controversam esse hanc quæstionem innuit, sed sequitur sententiam affirmantium, dum argumentum inde petit ad ostendendam diversitatem casuum, qui in personâ Regis & Comitum exhibiti fuerant. Huic potestati innixus Fridericus II. Moginfredum, sive Manfredum filium naturalem legitimavit, eiqve testamento Arelatense Regnum reliquit, ut refert Auctor Paralip. Abb. Urssberg. Nec tamen positâ hac sententiâ sequitur, etiam Comitem Palatinum, aut eum, qui Casari vel Regi subest, & ab eo potestatem legitimandi habet, proprios

liberos legitimare posse. Didac. Covarruv. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 8. n. 50. Principi enim ista potestas competit ideo, quia superiorem non habet, & quia ad eam potestas legitimandi, quæ radicaliter in eo consistit, reflectitur in ipsum summum.

imperium, ex quo ortum habet. Nec nego tamen posse Principem facere, ut liberi sui ab alio aliquo, cui hanc concessit potestatem, legitimentur. Quæ tamen circumfutione fortè opus non est.

CAPUT XI.

De

Jure concedendi veniam ætatis.

SUMMARIA.

- Venia ætatis à Principe est impetranda, quam tamen is interdum mediatè concedit. 1.*
Fœmellis cur citius venia ætatis concedatur, quàm masculis? 2.
Ætas jure civili præscripta sed quæ in personis illustribus non semper observatur. 2.
Solemnitas, quæ hic observanda? 3.
Formula ex aulâ Electorali Saxonica. 4.
Effectus est, quod per veniam ætatis libera acquiritur administratio bonorum. 5.
In alienatione tamen bonorum immobilium adhuc opus est decreto. 5. Et usitur tùm, qui impetravit veniam, jure minoris. ibid.

I.

Restat adhuc aliâ dispensationis species, quæ invenit ætatis versatur, quando scilicet Princeps minori tribuit jus legitimæ ætatis, ut ipsemet absque Curatore bona sua administrare, & liberè contrahere cum aliis possit. Et sic quod lege communi non poterat, id accipit ex dispensatione Principis, ut proinde non malè ætas ita declarata dicatur fictitia, apud Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 23. art. 2. n. 44. quia scilicet fingit eum, qui viginti tantum

annos habet, annos jam complevisse viginti quinque. Competit autem potestas hanc veniam concedendi Principi, l. 1. l. 2. l. 3. C. de his qui ven. at. imp. Hieron. Magon. decisif. 13. n. 5. Sfort. Odd. de restit. in int. p. 1. q. 15. a. 1. n. 23. Est enim certus ætatum finis & modus præscriptus, qui non aliâ mutari potest ratione, quàm quæ constitutus est. Constitutus autem est publicâ legis autoritate. Ergo si mutari debet, Legislatoris quoque autoritate mutari oportet.

tet. Gœdd. ad l. 21. n. 20. ff. de V. S. Sanè ex Novellâ Leonis 28. cujusvis loci Magistratus hanc rectè concedit. Neque nos multùm adversabimur, dum tamen hoc meminerimus, non concedere illum vi Magistratus, sed ex speciali delegatione, q̄ à ratione etiam per Comitum Palatinum legitumare solet Princeps. Hoc enim est, quod de Legislatoris providentiâ addit, & de difficultate Principem adeundi præmisit dictâ constitutione Imperator Leo, ut ad eò totum hoc negotium adhuc à Principe, etsi mediatè, perficiatur. Necverò tanti inter Interpretes habentur Novellæ Leonis, ut juri Justiniano derogare possint, cum receptæ hætenus in Imperio nondum sint, nec pro authenticis habeantur. Vid. Hillig. in Donell. enucl. l. 26. c. 2. p. 1392.

II. Hanc autem veniam ætatis masculi demùm impetrant, cum vigesimi anni metas impleverunt, foemina cum decimum octavum egressæ sunt, l. 2. in pr. & §. 1. c. de his, qui ven. At cur foemina biennio citius? Bachovius negat solidam ejus rei rationem dari posse. Brederodig, in not. ad Schneid. hanc affert, quod quamvis judicium muliebri ἡλικίᾳ infirmius sit virili, tamen, quæ naturâ solertiores sunt, si ad virtutem pergant, celerius maribus

prudentes fiant, propterea, quod in foeminis multò vehementiores sint affectus, quàm in Viris. Arn. Vinnius, ad §. 1. f. de Curat. Imperator Constantinus rationem in maturiore pubertate ponit, l. un. c. Theodos. b. 2. verbis: *Fœminas quod, quarum atas biennio Viros, non serâ pubertate, præcedit, servato etiam in hoc temporis intervallo, decem & octo annos egressæ, jus ætatis legitima mereri posse sanximus.* Quare autem foemina citius pubescat, Physicorum erit definire. Illud addo, si Princeps ex certâ scientiâ & plenitudine potestatis etiam minori 18. annis veniam concesserit, disputare de principali judicio non licere. Sim. & Grœnevegen, de LL. abrog. ad l. 2. c. de his, qui ven. Et hoc ut plurimum contingere solet circa personas illustres, quibus Princeps ob gravissimas causas talem gratiam citius impertit, uti de Wenceslao Rege Bohemiæ refert Goldastus, de Bohem. regn. l. 6. c. 19. n. 8. de Philippo Hassiæ Landgravio, Sinold. disp. de vicar. Imp. sb. 49. int. disp. Basil. vol. 5. de Christiano IV. Daniæ Rege, Hering, de fidejussor. c. 7. n. 110. de Julio Pomeraniæ Duce, Matt. Steph. de juris d. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 137. de Carolo Lotharingiæ Duce, Thomas Michael, de juris dict. concl. 32. l. c. de aliis in Franciâ Choppin. de LL.

LL. Ard. l. 1. c. 40. Papon. lib. 16. tit. 2. art. 1.

III. Hanc aetatem & masculus & foemina probare debent, l. 2. C. b. t. masculus ipse praesens, foemina per procuratorem, *ibid.* & quidem coram Magistratu ordinario inferiore, *ibid.* cum aliud sit examen aetatis & morum, aliud veniae concessio, *Goedd. ad l. 21. n. 19. ff. de V. S.* Masculus etiam specialiter morum honestatem, & animi solertiam probare tenetur, ad quam probationem foemina ita adstricta non est, sed sufficit, si eam morum honestas mentisq; solertia, quasi certa fama, commendet, l. un. *Cod. Theodos. h. t.* Et talis processus etiam nunquam observatur in terris Saxonis, in quibus minor Principi literas offert, adjuncto Magistratus competentis testimonio, de moribus suis & idoneitate rerum utiliter gerendarum. Quibus cognitis Princeps veniam aetatis petitam indulget, eumque pro majore declarat, concedendo univerforum bonorum administrationem, sine Tutoris aut Curatoris ulteriore inspectione & autoritate.

IV. Formulam concessionis, in Aula Electorali Saxonica conceptam, hanc aliquando accepimus: Von Gottes Gnaden Wir Johann Georg/ Herzog zu Sachsen/ etc. Churfürst/ etc. Ihm hiernit kund: Nach-

dem uns Egidius Müller zu Leipzig/ wie er zu gebührender continuation seiner angefangenen Studien sich auf andere Universiteten/ ausserhalb Landes/ zubegeben in willens were/ und zuvor von seinem gereiften Vormunde D. David Lindnern/ welcher solche tutel länger uff sich zubehalten Bedencken trüge/ richtige Rechnung seiner administration gerne nehmen/ und Ihn darüber gebührender massen quittiren wolte/ dasselbige aber/ weil er seine Mündigkeit nicht gänzlich erlanget/ und uff so kurze Zeit einen besondern Curatorn dazu nicht wohl vermögen könte/ zuthun nicht vermöchte/ unterthänigst zuerkennen gegeben/ und dantkenhero Ihme veniam aetatis gnädigst zu indulgiren gehorsamst gebeten/ auß den zugleich von unserer Universitet zu Leipzig deswegen eingeschickten Bericht auch so viel zubefinden gewesen/ daß er Egidius Müller nicht allein Philosophiae Baccalaureus, sondern auch des Verstandes/ und es mit Ihme also beschaffen sey/ daß er hinfüro seinen Sachen gar wohl selbst fürstehen/ und sein bestes befördern könne: Als haben wir diesen seinem billigmässigen unterthänigsten Suchen gnädigst stat gegeben/ und Ihme die gebetene veniam aetatis indulgiren. Ihm es auch hiermit und in Krafft dieses unsers offenen Briefes/ geben Ihm dieselbige/ und erklären Ihn pro-

ma-

majorenni, dergestalt/ daß er hinfüro von männlich davor gehalten werden/ und Ihne concediret seyn soll/ von nun an seinen eigenen Sachen in und außserhalb Rechts ohne einiges Menschen Enttrag und cōtradiction, selbst vor keine Person fürzustehen/ und darmit frey und ungehindert/ jedoch ziemender massen/ zugebahren. Mit dem Anhang/ daß alles/ so er also in seinen eigenen Sachen hinfüro vornehmen thum und lassen werde/ kräftig und beständig seyn und bleiben solle. Zu Urkund mit unsern zu Ende aufgedruckten Canzley-Secret besiegelt/ und geben zu Dresden/ am 22. Junii anno 1649.

V. Atq; exhinc facile colligi possunt effectus impetratae veniae aetatis. Qui enim eam impetrarunt, habentur pro majoribus, & à potestate Curatoris liberantur, l. 10. C. de appellat. ita ut legitimam personam in judicio standi sine Curatore habeant, & res suas liberè administrare possint, l. 2. C. b. t. neque restitutionis beneficio amplius fruantur, l. 1. C. eod. Immobilia verò bona sine decreto alienare, aut hypothecari, l. 3. C. b. t. vel feudi onere gravare nequeunt. Schrader. de feud. part.

4. c. 1. n. 65. nisi Princeps id nominatim permiserit, arg. l. 2. C. quoad acret. op. Add. Joh. Saifon. ad consuetud. Turonens. tit. 31. Quia ergo quoad immobilium alienationem omnes minores aequalem habent conditionem, sive impetraverint sive non impetraverint aetatis veniam, consequens hinc est, minorem etiam eum, cui venia concessa est, si laedatur ex alienatione rerum immobilium cum decreto Magistratus facta, nihilominus restitutione in integrum juvari. Sfort. Odd. de rest. in int. q. 23. art. 11. n. 48. Anton. Gometz. 2. resol. 14. n. 12. Consequens est porro, minorem etiam post veniam impetratam absque Curatore neque proprietatem, neque possessionem bonorum immobilium in judicium deducere posse, praesertim si pars adversa interventionem Curatoris pro majore securitate judicii requirat. Fr. Duaren. ad b. tit. Cod. Christina. decis. 132. num. 12. Qui enim rem non potest alienare, nec potest eam in judicium deducere, l. 17. §. 2. ff. de jurejur. eò quòd, ubi amiserit actionem, rem alienat. Anton. Fab. in Rationalib. ad d. l. 17.

CAPUT XII.

De

Jure dandi privilegia.

SUMMARIA.

Differunt privilegium, constitutio personalis, & jus singulare. 1. 2. 3.

Privilegia cur ex ll. XII Tab. prohibita? 2.

Privilegium ut differat à jure singulari? 4.

Privilegia dari debent sine præjudicio tertii. 5.

Princeps, immunitatem à collectis tribuens alicui, eas ex suo arario solvere debet. 5.

Privilegia quatenus late aut strictè explicanda. 6.

Sententia JCoorum Wittebergensium. 7.

Per concessionem privilegii Princeps juri suo non renunciat. 8.

Sententia Wittebergensium. 9.

Multa sæpè disputatio instituitur de acquisitione privilegii. 10.

Per privilegia alteri concessa non debet quia usu rei sua impediri. 11.

Privilegium unde judicetur reale aut personale. 12.

Privilegia an possint revocari? 12. 13.

Succesor non potest revocare privilegia, ab antecessore data, nisi ex justa causa. 14.

Confirmatio Successoris non semper est necessaria. 14.

Pro conservando privilegio qua competant actiones? 15. 16.

Sententia Wittebergensium. 17.

I.

Pertinet denique huc totus tractatus de potestate dandi privilegia, cum & illa non possint ab alio concedi, præterquam ab eo, qui nuncupat tenet in Rep. Qui accurate rerum naturas scrutantur, distinguunt hæc à se invicem, privilegium, constitutionem personalem, & jus singulare. Privilegium dicunt ex Lege XII. Tab., quod de unâ tantum personâ concipitur. Cujac. l. 15. Obs. 8. ubi tamen, quod de Menandro, ex l. 5. §. ult. de capt. & postl. & de Hostilio

Mancino, ex l. ult. ff. de legation. affert, inter privilegia non potest referri, quia ista in singulis personis oriuntur & occidunt. Rectius igitur istud habetur pro jure novo, quod in unius personâ quidem incipit, at non & occidit, verum personam ejus egreditur. Ita enim exemplo Hostilii Mancini constitutum est, ut is, qui deditus esset hostibus, si ab iis non reciperetur, jus civitatis retineret. Jacob. Gothofred. in not. ad LL. XII. tab. tab. 9.

II.

II. Constitutionem personalem dicunt, ex *l. 1. §. 2. ff. de Const. Princ.* quæ personam non egreditur, nec ad exemplum trahitur, quæq; Princeps alicui ob meritum vel indulget, vel quam pœnam irrogat, vel sine exemplo subvenit. Et in effectu, atque vi ipsâ nihil differt à privilegio, tantum quod ex mutato Reipublicæ statu nomina quoque mutari cœperint. Quia enim jus, quod Imperatores, occupatâ Republicâ, faciebant, legis nomine non veniebat, sed constitutionis, ideo nec tale jus privum amplius privilegium dici, sed personalis constitutio debuit, quo modo & personale rescriptum vocatur, *l. 5. C. Theodos. de itin. mun.* Addo & hoc, Legibus XII. tabb. privilegia omnia fuisse prohibita, verbis; PRIVILEGIA NE INROGANTO. Vid. Cicer. 3. de Leg. & pro dom. sua ad Pontif. Sed constitutiones personales nullibi reperiuntur prohibita, nec puto prohiberi potuisse,posito, Imperatores plenam habere debuissent majestatem. Ratio differentiæ est, quia status Reipublicæ democraticæ, qualis fuit Romanus ante Imperatores, æquabilitatem civium requirit, ad tranquillitatem & concordiam conservandam, qualis æquabilitas in principatu non requiritur, quoniam nec Princeps qui-

dem ita facilis ad rescripta persona esse debeat.

III. Jus singulare est, quod singularem, & à regulis juris exorantem habet rationem, & singulare dicitur, non quod in singulis personas constitutum sit, quia & ipsum ad universos cives pertinet sed quod paululum aberrat à jure communi. Ita usucapio & jura, quæ circa pecuniam creditam recepta sunt, *l. 15. ff. de R. C.* singularia quidem sunt, sed ea tamen ratione personarum, quibus applicantur, rectè pro generalibus habentur. Et hæc est præcipua differentia, quæ differt jus singulare à constitutione personali, quia hæc ita dicitur ratione personæ, cui fertur, & quam non egreditur, etsi alia quoque persona ejusdem sit meriti vel conditionis. Sic etiam jus singulare contra tenorem rationis juris communis est propter utilitatem, *l. 16. ff. de LL. vel necessitatē publicam, l. 162. de R. J.* Constitutio personalis ob meritum vel odium, *l. 1. §. 2. ff. de const. Pp.*

IV. Cæterum privilegii vocabulum sequentibus temporibus juri, quod certo personarum ordini, conditioni & qualitati, certisq; causis conceditur, adhæsit. Ita jura pupillorū, militum, studiosorum, Clericorum, piæ causæ, dotis, creditorū quorundam dicuntur privilegia. Et in hoc si-

gnificatu differt ab jure singulari in eo, quod subordinetur juri communi, & illius rationi subsit, illamque applicet subjectis propriis & adæqvatis, in quantum illa illud recipiendo sunt. Jus verò singulare seorsim agat à juris communis ratione, & rationem status pro ratione habeat, ita ut jus singulare deroget juri communi, & contra tenorem rationis feratur, cum privilegium non deroget, sed integret illud, addendo scil. vel detrahendo, faciatque subjectis suis quadrare, aptumque fieri. Dn. D. Strauch, Jctus Jenensis, Fautor & Amicus noster Gellianus, *diff. de constit. Princip. n. 28. seqq.* Neque ea aliter explicari possunt propter *l. 16. ff. de LL.* quanquam Jacobus Gothofredus, *in not. ad LL. XII. tabb. tab. 9.* jus singulare dicat id, quod nobis jam dictum fuit privilegium; sed, uti videtur, extra sensum verè juridicum, & latius accipiendo jus singulare. De usu vocabuli hujus Ecclesiastico videri poterit Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. lib. 3. c. 1. n. 8.*

V. Universa tamen hæc sive privilegia, sive jura singularia, sive constitutiones personales à Majestate proveniunt. Bodin. *l. i. de rep. c. ult. n. 153. seq.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 233.* Faciunt enim partem po-

testatis legislatoriae, quæ semper penes eum est, qui n̄ *κρίτων* obtinet in Rep. H. Zoef. *tit. X. de privilegi. n. 8.* Ubi tamen generaliter notandum, privilegia & constitutiones personales non debere vergere in perniciem & præjudicium aliorum, *l. 7. C. de prec. Imp. off. l. 4. C. de emanc. lib. l. 43. ff. de vulg. & pupill. subst.* & exhinc omnia privilegia (sumamus vocabulum istud usæ vulgari & generaliori) sine præjudicio tertii concedenda, & concessa intelligenda esse, Gail. *2. Obs. 1. n. 14.* Scaccia, *de judic. l. 2. c. 7. n. 582.* Marchifellus, *q. 52. n. 2. 3.* Cacheran. *decis. 90. n. 11.* Unde semper clausula, salvo jure tertii, subintelligitur, Trentacinq. *1. resol. tit. de rescript. & privileg. c. 7. n. 7.* neque quod Princeps alicui concessit, trahi debet ad cæterorum injuriam. Anton. Fab. *Cod. l. 9. tit. 29. defn. 6. n. 2.* sed potius contra ipsum concedentem est explicandum. Castr. *in l. beneficium n. 2. ff. de constit. Princip.* Ex quo rectè inferunt Doctores, Principem, qui alicui immunitatem à collectis & contributionibus concessit, ex suo ærario remissam collectam solere teneri. Dn. Carpzov. *l. 4. Respons. 75.* Vid. Thom. Michael, *de jurisdic. conclus. 27.* Klock. *de contribut. num. 42.* Victor. *de caus. exempt.*

exempt. 1b. 19. Dn. Parens ad aur. prax. Calvol. §. nobiles conclus. 1. n. 138.

VI. De interpretatione privilegiorum multa sæpè, & intricata inter Doctores est controversia. Beneficia Principum quàm latissimè accipienda esse respondet Jctus, *in l. pen. ff. de constitut. princip.* quod Cujacius, *ad lib. 1. de Feud. tit. 21.* intelligit de liberalitatibus & largitionibus, non de privilegiis, ut quæ semper strictè explicanda sint. Sic enim Alexander III. Pontifex rescribit, *c. 7. X. de privileg.* ex inspectione privilegiorum faciendam esse interpretationem, atque eorum ita observari debere tenorem, ut quæ in controversiâ sunt, eorum metas transgredi minimè videantur. Sed à Cujacio dissentit Carolus Molinæus, & post eum Antonius Morinacius, *ad d. l. pen.* Distingvere videtur Alphonsus Moditius, *ad §. principum placita Inst. de jur. nat. dub. 23. & 24.* inter privilegium & beneficium, sed utrumque mox confundit, *dict. dub. 24. n. 1.* ut adeò dubium relinquat Lectorem. Mihi placet Henrici Zoëlii, *ad tit. de constitut. Pp. n. 21. 22.* sententia, privilegium, quando spectat ad purum beneficium, & meram liberalitatem, laxissimam recipere interpretationem, eò quòd nemo per ejusmodi interpretationem lædatur, &

sibi soli Princeps imputare debeat, si, quod concessit, nimium fuerit. At si privilegium derogat juri communi, si vergit in tertii præjudicium, si communem afficit salutem, si causa ipsa, quæ Principem movit, in aliquo casu cessat, strictè tùm erit facienda interpretatio. Atque adeò ne quidem ex rationis identitate extendi potest ad alias personas aut causas. Quocirca, quod Pontifex, *d. c. 7.* monuit, probè ante omnia attendendus est tenor privilegii, quippè qui pervertitur sæpè, & præter verborum significationem, & ultra metas extenditur. Is ubi satis perspicuus non fuerit, ad mentem & intentionem concedentis recurrendum est, considerandæ circumstantiæ omnes, quæ tempore concessionis præsto fuerunt, atque sic tandem facienda est interpretatio, ut & bonum publicum, & privatum cujusque servetur salvum & integrum.

VII. Ita responderunt Domini ad requisitionem S. V. S. zu E. mens. Decemb. 1648. Eod Jhr und euer Bruder C. V. S. von der Römischen Käyserl. Majestät / Ferdinando II. Christmildesten Andenkens / Anno 1631. am 3. Februar. und hernach von der 160. rezierenden Römischen Kaiserl. Majestät / unserm allergrädigsten Kaiser und Herrn / Anno 1641. am 20. Septembr.

premb. mit einem Privilegio allergnädigst bezaget worden/ daß Ihr/ als erfahrner Oculist/ Stein und Bruchschneider/ auch Leib- und Wund-Arzte/ befügt seyn sellet/ in gantzen Heiligen Römischen Reich/ auf offenen Jahr- und Wochen-Märkten/ auch so oft es euch sonst gelüstet und gefällig wäre/ zu Ross und Fuß frey öffentlich/ unverbindert männliches/ auch ungeschiet der etwa wider diese Käyserl. Zulass- und Bewilligung streckende Statuten und Gewohnheit exerciren möget/ Euch auch an Verkaufung und Feilhabung aller und ieder eurer Wahren und exercirung eurer Kunst/ von niemanden/ wer der auch were/ kein Eintrag/ Irrung oder Verhinderung zugefügt werden sollen/ und hierüber Käyserl. Majestät euch noch diese absonderliche Gnade gethan/ daß allerhand unerfahrene und nicht approbirte Stümpler und Winkel-Aerzte auf eure Denunciation von der Obrigkeit alsobald abgeschaffet werden sollen/ mit Befehle/ daß alle die jemigen/ so euch bey dieser ertheilten Käyserlichen Gnade und Freyheit nicht geruhig verbleiben/ und derselben in allen und ieden Puncten und Clausulen aller Orthen frey und ungehindert gebrauchen und genießten lassen; Sondern darwider beschweren/ oder isanand anders zu thun gestatten werden/ in Käyserl. Ungnade/ und 40.

Marck Löthiges Goldes/ so oft sie herwieder thäten/ Ihr. Käyserl. Majest. halb in die Käyserl. Cammer/ und den andern halben Theil euch unerschuldig zu bezahlen verfallen seyn solten/ So auch Ihr. Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ unser Gnädigster Herr/ anderweit gnädigst approbiret/ renoviret/ und confirmiret de Dato Dresden/ am 20. Julii 1642. Und es hat unlängst ein Apotheker euch solche Privilegia in Streit ziehen wollen/ Ob Ihr Crafft derselben auch Medicamenta, innerlich/ und in Leib denen Patienten zu appliciren und zu geben/ befugt weret/ nach mehrren Inhalte eures Berichtes/ und der Beplagen. Wenn nun gleich in deme Aller- und Gnädigsten Privilegien ihr nicht allein ein Oculist/ Stein- und Bruchschneider/ sondern auch Leib- und Wund-Arzt genennet/ solche Wortte vielfältig und wohlbedächtlich darinnen repetiret werden/ und es das Ansehen gewinnen wil/ daß/ nach der gewöhnlichen Art zu reden/ ein Wund- und Leib-Arzt ein ander opponiret/ und durch den Leib-Arzt nichts anders/ als ein Medicus, verstanden werden müsse/ darbey auch klärlich verordnet/ daß ihr euserliche und innerliche medicamenta zu geben befugt seyn sollet/ welches gleichfalls/ und mit eben lautenden Wortten/ von Ihr. Churfürstl. Durchl. gnädigst confirmiret/ und wie-

wiederholet/und alle Befreyungen auf die Curen/ wie Ihr sie vor Ertheilung des Gnädigsten Privilegii geübet/ sich referiren / Ihr aber dazumahl nebenst euren Bruder albe: eits / und auch bis anhero allerhand innerliche Kranckheiten/ mit Emachung dienlicher Arzneyen/ curiret. Dennoch aber und dieweil die erhaltenen Käyserl. Privilegia sich darauf außdrücklich beziehen/ daß Ihr Eurer Kunst der Chirurgy und Wund- Arzney / sambt aller zugehörigen experienz und Wissenschafft wegen statliche Zeugniß erlanget/ auch deshalb von Ihr. Churfürstl. Durchl. zu einem Oculisten/ Stein-Bruch/ auch Leib- und Wund- Arzt/ an und aufgenommen worden/ und in dem darauf erfolgten Churfürstl. Privilegio und Confirmation de Anno 1642. deutlich gesezet/ daß weil ihr in Augen- Cur/ Stein- und Bruch- schneiden unterschiedene Proben gesehen/ euch solche Begnadigung gegeben seyn solte. Woraus denn erscheinet/ daß die darauf folgende Worte/ Leib- und Wund- Arzt/ nach dem vorgehenden aufgelegt / und verstanden werden müssen/ Es auch nichts ungerathambtes / noch der gemeinen Art zu reden zuwider / daß das Wort/ Leib- Arzt/ wenn es gleich nebenst dem Worte/ Wund- Arzt/ gesezet/ ob es schon nicht von denen innerlichen Curen/ welcher sich sonst die Medici ge-

brauchen / aufgelegt wird / gar wohl auf andere/ auch eufferliche Curen/ gezogen werden / und etwas anders / als das Wort Wund- Arzt importiren und bedeuten kan / dahero denn leichtlich abzunehmen / wie daß folgendes in denen Privilegiis von inn- und äusserlichen Arzneyen enthalten / und verordnet aufgelegt / und auf Wund- Träncke / und dergleichen / so die jenigen die äusserliche Gebrechen curiren/ zu geben pflegen/ gezogen werden müsse / zumahl iederzeit bey denen Worten / dardurch Euch/ inn- und äusserliche Medicamenta zu verordnen/ nachgelassen worden / die Clausul / eur Profession gemäß / gesezet / solche Worte aber etwas importiren müssen / und nicht unclar daraus zu schließen / daß Ihr in gewissen Stücken und Curen/ nicht aber ins gemein / gleich andern Medicis, bey welchen keine Kranckheit excipiret/ euch gebrauchen lassen sollet / sonst es solches Anhanges und restriction nicht von nöthen gewesen were. Darwider Ihr euch mit dem / daß Ihr bishero / laut der Beplage / sub n. 3. und vor denen privilegiis ohne Unterscheid curiret/ nicht zube Helffen / noch eine beständige possession anziehen könnet / So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Ihr innerliche medicamenta, so nicht zu der Cur der Augen und Wunden / wie auch des Steins- und Bruch- schnidts/ dienen

dienen und von nöthen seynd / zu verordnen / einzugeben / und andere innerliche Kranckheiten zu curiren / nicht befugt seynd / und dahero der Apotheker / so euch deswegen Streit erreget / in die Straffe der 40. Marck Löthiges Goldes nicht gefallen / V. N. W.

VIII. Est verè & hoc insuper addendum, per concessionem privilegii Principem non ita renunciasse juri suo, quò minus in re simili eo uti queat. Vulgatum est inter Doctores proverbium, in generali sermone, ejus, qui loquitur, personam minimè comprehendi, Joh. Petr. Surd. *decis. 13. n. 11.* August. Barbosa, *axiom. lib. 7. c. 2. n. 14.* & in concessionem generali exceptam semper intelligi personam loquentis, Ant. Fab. *Cod. l. 1. tit. 12. def. 8.* Ideò scilicet quia nemo in dubio semetipsum obligare velle præsumitur, *arg. l. 6. §. 4. ff. de pecul. legat.* Nec igitur poterit quisquam privilegium usurpare ad retorquendum eum, à quò immunitatem istam est consecutus. Jacob. Schultes, *qvæst. 3. n. 12.* Nec enim per concessionem abdicasse censetur jus suum, nisi id verbis expresserit.

IX. Atque ex his principiis responderunt Witteberg. an Saltgr. und Pf. zu S. menf. Maj. 1657. Will zwischen euren gnädigen Fürsten und

Herrn / und euch aniko Zweifel entstehen / in dem Ihre Fürstl. Gn. zu N. ein von undenklichen Jahren her gesticktes Saltzquelllein aufreunen zu lassen / und ein neues Saltzwerck das selbst anzurichten gemennet / darein Ihr wegen eures Saltzwercks zuwilligen Bedencken habt / nach mehrren Inhalt eures Berichts / und der Beylage. Wenn nun gleich anno 1321. von dem Abt zu Suida eure Verfahren / wegen des Saltzwercks / wohl privilegiert / und solches privilegium von denen Successoribus, auch von Chur- und Fürsten zu N. confirmiret / insonderheit von Herzog N. Fürstl. Gn. anno 1599. dahin gnädig erkläret worden : Da gemeine Pfünnerey ihre Saltz-Brünnen in der Stadt und Ampte S. vermehren und verbessern möchten / daran solten und wolten Ihre Fürstl. Gn. und dero Erben / sie nicht hindern in keinen Dingen. Dennoch aber und dieweil solches nur von Verbesserung eurer Brünnen zu verstehen / und Ihre Fürstl. Gn. dadinck andere Saltz-Brünnen im Ampte S. zu suchen / euch nicht nachelassen / vielweniger / wenn schon die Fürstl. Erklärung dahin zu extendiren were / sich ihres zustehenden hohen Rechts in Suchung und Anrichtung eigener Saltz-Brünnen darmit begeben. So ist obhochgedachte Herzogs N. Fürstl. Gn. auf dem Hoff N. eures Einwendens

dens ungeachtet / ein Saltwerck auf-
zurichten wohl befugt / B. X. W.

X. Caterum cum privilegia ple-
rumque odium excitent apud eos,
adversus quos impetrata fuerunt,
maximè sæpè in judiciis moventur
lites tum super ipso titulo, tum su-
per possessione. Injustè ea, & per
subreptionem impetrata esse, per-
petua impugnantium vox est, nec
nisi clam usurpata deinceps, aut pla-
nè non usurpata ea fuisse, & inanem
adeo de possessione jactari ratio-
nem; dumq; causa subindè fervidè
admodum & concitatis animis agi-
tatur, ipsimet sæpè de jure suo du-
bii redduntur controvertentes. Il-
lustre ejus rei exemplum, qvaliter
in judiciis vel impugnari vel pro-
pugnari soleat privilegium, exhibe-
bit Responsum Wittebergense an
Bürgermeister und Rath / wie auch
dieBeneinde zuLangenSalza/mense
Februar. 1669. exaratum, his ver-
bis: Hat Herr Friedrich der Jüngere/
Laud Graffe inDüringen/anno 1421.
der Stadt LangenSalza ein privile-
gium ertheilt / daß die Dorffschafften
auf eine Meil Weges herumb sich des
Biers daraus zuerholen schuldig / die
Thomas-Brücker aber ihr Bier auf
amdie Dorffschafften / Fahrweise zu
verlauffen / nicht befugt seyn solten.
Es wollen aber die Thomas-Brücker
nemo eben dergleichen sich unterste-

hen / und euren vorgeschülzten privile-
gio sich widersetzen / nach mehren Inn-
halt / 27. Wenn nun gleich die Tho-
mas-Brücker vormenden / daß sie bey
Ertheilung des privilegii nicht ge-
hört / und ihnen dergestalt zum Nach-
theil dergleichen nicht aufgefertiget
werden können / Sie sich auch hierüber
auf eine possess; beziehen / durch welche
sie nicht allein das possessorium sum-
mariissimum zu erhalten / sondern
auch die præscription auszuführen /
verhoffen / zumahl / da von euch nicht
beygebracht worden / daß das vorge-
schülzte privilegium jemahls zur ob-
servanz kommen / viel weniger / daß es
confirmirt worden. Dennoch aber /
und dieweil dem Landes-Fürsten frey
gestanden / einer Stadt vor der andern
ein privilegium zu erk eilen / und daß
damit richtig verfahren sey / nicht al-
lein daraus / daß die Thomas-Brücker
so eine lange Zeit sich demselben nie-
mahls widersetzet / sondern auch / weil
Ihrer in dem privilegio specialiter
erwehnet / und Ihnen darinnen pro-
spicirt worden / gnugsam zu præsu-
miren / und die confirmation des-
selben nicht eben nöthig / auch unter
der general confirmation der privi-
legien / so bey denen Huldigungen zu
geschehen pflaget / zu verstehen / So
seyd Ihr in petitorio gnugsam fun-
dirt / es könten denn die Thomas-
Brücker die angegebene præscription,

bey welcher jedoch die Zeit / so lange Ihr die Brau-Nahrung bey euch nicht treiben / noch die Dorffschafften mit Biere versehen können / zuförderst ab-zuziehen / wie zu recht gnugsam bey-bringen / darmit würden sie billich ge-höret. Daferne Ihr auch euch auf eine possession gründen woltet / seydt Ihr zuförderst / daß Ihr durch einen oder den andern actum , dadurch Ihr zu solcher possession gelanget / und dergestalt / daß Ihr das privilegium zur observanz gebracht / beyzubringen / sonst aber / daferne ausser diesen die Thomas-Brücker / daß Ihr per non usum das privilegium verlohren / vorgeben solten / dieselben / daß Ihr solches zu exerciren vermocht / und solches doch nicht gethan / zu bescheinigen schuldig / B. N. W.

XI. Nec profectò ulla magis in judiciis impugnantur privilegia , quàm illa , quæ de coqvendâ & vendendâ cerevisiâ civitatibus , aut aliis universitatibus & Nobilibus concessa fuerunt , aut concedi sæpenu-merò adhuc solent. Nec tamen pu-tandum est , privilegia civitatum eò extendi , ut quis alius cum familiâ suâ prohiberi queat , quò minùs re suâ fruatur. Quâ ratione , si quis in prædio suo rustico cerevisiam coe-rit , & in civitate habitaverit , prohi-beri nequit , ne cum familiâ suâ ce-revisiam istam in ipsâ civitate con-

sumat , dummodò civibus aliis eam non vendat. Quò facit Responsum Wittebergense an J. F. zu H. mens. Octob. 1659. Haben des Herrn Ad-ministratoris des Primats und Erz-Stifts Magdeburg Fürstl. Durchl. am 14. Martii 1657. an den Rath zu H. gnädigst rescribit / bey der Bürger-schafft Erinnerung zu thum / daß die Einlage und Verzapffung des frembden und Dorff-Biers nachbleiben solte. Es ist aber am 18. Aprilis darauf diese gnädigste Erklärung erfolgt / daß einem oder dem andern Bürger die Einlegung frembden Biers / so er vor sich und die Seinigen selbst auf-zutrinken gemeynet / nach Entrich-tung der gewöhnlichen Niederlage / nicht verbothen seyn solle. Und es hat Christian Orientalis , Bürger und Pfänner daselbst / das auf seinem vor der Stadt zu Schiepszig gelegenen Frey-Gute gebrauchen Bier / etliche Jahr he-ro / gegen Erlegung der Niederlage / ohne einige des Rathis Verwegerung in der Stadt zu seinem Tisch-Truncke einlegen lassen / welches Ihm iest er-meldter Rath verwehren wil / nach meh-ren Inhalt euers Berichts. Wenn nun gleich in der obangezogenen gnä-digsten Erklärung de dato den 18. A-pril. nur des frembden / und nicht des Dorff-Biers erwehnet worden / auch da solches Dorff-Bier / in die Stadt zu führen / erlaubet werden sollte / das

eingebrauene Bier nicht / wie sonst /
abgehen dürffte. Dennoch aber / und
diemeil in höchstgedachter gnädigsten
Erklärung das Dorff-Bier nicht aus-
geschlossen / sondern vielmehr unter den
Nahmen des frembden Biers begrif-
fen wird / auch wenn es von den Bür-
gern auf ihren Gütern selbst gebrauen /
vor die Nutzungen derselben zu halten /
und daher nicht vermuthlich ist / daß
der Landes-Fürst seinen Unterthanen
die Frucht-Nießung ihrer Güter ver-
wehren oder schmälern wollen / So
erscheinet dannenhero so viel / daß der
Rath zu H. Christian Orientali sein
Dorff-Bier / so vieler und die Seini-
gen aufstrincken mögen / in der Stadt
einzulegen / nicht verbiethen könne /
B. X. B.

XII. Divisiones privilegiorum,
& unde constet de eorum realitate
aut personalitate, hic recensere
profus erit supervacaneum. Vid.
Menochius, 3. *presumpt.* 103. Maul.
de homag. 1.9. n.84. H. Zoel. *tit. X. de*
privileg. & ante omnes Franzkius,
tit. de constit. Pp. n.37. *seqq.* Illud
huc magis pertinet, utrum, quod se-
mel concessum est, revocari iterum
possit privilegium? Distingvunt
Doctores inter privilegia, quod alia
sint conventionalia & titulata, quæ
ex causâ onerosâ propter datum vel
factum, dandum vel faciendum
conceduntur; alia compensatoria

& remuneratoria, quæ in præmi-
vicem, vel servitii compensatio-
nem, benè meritis conferuntur;
alia deniqve merè gratuita, libera-
lia vel benefica, quæ Princeps sub-
ditis ex benignâ & propensâ volun-
tate & liberalitate per gratiæ mo-
dum largitur. De prioribus duabus
speciebus ita sentiunt, revocari ea
non posse, eò, quod vel ex vero con-
tractu ex causâ onerosâ indulta sint,
vel saltem ob causam præexisten-
tem, & sic in contractum degene-
rent. Petr. Paul. Patif. *consil.* 2. n.127.
vol. 4. Thom. Grammat. *conf.* 100.
num. 32. Aymo Cravetta, *consil.* 963.
n.26. Olasc. *decis.* 139. n.38. Jacob. Me-
noch. *conf.* 2. n.139. Marefcott. 2. *re-*
solut. 23. n.4. 5. 6. Cornazan. *decis.* 127.
Alexander, *Consil.* 716. *num.* 3. *vol.* 3.
Felin. *inc. novit.* n.7. § 12. *de judic.*
Capyc. *decis.* 121. n.15. § *decis.* 166.
num. 3. Prukman. *consil.* 39. n.51. *vol.* 1.
Francisc. Marc. *decis.* Delpb. *tom.* 2.
qv.921. Vultej. *tom.* 3. *consil.* Marp. 35.
num. 112. M. Ant. Peregrin. *de jur.*
fflc. lib.1. *tit.* 3. n.28. Et has conces-
siones ne quidem in casum superve-
nientis ingratitudeis revocari pos-
se, firmant Petrus Anton. de Petra,
de potest. Princ. c.32. *dubit.* 2. *princ.*
num. 135. Tiraqvell. *in l. si unquam*
verb. donatione largitus, n.14. *C. de*
revocand. donat. De privilegiis ve-
rò merè gratuitis concedunt, revo-

cari ea posse etiam sine causâ. Anton. Gabriel. *l. 3. commun. concl. tit. de jur. quâs. non toll. concl. 6. num. 5.* Marchifell. *l. 1. q. 121. n. 4.* Cacheran. *decif. 139. n. 9. n. 21. seq.* Marefcott. *2. resol. 30. n. 10.* propterea, quòd solâ Principis voluntate nitantur, quæ variare pro lubitu possit.

XIII. Uti verò de prioribus duabus speciebus adducta Interpretum sententia recepta & communis facta est: ita circa tertiam in alia omnia abit Andreas Rauchbar, *l. 2. q. 11.* putans, Principem privilegia semel à se, utriusque ex mera gratiâ concessa, sine causâ revocare non posse, eò quòd talis privilegii collatio vim habeat donationis, & donatio inter modos acquirendi referatur, ut adeò Princeps jus ex tali privilegio acquisitum auferre non possit. Non malè, cum & aliàs in contractibus Princeps privatorum jure utatur, uti diximus *disp. 1.* Vid. Cephal. *conf. 342. n. 66.* Riminald. *conf. 556. n. 128.* Petr. Surd. *conf. 419. n. 68.* in fin. Consentit de privilegio, quòd integris Collegiis & Urbibus concessum est, Anton. Perez. *Cod. de praepos. agent. in reb. lib. 12. n. 7.* ubi tamen rectè excipit casum necessitatis & utilitatis publicæ, quippe quo urgente etiam ea revocari videntur posse privilegia, quæ ob causam data sunt, Perez. *d. l. n. 8. & Cod. de ex-*

cus. mun. lib. 10. n. 15. Casus autem ille ita comparatus esse debet, ut utilitas directò & principaliter statum Reipublicæ concernat, & necessitas præcisâ sit, cui aliter, nisi per ablationem juris tertii, provideri & occurri nequeat. Cacheran. *consil. 26. n. 2.* Burlat. *consil. 16. n. 73. & 76.* & tùm tamen, si fieri potest, damnum datum compensatione resarciendum est. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 14. num. 13.* Add. Carpzov. *lib. 1. decif. 87.* Camill. Borell. *conf. 1.* Acac. Enenkel, *de privileg. l. 3. c. 3. 6. 8. 9.* Maul. *de homag. tit. 9. num. 104.* Gerlac. Buxtorff. *ad c. 12. A. B. n. 96.* Franzk. *3. resol. 1. n. 182.*

XIV. Et hæc sententia verificatur etiam in successore Principis, ita ut nec illi privilegia ab antecessore concessa pro lubitu revocare integrum sit, cum hæc inter ea, quæ ratione officii vel dignitatis acta gestavè sunt, haud dubiè referantur. Vid. quos in hanc rem citat Franzkius, *l. 3. resol. 1. num. 150. seqq.* & adde ex professo quæstionem hanc tractantem, Dn. Tabor, *de obligat. success. in offic. c. 5.* nec distingvimus, an jure hereditario ad principatum pervenerit, an verò jure proprio per electionem, cum etiam ultimo hoc modo obligetur Princeps, si non directè & proximè ex factò defuncti, saltem mediatè per interpositam ci-

vita-

viratam, quippe quæ potestatem se obligandi in Principes transtulisse creditur, ut ita obligatio per Principem facta ad coetum ipsum, & per hunc ad successores etiam pertingat, H. Grot. *de Jur. Bell. & pac. l. 2. c. 14. n. 11.* Dn. Carpzov. *disp. Feud. 6. qv. 5.* Illud tamen ex eodem Grotii loco *num. 12.* addendum, si quo casu privilegium incipiat vergere non ad damnum modò aliquod, sed ad perniciem publicam, ita ut ab initio privilegium in extensione ad illum casum censendum fuisset injustum & illicitum, tunc non tam revocari id privilegium posse, quàm declarari, id non ultrà locum habere, quasi factum sub conditione, sine quâ justè fieri non potuit. Conf. Petr. de Ubald. *de collect. n. 40. 41.* Carpzov. *li. decis. 88.* Bachov. *in Treutl. vol. 1. disp. 6. rb. 7. lit. B. in fin.* Syring. *de pac. relig. n. 19.* Gerlac. Buxtorff. *ad c. 2. A. B. rb. 37.* Dn. Hahn. *Observ. in Wesenb. tit. de constit. Pp. num. 2.* Ex quibus conficitur, non necesse esse, ut confirmatio privilegiorum à successore iteretur, & tutius quidem esse obtinere ab eo talem confirmationem, sed hujus tamen omissionem non inficere privilegium semel validè concessum. Ant. Perez. *Cod. de Curial. Urb. Rom. n. 8.* Gail. *2. obs. 1. n. 5.* Solent enim quandoque Principes privilegia, à prædecesso-

ribus suis concessa, non aliter habere rata, quàm si eadem iisdem & ipsi dedissent, ut instauratis privilegiis sibi potius, quàm decessoribus, habeatur gratia. Franciscus Florens, *in dissertat. canon. pag. 12.* Quo jure illi id faciant, disputare non licet. Ne tamen id faciant, commodè evitari potest, per novam eorum confirmationem.

XV. Cæterùm, ut quis integrum & intemeratum suum retineat privilegium, plurimæ in eam rem competunt actiones, tum reales tum personales. Rutger. Ruland, *de commissar. part. 3. lib. 3. c. 6.* Et inter reales quidem, si possessorium intentandum fuerit, utile interdictum uti possidetis, peti potest, quippè quod cuique, quotiescunque jus suum exercere prohibetur, dari solet. Joh. Schneidevvein, *ad §. 4. Inst. de interd. sub rubr. de interd. uti possid. num. 6.* Arnold. ab Haersolte, *de act. part. 6. act. 76. n. 16.* In petitorio verò judicio utilis actio confessoria institui potest. Etsi enim ista & ejusdem commatis alia, quæ negatoria dicitur, pro servitutibus tantum vindicandis introductæ sint, uti rectè adstruit Joh. Vaudus, *l. 2. var. c. 27.* quem sequitur Arnoldus Vinnius, *ad §. 3. Inst. de act. n. 2.* tractu temporis tamen per modum extensionis etiam ad alia jura, ubi similis

est ratio, videlicet jurisdictionem, jus præsentandi, jus venandi, jus imponendi collectas, jus percipiendi decimas &c. porrectæ sunt. Georg. Franzk. *ad* §. 2. *Inst. de act. in fin.* Christian. Kremberg, *ibid.* num. 18. Herm. Vultej. *in Consil. Marpurg. volum. 2. consil. 30. n. 12.* Herm. El. Rosacorb. *præct. forens. cap. 37. n. 2.*

XVI. Personaliter qui agere mavult ob violatum privilegium, duplicem is præstò habet actionem, conditionem scil. ex Lege, & actionem injuriarum. Illius fundamentum petunt Doctores, ex §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* atque hinc inferunt, privilegium vim legis habere. Dari ergò conditionem ex lege ad poenam privilegio insertam. Martinus Mager. à Schönberg, *de advocat. armat. cap. 17. n. 202.* Sed utrùm nomen istud, conditionis ex lege, omnibus casibus, quibus de privilegiis tutandis disceptatur, applicari queat, subdubitare licet, quòd Legis vocabulum ex mente veterum minimè competat privilegiis. *Atejus Capito*, inquit Agellius, *noct. Attic. lib. 10. c. 20. publici privatiq. juris peritissimus, quid lex esset, hisce verbis definiuit: Lex est generale jussum populi aut plebis, rogante magistratu. Ea definitio si probe facta est, neq. de imperio Cn. Pompeji, neq. de reditu M. Ciceronis, neq. de cede Clodii quaestio, neq. alia id genus populi plebis de jus-*

sa, leges vocari possunt. Non sunt enim generalia jussa, neq. de universis civibus, sed de singulis concepta: quòcircà privilegia potius vocari debent, quia veteres priva dixerunt, quò nos singula dicimus. Quò & Cicero respexit lib. 3. de LL. sub fin. quando ait: In privos homines leges ferri noluerunt. Id enim est privilegium. Quò quid est injustius? Cum legis hac vis sit, scitū esse & jussum in omnes. Verum enim verò id totum est ex statu Reip. Democraticæ, quæ æqualitatem civium exigit, nulliq. adeò privilegiū concedi patitur. In principatu nihil obstat inæqualitas, & hinc adeò postquã ad Imperatores rerum summa devoluta est, liberalius dari cœperunt privilegia, atq. illa non tam per legem, quàm per Constitutionem, sed quæ legis vim & effectum habebat, concedebantur. Nihil igitur obstat, quò minus ob datum privilegium conservandum adversus quoscunque temeratores conditio ex lege datur, etsi personale id fuerit, uti ipsæ etiam constitutiones nonnullæ dicuntur personales, l. 1. §. 2. ff. de const. Pp. cum sufficiat hic, obligari quoscunque concives ad privilegium istud observandum. Sed etsi ponamus, conditionem talem non competere, negari tamen nequit, ex ipso privilegio ad poenam ei insertam, per nudam implorationem officii judicis agi posse. Is enim, qui nul-

lam habet actionem, rectè confugit ad nobile judicis officium. Schneidervain, *ad pr. Inst. de act. num. 10.* Sed & injuriarum actio hoc casu locum invenit, quippe quæ toties competit, quoties quis re suâ vel jure suo uti prohibetur, *l. 13. §. 7. ff. de injur. l. 25. ff. de act. empt.*

XVII. Ita responderunt Wittebergenses an sämtliche Verwandte der Circel oder Juncker Compagnie zu Lübeck / mens. Febr. 1638. hat im Jahr CH Rsti 1579. bey euch in der Stadt Lübeck eure Gesellschaft sich angefangen / welche vor alters Brüder der Heil. Dreysaltigkeit / item, Circel-Brüder / oder Circel-Junckern / nunmehr aber / über hundert Jahr / ins gemein der Junckern Compagnie / und dieser Compagnie Verwandte / Junckern genennet / dieselben anno 1485. von Rånser Friderico dem Dritten confirmiret / auch ihnen ein privilegium ihres Wapens ertheilet / und dasselbe verbessert worden. Es ist auch in der Stadt Lübeck / über Menschen Gedenden / gebräuchlich / wenn jemand eine vornehme Hochzeit austrichten wil / daß er solches bey des Raths verordneten Wein-Herrn specialiter erhalten müste / und alsdenn mag er Pasteten speisen /

auch Trompeten und Pauken gebrauchen / und wird dem Bräutigam / wenn er mit seinem Comitatzur Priesterlichen Copulation ins Hochzeit-Haus gebet / von des Raths verordneten Spiel-Breven ein silberner Stab vorgetragen / biß ins Hochzeit-Haus / welcher Stab so dann / wenn die Copulation geschehen / wieder hinweg gethan / und weder bey den Tänzgen / noch sonst fernere gesehen wird. Und weil die Patritii Pasteten-Hochzeiten zu halten pflegen / andere aber mit solchen Unkosten sich gemeiniglich nicht belegen wollen / so ist auch der Stab selten jemand anders / als einem Patritio, vorgetragen / jedoch einem vornehmen Manne / der ihn begehret / von den Wein-Herren auch wohl vergönnet / sonst aber und ausser den Pasteten-Hochzeiten / und deren Ceremonien / nicht gebraucht worden. Alß nun anno 1635. J. P. der Geburt von L. welcher mit eines Kauffmanns Tochter in Lübeck sich befrenet / und in den Rath daselbst geföhren / seinem Sohne H. P. Hochzeit gemacht / hat derselbe oberwehnten Stab begehret / und seinem Sohne vortragen lassen. Die weil nun eure der Junckern Compagnie für langer Zeit darauf gedacht / und davon

davon geredet / wie sie ihr Abzeichen/das so viel Jahr bey der Compagnie gewesen / und von Friderico Tertio confirmirt / bey ihren Hochzeitlichen Ehren gebrauchen möchte / habt Ihr einen silbernen Stab mit einem Kaysersliche Bildlein / und daran das Kaysersliche gegebene Abzeichen der Heiligen Dreysaltigkeit / und zugeordneten Circels / fertigen lassen / darauf euch zu den verordneten Wein-Herrn verfügset / und gebeten / daß des Raths Spiel- Breve die alte Kaysersliche Abzeichen an dem Stabe eurer Compagnie Bruder / welcher dazumahl Hochzeit halten wollen / an seinem Ehren- Tage vorgetragen werden möchte / welches die Wein-Herrn denen Bürgermeistern anzeigen lassen / und es ist von denselben nicht allein bewilliget / sondern es haben auch die Bürgermeister / neben den andern Herren des Rathes / der Hochzeit bengewohnet / auffer J. P. so es übel aufgenommen / und etliche Wochen hernach / am 12. Augusti desselben 1635. Jahres / im Rath eine Schrift herfürgezogen / und durch den Secretarium ablesen lassen. Auf welche endlich am 19. Augusti ein Decretum ertheilet / angeregte Schrift Ampts

wegen verworffen / der Pasteten-Hochzeit und des Stabes halber bey voriger Hochzeit-Ordnung verblieben / und J. P. woserne er mit euren Gegen-Bericht und Erklärung nicht zufrieden / euch ordentlicher Weise zu belangen / verwiesen worden. Nach dem aber Kaysersliche Majestät / Ferdinand der Ander / eurer Compagnie voriges privilegium , auch den von neuen verfertigten Stab / und daß Ihr denselben bey euren Hochzeitlichen Ehren- Tagen / und andern solennen Zusammenkünfften / möchtet vortragen lassen / confirmiret / hat J. P. eine considerationem Politico- Juridicam übergeben / in welcher er euch mit anzüglichen und ehrenrührigen Worten angegriffen / alles nach mehren Inhalt des in facti specie aufgesetzten Berichts. Wenn nun gleich J. P. daß er die consideratione ratione officii übergeben / vorwendet / Dennoch aber / und diem Weil Ihme anderer Gestalt dießfalls zu procediren gebühret / auch in oberwehnten Decreto der Weg Rechtens in dieser Sache eröffnet / So erscheinet dahero / und aus andern Umständen so viel / daß Ihr J. P. actione injuriarum zu belangen / und auf die im Kaysers-
privi-

privilegio außgedruckte Straffe Compagnie betreffenden Sachen
wider Ihn zu klagen befugt / er des vortrens sich zu enthalten schul-
auch in denen auch die Juncker dig / B. A. W.

CAPUT XIII.

De

De Jure Principis circa sacra in genere.

SUMMARIA.

- Prima Legislatoris cura esse debet circa Sacra. 1.*
Leges à Diis originem habere credebantur apud Gentiles. 1.
Religio Gentilium ipso Damonum ministerio firmata fuit. 2.
Δεσποτισμοῦ ἔστι Superstitio præstat Atheismo. 3.
Contemptus Religionis à gentibus cultioribus punitus fuit, nec mutatio admissa. 4.
Sacra externa seu peregrina apud Romanos prohibita. 5.
*Christianus Gentilibus olim hostis publicus judicatus. 6. Ἐ propter solum nomen invi-
sus fuit. 7.*
Religio cum prudentiâ civili ἔστι ratio humanâ non convenit. 6.
Societatem tamen civilem non tollit, sed firmat. 8. 9. 10.
Religionis abusus, ἔστι solus titulus damnatur. 11.
Ad evitanda complura incommoda, externo Regimine opus est. 12.
*Regimen illud cum potestate conjunctum esse debet, quia, quia circa Sacra versatur, Eccle-
siastica dicitur. 13.*
Potestas Ecclesiastica est vel interna, vel externa. 14.
Illâ exercetur ecclesiasticè, hac non ecclesiasticè. 14.
An utraq, sit necessaria? 15.
Interna non in cogendo, sed dirigendo consistit. 15.
Externa vim ἀναγκαστικῆς comitem habet. 16.
Externa num competat Principi, an Pontifici Romano? 16.
Pontifici Tituli. 16.
Principes Seculares à Pontificiis Sacrorum curâ arcentur. 17.
Innocentii X. Declaratio nullitatis articulorum pacis Germania. 18.
Principibus à Papâ Ecclesia tantùm protectio conceditur. 19.
Pontifici iniquitas ostensa. 20.
Uti Regimen omne Politicum, imò ἔστι Ecclesiasticum, uni committi nequit. 21.
Potestas igitur Externa cuiq, Principi, Majestatem habenti, competit. 22. 23. 25.
Imperii summi indoles. 23.

Jus Patronatus quid sit, & an Laico competat? 24.

An ad res spirituales referendum? 25.

Potestas Principis circa sacra dicitur etiam Jus Patronatus Regium. 26.

Principi inspectio circa ipsas ades sacras, cum adificandas, tum consecrandas, competit. 27. 28.

Solemnitates in Consecratione olim adhibita. 28.

Potestas Ecclesiastica Externa quomodo ab Internâ differat?

Jus Patronatus Regium in quibus consistat? 30.

Que ante Impm. Christianos in Synodus constituta, an Leges rectè vocentur? 30.

Constantini tempore Professio Christiana curâ esse, & assensu Principum muniri capit. num. 31.

Verba Augustini hac de re. 31.

Jus regendi Ecclesiam quibus absolvatur? 32.

I.

PRIMA legislatoriae potestatis cura esse debet circa sacra, ut ea rectè se habeant, & reverenda semper subditis existant. Inter ceteras sollicitudines (verba sunt Theodosii & Valentiniani, in Novell. de Judaeis, Sam. bar. & pag.) quas amor publicus pervigili cogitatione nobis indicit, præcipuam Majestatis curam esse perspicimus vera religionis indaginem, cujus si cultum tenere poterimus, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Sacra verò hæc & divina si contemnere licet, cum in iis præcipuus subditorum metus, & erga Numen veneratio consistat, contemnere licebit etiam Principem, quippe qui tanto minor est Jove, & cui à deitate quædam concessam hanc, quam tenet, majestatem, haud frustra creditum est olim. Nec enim seposito hoc erga Deos metu

persvaderi poterunt subditi, plus tribuendum esse illis, quos pares sibi produxit, & quos minore prudentiâ haud rarò instruxit Natura. Hinc igitur divinitatis quædam opinio Principibus affingenda erat, & hinc Legislatores antiqui deorum se uti consiliis fingebant, sed & ipsi simul sacerdotali munere quandoque fungebantur. Celebris in hanc rem est locus Diodori Siculi, in Biblioth. hist. l. i. cap. 94. quem ex versione Laurentii Rhodomanni integrum subjicio: *Mneues, inquit, in Ægypto leges à Mercurio sibi traditas, unde ingentia vitæ bona promanarent, simulavit. Quod apud Græcos in Cretâ etiam Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus factitavit, quorum iste Jovi, hic Apollini suas vendicavit. Id commenti genus, apud plures quoque alias gentes adhibitum,*
mul-

Marginal notes on the right side of the page, including references to 'Biblioth. hist. l. i. cap. 94.' and other text.

multorum causa bonorum persuasis
 existisse ferunt: Nam apud Arianos
 Zabtraustes bonum Genium, apud
 Getas Zamolxis communem Vestam;
 apud Judeos Moses Deum, qui JAO
 dicitur, legum auctorem suarum fin-
 xisse, perhibetur: sive quod admi-
 randum prorsus & divinum esse ju-
 dicarent commentum illud, quod in
 commodum societatis humanae exi-
 ret: sive quod vulgus ad majestatem
 & potentiam illorum, qui leges inde-
 vixisse dicerentur, respectans, dicto
 magis audiens fore existimarent.
 Hac Diodorus, in hoc unico pec-
 cans, quod Mosen Legum suarum
 autorem, quem revera habuit, fin-
 xisse putat. JAO autem ex יְהוָה
 factum, notat Hugo Grotius, in
 not. ad libr. 1. de verit. relig. Christ.
 pag. 214. & apud Patres quoque Ec-
 clesiae Christianae usitatum id fuisse
 vocabulum, Robertus Parkerus, de
 descens. ad inf. l. 1. §. 12.

II. Utunque verò illa Gentilium
 Religio tot & tanta foveret men-
 dacia & commenta, multum tamen
 semper potuit in animis hominum;
 & tam firmas etiamnum inter plu-
 rimas nationes egit radices, ut ex-
 tirpari, veritate licet cogente, possit
 admodum difficulter. Non cre-
 dam ego, meris istis & solis sacrifici-
 ulorum commentis aut praestigis,

homines caetera non rudes, aut faci-
 les falli, adductos ad id esse, ut ido-
 lum manu factum, ut brutum pe-
 cus, ut stirpem aut lapidem, ut ho-
 mines vivos aut demortuos per san-
 gvinem humanum, per nudorum
 hominum in templis cursationem,
 per ludos & saltationes plenas spur-
 citie, religiosè colerent. Quin vi-
 detur totum id ex daemonum ma-
 gisterio provenisse, qui lapides, sta-
 tuas & imagines occuparunt, exto-
 rum fibras animarunt, avium vola-
 tus gubernarunt, & divinationis
 gratia intra ipsa animalia occultari
 sapissimè consueverunt. Illud ve-
 rò pessimum Religionis genus est,
 quo malas mentes, quas tales no-
 runt ac profitentur, ut ne noceant,
 religioso cultu adorant; & tamen
 Arimanium olim Persarum, Graeci Ca-
 codæmonas, Vejoves Latini, & nunc
 quoque Indorum Orientalium pars
 maxima ipsum humani generis ho-
 stem, Diabolum magnà superstitione
 venerantur & observant.

III. Undecunque verò tandem
 omnis ista in animos hominum de-
 lapsa fuerit persuasio, certum ta-
 men est, minus malum esse, & Reip.
 saltè magis conducere deo id auctoritate,
 quam atheismum. Nam superstitio
 (ut bene differit Bodinus, l. 4. de Rep.
 c. 7. falso pro contraria sententiâ
 citatus Gisberto Voetio, disput. de
 Hb 2 athe.

atheismo, pag. m. 168.) quantacumq; fuerit, homines tamen in legum ac magistratum metu & in mutuis vitæ officiis continet; impietas autem adversus numina omnem ex animo peccandi metum penitus evellit, &c. Et si enim respectu veræ religionis superstitio nihil aliud sit, quàm atheismus quidam indirectus, meliores tamen saltem in civili societate sunt illi, qui divinum aliquid Numen formidant & horrent, quàm qui planè negant. *Nulla enim res efficacius multitudinem regit, quàm superstitio: alioqui impotens, sava, mutabilis, ubi vanâ religione capta est, melius varibus, quàm ducibus suis paret.* Q. Curtius l. 4. hist. Add. Christoph. Forstner. ad l. 1. ann. Taciti p. 64. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 20. n. 44.

IV. Prudenter hinc contemta Religionis vindices pleræque jam olim extitere gentes, cum primis verò Athenienses, quos per contemtum divini Numinis, quod fingebant ipsi, omnia misceri, & imperia tandem everti, longa non unis vicibus docuerat experientia. Quod si qua novitas aut peregrinitas appareret, constituta ipsis erant judicia, quibus eâ de re cognitio fieret, ne scil. Respublica inde aliquid caperet detrimenti. Nota sunt exempla Anaxagoræ, Diagoræ, Protagoræ,

Socratis & aliorum, in primis verò Apostoli Pauli, qui ex hoc uno capite, quod novorum dæmoniorum videretur esse annunciator, ad Areopagum fuit protractus, ubi & causam suam dicere coactus fuit. Theodoretus, *serm. III.* notat, Platonem veritum Socratis exitum, alioquin & ipsum deos suâ Republicâ ejecturum fuisse. Sic & Epicurum refert Cicero, l. 1. de nat. deor. ne in offensionem caderet Atheniensium, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Num verò isti, quos Athenienses pro atheis habuerunt, reverà fuerint, ad nostrum hoc non pertinet forum. Vid. interim Gisbert. Voet. *disp. de atheismo. part. 4. probl. XI.*

V. Pariter apud Romanos Patrum, avorumq; ætate negotium magistratibus datum, refert Posthumius apud Liv. lib. 9. ut sacra externa fieri vetarent, omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, abolerent. *Judicasse prudentissimos Viros, omnis divini humaniq; juris, nihil eque dissolvende religioni, quàm ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur.* Graviter hoc ipsum Augustum suum monet Mæcenas, in oratione ap. Dion. l. 52. *deos patrio ritu ipse venerator, alios ut idem faciant, cogito. Qui peregrinos colendi ritus invexerunt, eos detestator, punitoq; non modo deorum*

rum causa (quos quidam parvi facit, is nec alium quodempiam Deum coleret) verum etiam, quod, qui novos istos deos introducunt, indicio plerumque sunt, se peregrinis legibus vivere, atque ex eo conjurationes & seditiones existunt, quae ab unius dominatu aliena sunt. Et hinc igitur Paulus noster, lib. 5. sent. tit. 21. Qui novas & usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

VI. Quod si tanta tam ineptae & vanae superstitionis, sed bene tamen congestae vis est, ut integras firmare & retinere possit societates civiles, quid non faciat in animis hominum vera nostra sanctaque religio? Paradoxum hoc videri posset homini Politico, qui prudentiam civitatibus regendis idoneam sectatur, cum in Christianismo prudentiae invenitur omnino nihil. Sic enim jam olim Mosis & Christi doctrinam *Αποτροπή ἀνομιῶν* vocavit Galenus, superstitionem exitiabilem Tacitus, Christianos ipsos Ethnici promiscue scelerum omnium reos, Deorum, Imperatorum, Legum, morum, naturae totius inimicos, sacrilegos, incestuos, homicidas, hostes publicos, &c. apud Tertullianum, in *apologes.* c. 2. Et qui ergo ex his civitas aliqua

consistere, aut prudenter gubernari poterit? In marmore Neroni eo nomine dicato, quod latronibus simul atque Christianis provinciam purgasset, (si fides habenda est inscriptioni veteri apud Lusitanos, alibi nunc in Hispaniis tempori illi tributa) nova generi humano superstitione inculcata dicitur. Vid. Adolph. Occo, in *inscription. Hispan.* p. 26. Gruter. in *Thesaur.* p. 238. 9. Joseph. Scalig. de *emend. temp.* l. 5. p. 442. & in nummis quibusdam Diocletiani haec legitur inscriptio: *Nomine Christianorum deleto, qui Rempublicam evertebant.* Ut summatim dicam, hostem publicum occidisse putabatur, qui Christianum interfecerat. His enim praecipue olim criminationibus pulsabantur, qui Christo nomen dederant, quod patrias leges & instituta, quibus certa deorum colendorum ratio erat praescripta, desererent, ac violarent. Et idcirco *Ἰὴν παρανόμως* dicebantur apud Eusebium, l. VI. *bisf. Eccles. cap. 18.* ubi est contrarium Ammonius, a fide Christiana ad paganismum relapsus, ad vivendi rationem legibus convenientem reversus dicitur, *εὐθύς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβέβηκεν.* Nec verò diffiteri possumus ipsi, totam religionis nostrae veritatem longissimè non solum a falsitate aliarum, sed studio quoque & industria sapientiae humanae, quae tamè mundus

LIB. I. CAP. XIII. De Jure Principis

noptat, separandam esse. At enim uti per solum nomen Christiani dicerentur, olli incurrerent publicum, atque propter solum hoc nomen abantur, ita mirum non est, quod morum & atrocissimorum criminum factos fuisse reos, quæ tanta omnia suo jam tempore male propulsarunt & diluerunt Junus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Tertullianus, Minutius Felix, et alii plures. Nec verò potuerunt Christianorum studia intentioni Romanorum convenire. Hi enim in propagandis imperii limitibus laborabant; at illi abditi tenebris, & æternitatis solliciti Deo suo vacabant; nec resistendis igitur hostibus, depellendæ servituti & morti pares videbantur, quippe qui velut relicto omni robore, summo certamine funeri & supplicii sese offerebant; quanquam eorum, quorum rei arguebantur, planè essent innocentes.

VIII. Quod verò omni rationi adversa videatur doctrina Christiana, id societatem civilem non tollit, sed imò, si penitus ea introspectatur, confirmat potius, & in eo maximè, quòd universas instantissimè ab homine efflagitat virtutes. At quid aliud intendit in civili Rep. Legisla-

tor, nisi ut virtuosos efficiat & benè moratos cives? Justitiam colimus, inquit Ulpianus, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, sed etiam exhortatione præmiorum efficere cupientes, l. i. ff. de just. & jur. Totum hoc nostra etiam vult Religio, & majore quidem cum studio, cumque firmitate intentione, dum non externos tantum, qui humanæ subjacent *νομοθεσία*, prohibet actus, sed internos etiam cohibet & coërcet motus, quos ne dicam tolerare, sed prorsus extra potestatem suam exleges relinquare cogitur Majestas civilis. In externis ipsis adhuc superior est Christianismus, quippe qui omnes in universum regit & moderatur actus, cum potestas *νομοθετική* secundum prudentiam suam civilem, haud rarò connivere, & legem, quæ justitia universalis obtineri posset, intermittere necesse habeat, Franzk. ad tit. de Just. & jur. n. 42. Ab ipsis adversariis hoc habet testimonium religio Christiana, quòd homines sacramento obstringat, ne furta, ne latrocinia committant, ne fides fallant, ne depositum appellati atque negent, ut loquitur Plinius, quòd nihil doceat, nisi justum & lenè, ut Augustinus Marcellinus; quòd sit *δικαιοσύνη ἀμαρτιῶν ἀναίρεσις*, ut Zamus. Non igitur est, quòd ad

titatem civilem rationi humanæ ubiqve conformis requiratur Religio, dum conformis saltem ea sit juri naturæ, & intellectui atqve voluntati verè divinis.

IX. Sit enim verò cultus divinus, quem ex voluntate divinâ præstamus, totaq; hæc nostra religio paulo absurdior, quàm Ratio sibi relicta concipere potest, idem tamen ille, qui & Religionis & rationis autor est, hanc illi ita subjecit, ut nihilominus in societate humanâ rationalis ubiqve servari possit ordo & harmonia. Certè amplecti ea, quæ omnem intelligentiam evertunt & conturbant, atqve ad propriam interris abjectionem & miseriam, ut alii omnes sentiunt, assumere, & contra mentis humanæ judicium niti, & fidem habere, ac spe inhære, & fretum esse iis, quæ à rationis nostræ captu vehementius resiliunt, quàm ferreus malleus impactus incudi, id profectò & mirabile est, & majus consilium, quàm humanum. Qui verò his delectatur, & rationi suæ tibulam innectit, quomodo non delectabitur reliquis illis, quæ ab eodem Deo proficiunt, & imperantur, subjectione & imperio?

X. Manet ergò; quod antè dixi, Christianam Religionem multo fortius operari in animis tum subditorum, tum imperantium, ut illi pa-

rendo, hi benè regendo ordinem civilem observent, quàm omnem gentilium superstitionem & *Idolatriam*. Cæca hæc est & mutabilis, cum, qui semel errori se intricavit, ad quemvis alium novitè recipiendum facilis sit & versabilis; at illa firmissimo nititur fundamento, quod nec inferorum quidem evertere possunt phalanges, quodqve idèò tanto firmiorem & præstantiorem reddit Remp. Neqve verò eâ tantum parte ad Remp. facit religio, quâ morum regulam præscribit, minisque & pollicitationibus sancit, sed ipsa etiam dogmata & ritus haud parùm ad mœurs publicamqve felicitatem momenti habent. Ecce enim, quia Deus spiritus est, quia omnipræsens est, quia justus est, spiritu eum & animo puro colendum, & nihil turpe committendum, & ab omni iniquitate abstinendum, ipsa deinceps docet ratio ita culta & persvasa.

XI. Nolim tamen ego religione non alio fine uti imperantes, quàm regnandi instrumento, & hoc qui facit, eum ego inter atheos habeo tantùm non primam & præcipuam. Non infreqvens & ferè solenne est Principibus, bellorum suorum, quantumvis impiorum, causam prætexere religionem. Quin & inter privatos sunt, qui, ut ait Sal-

via-

vianus, *l. 1. de gubern. Dei*, impro-
 bissimis quæstibus nomen religionis
 vindicant, & ad sordidissimas nego-
 ciationes titulum sanctitatis præfe-
 runt. Sed hi quid aliud per vanam
 istam pietatis ostentationem agunt,
 quàm ut Deum & homines insigni
 hoc fuco & mendacio fallant? Gen-
 tilium olim huc inprimis traheba-
 tur ἐπιλοθρησκία, nec defuerunt
 Philosophi, qui religionem ideò
 confictam esse crediderunt, ut sub-
 diti facilius in officio continerentur.
 Vid. Plutarch. *l. 1. de plac. philos. c. 7.*
 Machiavell. *l. 1. discurs. c. 11. 12. 13.*
14. & 15. Et ridet ipse Polybius, *lib. 6.*
 superstitiones, simul tamen eas ad
 retinendam in officio multitudi-
 nem accommodatissimas esse cen-
 set. *Non putandum est*, inquit Idem
*lib. 10. Lycurgum adeò fuisse religio-
 sum, ut in omnibus Apollinis consilio
 uteretur, neq; Scipionem somniis &
 deorum colloquiis instructum fuisse;
 sed hæc illi finxerunt, quod sine deo-
 rum auspiciis populum periculosa au-
 surum, & paradoxis fidem adhibitu-
 rum non credebant.* Taliter verò ut
 Christianismo nostro utamur, ipsa,
 quam Deo debemus, nos prohibet
 reverentia, tum & resultans inde a-
 nimarum nostrarum periculum.

XII. Evicimus hætenus & osten-
 dimus, verum Dei cultum potissi-
 mum esse societatis civilis vincu-

luti, & pacis publicæ fundamen-
 tum, atq; in eo tum fidem tum ju-
 stitiam, præcipua civitatis retinacula
 contineri. Cum verò in rebus sa-
 cris, ubi in earum contemplatio-
 nem & disquisitionem animus ho-
 minis adscenderit, plurima ad la-
 psum prostent offendicula, ut sive in
 veteres tum gentium, tum seculo-
 rum plurimorum errores, sive in-
 nova liberè discurrentis ingenii
 commenta petulcus evagetur, nec
 præstitutis axiomatis, principii &
 juris sacri normis coërceri satis pos-
 sit; ex hoc autem si cuivis animi sui
 sensa exponere in publicum liceret,
 haud leve tum Ecclesiæ tum politiæ
 metuendum sit incommodum, ex-
 terno quodam regimine opus erit,
 quo utcunq; repelli possit & suffo-
 cari insubidus lascivientis rationis
 fœtus. Absq; quo si fuerit, nova
 quotidiè, ut apud Britannos nunc
 contingit, exsurgent nomina Brov-
 nistarum, Separatarum, Seba-
 ptistarum, Expectantium, Antiscri-
 pturarum, Manifestariorum, Fa-
 milistarum, Perfectistarum, Non-
 residentium, Pluralistarum, Traski-
 tarum, Heteringtoniorum, &c. quo-
 rum integrum catalogum contexu-
 it Honorius Reggius, sive ἀναγρα-
 μανδρις Georgius Hornius, *lib. de
 stat. Eccles. in Britann.*

XIII. Regimen istud, quo constrin-

gi

gi vefanos illos quorundam hominum conatus oportere diximus, potestatem requirit, quæ quia circa sacra & Ecclesiastica versatur, Ecclesiastica & ipsa dici consuevit. Etsi enim Ecclesia ad finem spiritualementem & supernaturalem per media ejusdem generis ordinetur; quia tamen ex hominibus constat, ideo necessarium intervenire debent aliqua externa & sensibilia, quibus mediantibus ad modum humanum agatur, quæque interna & insensibilia sunt, hominibus offerantur & applicentur. Visibiles etiam homines, & visibilem congregationem visibiliter, & externè suo quodam modo gubernari necesse est, ut omnia decenter & ordine agantur & fiant. Quæcumque autem in Ecclesiâ externè & sensibilibus operationibus peraguntur, tendunt in finem spiritualementem, cum hæc tamen differentiâ, quod proximè & directè alia spiritualementem finem habeant, sive ad quod spiritualementem tendant & terminentur, alia ad aliquid sensibile; quod tamen ipsum propter spiritualementem sit, & in eum ordinetur.

XIV. Potestas hæc Ecclesiastica pro officii ratione, quod hominibus circa sacra versantibus incumbit, duplex evadit. Interna altera, altera externa. Illa circa Ecclesiastica exercetur ecclesiasticè, sc. prædicando &

interpretando verbum divinum, administrando sacramenta, remittendo & retinendo peccata, &c. Hæc circa Ecclesiastica quidè exercetur, non tamen ecclesiasticè, sed modo quodam civili, & absolvitur ea potissimum Religionis in Remp. introductione, & alterius reformatione vel ejectione, Sacerdotum & personarum Ecclesiasticarum constitutione & remotione, coercitione hæreticorum, bonorum Ecclesiasticorum administratione, ceremoniarum dispositione, festorum indictione, conciliorum convocatione, Ecclesiæ defensione & rebus ejusmodi aliis, quibus Ecclesiæ status corrigitur aut retinetur. Illa per ministros verbi & Ecclesiasticas personas expeditur, & solius Dei, non autem hominis subjacet imperio, nisi quatenus externis opus habet directionibus, quod fit, quando actibus istis externis, quos recensuimus, jungitur; tum enim & ipsa humano subest arbitrato, sed ita, ut hic arbitratus secundum verbum Dei ordinetur, nec ab eo discedat. Hæc verò, scilicet potestas externa, ad hominis imperium spectat, cum perpetuâ tamen ad scripturam sacram & voluntatem divinam reflexione. Hinc quando Princeps edicta de religione promulgat, per illa edicta non gignitur nova religio, nec religio fit

divina, certa, aut credenda, sed ejus tantum exercitia constituuntur, conventus ad controversias discutendas indicuntur, consistoria ordinantur, &c. quæ omnia pro ratione, circumstantiarum variare quidem possunt, contra tamen Scripturæ sententiam constitui possunt minime. Et hinc patet, potestatem Ecclesiasticam externam Principi ideo competere, non ut sit præses sacrorum, sed ut sacrorum præses in officio contineat, non esse sacerdotalem & Pontificalem, quæ in executione Sacerdotalium officiorum consistit, sed esse Imperatoriam, quæ sacerdotes regit, ut futurum officium faciant, quæque externam disciplinam in Ecclesiâ tuetur. Vid. Andr. Rivet. in *Jesuit. vapul. cap. 30.* Carol. Molinæus, ad *edict. Henrici II. contra parvas dat. p. 21. seq.* & add. Petr. de Marca, de *concord. sacerdot. & imp. lib. 2. cap. 4. seq.*

XV. Utraque hæc potestas ad regimen, de quo diximus, est necessaria. Quamquam enim prior illa, potestas scilicet interna, merè sit ministerialis, juxta præscriptum ejus, qui contulit & commisit, & non in cogendo, sed in dirigendo consistat, qualis est doctoris in auditorem, medici in ægrotum; dicuntur tamen & ipsi hi ministri suo modo regere, scilicet directive, docendo, arguendo, exhortan-

do, & modis similibus, quemadmodum & pascere dicuntur, *παισεν, Act. XX, 28.* quod vulgatus vertit regere. Ita & præses dicuntur, *1. Thess. V, 12. 1. Tim. V, 17.* sed pari sensu, quo pascere vel regere. Et sunt sanè suo modo præses, rectores & duces gregis, quod fidem & mores, religione Christianâ dignos, attinet. Conf. Hug. Grot. de *jur. summ. potest. circa sac. t. 4. n. 6. 7. 8.* Robert. Abbot. de *suprem. pot. reg. prælect. 9. n. 6.* Rainold. in *colloq. cum Hart. c. 3. sect. 1.* Aliàs autem uti nemini mortalium concessum est, ut suo arbitrio dogmata vel sacramenta condant, sed tantum ut condita promulget & administret, ita in eo ministerii genere omnes Apostoli, Apostolorumque Successores pares sunt & ejusdem potestatis. Aequè benè enim & efficaciter infimus quisque Evangelium præco, quantum est ex parte ipsius officii & ministerii, docebit & persuadebit, solabitur & terreat, convincet & convertet, quam summus Archiepiscopus aut Patriarcha; æquè benè & efficaciter Sacramenta administrabit.

XVI. Posterior autem potestas, quæ externa nobis dicta est, vim quandam *ἀναγκαστικῆν* comitem habet, quæ pro re nata in refractarios & immoderatos possit animadvertere, *can. principes 23. q. 5.* De eâ verò

cum tota hæc sollicita sit exercitatio, antequam ad plenioram ejus considerationem perveniamus, dispiciendum est ante omnia, num rectè eam asseramus Principi, an verò tribuenda sit potius alteri alicui, qui summum habeat in Ecclesiâ, quem admodum Princeps in Rep., imperium. Posterius hoc summo adhuc conatu propugnant Romana Curia ad sentatores, qui Pontificem suum jure divino, & ab ipso Christo constitutum, esse Ecclesiæ caput & principem contendunt, & quidem cum autoritate de rebus fidei determinandi & definiendi infallibiliter, a deo, ut quod ab ipso definitum fuerit, sine certâ animæ pernicie in dubium vocari nequeat. *Ejus autoritas major est, quam Scriptura, juxta Sylvestrum Prieriatem, Dial. adv. Luth. & ab ejus doctrinâ, tanquam regulâ fidei infallibili, robur etiam trahit ipsa Scriptura, sive ut dictavit Hildebrandus, nullum capitulum, nullusq; liber canonicus habetur absq; ejus autoritate. Ab ejus arbitrio pendet fidei decreta sancire, & sancita mutare, ut quid velit esse in universa Ecclesiâ sacrosanctum, quemadmodum loquitur Baronius, ad ann. 373. n. 21. & ad ann. 553. n. 224. ille est castolica fidei conditor; sacrorum dogmatum demiurgus; domus, quæ columna & firmamentum est verita-*

*tis, supremus pater familiæ; doctor universi Orbis, & c. civitatis sanctæ de cælo descendens princeps, navis melioris navarchus, & in summa, toto jure, omnibus & singulis Christi fidelibus sive singulariter discretis, sive in unum collectis, tam Imperatoribus, Regibus, Principibus, quam Patriarchis, Episcopis & reliquis pastribus superior, & c. juxta Abrahamum Bzovium, de Rom. Pont. c. 2, 15. 23. 24. ille est non modo caput totius Ecclesiæ, sed etiam cujusvis intra eam fidei, potestq; opes aliquas uni particulari pastori subducere, & ab ejus curâ eximere, ut vult Theophilus Raynaudus Jesuita, de coron. aur. Pontif. p. 332. seq. Possem addere plura, sed quæ referre & tædet & piget. Qui Canonistarum flosculos amat, adire poterit Antonium Benbellonam de Godentiis, sive, qui sub eo nomine latet, Bartholomæum Gericum, de pac. relig. p. 1. c. 16. Illud verò planè ridiculum est, & ab omni humanâ ratione alienum, quod infallibilitatem Jovi huic suo tragædo tribuunt, etiam si adversus ipsum Solem loquatur, & manifestò absurda statuat. *Definitio Pontificis, inquit Zyvarez, in 3. com. 1. q. 2. a. 2. disp. 42. sect. 1. omninò vera est: & si dictis omnium sanctorum esset contraria, illis esset preferenda. Si pa-* *pa erraret, pergit Bellarminus, l. 4.**

de Pontif. c. 5. precipiendo vitia vel prohibendo virtutes, teneretur Ecclesia credere, vitia esse bona & virtutes malas, nisi velit contra conscientiam peccare. Quid verò reliquum nunc, nisi ut exclamet Melicerta, perisse frontem de rebus?

XVII. Quemadmodum verò soli Pontifici Romano omnem hanc circa sacra curam vindicare solent; ita è contrario Principes & Magistratus seculares difertè excludunt, atqve omnem ipsis potestatem Ecclesiasticam adimunt. Nefas esse, ait Theophilus Raynaudus Jesuita, de coron. aur. Pont. p. 353. terrenæ quantæcunqve potestati rebus Ecclesiasticis manum admovere, & p. 373. nefas esse, potestatem quamqve Laicam de rebus sacris Leges sancire. *Exercitium veteris sacerdotii fuisse subiectum terrenæ potestati, tanquam plerisq; terrenis observantiis implicitum, in N. T. rem sese aliter habere.* Sic & Bellarminus, l. 1. de pontif. Rom. c. 7. & l. 3. de Laic. c. 17. Baronius, ad ann. 752. Stapletonus, repetit. scholast. contr. 2. q. 5. art. 1. & alii plurimi simpliciter asserunt, quod publico Magistratus officio nequaquam conveniat, sacra tractare, cum nec sensus exercitatos habeat in Scripturis, nec de Verbo Dei dextrè semper judicare queat, quin &, quod Magistratus secularis sit de

numero ovium, non pastorum. Sequuntur Jcti nostri, Baldus, Paulus de Castro, Salicetus, Jason & alii plures, qui in l. jubemus nullam C. de SS. Eccles. Imperatoribus quidem Ecclesias aliquando subjectas agnoscunt, sed de facto omne id imperium fuisse contendunt. Ut taceam recentiores, qui in Pontificis sui gratiam magno sæpè conatu ineptiunt.

XVIII. Nempè hoc est precipuum *actioma*, in quo fundari hucusq; voluit monarchia papalis, quodqve iteratò, & cum in fermento totus jam esset; multà cum vehementia repetiit Innocentius X. Pontifex in declaratione, ut vocat, *nullitatis articulorum nupera pacis Germania: Clamat ibi & garrit, sibi administrationem Ecclesia creditam, sibi ex alto pastorale officium commissam, sibi Apostolica potestatis plenitudinem concessam; Articulos pacis Osnabrugensis & Monasteriensis, quæ de Religione ac rebus Ecclesiasticis agunt, esse irritos, nullos, iniquos, & per non habentes potestatem temerè contractos, imò notissimi juris esse, quamcunq; transactionem vel pactionem in rebus Ecclesiasticis, sine sedis Apostolicæ & Romana autoritate factam, nullam, nulliusq; roboris & momenti existere.*

O stultæ in terras animæ & celestium inanes!

Quid

Quid juvat hos templis nostris
immittere mores?

Dum paci & tranquillitati studeamus, nobis per Pontifices non licet esse quietis. Ad hoc enim exuendi erant Principes potestate, jure summo sibi competente, ut ne essent, qui Pontificia potentia resistere, eamq; sufflaminarent. Et huc omnis hactenus laboravit curia Romana.

XIX. Ut tamen adhuc præcipui aliquid in Ecclesiâ haberent Principes, atque ut ne Papæ hanc Tyrannidem indignius ferrent, concesserunt ipsis tandem, & inviti quidem aliquam Ecclesiæ protectionem & Advocatiam; sed eam tamen directam tantummodo volunt contra fraudes, turbas & mala externa Ecclesiæ imminencia, Bellarm. *l. 3. de membr. Eccles. mil. c. 18.* & præterea totam eam ex privilegio vel indulto Papæ, aut etiam ex inveterata consuetudine Principibus competere, haud obscure profitentur.

XX. At enim si exactius considerentur omnia, non potuit alio quam titulo pro possessore sibi istam hactenus vindicare Pontifex, quippe qui nullo jure eam sciens ad se non pertinere, possidet, §. 3. *de Interdict.* Est enim interrogatus, cur possideat, forte non responsurus sit illico, quia possideo, *l. 12. ff. de hered. petit.* sed aliqua subinde collecturus sit

argumenta, quibus utcumque stabiliri istam suam tyrannidem posse, putet; si tamen urgeatur, & argumenta ista planè frivola, & nullius momenti confutentur, ad omnipotentiam suam & infallibilitatem, confugiet, propter quàm scilicet impossibile sit, ut vera esse nequeant pronunciata sua cathedralia. Titulus autem hic non magis ipsum juvabit, quàm prædonem, dominum in verâ atque legitimâ possessione turbantem, remq; alienam ausu temerario occupantem. Et igitur potius erit, ut Princeps in suo quisque territorio jura Majestatis tueatur, atque invasorem Papam, quâcumque fieri poterit, prudentiâ & arte repellat.

XXI. Illud addo, externum hoc regimen, quæ Papa sibi vindicat, non minus in Ecclesiasticis perperam administratum iri, & perversum, quin imò humani generis usus & tranquillitatibus adversum fore, si uni id omne committatur, quàm futurum sit in politicis, si unus homo totum orbem gubernet, & ad unius judicium omnes causæ saltem majores, sive in primâ, quam vocant, instantiâ, sive per appellationem devolvantur. Si igitur unus regimini politico satis esse nequit, quare fingunt, alteri Ecclesiastico unum satis esse? Unum præsertim

non semper prudentem, probum vel industrium, sed sæpenumerò insulsum, fatuum, sordem, flagitiosissimum hominem. Vid. Robert. Abbot. *de pot. reg. pr. 1. 14.*

XXII. Verior igitur & tum ex prudentiâ civili, tum ex Scripturis receptâ sententia hæc est, competere curam illam circa sacra & potestatem externam Principi cuique summo, ex vi ipsâ Majestatis, quâ pollet, & quâ Princeps est, & quidem jure gentium, abstractâ qualitate Religionis seu cultûs, ita ut in quocunque cultu, quem ipse pro divino habuerit, potestatem hanc suam exercere possit. Vid. Selden. *de synedr. lib. 2. p. 65. seqq.* Petr. de Marca, *de concord. & imper. lib. 2. cap. 10.* Non ergo ulli alii sive in Republicâ inferiori, sive extra Rempublicam summo, sed soli Principi, & Majestatem in Republicâ obtinenti, ea est tribuenda. Quantum enim circa cultum divinum vi patriæ & œconomica potestatis paterfamiliâs in suâ potest familia: tantum & plus etiam jure gentium potest Princeps in suo territorio, quippe qui omnes potestates inferiores subordinatas habet, & modo quodam eminenti sub majestate suâ continet. Sic Jerobeam, 1. Reg. 12, acquisito jure territorii illi, cò disponebat de cultu divino publico, quoad locum, personas, & qua-

litatem; & quanquam circa mutationem qualitatis à Deo aliter determinata peccaret; exterioris tamen dispositionis facultate usus est ex jure status sui, quod est species juris gentium ad conservandam societatem civilem. Utcunque verò forma regiminis Ecclesiastici exerceri, atque integra conservari possit sine ullo contactu potestatis Laicæ, quod ex statu Ecclesiæ primitivæ, ubi Magistratus fuit idololatricus, abundè patet; non tamen potest forma regiminis politici exerceri & conservari sine jurisdictione aliquâ circa sacra sive Religionem de Deo in genere dictam; quanquam possit sine contactu potestatis Ecclesiasticæ specificè, & ab orthodoxâ Ecclesiâ sic denominata.

XXIII. Et huc facit ipsa imperii summi indoles, & natura. Summum enim dum est, aliud juxta se summum pati nequit, sed reliqua omnia sub se continet & ordinat. Quis verò nescit, potissimam Reipublicæ firmandæ partem consistere in bonè firmatâ Religione? Continebit ergo summum imperium, etiam circa hanc aliquod regimen, aut si non continet, exemptio ut doceatur, necesse est. Vid. Azar. *Sturz. diff. de relig. un. tb. 15.* Sed & finis societatis civilis repugnat, penes alium, quàm penes Principem curam hanc supre-

supremam esse & manere. Cum enim Princeps omnis hoc perpetuo intendere debeat, ut civitatem reddat beatam, ac civem optimum, optimaque vivendi ratione instructum, placidum scilicet obsequiosum, amantem patriæ, juris & æqui retinentem; sine cultu Dei autem, & pio erga numen affectu beatitudo civilis consistere non possit, nec poterit Princeps præcipuo hoc regimine privari, quod ad promovendam istam beatitatem maximè est necessarium. E contrario verò, si id alteri relinquendum esset, nunquam non metuendum foret, ne ille populum in partes trahendo, vero suo & genuino Principi reluctantes faciat & immorigeros, atque sub specioso religionis nomine totum ordinem politicum intervertat, quod & conati sunt, & non unis vicibus præstititunt improbissimi malignones Romani.

XXIV. Non autem profusè nefas esse Laico alicui rebus Ecclesiasticis manum admovere, vel unicum docet jus; quod vocant; Patronatus, privati etiam propter foundationem, vel ædificationem, vel dotationem Ecclesiæ ipso jure Pontificio concessum. Id namque potestatem condnet unum vel plures ad Rectoratum, seu Pastorum Ecclesiæ vacantis legitimè nominandi &

præsentandi. Quod; quâ ratione ita constitutum primum sit, nostrum non est, multis hic disceptare, neque; utrum jure, an ex æquitate potius Laicis competat, prolixius examinare. Notum est, post seculum tertium plurimas tum ab Christianis Imp. ipsis, tum ab aliis extrui coepisse Basilicas, datâ scilicet in hanc rem ab Constantino Imp. licentiâ, ut scribit, *c. futuram. 15. c. 12. q. 1.* Melchisedes Papa, sive verus ille, sive fictus & suppositivus, ut volunt M. A. de Dominis, *de Rep. Eccl. l. 9. c. 3. num. 4.* Dav. Blondell. *in Pseudo Isidor. p. 422. seq.* cum quibus conf. Franc. Hortom. *in fulm. Brut. c. 11.* Card. Jacobat. *de concil. l. 10. a. 8. n. 19.* De voluntate enim Constantini dubitare nos non sinunt, *l. 1. C. de SS. Eccles. & Eusebius, l. 2. de vit. Constant.* neque de facto insequente Historici alii. Cum igitur non Principes tantum Ecclesiæ ita subvenirent, sed privati etiam in suis fundis templa exædificarent, eademque magnificis dotibus cohonestarent, æquum visum fuit, eos aliquid juris inde retinere, quod ipsorum pietatis & singularis in Ecclesiam voluntatis perpetuum esset monumentum, ut loquitur Franciscus Duarenus, *de sacr. Eccl. minist. ac benef. l. 5. c. 4.* Accesserunt deinceps confirmationes Justiniani, *Novell. 57. c. 2. Novell. 67.*

c. 2. Nov. 123. c. 18. Concilii Toletani IX. c. decernimus 32. caus. 16. qv. 7. Caroli Magni, Ludovici Pii & Imperatorum Christianorum plurimum. Carpozov. in Jp. Consist. l. 1. def. 13. Finckelthaus, de jur. Patr. c. 1. n. 5. seq. Car. Molinæus, ad Sct. Franc. contr. abus. pap. num. 34. seq.

XXV. Hoc jus infirmius quidem est, quàm ut paria facere possit cum jure circa religionem, quod Principi nunc asserimus; Sed *non ad id quod* tamen à minori ad majus hinc licet argumentari: Si privato alicui jus aliquod in Ecclesiâ à se fundatâ, ædificatâ aut dotatâ, concedi potest, neque id rebus sacris repugnat, quantum magis concedendum id est Principi, & in majore quidem gradu, quippè in cujus territorio Ecclesia fundum accepit, à quo ipsa conservatur, privilegiis ornatur, & contravim atque injuriam defenditur. Potest juvari argumentum ex eo, quod aliqui Dd. Juris Canonici, inter quos est Antonius de Butrio, *ad c. quanto 3. X. de jud.* jus patronatus inter res spirituales referant, quorum tamen sententiam, ubi ad hominem disputamus, probare nunc nihil attinet. Omnino enim verior est illa, quam tenet cum aliis Roch. de Curte, *de jur. patron. c. 2. n. 2. & 3.* quod referendum potius sit jus patr. inter res, quæ spiritualibus sunt annexæ, vel

Ecclesiæ adhareat, ut habet Felinus, *dict. c. quanto 3.* vel quòd ad Ecclesiam & spiritualia ordinetur, uti vult Cæsar Lambertin. *qvæst. princ. q. 4. n. 21. vid. d. c. quanto 3. X. de judic. & c. de jure 16. X. de jur. patron.* Sed nolumus leviora hæc nimium urgere, ubi firmiora suppetunt. Patet autem ex antea adductis, non ex speciali quâdam concessione cuiusquam, Ecclesiasticam hæc curam ad Principem pertinere, sed ex ipsâ vi & naturâ summi, quod gerit, imperii.

XXVI. Dicitur tamen à quibusdam potestas hæc, quam Princeps circa sacra habet, etiam jus patronatus, & quidem regium, ita ut contradistingvatur alteri illi communi & vulgari, quod etiam subditis & privatis competit, sed tantam potestatem nunquam tribuit. Finckelthaus, *de jur. patron. l. 3. c. 1.* Utique enim Principi, si in Ecclesias jus patronatus debetur, debetur id in sensu eminenti, & minus quotidiano. Patronus scilicet vocatur ad similitudinem patris. Sicut enim Pater filium: ita patronus Ecclesiam ducit à non esse adesse, ut loquitur Cæsar Lambertin. *tr. de jur. patron. l. 3. quæst. princ. a. 1. n. 14.* Rochus de Curte, *q. 2. n. 5.* Paulus de Citadin. *p. 2. n. 4.* At in hoc Princeps potior est privato, cum, ut privatus possit, ex Principis

cipis id pendeat arbitrio, & plus quovæ possit Princeps ipse, quàm privatus. Nec profectò improbari possunt in universum omnia, quæ de hoc jure patronatûs regio apud Doctores inveniuntur, quæ tamen atro carbone notat, & perstringit acerimus ejus juris infectator, Gisbertus Voetius, Theologus Ultrajectinus, *polit. Eccles. part. 2. lib. 3. tr. 2. cap. 1.*

XXVII. Vi hujus juris patronatûs Regii circa ipsas etiam ædes sacras Principi incumbit cura & inspectio, ne vel ædificentur temerè, vel ædificatæ præcipiti fato corruant. Ædificare enim templum non licet, antequam constet, utrum fructus & redditus adsint sufficientes, quibus Ecclesia non construî tantùm plenè & perfectè, sed constructa etiam conservari, & ministri ei destinati congruis alimentis sustentari queant, *c. ad audiensiam X. de Eccles. edif. Carpzov. in Jp. Consist. l. 2. def. 334.* Exemplo suo prævit Jullin. Imp. qui per nov. 67. pr. c. 1. & 2. optimè describit, quâ ratione, quibusve conditionibus ædificari deinceps Ecclesiæ debeant. *Plurimi, inquit, nominis causâ, non ad opus sanctarum Ecclesiarum accedunt: deinde eas ædificantes nequaquam curam ponunt, ut expensas quoque eis deponant decentes, & ad luminaria, & ad observantium alimenta, & ad sa-*

cra ministeria; sed deferunt eas etiam in nudis ædificiis constitutas, & aut destruendas, aut omninò sacro ministerio defraudandas. Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neq; monasterium, neq; Ecclesiam, neq; orationis domum incipere ædificare, antequam civitatis DEO amabilis Episcopus orationem in loco faciat, & crucem figat, publicum processum ibi faciens, & causam manifestam omnibus statuens. — — Deinde non aliter quæmpiam ex novo ædificare, priusquam loquatur ad DEO amabilem Episcopum, & desinat mensuram, quam deputat & ad luminaria, & ad sacrum ministerium, & ad incorruptendam domûs custodiam, & observantium alimenta, & si sufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quæ futura sunt deputari, & ita domus ædificetur, & c.

XXVIII. Post ædificationem solebant templa ita constructa speciali solennitate consecrari, ut externâ aliquâ, & in oculos incurrente ceremoniâ, ædificium istud ab usu communi & profano ad usum sacrum transferretur, atque sic speciali inauguratione sanctum fieret. Solennitates olim erant istæ: Convocabatur die certo Ecclesia, tum verbum DEI & Sacramenta tractabantur, & denique precibus, hymnis, ac

piis votis totus actus absolvebatur. Adhibebantur aliquando procesiones, & aliæ honestæ atque piæ ceremoniæ, quæ ex libertate Christianâ sine superstitione convenientes videbantur, exhibebantur etiam epulæ festivæ, & distribuebantur quandoque Xenia. Festa ipsa tali modo celebrata encænia dicebantur, utque anniversaria essent, atque iterarentur deinceps statim isto die, consuetudine receptum erat. Ista autem dedicationum solennia, etsi in eis præcipuè Episcoporum diocesanorum partes esse viderentur, ab arbitrio tamen Imperatoris ita pependunt olim, ut eo incerto aut improbante, dedicationem ullam aggredi nemini liceret. Inde cum læsæ majestatis, abrogatiq; aut neglecti præsci moris postulatus esset Athanasius, quod conventum habuisset in noviter extructâ Ecclesiâ, priusquam ea consecrata fuisset, & sic encænia antevertisset, ipse quidem non diffitetur, preces in eâ Ecclesiâ factas fuisse, quod reliquæ Ecclesiæ angustæ nimis essent, & recipiendæ tantæ multitudini, quæ convenerat, ineptæ, sed negat, encænia à se celebrata fuisse, nec licuisse quidem, ait, inconsulto Imperatore. *Negavimus, inquit, encæniorum diem celebravimus, religiosissime Auguste;*

hoc enim ante perceptionem tuam verè nefas fuisset; neque consultò eò devenimus. Nec Episcopus ullus, aut Clericus alius eo nomine vocatus est, imò nec ex denunciatione ullâ synaxis acta est, &c. apol. ad Constant. Imp.

XXIX. Summa hæc est, ex ipso jure gentium (juris enim divini & Scripturæ Sacræ fontes Theologis relinquimus,) & propter summum imperium, quod Princeps in Republicâ habet, competere ipsi potestatem, & jus circa religionem, & cultum divinam, sed potestatem istam esse externam, & accuratè ab alterâ, quæ interna dicitur, & ministris verbi competit, distingvi oportere. Jurisdictio enim Ecclesiastica cum cultûs divini administratione nihil habet commune, magnumq; est Magistratûs & presbyterii in officio regundorum sacrorum discrimen, atque adeò distat regium & sacerdotale officium, quantumvis in eundem finem, administrandæ scilicet religionis, utrumque collimet. Principum & Magistratuum non est, immiscere se solennibus liturgiæ, mysteriis, aliisque ritibus; legibus tamen atque præceptis adstringere ministros verbi ad exequendum legitimè munus suum, eisdemque, corruptelas aut-

scant-

scandala in Ecclesiis invadere conantibus, manu regiâ resistere possunt. Unde ratione potestatis Ecclesiastica internæ Principes sunt oves, legatis Dei se submitunt, & eorum oburgationes audiunt, quemadmodum David Nathanis, 2. *Sam. XII. 7. 8.* Afa Obedi, 2. *Chron. XV. 2. 3. 4.* Josaphath Jehu Prophetæ, 2. *Chron. XIX. 2. 3.* Sed iidem ratione potestatis, non tantum politicæ, verum etiam Ecclesiasticæ externæ, sunt pastores. Hoc enim est, quod ad Episcopos dixit Constantinus; Vos intra Ecclesiam, seu templum, ego extra Ecclesiam à DEO Episcopus sum constitutus, ap. Eusebium, *l. 4. de vit. Constantin. cap. 24.* quamquam alium planè ejus dicti sensum, aliamque interpretationem suggerat Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. l. 2. c. 10. num. 7. p. 91.* Add. Hug. Grot. *de imp. summ. potest. circ. sac. cap. 2.*

XXX. Nunc videamus, in quibus potissimum consistat jus patronatus hoc Regium, seu tota ista potestas, quam Principi in religionis negotio tribuimus. Duo autem sunt, ad quæ principalis autoritas pertinere debet. 1. ut rectè se habeat Ecclesia. 2. ut contra hostes externos salva & incolumis præstetur.

Est ergo Principis hic officium duplex, alterum, quo regit Ecclesiam, alterum, quo tuetur eam, & defendit. Primum planè negant Pontificii, & istud Papæ suo transcribunt; secundum admittunt quidem, sed ferè ex nutu & arbitrio ejusdem sui Papæ. Utrumque perperam, cum ipse etiam Papa, ut dicemus infra, huic Principis potestati subiaceat, ejusdemque *potestatis* succumbat. Id quidem dissimulare hic nequeo, fuisse primitivam Ecclesiam à temporibus Apostolorum usque ad Constantinum M. sine patronatu Regio, & fuisse nihilominus sancita quam plurima, quæ hodiè à Principibus, aut iis, qui *in negotio* habent, præscribi aut juberi solent. Verum enim verò, uti ea, quæ ante Imperatores Christianos in Synodis conscripta sunt, reverà leges non sunt, ita nec Leges vocantur, sed canones, qui propterea non ex imperio obligantur, sed vel per modum consilii, in iis præcipuè, quæ in singulorum usum constituta fuerunt, vel per modum conventionis, quatenus quod ita ab omnibus, aut à majori parte, decretum fuit, ex Lege naturali vim obligandi accipit. Quin potuit à Principe jus de quibusdam rebus legum ferendarum, uti integris societatibus & Collegiis, ita

etiam Ecclesiis, non tamen nisi cumulativè concedi, ut propter concessionem hanc, & repercussum ad Principem, reverà leges & essent, & dicerentur; quanquam propter perpetuas illorum temporum persecuciones tale quid asserere difficile sit. Hugo Grot. *de imp. summ. potest. circ. sac. c. 8. num. 10.*

XXXI. Ex quo verò per Constantinum & sequentes Imperatores effectum est, ut possessio Christiana non tuta tantum, sed & honorata esset, mundo velut intruso in Ecclesiam, cœpit hæc sensim humana prendere adminicula, cum antea solius Dei præsidio munita fuisset. Et ab eo tempore cœpit constitutionibus Ecclesiasticis assensus summæ potestatis inferi his verbis: *præcipiente Rege: decreto gloriosissimi Principis: consultu piissimi & religiosissimi Domini: annuente religiosissimo Principe, constituit aut decrevit concilium, &c.* Digna sunt, quæ hic legantur, verba Augustini, *ex epist. 50. ad Bonifacium Comitem: Quod dicunt, qui contra suas impietates leges justas consilium nolunt, non*

petisse à Regibus terra Apostolos talia, non considerant, aliud tunc fuisse tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud Prophecticum implebatur: quare fremuerunt gentes. Nondum agebatur, quod paulo post in eodem Psalmo dicitur: Et nunc Reges intelligite, servite Domino, &c.

XXXII. Jus regendi quinque his potissimum absolvitur capitibus. 1. ut introducatur religio vera, & falsi cultus corrigantur. 2. ut sacris præficiantur personæ idoneæ, & removeantur, qui doctrinam aut moribus offendicula ponunt. 3. ut constituatur forum, Ecclesiasticis personis peculiare, atque ipsis certa concedantur privilegia. 4. Ut bona Ecclesiastica debito modo administrantur. 5. Ut illæ quoque causæ, quæ ex utroque jure, tam divino, quam civili, mixtæ esse videntur, legitimè decidantur, & dijudicentur.

De singulis his posthac dicendum erit paulò copiosius.

CAPUT XIV.

De

De Jure Principis circa Religionem.

SUMMARIA.

- Quærela de diversitate Religionum. 1.*
In Imperio non nisi una Religio admittenda. 2.
Nisi externum aliquod periculum sit metuendum. 3.
Liberum Religionis exercitium in Imperio Rom. toleratur. 4.
Responsum, seu Sententia de Infantibus eorum, qui diversam à Territorii Domino Religionem profitentur, extra territorium baptizandis. 4.
Verba Instrumenti Pacis de Jure Reformandi, Vocatione & Institutione Ministrorum Ecclesie. 5.
Pax Religiosa, in Imperium Rom. introducta, omnibus modis promovenda est. 6.
Circa Jus Patronatus Imperans ne prejudicet. 6.
Sententia Wittebergensium. 6.
Nulli intercedentibus pacis, Liberior Principi potestas in ordinando cultu Divino conceditur. 7.
Diversitas Religionis multis contentionibus bellique ipsis ansam dedit. 7.
Religio à Principe qua fovenda sit? 8.
Quæ sit vera Religio? 9.
Potestas circa Religionem cur dicatur Architectonica? 10.
Falsa Religio, à Principe proposita, non est recipienda. 11.
Idem tamen subditi regimine Imperantium non sunt soluti. 11.
Religio quæcumq; an salutis æternæ sit accommodata? 12.
Mixtura Religionum damnatur. 12.
In Erasmo à Lutbero improbata fuit. 13.
*Marci Antonii de Dominis sententia de convenientiâ Ecclesie Romana cum Reforma-
 tâ. 14.*
Josephi Halli Britanni sententia contraria. 15.
Joh. Hülfemanni Calvinismus irreconciliabilis. 15.
Diversa Religiones conciliari non possunt. 15.

I.

Quod primum attinet, optandum quidem esset, ut inter Christianos una ubique uno modo servaretur religio, & uniformiter unicus coleretur Deus, cum fieri nequeat, ut ex tali dissensu Reipubl. non aliquod subinde immineat malum, quod pluribus exponunt Theologi

Kk 3

Sa-

Saxon. in apolog. advers. Würtenbergenf. prolegom. c. 1. tanta tamen inter eosdem hodiè est ruptura, ut quia alius Papæ Romani, alius Papæ Constantinopolitani, alius Lutheri, Calvini se esse dicit alius, propemodùm vix constet, quis Christi sit, cujus tamen esse volunt singuli. *Vellem fieri Christianus*, (verba sunt disceptantis de religione amplexandâ apud Chrysof. homil. 33. in act.) *sed nescio, cui adhæream, multæ inter vos sunt pugnae, seditiones ac tumultus, nescio, quod dogma eligam, quod præferam. Singuli dicunt: ego verum dica. Cui credam, nescio, cum ego Scripturarum signarius, & illi utring, idem prætexunt.* Et profectò nullum ferè unquam seculum feracius fuit religionum, pieratis verò sterilius, usque adeò, ut non solum provinciæ, sed etiam civitates, & in singulis ferè civitatibus civium parœciæ, interdum & singulæ domus opinionum disidiis inter se conflètentur. Sic ergò dum in diversa rapiuntur animi, etiam odio in se invicem feruntur, & ex hoc facilè in seditiones & bella exardescunt. Add. Joh. Barclaj. *Argenid. l. 2. Tiber. Decian. tr. crim. l. 5. c. 19. n. 8.*

II. Quid verò hîc poterit Majestas civilis? Utrique tenetur ea, quantum fieri potest, unicam tantùm in imperio suo admittere religionem.

Vid. Azar. Sturz. *discurs. de relig. un. th. 23. 24.* Marc. Zuer. Boxhorn. *Inst. Polit. l. 1. c. 7. §. 14.* Nec enim Deum quisquam sincerè & ex toto corde diligit, qui diversas simul religiones fovet, & neutram credet, qui contrarias admittit, Petr. Gregor. *l. 8. de Rep. c. 2. n. 15.* Non igitur debet Heterodoxos eorumq; cœtus Christianus Magistratus tolerare, multò minus juvare sive suos, sive alienos subditos ad conservandam, propagandam, vel etiam introducendam ullam hæresin, sive directâ intentione cooperandi id fiat, sive præstatione ejus operæ, per quam ex naturâ rei & per se sequitur sectæ introductio, conservatio, aut propagatio; etsi præstans operam non putet, vel non intelligat hoc sequi.

III. Notanter autem dixi: *quantum fieri potest.* Quando enim externum aliquod periculum violentæ everisionis & ejectionis ex provinciâ, ipsi Ecclesiæ orthodoxæ, aut etiam inevitabilis politiæ & Reipublicæ mutatio timetur, rectius faciet Princeps, si connivendo ad tempus hæresin non impediat, sed tolerando aliquem ipsi locum relinqvat. Vid. Bodin. *de Republ. l. 3. c. 7. p. m. 538.* Periculum tamen istud oportet esse non morale, sed physicum, quod nullâ humanâ prudentiâ, nec alio remedio, quâ tali permissione, præsertim ubi pacto aut conventionem muni-

mienda est, potuerit à permittente averti, sed solo extraordinario divino miraculo: & damnum illud, quod metuitur, secundum proportionem suam oportet præsumi tantum, ut ex permissione hæreseos nullum æquale prævideri potuerit. Sed & hoc casu in nudis terminis permissionis subsistere debet Principis cura & arbitrium. Nullum enim periculum aut malum Reip. fingi aut contingere potest tantum, ad quod evitandum liceat cooperari hæresi positive, id est, præter inevitabile & physicam necessitatem permissionis, etiam voluntariâ & liberâ actione, consilio, sumptu, armis juvare ejus sive introductionem, sive conservationem, sive dilationem; nec licet liberè & merâ facultate agere id, ad quod hæreseos introductio, conservatio aut dilatio naturaliter sequitur, vel sequi potest. Si tamen concurrerint duo pericula ejusdem generis, tum ad permissionem minoris mali Principi etiam directè per jussum, consiliū, sumptus, arma & alia ejusmodi cooperari licet, quod plurimis profectur Dn. D. Hülsemann. *Breviar. c. 20. in supplement. n. 9.*

IV. Sanè non potuit pax firmiter stabiliri in imperio Romano post diturum illud & sanguinolentum bellum Germanicum, nisi post stabilitam utriusque religionem & cul-

tum divinum, cujus scilicet vel conservandi vel mutandi causâ tot ac tanti hæctenus excitati fuerant motus, tot ac tantæ ubique illatæ calamitates: Nec enim in suo tantum territorio reformandi jus sibi asserebant, qui Ecclesiæ Romanæ addicti erant, Principes; sed etiam edocti ita ab Ecclesiæ suæ Doctoribus solam religionis diversitatem justam credebant esse causam, propter quam vicino alicui Principi bellum inferre liceret. Sic igitur, cum per plurimos annos crudeliter sævitum fuisset in Germanjci imperii cives, pace tandem inita convenit, ut cohabitare inter se sine ulteriori offensione dissidentibus in religione liceret, utque mutuò sibi subvenirent atque auxilia ferrent concives, neve deinceps quisquam ob religionis profestorem diversam despiciatui haberetur. Quoad religionis exercitium inter alia compluria hunc in modum conventum fuit, *articulo V. sub num. 12. Placuit porro, ut illi Catholicorū subditi Augustanæ Confessioni addicti, ut & Catholici Augustanæ Confessionis & atium subditi, qui anno 1624. publicum vel etiam privatū Religionis suæ exercitium nullâ anni parte habuerunt, nec non qui post pacem publicam, deinceps futuro tempore diversam à Territorii Dominò religionem profitebuntur, & amplecten-*

plectentur, patienter tolerantur, & conscientia libera domi devotioni suae sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinâ verò, ubi & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse, vel liberos suos ex veris suae religionis scholis, aut privatis domi praeceptoribus instruendos committete non prohibeantur, &c. Ex hoc articulo, cum quædam fuissent Domini, utrum Parochianus, Augustanæ confessioni addictus, sed in pago pontificio habitans, alibi in vicinâ petere & facere posset, ut illic infantes ex se nati baptismi Sacramento initiarentur, hunc in modum responderunt, an N. N. mens. Januar. 1663. Wenn nun gleich N. so wohl dessen Eltern und Vorfahren/ungedachtet sie der Augspurgischen Confession verwant und zugethan gewesen/ der Tauffe/ Begräbnissen und ehelichen copulationen sich jederzeit in der Catholischen Pfarr = Kirchen des Dorffs N. bey dem Pfarrer daselbst erhohlet/ — — und dann so wohl das öffentliche/ als: privat exercitium Religionis der Catholischen Stände Unterthanen / die der Augspurgischen Confession zugethan/ anders nicht/ als auff solche Weise / wie sie es im Jahr 1624. gehabt/ im Osnabrückischen Friedens = Schluß gelassen worden. Dennoch aber und

dieweil N. N. der Lutherischen Religion zugethan/ und zu N. im Jahr 1624. gewesen/ Krafft angezogenen Friedensschlusses ober der Catholischen Unmittelbaren Stände Landsassen/ Vasallen und Unterthanen/ so sich zur Augspurgischen Confession bekennen / verstattet und nachgelassen/ in der Nachbarschafft / und wes Drittes es ihnen beliebig/ dem öffentlichem Religions - Exercitio beizuwohnen / zu welchen dann der freye Gebrauch der heiligen Sacramenten gehörig ist / und die Tauffe für ihre Kinder als ein fürnehmstes Stück solches exercitii davon nicht getrennet / noch aufgeschlossen werden kan. So mag auch ermelder N. oder andere zu N. wohnhafte Lutherische Unterthanen sich der Tauffe vor die ihrigen an einem Lutherischen Orte außerhalb Landes zu erhalten nicht abgehalten/ noch daer/ oder sie solches thun/ ihnen deswegen einzige Straffe von den Beampten auferleget werden/ 2c.

V. Ad eundem modum etiam de jure reformandi, item de vocatione & institutione ministrorum Ecclesiae in eodem instrumento pacis conventum est, ut si aliquis Princeps, vel alius territorii Dominus, vel alius Ecclesiae patronus ad alterius

par-

partis sacra transferit, aut principatum, aut ditionem, ubi alterius partis sacra exercitio publico vigent, seu jure successoria, seu vigore presentis tractatus pacis, aliove quocumque titulo factus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores aulicos sua confessionis, citra subditorum onus aut prejudicium secum, atque in Residentia sua habere liceat. At fas ei non sit vel publicum Religionis exercitium, leges aut Constitutiones Ecclesiasticas hactenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes redditus, pensiones, stipendia, prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare, vel juris territorialis, Episcopalis, patronatus, aliove quocumque prae textu subditis ministros alterius Confessionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum, aut prejudicium directè vel indirectè alterius sacris afferre. Et ut hac conventio eo firmitus observetur, liceat hoc mutationis casu ipsis communitatibus presentare, vel quia presentandi jus non habent, nominare idoneos scholarum & Ecclesiarum ministros à publico loci Consistorio & ministeria, si ejusdem cum presentantibus vel nominantibus Communitatibus sunt religionis, vel hoc deficiente loco, quem ipsa communitates &

legerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel domino potestatem sine recusatione confirmandos, &c. art. 7. §. v. Temperatum hæc ratione & limitatum est jus reformandi, quod pleno jure aliis Principi in suo territorio competit. Atque sic bono consilio transacta tunc temporis de religione controversia fuit, quæ ingentes ubique terrarum per tot annos dederat turbas. Nec verò potuit aliter id negotium expediri, ut proinde non satis accuratus rerum arbiter existat, qui crimini id dari velit partibus transigentibus. Et si enim Principibus omnibus Christianis ex officio pari curæ & studio incumbat, ut ipsorum subditi veram fidem amplectantur, acut DEI præceptis pareant, atque in hoc non magis, quam in illud animum intendant; Si tamen in Republicâ vitium aliquod sine excidio status publici extirpari non potest, satius erit tolerare istud, quam excidio isti cooperari. Idque non minus in hæresi, quam in aliis quibusque delictis locum inveniat. Nec enim major puniendis hæreticis, quam scortatoribus imposta est obligatio, qui tamen tolerantur, quando flagitiis istis impar est severitas. In hujusmodi scilicet causis, ubi per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius hominis est periculum; sed pluri-

morum strages jacet, detrahendum. aliquid est severitati, ut majoribus malis sanandis sincera charitas subveniat, ut loquitur Augustinus, *epist. 50. ad Bonifacium*, quam refert Gratianus, *c. ipsa 23. q. 4.* Vid. Dn. Comring, *de pace civili passim.*

VI. Partâ hâc in Romano Imperio, secundum modum præscriptâ, religionis libertate, omnibus modis studendum est, ne quid statuatur vel ab ipso Principe, vel à magistratu & subditis, quod infringere eam, parte alterâ invitâ, aut prorsus tollere aliquando possit. Quia enim tantâ molis tantive laboris fuit, pacem perpetuam inter dissentientes stabilire, nihil æquè adversum eî erit, quàm si metuendum fuerit, ne religio iterum in periculum vocetur, sed autem vel ex levisimo aliquo attentatorum genere suboriri perquam facile potest. Quâ ratione notum ego, ut imperantes, licet eandem eum subditis religionem profiteantur, circa jus patronatus, quod magistratibus inferioribus & subditis competit, præjudicent, aut ministros Ecclesiæ obrudant, quoad illi justè & legitime processerint, ut maxime per clausulam salutarem, ne illis exemplum hoc præjudicio sit, in solennissimâ formâ cautionem addant. Fieri enim potest, ut successores aliquando, Religioni diversa ad-

dicti, sub eadem clausulâ eos, qui sibi benè cupiunt, promovere intendant, iteratisqve exemplis totum jus patronatus tandem intervertant. Et huc tendit Responsum, quod ex Consistorio Ecclesiastico in Academia Wittebergensi datum den Herren Ständen der Landschafft N. mens Decemb. 1677. Hat sich bey Erkennung der verledigten Pfarre zu B. begeben, daß als das Stifft S. N. / Krafft habendè juris patronatus, der Gemeinde drey Personen / und unter denselben auch den Cantorem zu W. / so des Amtmanns daselbst Schwager ist / präsentirt, ermelter Amtmann zu W. bey der Gemeinde zu B. sich küffert bemühet / und von den eingepfarrten von Adel mit guten Worten / von den übrigen aber bedrohentlich begehret, daß sie gedachten seinc Schwager den Cantorem zu W. Pfarrer erwählen und vociren möchten / darauf auch unter dem Vorwand, daß er ordentlich / und durch die meisten Stimmen zu dieser Pfarr Amt erwöhlet worden / um dasen confirmation angefuht / und allbereit gnädigsten Befehl / mit examination und ordination desselben Verfahren / ausgewürkt. Nachdem aber die Herren interveniret / und darauf befunden worden, daß es sich nicht also verhalten / als der Amtmann berichtet / ist hernach ein ander gnädigstes Rescript des Inhalts erfolgt, daß

Ihre

Herr Hochwürdtl. Durchl. bey so be-
 fundenen Umständen nicht vor rühm-
 lich gehalten/ daher neuer Cantor der
 Gemeinde zu B. so fort aufgedrungen
 werde/ und sollte demnach die Gemein-
 de eine andere Wahl eines Pfarrers
 anstellen. Nichts desto weniger/ und
 ungeachtet noch andere vier Rescripta
 gleiches lauts gefolget/ hat doch der
 Amtmann/ welcher mit zum Commissa-
 rio executionis verordnet worden/ die
 Sache und execution solcher gnädig-
 sten Befehle von einer Zeit zur andern
 aufgeschoben/ und endlich einen ganz
 andern Befehl/ das nemlich der Can-
 tor zu W. auf vorige Wahl der Ge-
 meinde zu B. weil er ein gut Zeugnis
 hätte/ doch unbeschadet ihres Rechts/
 zum Priester ordinirt werden sollte/
 nach mehren Jumbot/ &c. Wenn
 nun gleich ernelter Cantor unter denen
 dreyen/ so von dem Stifft S. N. als
 patrono präsentirt worden/ sich be-
 findet/ und nicht vernuthlich/ daß der
 patronus eine unzüchtige Person prä-
 sentiren werde/ der Cantor auch ein
 gutes Zeugnis von dem Rathe und
 Priester zu W. erhalten/ über dieses
 der Gemeinde zu B. in den letzten Re-
 scripto vom 26. Octob. durch die
 Clausul/ daß die ordination des
 Cantors, und dessen Beförderung zum
 Priesterthum Ihnen an ihren Rechten
 unschädlich seyn sollte/ gnugsam pro-
 spicire. Dennoch aber/ und dierzuil

die Wahl eines Priesters ordentlich/
 und wie es die allenthalben nach Gött-
 licher Schrift eingerichtete Kirchen-
 Ordnungen/ und eines jeden Orts
 wohlhergebrachte und löbliche Ge-
 wohnheiten erfordern/ geschehen sol/
 und der Gemeinde zu B. das jus eli-
 gendi & vocandi zustehet/ der Amt-
 mann aber vermöge der alten Vilita-
 tions-Registratur de anno 1563. so in
 der Fürstlichen Kirchen- Ordnung
 confirmiret und zum fundament ge-
 setzt/ deutlich davon ausgeschlossen/
 und sich demnach darbey einzudrin-
 gen keinesweges befugt/ hingegen das
 letzte gnädigste Rescript vom 26.
 Octob. dieses Jahrs ausdrücklich
 präsupponirt, daß die Wahl des
 Cantors von der Gemeinde albereit
 geschehen/ welches jedoch der Herr
 Berichte nach nichts annoch or-
 dentlicher Weise zu Werke gerichtet
 worden/ und die Gemeinde lieber einen
 andern wünschen und haben möchte/
 besonders da der Cantor hievor in
 einem bösen Gerichte/ und albereit in
 die inquisition gezogen gewesen/ so
 auch noch nicht zu Ende gebracht/ ge-
 stalt denn die Herren in ihrem un-
 thänigsten Berichte zu Fortsetzung der-
 selben unterschiedliche Zeugen angege-
 ben/ wie Ihn auch davon das von ihm
 erhaltene gute Zeugnis/ welches nicht
 wohl anders/ und dem Amtmann zu-
 wider ertheilet werden können/ ganz

nicht entlediget/ hierüber in dem gnädigsten Rescript enthaltene Clausul, darinnen der Gemeinde zu B. ihre jura vorbehalten werden/ theils auf dem falschen præsupposito, daß die Wahl des Priesters vorhero richtig geschehen/sich gründet/ theils auch zu einer gefährlichen Consequenz gezogen werden dürfte/ indeme bey Veränderung der Landes-Fürsten/ und da dieselben einer andern Religion zugethan seyn möchten/gar leicht durch Einrückung und Mißbrauch dergleichen Clausul der Gemeinde zu B. in der Religion verdächtige Personen zu Kirchendienern aufgedrungen/ und die habenden jura endlich durch stete Wiederholung solcher Clausul entzogen werden könnten/welches jedoch wider den so theuer erworbenen Schnabrüggischen Friedensschluß lauffen würde/ als in welchen die ausdrückliche Vernehmung geschehen/daß wenn ein Landes-Herr/ oder eines Stiffts-Patron zu einer andern Religion treten würde/denselben keines weges zugelassen seyn solle/unter dem Vorwand juris territorialis, Episcopalis, patronatus oder einem andern prætext denen Unterthanen einer andern Religions Diener aufzudringen/oder einige andere Verhinderung oder Nachtheil directè oder indirectè eines andern Religion zuzufügen/ Gestalt denn auch ausser diesen ein Landes-Herr/vermöge ausgestellter Re-

versalien, denen Unterthanen an ihren habenden Rechten/besonders in denenjenigen/so zu Beförderung und Erhaltung der Christlichen Kirchen und allein seligmachenden Religion verordnet und eingeführt/ keinen Eintrag zu thun/vielweniger denen Beamten dergleichen zugestatten schuldig/ und endlich die Kirchen und Schuldienste nicht nach Gunst / Freundschaft oder Schwägerschaft/ sondern wie es diejenigen/denen es zukömmt/in ihren Christlichen Gewissen/und vor Gott verantworten können/zu vergeben/denen Gemeinden auch sonst ohne Unterscheid / ob sie gleich das jus vocandi nicht haben/ das votum negativum bey Erwehlung eines Pfarrers / nicht entzogen werden kan. So erscheinet dannenhero allenthalben so viel/ daß des Amtmanns zu W. bey Ersetzung der Pfarre zu B. durch den Cantor seinen Schwager vorgenenimene procedur weder dem Worte Gottes/ noch dem Instrumento pacis, und der Fürstl. Kirchen-Ordnung gemäß/ als derselben auch allerhand inconvenientien, so künfftig erfolgen möchten zu besorgen/und die Herren dannenhero wohl befugt/ auch als Landstände schuldig und verbunden gemessen/unterthänigst zu interveniren, dem befürchteten Unheil vorzukauen / und umb gnädigste Aenderung bescheidentlich anzuhalten/ &c.

VII. Quod si talia pacta nulla interceserint, nec quicquam de religionis negotio conventum fuerit, haud paulo liberior Principi competit potestas in ordinando cultu divino. Tum verò cavendum ei maxime hoc est, ut, quoad fieri potest, unam tantum in suo territorio admittat religionem, tum quia una tantum est veritas, & hinc una tantum vera religio, tum quia ex opinionum de DEO & rebus divinis discrepantia non nisi insignes contentiones, & ardentissima odia oriuntur. Et fieri vix potest, ut diversitas sententiarum de fidei articulis pacatum Reip. statum non labefactet aliquando, & turbidum reddat. Fatentur omnes, religionem esse vinculum societatis civilis, quæ exi per se & principaliter ad conciliandam DEI gratiam valeat, habet tamen & suos in societate humanâ effectus maximos. Deficiunt verò illi effectus, & sine suo, qui est beatitudo civilis, destituitur civitas, in quâ perpetua de DEO & rebus divinis agitantur dissidia, variiq; diversissimarum opinionum fluctus subinde excitantur. Et quis verò mala omnia, quæ inde resultant, enumerare valebit? Nec enim in Republicâ tantum Magistratui cum subditis, sed etiam in eadem domo patri cum uxore ac liberis, fratri cum fratre conveniet, si in re-

ligione dissideant. Sed & bella diuturna nimis maximeq; cruenta & funesta inde exorta esse, omnium temporum historiæ referunt, observatumq; est inter Politicos, populos ita inter se dissentientes, & cultu divino varios, ne ictis quidem foederibus bonâ fide in communionem rediisse, discordiaq; ingenio auctos semper arma aut minatos fuisse alteros, aut timuisse. Econtrario verò eandem de DEO habere sententiam, nihilq; vitæ & institutis inter se discrepare pulcherrimam in animis hominum concordiam excitat, ut ait Josephus, *lib. contr. Ap. pion.* Dabit ergò operam, quisquis imperium capessit, ut unam inter subditos suos sustineat religionem, non tantum ut beatos eos in civili vitâ, sed etiam, ut beatitudinis æternæ consortes faciat. Ad utramque enim beatitatem suo modo concurrat, aut concurrere debet potestas imperantis.

VIII. Jam verò disquiratur, quia una tantum à quovis Principe in suo territorio ferenda est religio, sectæ autem hodiè inter Christianos sunt quamplures, quæ sit illa, quam fovendam Princeps eligere, & quam subditis suis proponere debeat? Hic verò certum est, non aliam proponendam esse, quam eam, quæ verbo Dei & sacris Scripturis convenit.

Neque enim quicquam potest ad salutem credi, nisi quod Deus, ut tale patefecit, neque potest esse aptum applicandæ divinæ gratiæ instrumentum, nisi quod Deus isti usui assignavit. Videlicet fides salutari non est affectio politica, neque convenit homini; quatenus ad politicam societatem ordinatus est; sed quatenus est coelestis Reipublicæ civis. Per consequens non est humanæ potestatis, aut politici imperii, novos condere fidei articulos, aut nova instituire Sacramenta, cum hæc omnia, quatenus talia in se prorsus immutabilia sint, & imperio summarum potestatum planè non subjaceant. Hug. Grot. *de imp. summ. pot. circ. sac. c. 3. num. 11.* At verò ut salutari doctrina sincerè, & sine additamentis humanis, ex verbo divino proponatur, id demum ad curam Principis pertinere videtur, quò facit imprimis, *l. b. c. de SS. Trinit.*

IX. Manet tamen adhuc dubium, quæ sit illa Religio, illa doctrina, quæ Scripturæ & verbo Dei conveniat, cum inter omnes hodiè sectas nulla sit, quæ Scripturæ non jactet auctoritatem, & adsertionum suarum fundamentum. De hoc verò ut certus & securus sit Princeps, judicio opus est; judicio, inquam, sed precibus & pietate probè modera-

to, tum verò intellectu rerum sacrarum sufficienter instructo, & quod præcipuum est, animo Spiritus Sancti auxiliis gratiosè incitato. Et sanè cum ea, quæ ad salutem creditu sunt necessaria, aut aliquid in Ecclesiâ momentum habent, perspicue satis prophetis & apostolicis scriptis comprehensa sint, non deerit in his, quæ scire summam potestatem expedit, quæq; scire satis est, ipsi auxilium divinum, ut non tantum per prævenientem gratiam in verum intellectum Scripturæ & eorum, quæ scire interest, penetrare, sed etiam per internum Spiritus Sancti testimonium divinæ & infallibili fide de conceptu, menti divinæ conformi, certus esse possit; præsertim cum tot animæ deinceps, juxta hunc Principis conceptum, docendæ sint, & Deus ipse imperia ad veræ religionis tutelam ordinaverit. Neque verò opus est aliâ novâ revelatione, aut miraculo, ut constet, hunc sensum verbi revelati esse verum, & menti revelantis conformem, quia ipsa intrinseca vis verbi, quia divinum est, facit se auditori vel Lectori, non solum probabilem, sed etiam infallibilem. Quæ tamen omnia de his præcipue intellecta volo, quæ ipsum corpus fidei & religionis absolvunt. Reliquis enim, quæ ex Metaphysicis, histori-

istoricis, Grammaticis subtiliter disputant Theologi, Regis animum implicari necesse non est. Τα γὰρ θεωρία φιλοσοφία παράδειγμα ἀνδραγαθίας ἡρώων τὰς δὲ θεῶν καταθέσεις, ut loquitur ex mente Synesii Nicephorus Gregorius, lib. VIII.

XI. Patet hinc, potestatem hanc circa Religionem, esse veram architectonicam & principalem. Quem admodum summi uti prudentiam Architectonicam describit Aristoteles, lib. 1, 1^o mor. cap. ult. Architectus sub se habet, ἐπιπέμπει, Edificatorum domus, & hic rursus alios ministros, fabrosq; camentarios, lignarios, &c. qui structuram perficiunt, & nihilominus ipse Architectus rationem insuit, quatenus his omnibus modum præscribit: ita & architectonica hæc, & quædam potestas, alios sub se habet, qui operantur, quibusq; modum & rationem operandi præscribit. Ipsa enim, ut elegerat Christophorus Ehemius, lib. 2, de pr. jur. cap. 1^o totius civitatis incolumitatem respiciens sola imperat, & veluti peritissima navis gubernatrix puppi, insidens manum clavum tenet, & quid agendum, quid vitandum sit, jubet. Etergo cum in Religionis negotio eodem modo procedat Princeps, dum illi præscribit, quid, & quomodo

doceri debeant subditi, ut nunquam ipse non doceat, Architecti tamen hæc in parte sustinet vicem. Nec verò opus est, ut efficienter influat Principis conversionem, regenerationem, justificationem, sanctificationem, & glorificationem Christianorum, cum nec ita influant ministri Ecclesiæ. Prædicatio enim & auditus verbi non per se, aut vi sui quadam naturali conversionem efficit; sed quod homo per auditum verbum convertitur, id totum gratiæ divinæ debetur. Quod si vel maxime, per omnem suam vitam audiret homo, nec Deus ipsius auscultationi benediceret, nulla profecto sequeretur conversio. Agid. Hunnius, præfat. lib. de prædestinat. pag. m. 110. Non ergo hucusque se extendit Principis imperium, sed ad illud tantum, ut civibus suis media proponantur pura & incontaminata; reliquum omne divinæ committendum est gratiæ, & efficaciz. Decere, arbitramur, (verba sunt Theodosii & Valentiniani, l. 3. C. de sum. Trin.) nostrum imperium, subditos nostros de religione commonefacere. Ita enim & pleniorē acquiri Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi benignitatem posse debere existimamus, si quando & nos pro viribus ipsi place-re studuerimus, & nostros subditos ad eam rem instruerimus.

XI. Quid

XI. Quid verò si erroneis opinionibus jam occupatus Princeps falsam proposuerit Religionem, num propter potestatem istam architectonicam recipiendam eam putabimus à subditis? Imò non erit recipienda, non magis, quàm si abstinentium ab alendo parente per impietatem jusserit. Vid. Rainold. in *Colloq. cum Hart. p. 401.* Imperia enim, quæ directè divino imperio contraeunt, aut fidem, à Deo præscriptam, violant, obligationem parere nequeunt, sed hic semper militat illud Augustini, *serm. 6. de verb. Dom. Si aliud Imperator, aliud jubet Deus, quid judicatur? major potestas Deus, da veniam, ô Imperator.* Absit tamen, ut propterea omni prorsus imperio privemus imperantes, aut ut subditos solutos esse eorum regimine dicamus. Falsum enim est, quod asserit Richardus, non solum infidelitatem, sed quodcumque mortale peccatū impedire omnem potestatem & dominium, jurisdictionemque tam publicam quàm privatam, & titulum aut fundamentum cujusque potestatis esse gratiam, quem refutat Franc. à Victoria, *Relect. 3. num. 9.* Quin etsi irrita sint imperia Principis idololatriæ in iis, quæ directò verbo DEI repugnant, non tamen irrita sunt respectu potestatis, quæ ab renuentibus subditis ex-

petitur. Vis enim, eo nomine illata, effectum suum habet, non physicum tantum, sed & moralem, quatenus non licet vim inferenti resistere. Possunt itaque & debent subditi, ubi Magistratus cultum hæreticum introduxerit, non parere, & debent vitam fortunamque omnes perdere potius, quàm participare de confessione aut cultu hæretico; non possunt tanten nec debent Principia molienti armis resistere, ob generale scilicet interdictum, & generale mandatum parendi, atque etiam emigrandi; imò moriendi pro religione, *Matth. X, 23. 28.* Joh. Davenant. *quæst. 14.*

XII. Omnino autem rejicienda est illorum sententia, qui putant, religionem quamcumque salutis æternæ impetrandæ esse accommodatam, & liberum ad eam esse homini, quæ ratione colere velit DEUM. Fuerunt jam olim, & adhuc sunt, qui ex omnibus religionibus mixturam admittentes, conciliationem interdunt *discrepantium* discrepantium opinionum. Inter hos emittit nostro seculo Hugo Grotius, Vir subtilis & capacissimi ingenii, qui cum nullarum esset partium, nulliusque communioni addictus, liberè per omnia vagabatur, & arbitrum se non tantum in plerisque omnibus solidæ eruditionis partibus, sed etiam

sed etiam in rebus fidei & religionis præbebat, & in Theologiâ dictaturam sibi tribuere haud verebatur. Sunt alii & ex Pontificiâ in primis Ecclesiâ, qui per inauditam quandam *συγκατάβαση* dulce nunc cantes, quæstiones litigiosas immnuere & omnia polliceri solent, quæ ad controversias dirimendas, aut leniendas amicè, prodesse possint, interim fatentes, in nonnullis rigidius actum fuisse, in aliis parùm candidè, posseq; in quamplurimis dispensationes impetrari. Et fuerunt sanè haud pauci, qui aurem illis præbentes, optimè secum agi putârunt, si ducibus hisce unum cœtum facere cum Romanâ Ecclesiâ liceret, nec animadverterunt, angvem in herbâ latere, posseq; à Pontifice Romano, cujus autoritatem illi salvam & integram esse volebant, ea, quæ ad tempus concederentur, facili negotio revocari, sibiq; adeò laqueos inextricabiles tendi. Et quis verò putet, ab infensissimis hostibus, quales sunt sine dubio illi, qui ferrum & flammas in pectore gerunt, bonum aliquod proficisci posse? Antiquum habet proverbium: *ἐχθρῶν δῶρα ἀδωρα*; &: *λόγῳ παρ' ἐχθρῶν μὴ πιστὴ ἡγήσῃ φίλων*, ab hoste dicta ne unquam amica dixeris.

XIII. Etiã verò tam subdolè & perfidè non agant Irenici reliqui,

sed studium pacis & concordia Ecclésiasticæ, dato aliquo & retento, uti Jcti loquuntur, anxie sectentur, perpetuum tamen hoc illis obstat axioma, in rebus fidei transactionem nullum omninò habere locum. Improbavit in Erasmo Roterodamo facilitatem istam Lutherus, T.3. Lat. p. 162. his verbis: *Summa, hæc tua verba hoc sonant, apud te nihil referre, quicquid à quolibet ubiq; credatur, modò pax mundi constet, licereq; ob periculum vite, fama, rerum & favoris, illum imitari, qui dixit, Ajunt, ajo; negant, nego, & habere dogmata Christiana nibilo meliora, quàm Philosophorum & hominum opiniones, pro quibus stultissimum est rixari, pugnare, asserere, quod inde nihil nisi contentio & turbatio pacis externa veniant, quæ supra nos, nihil ad nos. Ita dirempturus nostros conflictus venis mediis, ut utrosq; suspendas & persuadeas, de stultis ac inutilibus rebus nos digladiari, sic, inquam, sonant tua verba. Et quid hic premam, puto te intelligere, mi Erasme. Dixi enim hæc ideo, ut deinceps desinas nostram causam arguere pertinacia & perversa. Nam hoc consilio aliud nihil facis, quàm quod significas te in corde Lucianum, aut alium quendam de grege Epicuri porcum alere, qui cum ipse nihil credat esse DEUM,*

Mm

ride-

videat occultè omnes, qui credunt & confitentur. Sine nos esse assertores, & assertionibus studere & delectari, tu Scepticis tuis & Academicis fave, donec te Christus quog; vocaverit. Spiritus S. non est Scepticus, nec dubia aut opiniones in cordibus nostris scripsit, sed assertiones ipsâ vitâ, & omni experientiâ certiores & firmiores.

XIV. Credidit aliquando Marcus Antonius de Dominis, cum in Reformatorum castra transiisset, Ecclesias, Romanam & Reformatam similes esse navibus, quæ in omnibus convenirent, præterquam in solâ pyxide. Utraq; inquit, Religio in præcipuis essentialibus ac fundamentalibus eadem, utraq; Christum habent pro Domino ac Mediatore, utraq; idem Baptisma, &c. Discrimen Romanensium navium ac Reformatarum non est in fundo, aut in rudentibus, sed duntaxat in pyxide. Romana hæc navis, vas satis probum, benè adificatum, non putre, neq; in fragmenta & frustra defluens, apprimè instructa malis, funibus, ac rudentibus, ac anchoris, luculentam mappam hydrographicam habet, vectores ac milites omnes pariter sub eodem vexillo sunt, eundemq; Imperatorem solum Dominum nostrum Jesum Christum habent. Atq; nullum discrimen inter hæc navem & reformatam.

De Jure Principis

Unicam tamen differentiam præcipuam animadverto: ex qua nascuntur & oriuntur quamplurima & alia dissidentanea ac pugnancia, nimirum, gubernatorem navis, qui clavum tenet Romanæ navis repudiasse ordinariam pixidem & reliquisse praxin & usum mappæ hydrographice & receptæ. Unde est, quod vertigine quâdam è suo cerebro novam chartam procuderit, pixidem sibi duntaxat propriam, falsam & ineptam effinxerit, quæ polum nequaquam intuetur, & cujus lingula magnete infecta non est. Verba refert Joh. Hoornbeeck, in exam. bull. papal. p. 180. eaq; obelo transfigit. Et rectè quidem, cum nec integra amplius sit navis Romana, & perpetuis tempestatibus obnoxia.

XV. Scripsit Josephus Hallus, Britannus, & edidit tractatum sub titulo: ROMA IRRECONCILIABILIS, quo demonstrare voluit, nullam sperari posse, nec debere quidè, uti se nunc res habent, Pontificiorum cum Reformatis in causâ Religionis conciliationem. Is in sect. ult. multò aliter sentit de Ecclesiâ Romanâ, atq; ArchiEpiscopus Spalantensis. Applicat enim ad eam verba Plauti ex Mostellariâ, act. 1. sc. 2.

-- nunc simul res, fides, fama,
virtus,

Decusq; deseruerunt: atq; ipsa in
usu

Facta

*Facta est nimis nequior: nec vi-
deor mihi*

*Sarciri posse ades basce, quin tota
Perpetua ruant, quin cum funda-
mento*

*Perierint, nec quisquam esse auxi-
lio queat.*

Quod verò desperat Hallus de re-
conciliatione Romanæ Ecclesiæ cum
Reformatâ, id ex nostrâ parte acce-
pravit, & similiter nullam cum Re-
formatis sperari posse pacem, proli-
xè ostendit Joh. Hülsemannus, in
*tractatu, cui titulum fecit: CALVI-
NISMUS IRRECONCILIABILIS.*
Tantis disidiis cū inter se pugnent
Religiones, quæ Europæ provincias
hodiè occupant, laterem lavabit,
quisquis amicè eas conspirare posse
præsumserit, & ut id fiat, operam a-

liquam posuerit. Inter contradicto-
ria quanta perpetuò sit pugna, quan-
tisq; intervallis illa à se invicem di-
stent, Dialecticorum nos docent re-
gulæ. Et quæ ergò fieri poterit, ut
contradictoria ejusmodi utraq; ve-
rà habeantur? aut si cedere alterum
debere alteri contendas, necesse est,
ut pereat unum, altero subsistente.
Sed quis credet, cessuros faciliè in Re-
ligione disidentes? Sanè qui stu-
dio isto conciliandi disidentes te-
nentur, plerumq; eis accidit, ut,
quantum utrisque placere cupiunt,
tantum displiceant, ut neutri parti
suam satis probent industriam. Præ-
stat tenere fidem simplicissimam,
eamq; ex Scripturâ sacrâ mordicis
defendere, quàm in gratiam homi-
num tantillum remittere.

CAPUT XV.

De

Jure convocandi Concilia & Synodos.

SUMMARIA.

Concilia seu Synodi ad meliorem veritatis celestis assertionem faciunt. 1.

Concilium quid sit? 2.

Primum ab Apostolis habitum fuit. 3.

*In quo, cum singuli infallibili judicandi Spiritu donati essent, omnium præsentia neces-
saria non fuit. 3.*

Convocatio Synodi ad quem olim pertinuerit, & hodiè pertineat? 4.

Concilium Arelatense, à Constantino III. indictum, quale fuerit? 5.

Nicenum ab eodem Imperatore indictum. 6.

Sardicense ab Imp. Constantio & Constante coactum. 7.

Lampasacum, à Veritate Valentiniani Imp., congregatum fuit. 8.

M m 2

Agri-

Apilejense, auctoritate Imp. Gratiani, convocatum fuit. 9.

Aliud Concilium, rogatu Siricii Pontificis, tum Burdegalense, ab Imp. Maximo inditum. 10.

Ephesinum Concilium Occumenicum à Theodosio Imp. indictum. 11.

Aliud ab eodem Imp. precibus Leonis Pontificis commoto, Ephesi indictum. 12.

Aliud, intra Italiam celebrandum, idem Pontifex ab eodem Imp. rogavit, nullo tamen effectu. 12.

Nec Martianus Imp. (mortuo Theodosio,) annuere petitis Leonis voluit. 12.

Gregorius M. Pontifex à Brunichildâ Regina, ipsisq; Regibus, Theodorico & Theodeberto, iteratâ vice petiit, ut Synodum indicerent. 13.

Consilium Francofurtense, jussu Caroli Regis habitum. 14.

Soli igitur Pontifici Romano nulla potestas cogendi Synodos competit. 15.

Coriolani sententia refutatur. 15.

Litera Imperatorum in Convocatione Episcoporum, ratione Inscriptionis, quomodo se habuerint? 16.

Litera Traitoria qua sint? 17.

Concilia vel universalis sunt & Occumenica, vel particularia & topica. 18.

Occumenica unde dicantur? 18.

Quot sint? 19.

Concilium generale & Occumenicum cur hodiè sperari non possit? 20. 22.

Si haberi posset, non à Papâ, sed à Majestate civili indicendum esset. 21.

Quod agnovit etiam Carolus V. Casar. 21.

Particularia Concilia qua fuerint? 23.

Modò latiora, modò angustiora sunt. 24.

Quanta olim Imperatorum in Conciliis cogendis auctoritas fuerit, porro probatur. 25.

In Concilio ipso Princeps Jurisdictione uti debet. 26.

Ulla est vel auctoritativa, vel directiva. 26.

Harum altera ab alterâ separata interdum fuit. 26.

Potestas directiva in Concilio Constantinopolitano ab Imp. Justiniano exserta fuit. 27.

Princeps judicium etiam ferre potest de rebus, qua in Concilio agitantur. 28.

Inter suffragia Episcoporum & Laicorum quid sit discriminis? 28.

Finito Concilio, Decreta à Principe, talium intelligenti, confirmanda & publicanda sunt. 29.

Nulla tamen nova Dogmata condi possunt. 30.

Sententia Vincentij Lirinensis. 31.

In Conciliis Patrum norma semper fuit adhibita Scriptura Sacra. 32.

Decreta Synodi Principum judicio subjicienda, ab iisq; confirmanda fuerunt. 33.

Petri de Marca distinctio inter Decreta Conciliorum. 34.

Ejusdem distinctio inter diversam Confirmationis formam. 35.

Qua absolute & simpliciter non probatur. 36.

Laii ipsi in Conciliis admissi fuerunt. 36.

Imperator aut Princeps peritus suum quoq; in Concilio suffragium ferre potest. 37.

Quod probatur exemplo Constantini & Constantii 37.

Principes Conciliis, quando de Dogmatibus Fidei tractatum, plerumq; interfuere. 38.

In Concilio Constantinopolitano de Dogmatibus Fidei actum etiam fuit. 39.

In Controversiis fidei dirimendis non tam Constituentium auctoritas, quam Constitutio- nis ratio spectanda est. 39.

Inter Colloquia & Concilia quæ sit Differentia?

I.

Cæterum quia humana frequen-
ter luxuriant ingenia, & novas
quotidiè in divinis excogitant con-
troversias, ad veritatis coelestis asser-
tionem meliorem multum faciunt
concilia aut synodi, & eruditorum
atq; moderatorum hominum col-
lationes sive colloquia. Cum enim
diversa sint *χαρῶματα*, nec omnia
membra in corpore Christi mysti-
co, seu Ecclesiâ sint oculo, neq; Prin-
ceps etiam, ut maximè eruditus, om-
nes, quæ nectuntur, subtilitates
superare possit, idè quando plures
conveniunt, veritas communi stu-
dio inquiri, & quod alter vel etiam
plures perperam statuunt, ab aliis,
vel uno etiam ex factis literis corri-
gi potest. *Facilius invenitur*, in-
quit Innocentius Papa, *c. de quibus*
4. dist. 20. quod à pluribus senioribus
quaritur. Verus etiam repromissor
Dominus ait: Si duo ex vobis vel tres
conveniunt super Terram in nomine
meo, de omni re, quæcumq; petie-
rint, fiet illis à patre meo. Add. Che-

mnit. Loc de Eccles. c. 4. §. 4. n. 2. Ut
cunq;ve igitur simpliciter necessaria
non sint concilia, aut ejusmodi con-
gressus, neq;ve necessitate præcepti,
neq;ve necessitate medii, cum sola
Scriptura sit medium ordinarium
& necessarium avertendi hærefes, &
veritatis efficacia ex numero & mul-
titudine suffragiorum simpliciter
æstimanda non sit; sunt tamen ne-
cessaria necessitate expedientiæ, ut
vocant, hoc est, ut finis, qui à Chri-
stianis singulatim ex scripturis ha-
beri potest, ab iisdem conjunctim
per unicum illud controversiarum
decidendarum principium, scriptu-
ram, melius acquiratur, & ut plures
Ecclesiæ particulares in unitate pro-
fessionis & honestate morum persi-
stant. Vid. H. Grot. de imp. summ.
pot. circ. sac. c. 7. Francisc. Long. à
Coriolan. in summ. Concil. pr. alud. 2.

II. Est autem concilium Ecclesi-
asticum nihil aliud, quam conven-
tus piorum, eruditorum & gravium
virorum ab Ecclesiis, ex omnibus

earum ordinibus, ad legitimam, & summæ potestatis imperio factam, convocationem missorum, ut de fidei controversiis & disciplinâ ex Verbo Dei dispiciant ac judicent, Et primum quidem inter Christianos habitum fuit ab ipsis Apostolis, ad sepeliendas scilicet obortas in Ecclesiâ Antiochenâ controversias & schismata, *Act. XV.* Quod etsi neget Hugo Grotius, *de imp. sum. potest. circ. fac. c. 7. n. 2.* & conventum istum non Synodum aut Concilium, sed collegium potius vocari debere contendat, eò quod Apostoli tantum & presbyteri unius civitatis convenerint, non verò omnes ex Asiâ minore, & sic ex locis disitis Episcopi & Presbyteri; nihil tamen hætenus agit, præsertim, ubi quis alium tum temporis Ecclesiæ fuisse statum probè secum reputaverit. Apostolos enim interrogare, & ab illis decisionem petere plus erat, quàm omnium Episcoporum vota collegisse; hi enim illi erant, qui singulari privilegio non errandi, præ cæteris à Spiritu S. donati fuerunt. Quod autem Cardinalis Baronius, *ad a. XXXIII. n. 17.* concilium primum à Christo & ejus Apostolis habitum vult, atque huc historiam, *Matth. XVI, 13. seq.* trahit, in eo solidè jamdiu refutatus est Casaubono, *Exerc. 15. n. 9.* & Richardo Montacutio, *p. 2. Orig. Eccles. pag. 159.*

III. Cæterum rectè observat Guilielmus Beveregius, *in prolegomenis ad synodicum Græcum*, absolute & in se neutiquam necessarium fuisse, ut omnes Apostoli tunc temporis convenirent ad determinandam istam questionem, quæ propolita fuerat, cum singuli eam determinare potuissent, siquidem unusquisque eorum infallibili in omnibus, Ecclesiasticis præsertim, causis dijudicandis spiritu donatus fuit. Atque hinc obvium putat & collectu facile, eos ad hanc methodum in isto statuto edendo cœlitus directos & gubernatos fuisse, ut futura Ecclesiæ innotesceret, quo pacto leges in eâ ferendæ essent. Nimirum ut ii, quibus in Ecclesiâ animarum cura committitur, Apostolorum & Seniorum, qui ibi commemorantur, Successores, in unum congregati, collatis omnium rationibus, illud pro lege statuerent, quod in DEI gloriam & animarum sibi commissarum salutem magis conducere visum fuisset. Hanc itaque formam, & hunc ordinem in controversiis definiendis, & Ecclesiasticis condendis legibus, divinitus esse præscriptum, non quidem totidem verbis, sed *περὶ ἀποστολικῆς παραγγелиᾶς*, & ut exemplum inde capiatur, atque ad eò ab Ecclesiâ propterea perpetuò observandum,

IV. Sed eo tamen toto tempore,

quo

quo Ecclesia sub idololatraco Magistratu vi. ebat, nulla adhuc expectari poterat convocatio concilii, qualis hodiè esse solet, imperativa, sed precaria tantum, quæ unius vel plurium in Ecclesiâ cohortationibus fieri solet. Et talis convocatio posterioribus temporibus ad Metropolitanum spectabat, vel ut nos vocamus, Superintendentem generalem. Si quæ verò provincia non habebat ejusmodi inspectorem, tum cura convocandæ synodi ab Ecclesiis illius regionis poterat unicuique extraordinariè committi, vel ipsi Episcopi aliique pii poterant se mutuis cohortationibus excitare. Navis enim si nauclero suo destituitur, propterea sui conservationem non negligit, sed undecumque inter vectores opem sollicitat: Sic & in persecutione Ecclesia, legitimo rectore in externis destituta, non ita, ut volebat, sed ut poterat, se sustentabat. Postquam autem Magistratus Christiani facti fuissent, & jam Religio ipsa regimen eorum ex peteret, simul quoque cura hæc ad eos devoluta est, ut concilia, sicubi opus esset, convocarent, & autoritate suâ indicerent. Nec enim precariò convocare alicet, nisi tempore persecutionis, & ubi Principes Ecclesiæ eversionem quarunt. Quod si illi persecutores & lupi non sunt, neque

tales synodos impediunt, omninò ab ipsis impetrari conventus debent, saltem ad id, ut suspicio coitionis & factionis vitetur, *l. 1. ff. de colleg. & corp. l. conventicula 15, C. de Episcop. & presbyt.* Quando autem Metropolitanus hodiè provinciales conventus jubent, tum hoc faciunt autoritate ejus, qui majestatem in Republicâ tenet, qui scilicet vel generatim vel speciatim, vel expressè, vel tacitè hoc Ecclesiæ pastoribus concessit.

V. Ne frustra hanc in conciliis convocandis prærogativam summis Principibus adscripsisse videar, operæ præciû erit pauca aliqua ex historiis Ecclesiasticis subjungere exempla, ut, quid in praxi obtinuerit olim, clarius pateat. Et primum quidem, observo, Arelatense Concilium I., quod anno Christi CCCXIV. habitum constat, ab Imperatore Constantino Magno indictum fuisse, modumque simul additum & præscriptum, quæ ratione & quo comitatu Episcopi iter istud conficere debuerunt. Exemplar literarum, quibus Episcopos ex variis provinciis convocavit, extat apud Eusebium, *lib. 10. hist. Eccles. c. 5.* & recenset Severinus Birtius, *tom. 1. Concil. pag. 267.* Verba quæ huc faciunt, ex versione Henrici Valefii ita se habent: *Quoniam igitur plurimos ex diversis ac propè in-*
fni-

finitis locis Episcopos in Urbem Arelatensem intra Kalendas Augusti iussimus convenire: tibi quoque scribendum esse censuimus, ut accepto publico vehiculo à Viro Clarissimo Latroniano, Correctore Siciliae, adjunctis tibi duobus secundi ordinis, quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis, qui in itinere vobis ministrare possint, intra eundem diem ad praedictum locum occurras, &c. Synodus congregabatur & constabat ex Episcopis Galliae, Hispaniae, Britanniae, Africae & Italiae, uti patet ex subscriptionibus, & agebatur de causa Donatistarum, qui, cum Romae à Concilio, sub Melchiade habito, condemnati fuissent, à sententiâ tali ad Imperatorem appellaverant. Suscepit igitur Imperator cognitionem, & concilio, à se convocato, ipse interfuit, non ex concessione Patrum convocatorum, uti putat Binius, sed jure suo, uti infra dicemus.

VI. Idem Constantinus Imperator anno CCCXXV. celeberrimū istud Concilium Nicenū indixit, & auctoritate suâ convocavit. Testis est Eusebius, *lib. 3. de vit. Const. cap. 6. Mox, inquit, velut divinam quandam pbalangem adversus eum instruens, generalem Synodum convocavit, honorificis literis Episcopos undique invitans, ut quantocius adessent. Nec verò simplex ac nuda erat jussio, sed prae-*

*tere à multum ad hoc opo contulit Imperatoris benignitas. Qui aliis quidem cursus publici copiam praebebat, aliis vero jumentorum usum abunde subministravit, &c. Testis ejusdem rei est Socrates, lib. 8. cap. 8. Imperator, inquit, universalem Synodum congregavit, omnes undequaque Episcopos per literas invitans, ut Nicaam Bithyniae convenirent, &c. Nec diffitentur Patres in Concilio isto congregati, dum in epistolâ Synodicâ, ad Ecclesias, Alexandrinam & reliquas per Aegyptum, Libyam & Pentapolin constitutas, apud eundem Socratē, c. 9. ita scribunt: Quandoquidem Deo optimo maximo, eiusque charissimo Principe Constantino nos ex diversis civitatibus ac provinciis congregante, sacra & magna Synodus Nicaea celebrata est, &c. Et ipse Imperator in simili ad Ecclesiam Alexandrinam epistolâ hæc de se verba facit: Porro, ut id fieret, Deo suggerente, convocavi in Urbem Nicaam quàm plurimos Episcopos. Testis item Sozomenus, lib. 1. cap. 17. Imperator, inquit, Synodum convocavit apud Nicaam, urbem Bithyniae, & ad omnes ubique Ecclesiarum Antistites scripsit, ut praestituto die adessent. Nec opus est, ut in re clara & manifestâ plura aliorum testimonia adducantur, quibus Cardinalis Baronii, & Nicolai Sanderi *Quæstiones de Pontifice, autore hujus Concilii,* abun-*

abundè conculcantur. Vid. Dor-
scheus, *exercitat. ad diatyposin Con-*
cil. Nican. de cœm. sect. 1. §. 28. seqq.

VII. Anno CCCXLVII. coacta fu-
it in causâ Athanasii Episcopi Ale-
xandrini synodus apud Sardicam, Il-
lyrici civitatē, in imperio occiden-
tali sitam, & quidē in confinio Thra-
ciæ, quæ ad imperium Orientis per-
tinebat. Eam mandato Imperato-
rum Constantij & Constantis coisse
haud obscurè prodit Socrates, *lib. 2.*
cap. 20. Paulus. inquit, & Athanasius
aliud concilium convocari postulant,
— Indicitur ergo iterum generale
Concilium apud Sardicam, quæ Urbs
est Illyrici, idē de sententiâ duorū Im-
peratorum, quorum alter hoc per lite-
ras flagitaverat; alter verò, Orientis
sc. Imperator, libenter annuerat. Idē
refert Sozomenus, lib. 3. cap. 11. Atha-
nasius ac Paulus, Constantem adun-
tes, Synodum fieri flagitarunt. — Ex
communi consensu utriusq; Imperato-
ri placuit, ut tam Orientis, quàm Oc-
cidentis partium Episcopi constituto
die Sardicam convenirent, quæ Urbs
est Illyrici. Athanasius, ipse, cujus cau-
sa in concilio isto peracta fuit, apol.
2. in princ. refert, in magno Sardico
Concilio coisse Episcopos ad edi-
ctum religiosissimorum Principum
Constantij & Constantis, & porro,
rum mentionem fecisset, quàm im-
probâ audaciâ Eusebiani in Ecclesiis
verturbâdis insidiosq; tendendis usi

fuerint, sic pergit: *Quod cum rescit-*
tum esset ab religiosissimis Imperatori-
bus Constantio & Constante, jussu sunt
Episcopi Orientis & Occidentis Sar-
diam convenire, &c. In eandem sen-
tentiam scribit idem in epist. ad solita-
riam vitam agentes: Interim cum
ista fierent, — misa sunt literæ à
Constante ad fratrem suum Constanti-
tium, ibiq; de amborum sententiâ plac-
cuit, ut Synodus celebraretur, & de re-
bus actis cognitio fieret. — Conveni-
unt igitur ab Oriente & ex Occidente
in Urbem Sardicam numero plus mi-
nus centum Episcopi, &c. Dubium er-
gò nullum est, Sardicensem hæc
Synodum ex mandato & jussu Impe-
ratorum coactam fuisse.

VIII. Creditum sc. illis tempori-
bus fuit, & rectè quidem, non posse
nec debere Episcopos sine mandato,
jussu aut præcitu, aut permissione,
saltem Imperatorum, concilium ali-
quod celebrare. Ideoq; quoties opus
erat vel ad fidei dogmata defenden-
da, vel ad disciplinam Ecclesiasticam
firmandam, toties ipsi precib; inter-
cedebant, ut liceret sibi in synodo
congregatis per communia suffra-
gia causas istiusmodi examinare, &
quod visum fuerit, vel omnibus vel
plerisq; per decretum, definire. Re-
fert Sozomenus, *lib. 6. cap. 7. quâ ra-*
tione Episcopi nonnulli per concili-
um sustinere voluerint doctrinam
fidei, quæ ab Arianis miserè tum cor-

rupta erat, id autem ut sibi celebrare liceret, ab Imperatore Valentiniano petiisse. Verba ita se habent: *Porro tūm relicta Constantinopoli Romam contendens per Thraciam iter faceret, Episcopi Helleſponti ac Bithynia & reliqui, qui filium Patri conſubſt. anti-alem aſſerebant, Hypatianum Hera- clea Perinthi Episcopum elegerunt: qui ſuſcepta pro ipſis legatione peteret ab Imperatore, ut ad corrigendam fidei doctrinam convenire permitterentur. Qui cum Imperatorem ad- iſſet & Episcoporum mandata ei expoſuiſſet, Valentinianus ita reſpondit: mibi quidē, in Laicorum ordine conſtituto, fas non eſt hujusmodi negocia curioſius ſcrutari. Sacerdotes verò, quibus id cura eſt, ſeoriſim, ubicunq; voluerint, conveniant. Hæc cum Imperator ad Hypatiani legationem reſpondiſſet, Episcopi Lampſacum conve- niunt, &c. Utrum Episcopi Concilium hoc petētes Semiariani fuerint, uti vult Baronius, ad ann. 364. noſtra jam nihil refert. Sufficit nobis creditum ab eis fuiſſe, coire ſe in conciliū aut ſynodum non poſſe, niſi conſentiente Imperatore. Nec eſt, ut quis putet, agnoviſſe Valentinianū Imp. ſuarum partium non eſſe indictio- nem concilii. Ut maximè enim fidei quaſtiones declinet, & ſacerdotibus judicandas relinquat, non inde ta- men ſequitur, Imperatorem à ſe du- xiſſe alienum, ut ſynodum indice-*

ret, cum è contra diſertis verbis ejus cogendæ Episcopis gratiam faciat, uti rectè obſervat Petrus de Marca, & concord. ſacerdot. & imp. lib. 2. cap. 6. n. 2. Lampſacenum igitur Con- cilium anno Chriſti CCCLXV. auto- ritate Valentiniani Imperatoris con- gregatum fuit.


IX. Poſt annos quindecim, cum Gratianus Imp. Sirmium veniſſet, ex Arianis Episcopis duo, Palladius ſc. & Secundianus, iniquè à Catho- licis ſecum agi quiritantes, impuden- ter nimis atq; iteratis precibus gene- rale ab eo flagitarunt Concilium, & obtinuērunt tandem. Ambroſius verò cum id intellexiſſet, probro- ſum eſſe atq; indignum aſſeruit, pro- pter duos carioſos hæreticos, totius Catholici Orbis Episcopos magno Eccleſiarum detrimento convoca- re. Fecitq; hæc ſuâ ſententiâ, ut Impe- rator comprovinciales tantum Ita- liæ Episcopos Aquileſjâ convocaret, cum reliquis autem externarū pro- vinciarū Episcopis eâ uteretur mo- deſtiâ, ut neminem cogeret, ſed cu- juſq; arbitrio relinqueret adven- tum; venientes tamen, ut publicis deducerentur expenſis, præciperet, Orientalibus etiam per præfectum Italiae ſignificaret, ut, ſi vellent, con- veniendi liberam poteſtatem habe- rent. Hæc ita ex actis ejus Synodi re- fert Cardinalis Baronius, ad ann. 380. n. 19. & 381. n. 81. Ipſe Palladius in-

conflictu aliquoties exprobrat Ambrosio, quod subripuerit & obripuerit Imperatori, ut plenum Conciliū non esset, uti videre licet in actis apud Biniū, tom. I. Concil. p. 519. 521. Putaverat enim, ad convocacionem Imperatoris generalem venturos ex Oriente quamplurimos suæ sectæ Episcopos & Defensores. Quotquot igitur Aquilejam convenērunt Episcopi, quod contigit anno Christi CCCLXXXI. autoritate Imperatoriā congregati fuērunt. Disertè Ambrosius in actis ejus Concilii: *Nos in Occidentis partibus constitui, convenimus ad Aquilejensium civitatem, juxta Imperatoris præceptum.* Et Patres congregati in Epistolâ Synodicâ ad Imperatores: *Gratias agimus vobis, clementissimi Principes, quod & fidei vestra studium probavistis, qui ad removendas altercationes congregare studuistis sacerdotale Concilium.*

X. Post Gratiani obitum, cum Maximus Imperator successisset, scripsit ad eum Siricius Papa, & conquestus est, indignè & indebitè Agretium quendam promotum fuisse ad gradum Presbyteratus. Respondit Princeps, collecturum se Synodum, ut in confesso Episcoporum eâ de causâ disceptari posset: *Ceterum, inquit, de Argitio, quem indebitè ad presbyterii gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostræ Catholicæ possum præstare reverentius, quam ut de*

boc ipso, cujusmodi esse videatur, Catholicici judicent Sacerdotes? Quorū conventum ex opportunitate omnium, vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque provincias commorantur, in quâ elegerint Urbe, constituam, ut iudem residentibus & cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit judicetur. Epistola extat, tom. I. Concil. pag. 535. apud Severinum Biniū, & recensetur à Baronio, ad ann. 387. n. 65. En verò quam exiguæ tūm, & levis momenti causæ à Pontifice Romano Imperatoris judicio subiectæ fuērunt! Nec audet tamen discernere eâ in re quicquid, idque ut ait, ex reverentiâ, quam religioni Catholicæ debet, & totum proinde negotium causæque decisionem Concilio à se indicendo reservat. Utrum in Burdegalensi Concilio, quod anno CCCLXXXV. celebratum, & ab eodem Maximo Imperatore indictum legitur apud Sulpitium Severum, lib. 2. sacr. hist. causa talis tractata fuerit, non constat. Primarius enim ejus Concilii scopus fuit, ut de Priscilliano hæresiarchâ judicium institueretur.

XI. Ephesinum Concilium Oecumenicū, anno Christi CCCCXXXI. à Theodosio Imperatore indictum fuisse, ostendit sacra Imperatoria ad Cyrillum epistola, quæ extat in actis ejus Concilii, tom. I. cap. 25. Verba notata digna hæc sunt: *Sepe numero jam ante ob ea, quæ subinde accidunt,*



religiosam sanctissimorum Episcoporum, unde quædam in unum coactorum, Synodum necessariam judicavimus. Hactenus tamen, necorum pietati molestiam exhiberemus, cunctatiores hanc in re fuimus. At nunc verò tam Ecclesiasticarum, quàm quæ hisce cohareret, publicarum rerum controversia, eam usque adeò utilem ac necessariam declarat, ut refutari nullo modo queat. Quam ob rem ---- tua pietas Deo bene propitio, operam dabit, ut sacrosancto Paschate, quam in foribus urget, elapsò, sub sacra Pentecostes diem ad Ephesiorum, Asia civitatem, accurrat, nonnullosque, quos nimirum idoneos judicabit, sanctissimos provincie sue Episcopos simul eodem secum adducat. Eos verò, qui ad communem synodum venire detrectant, suspitionem malæ conscientie præbituros ait, nec impunè laturos talis contumaciæ reos. Omnino autem persuasum habemus, inquit, neminem ex piissimis Deoque devotissimis Episcopis fore, qui simulatque rerum Ecclesiasticarum causa, atque adeò controversiarum totius Orbis gratiâ nostro hoc decreto sanctissimam Synodum cogi intellexerit, non properè studioseque occursurus, rebusque tantoperè necessariis, ac Deo usque adeò gratis providi consultiuro sit. Nos quoque harum rerum cura sedulo incumbentes, nullum impunè abesse sinemus. Nec ullam ille vel apud Deum, vel apud nos quoque habiturus

est excusationem, qui statim impigre secundum præfinitum tempus, ad designatum locum præstò non fuerit. Enim verò quicumque ad Sacerdotalem Synodum accitus, alacriter non accurrit, is sanè conscientie parùm sinceræ se esse ostendit, &c.

XII. Sub id tempus nata fuit hæresis Eutychiana, quæ multas tum in Ecclesiâ dedit turbas. Fuit autem Eutyches Abbas Constantinopolitanus, & postea presbyter, qui cum strenuè se gessisset adversus Nestorianos, in contrariam hæresin prolapsus fuit. De causâ ejus cum in diversas sententias ivissent Concilium Constantinopolitanum anno CCCCXLVIII. & Ephesinum anno CCCCXLIX. aliud novum celebrari multis precibus ab Imperatore petiit Leo Pontifex Romanus, & verbis quidem talibus, quæ autoritativam Imperatorum in conciliis convocandis potestatem satis clarè describunt. Sic enim loquitur, *epist. 9.* Unde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ digne tur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis Episcopale Concilium, citò auxiliante Deo poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesie sunt commota, refecari, &c. Sibi sc. Pontifex suggerendi & supplicandi, Imperatori verò jubendi tribuit potestatem. Idem, in *epist. 17.* exprobrat ferè Theodosio, suumque dissensum non obscurè prodit, quod Ephe-

si habendam ille indixerit Synodum sequē excusat, quod ipse interesse eidem nequeat: Unde, inquit, *quamvis ad diem Concilii Episcopalis, quem pietas vestra constituit, occurrere meratio nulla permittat, -- praesertim cum tam evidens fidei causa sit, ut rationalibus causis ab indicendā synodo fuisset abstinendū; tamen, in quātum Dominus judare dignatur, meū studium commodavi, ut clementia vestra statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, &c.* Pro dunt hae duae Epistolae, quae intra unius mensis spacium scriptae fuerunt, aliquam Leonis inconstantiam. In priore enim necessarium duxit esse concilium, in posteriore vero abstinendum ab indicendā Synodo fuisse ait. Sed ejus inconstantiae unica causa fuit haec, quod Theodosius Ephesi celebrari concilium voluit, non Romae, aut in Italiā, ad suggestionem Pontificis. Non destitit tamen Leo finito Concilio Ephesino aliud novum petere in Italiā celebrandum. Sic enim scribit *epist. 23. ad Clerum & plebem Urbis Constantinopolitanae: Et quoniam oportet vos post divinum auxilium, etiam Catholicorum principum gratiam promeriri, humiliter ac sapienter exposcite, ut petitioni nostrae, quā plenarium indicium synodum postulamus, clementissimus Imperator dignetur an-*

nuere. Et ad Imperatorem Theodosium ipsum, *epist. seq. 24. Cui Sacramento, quia impie nunc à paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesia, omnes mansuetudini vestra cum gemitibus & lacrymis supplicant Sacerdotes, ut quia, & nostri fideliter reclamant, & eisdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiā celebrari, &c.* Consimili modo Pulcheriam Augustam, *epist. 26. orat, ut per intercessionem suam talis Concilii convocationem ab Imperatore impetrare haud gravatim velit. Ubique supplicantis partes suffinet Pontifex, nullas jubentis. Quo & pertinent verba epist. 33. Concilium universale intra Italiā, sicut Synodus, quae ob hanc causam Roma convenerat, mecum petite, clementia vestra concedat.* Et *epist. 35. Universale concilium sacerdotum haberi intra Italiā, Clementia vestra annuente, jubeatur.* Quamvis submissione coram Valentiniano, & ejus uxore Eudoxia, ad genua provolutus idem Pontifex rogavit, ut Theodosium ad Synodum, in Italiā convocandam, hortarentur, testis est Liberatus, in *breviar. c. 12.* Sed renuit Theodosius, qui cum anno sequenti CCCCL rebus humanis eximeretur, indicium est ab ejus Successore Martiano ge-

neralis Synodus, non quidem in Italiâ, quod unicum Leonis votum erat, sed Nicæ celebranda. Quò autem commodius interessè posset ipse Imperator, alium postea locum delegit, nempe Chalcedonem. Sed nec consentire voluit Martianus in dilationem concilii, quam in tempus magis opportunum fieri debere putaverat Leo, uti patet ex ejus *epist. 43.* Ad eò libera ubique manus in ejusmodi conventibus indicendis erat Imperatori.

XIII. Non alia mens fuit Gregorii Magni, Pontificis Romani, qui cum pravam consuetudinem, quæ circa venditionem Ordinationum in regnis Burgundiæ & Austrasiæ invaluerat, extirpare vellet, primum ipsos compellat Episcopos Syagrium, Beltherium, Virgilium, & Desiderium in Gallis constitutos, ut de Synodo habendâ solliciti esse velint, *epist. 112. lib. 7. De his itaq, quæ superius dicta sunt, fraternitatem vestram, auctore DEO, volumus Synodum congregare, atq, in eâ reverendissimo fratre nostro Syagrîo cœpiscopo, & dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus, omnia damnentur.* Quia verò sine præscitu & autoritate Imperatorum synodus haberi non poterat, adeundam sibi putavit simul Brunichildam, Regum tum temporis imperantium.

aviam, quam *in epist. 115.* his verbis exoratum cupit: *Salutantes excellentiam vestram paterno affectu petimus, ut de hujus pravitate emendatione DEUM vobis placabilem faciatis. Et ut nulla deinceps valeat occasione committi, synodum fieri jussio vestra constituat, &c.* Ipsos verò Reges Theodoricum & Theodebertum, *epist. 116.* his compellat precibus: *Proinde paterno salutantes affectu petimus, præcellentissimi filii, ut hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere.* — — *Quà de re ut magnum omnipotenti Domino munus valeatis offerre, synodum congregari precipite, &c.* Cumq; difficiles adhuc essent Reges in synodo indicenda, monuit Gregorius, *epist. 49. lib. 9.* Virgilium Episcopum Arelatensem: *Ut synodus ad eruendam ipsam hæresin congregari possit instite.* Et *epist. 50.* Ætherium Episcopum Galliæ: *Itaq, assidue instanterq, ad congregandam synodum imminete.* Quomodo autem? precando scil., supplicando, instando apud Reges. Quos ipse etiam Gregorius denuò rogat, *epist. 53. & 54.* his verbis: *iterata vos pro vestrà magnâ mercede adhortatione pulsamus, ut congregari synodum jubeatis.* Et porro: *itaq, excellentia vestra DEI nostri mandatis inherens, studium ad*

con-

congregandam synodum pro sua mercede adhibere dignetur. In eandem sententiam scripsit etiam Clotario Regi, *epist. 55*. Et Brunichildæ Reginae, *epist. 57*. Et hæ duæ formulæ clarissimè ostendunt, summo Pontifici per valum fuisse, Regibus competere auctoritatem convocandi synodos. Scriptæ sunt istæ epistolæ in confinibus seculi sexti & septimi.

XIV. Exeunte seculo octavo creditum adhuc fuit, jus convocandi Concilia ad majestatem civilem pertinere. De Concilio Francofurtensi, quod habitum fuit anno incarnationis DCCXCIV. sic referunt Episcopi, qui illic congregati fuerunt, in libello ad provincias Gallicæ & Hispaniarum, specialiter ad Elipandum Episcopum Toletanum: *Clementissimi ac tranquillissimi gloriosissimi Caroli, Regis Domini Terra, imperii ejus decreto per diversas provincias regni ejus ditionis subjectas, summâ celeritate præcurrente, multitudine antistitum sacris obtemperantiæ præceptis in uno Collegio adgregati ad Præfules Hispaniæ: Convocatis nobis in unum charitatis ordine præcipiente & presidensissimo & gloriosissimo Domino nostro Carolo Rege, &c.* Ipse Karolus ip. in simili ad Elipandum, & re-

liquos Hispaniæ Episcopos, epistola, ex potestate sibi competente, concilium se convocasse scribit: *Ad implerionem verò bujus gaudii, fraternâ cogente charitate, jussimus sanctorum Patrum synodale ex omnibus undiq, nostre ditionis Ecclesiis congregari Concilium, &c.* De eo Concilio sic scribit Adelmtus Benedictinus, s. Adelnarus Monachus, *ad ann. 794. Rex propter condemnandam heresin Felicianam astatu initio, quando & generalem populi sui conventum habuit, concilium Episcoporum ex omnibus Regni sui provinciis convocavit.* Add. Dorischeus, *ad Concil. Francofurt. sect. 3. f. 1.*

XV. Possent adduci exempla multo plura, nisi catalogus adductorum præter opinionem excrevisset. Quid in Galliis obtinuerit, eruditè & enucleatè tradit Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. lib. 6. cap. 17. 18.* Ex dictis autem patet, graviter impudentes esse illos, qui Imperatoribus hanc potestatem adimunt, & soli Pontifici Romano adscribunt, quos prolixè Romano adscribit, Marcus Antonius de Dominis, *de Rep. Eccles. lib. 6. cap. 5.* Tractat hanc quæstionem, *concilium convocare ad quem pertinet?* post alios, breviter quidem, sed cum anxietate quædam Franciscus Longus à Cariolano, *in summ. Concil. præf. ad. 3.* Ad contraria testi-

monia, quæ supra adducta sunt, quæq; sibi obstare videt, breviter sic respondet: *De Nicænâ Synodo, quam à Constantino Magna congregatam esse dicunt,* (sc. hæretici, quos vocat,) *item de Constantinopolitanâ I., vel de Chalcedonensi, quas tum à Theodosio, tum à Martino, absq; assensu Pontificis, collectas esse opponunt, mera sunt mendacia.* Bona verba quæso, Coriolane! Nunquam enim mendacii argues Scriptores supra à nobis allegatos. Videamus ut mendacii convincas. *Nam, inquis, acta sextæ Synodi,* (quæ est Constantinopolitana tertia in Trullo habitata,) *act. 18. & Damasus in Pontificali testantur, Nicænū Concil. Silvestri jussu celebratum fuisse.* Videamus utrumque. Verba dicti Concilii hæc sunt: *Et continuo Constantinus semper Augustus, & Silvester laudabilis, magnam atq; insignem in Nicæâ Synodum congregabant,* &c. Si hæc verba accipienda sunt, prout jacent, utriusque & Imperatoris & Pontificis æqualis planè in Concilio convocando fuit potestas. Et quid ergò soli Papæ eam tribuit Coriolanus? Quæ autem Pontificis fuerint partes, alibi ostensum est. Nobis sufficit, soli Papæ, quod vult Coriolanus, minimè potestatem eam à Synodo adscriptam fuisse. Damasi verba in vitâ Silvestri hæc sunt: *Hujus tem-*

poribus factum est Concilium cum ejus consensu in Nicæâ Bitbunia. Ubi verò hic jussus? ubi mandatum? Nec enim constat, quâ autoritate variam in margine lectionem adscripserit, & pro consensu vocabulum præcepto legi voluerit Severinus Binius. Consensus certè non coincidit cum jussu, cum præcepto. Et talia sunt pleraque omnia, quæ pro suâ sententiâ magno conatu adducit Coriolanus, quæ propterea discuti & refutari nullo negotio possunt. Potior nobis est autoritas Socratis, qui in *præfat. lib. V. hist. Eccles.* discretè scribit: *ex quo Imperatores Christiani esse cœperunt, ex illis pependunt res Ecclesiastica, & maxima quæq; Concilia eorum arbitrio tum facta sunt antea, tum hodieq; sunt.*

XVI. Præteriri autem hic non debet, quod optimè observat Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. lib. 6. cap. 19. n. 2. seq.* literas Imperatorum, quibus ad synodum convocati fuerunt Episcopi, ratione inscriptionis diversimodè se habuisse. Aliquando enim Metropolitanii per eas jubebantur, ut certum Episcoporum numerum ex suâ provinciâ adducerent, qui deinceps suas congregarunt synodos provinciales, ut seligerent in illis certum

istum

istum Episcoporum numerum, & à reliquis consensum impetrarent. Aliquando autem Imperatores literas suas Concilii convocatorias ad Patriarchas miserunt, qui deinceps mandata sua ad Metropolitanos dederunt, synodumq; patriarchalem congregarunt, ut in illà certi deputarentur suffragatores, qui Concilio Oecumenico interessent. In talibus enim Conciliis Oecumenicis potissima fuit Imperatorum autoritas. Hæc ratione Patriarchæ suos Metropolitanos, & Metropolitani suos Episcopos suffraganeos convocarunt, & utrique quidem in consequentiam literarum Principis, & secundum præceptionis Imperatoriæ autoritatem. Nec enim opus erat, ut ad Synodum Oecumenicam convenirent omnes omnium provinciarum Episcopi, quòd necesse esset, ut alii in provinciis commorari cogentur, sive propter Ecclesiasticum ministerium, dum tamen firmam valetudinem, dum tamen plerique omnes in synodis provincialibus Oecumenicarum præparatorii convocati adessent, suoq; suffragio & consensu cognitores delegatos munirent. Sed hæc omnia, uti dixi, præviis literis Imperatoriis, & ad earum præscriptum modum.

XVII. In ejusmodi negotio Metropolitanis literas ad Episcopos mit-

tebant, quæ tractoriæ speciali planè significantu dicebantur. Illarum usus hic erat, ut certiores redderentur Episcopi, quo die ipsis ad Synodum veniendum esset. Quas proinde etiam synodicas aliquando dictas fuisse, scribit Jacobus Gothofredus, ad l. i. Cod. Theod. de tractor. ubi plurimas alias tractoriarum, quæ ita dicebantur, species refert. Hæc autem, de quibus nunc sermo est, non singulares semper ad singulos mitti solebant, sed plerumque omnium nomina, qui ad Concilium vocabantur, unâ tractoriâ comprehendebantur, servato ordine temporis, quo quisque ordinatus fuerat. Sic enim usu receptum erat, ut ab initio, cum Clerici cooptarentur in Ecclesiam, non temporis antiquitas, sed eruditio, doctrina, probitas, & morum integritas inspiceretur: Cum verò jam in aliorum cœtum adsciti fuissent, ne perturbatè miscerentur omnia, ætatis & temporis ordo attendebatur, isq; ex ordinationis tempore æstimabatur. Et in eum finem jubebantur Episcopi ordinati literas accipere ab Ordinatoribus suis manu eorum scriptas, continentes consulem & diem ordinationis, uti observat Christophorus Justellus, ad Cod. Can. Eccles. African. p. 85. Descriptiones hujus ordinis, quo inter Episcopos suffraganeos alter

alteri præferretur, in abaco quasi aut tabellâ consignatas, penes se habebant Metropolitanî, eum in finem, ut in exaratione tractoriarum ejusmodi literarum quisque suo ordine poni posset. Hunc ordinem aliquando non observatum suo tempore, miratur Augustinus, in *epist. ad Victorinum, Numidiæ Primatem*: *Quod si*, inquit, *& ex eis*, (Mauritanix provinciis,) *ad Numidiâ convocandum esset concilium, oportuit utiq;*, ut aliquorum Maurorum Episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoriâ ponerentur. *Quod in istâ tractoriâ non repericns miratus sum.* Deinde ad ipsos Numidas ita, *perturbato & neglecto ordine, scriptum, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi, quàm post multos Episcopos factus sum. Quæ res & aliis injuriosa est satis & mihi invidiosa, &c.* His eisdem tractoriis Episcopi ad Concilium vocati, si venire non possent, suas excusationes subscribebant. Sic enim statutum legitur in Cod. can. Eccles. African. *can. 76. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoriâ conscribant: vel si post adventum tractoriæ aliqua necessitates reperta forsitan orta fuerint, &c.* Sed pergendum nunc tandem est ad alia.

XVIII. Concilia hæc, quæ auctoritate & imperio, vel conniventia sal-

tem & permissu, aut tacito consensu Majestatis convocari debere diximus, vel universalis sunt & Oecumenica, vel particularia & topica. Illa sic appellantur, non quod omnes & singulas Ecclesias particulares, nedum singulos fideles ambitu suo actu complexa fuerint, tale enim per totum Orbem vix unquam extitit, sed quod pleriq; Christiani Orbis Episcopi, qui facile primas ferre putabantur, convenirent, & quod rati habitione decreta eorum à singulis Ecclesiis particularibus sint approbata. Aut verò dicuntur Oecumenica Concilia non aliâ ratione, quàm Imperator totius orbis dominus, *l. 9. ff. ad L. Rbod. de jact.* Patuit enim tam latè eo tempore imperium, ut potissima orbis Christiani portio Cæsaribus pareret, ac proinde, cum non unius nationis aut provinciæ, ipsorum jussu, sed totius Imperii convenirent Episcopi, ratione orbis imperii non terrarum Synodi fuerunt oecumenicæ. Sic enim Gelasius Cyzicenus, in *exord. l. 1. act. Concil. Nic.* Synodum convocata ait, *ἐκ πᾶσιν Ῥωμαίων πόλεων ἐπιερχίων*, ex omnibus mundi Romani provinciis; & Cedrenus: Oecumenica Concilia sic dicta sunt, quod imperiali auctoritate ac jussione, *οἱ κατὰ πᾶσας τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ἀρχιερεῖς*, omnes, qui sub imperio Romano erant, sacerdotes ad ea

convocarentur. Sic etiam Episcopi illi, qui Patriarchæ communiter dici solent, Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus, aliquo tempore καθολικοί dicebantur, & οικουμενικοί, eorumq; sedes καθολικοί & οικουμενικοί ἑσάναι, à Theophane, *in vit. Constant. Copron.* quia Urbes istæ quali metropoles erant totius οικουμένης, & Episcopi earum soli universalem Ecclesiæ curam gerere putabantur. Add. Christoph. Justell. *not. ad Cod. can. Eccles. Afric. pag. 33.* Eucharisticum, *de Eccles. suburbicar.* Sirmondo *mis. p. 511.* rectè an secus, dicere nunc nihil attinet.

XIX. Talia autem Concilia Oecumenica non plura quatuor tot seculis Christianis inter indubitata, & ab omnibus approbata habentur. Nicenum primum, habitum anno Christi 325. Constantinopolitanum I. anno 380. Ephesinum I. anno 431. & Chalcedonense, anno 451. *c. canones 2. & c. sancta 4. dist. 15.* Quorum omnium dogmata, sicuti sanctas scripturas, & regulas sicut leges, observari jubet, *Novell. 131. c. 1.* quod tamen cum grano salis accipiendum rectè monet Rittershus. *ad Novell. part. 1. c. 2. num. 17.* cum Scripturæ propter seipsam, conciliis verò propter Scripturam credatur. Et fatetur

Bellarminus, *l. 2. de concil. c. 32.* a verbum illud, *sicut*, denotare similitudinem, non æqualitatem. Græ addunt alia tria, Constantinopolitanum II., Constantinopolitanum III., & Nicenum II. Photius patriarcha Constantinop. *epistol. ad Mich. Bulg. p. 3.* quæ refert etiam Rittershusius noster, *d. 1.* Aliquæ addunt octavum, Synodum scil. Constantinopolitanam IV. uti recenset Antonius Augustinus, *de emendat. Græci. p. 70.* Nonnulli etiam nonum, sub Andronico Palæologo, & Johanne filio ejus, adversus Barlaam & Acondinum habitum. Vid. Guil. Bevereg. *in prolegom. ad Synod. Græc. p. 5.* & *add. c. sancta dist. 16.* Sed illa ab omnibus, ut Oecumenica nondum fuerunt agnita, præsertim cum de Niceno II. constet, multos id fovisse errores idololâtricos, propter quos nec septimum nec universale dici debere, pronunciarum deinceps in synodo Francofurdenfi, uti referunt Centuriatores Magdeburgenses. Conf. Contius, *ad c. sancta 9. dist. 16.* Jacob. Uslerius Armachan. *de Christ. Eccles. success. & stat. c. 2. n. 4. seqq.* Reliqua verò, quæ Pontificii adhuc quatuor istis conciliis annumerant, quinque nempe Lateranensia, duo Lugdunensia, unum Viennense, unum Florentinum, & Tri-

Tridentinum unum, omnia sunt illegitima, & hinc conciliabula potius dicenda, quippe quæ nec legitimâ autoritate, nec ex aliis, quàm Romano Pontifici obnoxiiis Episcopis coacta, nec ferè res Ecclesiæ, sed bella potius, Imperatorum exauctorationes, & alia Ecclesiæ curam nequaquã concernentia tractaverint.

XX. Nec verò spes esse potest, Ecclesiâ in tot partes scissâ, & imperiis mundi tantâ hostilitate inter se collisis, fore, ut adhuc aliquod concilium generale & verè Oecumenicum celebrari possit. Advocari enim ex universo Orbe, præsertim ex Oriente, Episcopos & Patriarchas, nec Tyrannus Turcicus permiserit; nec eos, si maximè adessent, Romanus Pontifex, qui dudum personatos substituit, admiserit. Nec promptius aut facilius hic admittet Protestantium Episcopos & Doctores. Et ingenua est confessio Francisci à Victoria, *Relect. 4. n. 21.* Ab eo tempore, quo propter novas opiniones doctorum Pontifices inceperint timere concilia, Ecclesiam manere sine conciliis. Vid., quæ in eandem rem habent Gvicciardinus, *hisor. Ital. l. 9. § 20.* Paul. Jovius, *hisor. sui temp. lib. 2.* Sed nec Protestantes magis admittent, ut Pontifex per suos pro arbitrio & libidine cuncta moderetur, nemo sententiam dicat,

nisi Pontifici addictus & juratus; nihil proponatur, nedum definiatur, nisi quòd Pontifex prius probaverit, quemadmodum factum fuit Tridenti. Et sanè verum non est, quod apud Petrum Svav. *hisor. Concil. Trid. l. 7.* disputat Lainceius Jesuita, numerum Prælatorum, à Pontifice congregatorum, ad generale concilium celebrandum, quamlibet exiguum, non aliundè nomen habere & efficaciam, ut sit generale, quàm quia Papa id ei det, & nec aliundè habere auctoritatem. Quin potius non malè disputatū alibi, generale concilium non esse, ubi integra aliqua natio Christiani orbis primaria desiderata fuerit, apud eundem Svav. *lib. 4. p. 358. lib. 6. p. 597. lib. 8. p. 893.*

XXI. Quod si autem aliquod adhuc concilium Oecumenicum haberi posset; id tamen non nisi auctoritate majestatis civilis convocari deberet. Falsum enim est, quod asserit Fr. à Victoria, *d. l.* sine Papâ vel non licere congregare concilium, vel esse valdè difficile. Et quod Franciscus Longus Coriolanus, *in prælud. 3. § 6. ad summ. Concil.* Omnia concilia generalia robur & potestatem habere à Papa, non solum ut sint legitima, & legitimè congregentur, sed etiam, ut ibi possit defini; ibiq; definita sive decreta valeant. Atque id ipsum cum superiori secu-

seculo per nuncium suum Vergerium Statibus Imperii persuadere voluisset Pontifex, potestatem indicendi Concilium ad se spectare, illi in Conventu Schmalcaldico, Cæsaris & reliquorum Ordinum esse, interponere jus suum in Conciliis, protestati sunt. Sleidan. *l. 9.* Memorabilis est sententia Socratis, in *prefat. lib. 5. scribentis*: τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα dependisse ab Imperatoribus, qui primi Christianam fidem assumpserint, ut maxima Concilia semper de eorum sententia fuerint congregata. Et hinc igitur Hieronymus, cum Rufinus ipsi auctoritatem cuiusdam Concilii objecisset: Dic, inquit, quisnam Imperatorum iusserit celebrari id concilium? in *apolog. contra Rufin.* Ipsa illa quatuor, quæ supra adduximus, Concilia singula ab Imperatoribus Romanis sunt convocata. Nicænum nempe à Constantino M., testibus Eusebio, Socrate, Theodoro, Rufino, Sozomeno, teste tandem & ipso Concilio, & Constantini literis, *tom. 1. Concil.* Constantinopolitanum I. contra Macedonium, & *μενιμαχίου* coegerunt Gratianus & Theodosius, ut est apud Theodoretum. Ephelinum I. Theodosius junior indicit, ut testis est Evagrius. Chalcedonense denique convocavit Martianus Imperator, ut est apud

Leonem. E superiore seculo in comitiis Ratisponensibus agnovit, & disertè contestatus est laudatissimus Imperator Carolus V. ex officio teneri se, etiam non expectato Pontificis ad sensu, concilium inter Germanos indicere. Vid. *Recess. Imp. de anno 1532. §. und so fern wir / &c.* comprobantibus Imperatoriâ hanc assertionem ArchiEpiscopis, qui illi subscripserunt, quinque, Episcopis viginti duobus, Abbatibus viginti tribus, cum reliquis illorum comitiorum Adessoribus. Conf. *Dorscheus, ad Concil. Nicen. sect. 1. §. 28. seq. pag. 44.* & ad *Concil. Sirmien. sect. 3. cap. 2. pag. 119.* & ad *Concil. Francof. p. 93.* it. in *disert. de jure Canon. sub nomine Sacci editam p. 53. seq.* Petr. de Marca, *de concord. sacer. & imp. l. 6. c. 28. n. 12. seq.*

XXII. Nolim tamen asserere, Oecumenicum concilium non nisi ab Imperatore Romano cogi posse, quoniam propter prærogativam, Imperii Romani exteris Regibus semper agnitam, feliciorum eventum præsumere liceat, si ab ipso primum cogitatio de concilio habendo suscepta fuerit. At alterius tamen Regni Episcopos, ut convenient, ipse imperativâ convocatione efficere nequit. Oecumenicorum enim conciliorum convocatio semper ab Imp. facta est, quamdiu Oecumenicum

nicum penes eos fuit imperium. At rupto hoc, nec illa amplius competere potest. Potest igitur Imperator alios in majestate constitutos tantum movere, ut & ipsi de suis Ecclesiis mittant Legatos, quemadmodum autoritate duorum Principum, Constantii & Constantini, Sardicensis Synodus fuit indicta, teste Socrate, l. 2. c. 16. quemadmodum & Sigismundus Imperator Galliae, Angliaeque Reges invisit, ut suos ad concilium ablegarent. Peucer. 5. Chron. & ita tractatum quoque fuit inter Maximilianum I. & Ludovicum XII. Regem Galliae de habendo concilio, quo ipse Papa reformari deberet. Gvicciardin. lib. 5. bist. Inst.

XXIII. Particularia Concilia, quae & Topica dicuntur, quilibet Princeps vi Majestatis, quam gerit, in suo Territorio cogere, aut, ut cogantur, facere potest, nec aliter ab alio aliquo, sine ipsius permisso, ea cogi debent. Carpzov. in Jp. Consist. l. 1. def. 5. Ita ab Rege Hispaniae Concilium Toletanum III, duo Braccarenfis, nec non alia novem Tolitana leguntur coacta, itemque à Rege Francorum Aurelianense, Arvernense, Parisiense, &c. Ita & Francofurti, & plurima alia per totam Galliam, Moguntiaci, Rhemis, Turonis, Cagilloni, Arelati, jussu Caroli M. congregata fuere concilia; ita Meldens-

se à Carolo Calvo, Valentinum à Lothario, Wormatiense à Ludovico II., Triburiense ab Arnulpho, Erfordiense ab Henrico Aucupe leguntur convocata. Sic & in Germania seculo superiore, ipso adhuc concilio Tridentino astante, Synodi Dioecesanæ ab Archiepiscopis & Metropolitanis, quemadmodum & in Galliis fuerunt indictæ & celebratæ. Petr. Svav. bist. concil. Trid. l. 3. p. 331. Pertinet huc Novella Justiniani 123. cap. 10. ubi jubet, sæpius in anno concilia convocari. *Ut autem, inquit, omnis Ecclesiasticus status, & sacra regule diligenter custodiantur, jubemus unumquemque beatum Archiepiscopum, & Patriarcham, & metropolitam, sanctissimos Episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare, & omnes causas subtiliter examinare, quas Episcopi aut clerici, aut monachi, ad invicem habeant, &c.* Add. Novell. 137. c. 4.

XXIV. Particularia verò hæc concilia modò latiora sint, modò angustiora. Interdum enim Episcopus cum plerisque aliis finitimis, seu vicinis suæ parochiæ Episcopis, congregatur; interdum Metropolita, seu Primas, aut Episcopus primæ sedis, cum omnibus provinciæ Episcopis, quod idcirco plenarium concilium uniuscujusque provinciæ &

Pri-

Primatis dicitur; interdum Exarchus, seu Patriarcha, cum Metropolitanis & Episcopis totius Dioeceseos, & hoc genus concilii universale quandoque vel plenarium totius Dioeceseos, aut Patriarchæ vocatur. Sic enim Antiochena, Romana, Gallicana, Toletana, & Africana concilia haud rarò universalia & generalia in Canonibus & alibi dicuntur, quæ tamen in respectu Oecumenicorum reverà particularia sunt. Vid. Christoph. Justell. *not. ad can. concil. African. p. 29.* Dioecesis enim phrasi Ecclesiasticâ plures tantùm alicujus Regni provincias metropolitanas, seu *ἐπαρχίας* complectebatur, quarum singulis suis erat metropolitanus, velut *ἐπαρχία* plures *ἐπίσκοποι*, aut *παρoικίαι*, quæ sub Episcopo civitatis erant. Salmast. *de primat. Pap. p. 162.* ad exemplum seculi regiminis civilis, ubi dioecesis seculo Constantini multarum erat Provinciarum complexus, quæ in unum coactæ per Præfectos Prætorio & eorum Vicarios regebantur, *l. un. C. de omn. jud. l. 3. C. Theod. de eqv. collat. l. 9. C. Theod. de legat. & decret. legat. Rainold. in colloq. cum Hart. c. 8. sect. 5.* Guilielm. Bevereg. *in prolegom. ad Synod. Græc. pag. 5.*

XXV. SuffICIENTER hactenus expositum est, ad Majestatem civilem omnium conciliorum convocatio-

nem imperativam pertinere, quam ipsam in eo quoque sibi competere ostenderunt Imperatores, quod personas interdum sive ipsi, sive per alios, elegerunt & designarunt; quot & quæ concilio interesse debeant, quo loco, quo tempore id habendum & celebrandum sit. *Placuit mihi*, scribit Imp. Constantinus ad *Miltiaden, Ep. Rom., & Marcum, ut ipse Cecilianus, unà cum decem Episcopis, qui ipsum reprehendere videntur, & decem aliis, quos ipse causa sua putaverit accommodos, Romam navigio veniat; ut illis vobis presentibus, unà cum Rheticio & Marterno; & Marino, Collegis vestris, quos ob hanc causam Romam prope-rare jussi, audiri possit, &c.* ap. Euseb. *l. 10. c. 5.* Ad eundem modum scribit idem Constantinus Chresto, Syracusiorum Episcopo: *Quoniam quamplurimos Episcopos ex variis & innumeris locis ad civitatem Arelatensem Kalendis Augusti convenire jussimus, etiam tibi scribendum esse judicavimus, ut accepto ab illustri-ssimo Latroniano, Sicilia præfecto, publico vehiculo, ac unà cum duobus quibusdam ex iis, qui secundi ordinis sunt, quos tu ipse seligendos putaveris, ad locum jam dictum accurras, &c.* apud eund. *d. l.* Ita & Theodosius Imp. B. Augustinum concilio Ephesino presentem esse voluit, qui

tamen, anteqvam ad eum Imperatorix pervenissent literæ, diem suum jam tum obierat. Vid. Jacob. Usserius, ArchiEpisc. Armachan. *de Britann. Eccles. primord. c. 11.* Talia passim occurrunt plura, quæ curam Majestatis, anteqvam concilium habeatur, ubertim explicant & exponunt; quò facit Novell. 137. *cap. 4. & 6.*

XXVI. In ipso concilio suas iterum partes habet Princeps. Quia enim fieri potest, ut turbæ excitentur ab hominibus inquietis, ut ex mutuo contradicendi studio gravior aliqva disensio oriatur, aut nimiam altercandi libidine veritas premitur, & tantum non amittatur, Principis hic munus est, jurisdictione coactivâ ordinem in concilio imperare, disceptationes moderari, vim externam prohibere, & pœnas temeritati debitas à turbatoribus repetere. Hæc enim est præsentia illa, quam Princeps vel ipse, vel per Legatos exercere solet. Est autem ea vel ἐξουσιαστική, & autoritativa, vel διορθωτική, & directiva. Illa est munus imperandi ordinem in Concilio, & prohibendi vim externam, omnemqve graviolem tumultum coercendi. Hæc est munus proponendi agenda, disceptationes ordinandi, rogandi sententias, notariis adhibitis colligendi, & totam illam

Ecclesiasticam actionem juxta leges Synodicas dirigendi. Illa potestatis est, hæc ordinis. Utraque à Principe obiri potest, sed separata tamen altera interdum ab altera fuit, & distinctis personis commissa. In Chalcedonensi Concilio Martiani Imperatoris Legati utrumqve præsidatum tenuerunt. In Concilio autem Nicano Hosius, Episcopus Cordubensis, in Ephesino primo Cyrillus Alexandrinus, Ecclesiastici Præsides fuerunt, Imperatoribus ἐξουσιαστικῶν præsentiam obeuntibus. Sed utraqve hæc potestas & præsentia, etsi à Principe ipso sustineatur, tanta non est, ut conscientias aliq. od inde metuendum sit dominium, nec jubere Princeps potest, ut hoc & non alio modo, ex suo, quo jubet, arbitrio & beneplacito, definiant aut determinent Adfessores. Add. Dorlich. *ad Concil. Francof. p. 96.* Saccius, *orat. de jur. Canon. p. 57.*

XXVII. Illustre exemplum potestatis directivæ, ab Imperatoribus in Conciliis exerta, præbet Synodus Constantinopolitana, tempore Justiniani Imperatoris, anno DXXXVI. sub Mennâ Patriarchâ congregata. Convocaverat Imperator Synodum istam, ut de accusationibus, quibus Anthimus, Trapezunti aliq. vando Episcopo, impetebatur, cognitio institueretur. Damnato deinceps Antimo,

tino, & de sede suâ dejecto, voluerunt, qui presentes erant, Episcopi, monachi, atqve Clerici, ut similis adversus complices ejus, Severum scil. Petrum, & Zoaram ferretur sententia. Sed cum de his nihil in literis Imperatoris, quibus Concilium indixerat, haberetur, noluit Mennas Patriarcha decernere quicquam, antequam eâ de re impetratus ab Imperatore esset consensus. *Putamus*, inquit, *charitatem vestram non ignorare voluntatem & zelum pii Imperatoris nostri, quem habet ad orthodoxam fidem nostram, & nihil eorum, quæ in sanctissimâ Ecclesiâ moventur, convenit fieri, præter opinionem & jussu ipsius. Rogamus itaq; vestram charitatem in presentiarum, quiescere, & nos tempus accipiamus adducere ad pias suas aures ea, quæ à nobis exclamata fuerunt.* Audito hoc responsò, non destiterunt dicti Episcopi & Monachi urgere petita sua, literisque tum ad Mennam ipsum, tum ad Imperatorem scriptis exponere, quantâ pervicaciâ complices illi Ecclesiam turbaverint. Imperator igitur per Theodorum Referendarium Patribus in concilio congregatis renunciari jussit, etiam has de complicibus accusationes audiri, deq; illis cognosci debere. *Et statuit*, inquit dictus Referendarius, *Imperium suum ipsas* (scil. supplica-

tiones) *per me tradi vestra beatitudini, & sanctissimis Viris antiquæ Romæ, ac reliquæ præclaræ Synodo congregatæ, adducereq; ad vos ipsos venerabiles Viros, qui supplicationes dederunt, ut in his interpellantes vos ipsis finem imponatis.* Putavit Mennas, non licere sibi sine præscitu & consensu Imperatoris causam aliquam judicio Synodi exponere, quippè quòd tum præscribere solebant Imperatores & Principes materias, de quibus in conciliis agi oporteret, uti imprimis patet ex actis concilii Aurelianensis primi.

XXVIII. Sed & judicium ferre potest in ipso Concilio Princeps de rebus, quæ ibi agitantur; & hoc ipsi naturali & divino jure competit, perinde, & magis etiam, quàm cuivis Laico, qui probare spiritus jubetur, Tum verò non ut Præses, sed ut coordinatus judex, *Ἐπιβάντων μὲν* ad communem sententiam synodicam cum aliis confert. Ita de Constantino memorat Eusebius, *l. 1. de vit. Const. c. 37.* eum fuisse *κοινὸν ἑπιβάντων*, & sedisse *ἐν μέσῳ ἀναρτίβῃ*, in mediâ frequentiâ, *κοινωνῶν τῶν Ἐπισκοπῶν*, participem eorum, quæ in concilium mittebantur. Et apud Socratem, *lib. 1. c. 6.* ipse Constantinus ait: *καὶ αὐτὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδέξαμην.* ipse veritatis disceptationem suscepi. Et apud Euse-

bium, l. 3. de vis. Confl. c. 16. ipse, tamquam unus è vestrum numero, (non enim recusabam me vobiscum in eo ministerio conjungere,) præstò unà assensu. Prolixius id notat Sozomenus, l. 1. c. 19. Imperator utriusq; partis rationibus non attentas solum, verum etiam patientes aures præbuit; atq; ut his, qui bene dixerant, assensus est: sic illos, qui certandi studio ducebantur, à consentione avocavit, &c. Quemadmodum igitur ad suffragium decisivum admittuntur non Episcopi tantum & Clerici, sed politici etiam ac Laici, quod ex praxi Ecclesie antiquæ dudum evicerunt nostrates: ita Principem ab eo, atq;ve ita ab Ecclesia, arcere, & externæ tantum tuitioni præficere, typhum arguit verè AntiChristianum. Illud interest inter Episcopos, quoad hoc negocium, & Laicos, quod suffragia Episcoporum dicantur proficisci è judicio prophetico, quia isti sunt Prophetæ & Theologi, & per Scripturas, in quibus sunt divini, suam de controversis articulis mentem eruditè explicare & confirmare possunt; suffragia autem Politicorum & Laicorum ferè è judicio discretivo, quia hi per Episcopos seu Theologos de sententiâ Scripturæ informati, verum à falso statim discernunt, & vota deinde pro veritate deponunt, quænam & Laicus

non minus eruditus in sacris esse possit, quàm alia quævis persona Ecclesiastica.

XXIX. Post peractum concilium iterum habet Princeps, quod agat, & in quo Majestatis suæ vires exerat. Tum enim ut ne irritum id sit, & campana sine pistillo, decreta legitime facta confirmare, sancire, & in publicum præscribere debet: aliàs enim nisi potestas *νομοδωτικῆ* accesserit, omnis evanesceat Concilii auctoritas, & in nudum desinet disputationis certamen. Hic verò cautum, & in Scripturis exercitissimum, si fieri posset, exoptarem. Principem, qui scilicet probè dispiceret, & secundum verbum Dei decreta, à Patribus facta, examinaret, ne quid veritati adversum subditis suis obtruderet. Ut enim, quod ita in Concilio definitum est, præcisè confirmet, & in provinciâ suâ doceri jubeat, nullo jure obligatus est. Et quia fieri potest, ut integrum quandoque erret concilium, etiam in rebus fidei, majore utique cautione opus erit, ne sub specie veritatis crassissimis Ecclesia implicetur erroribus. Etsi enim, quod integra ita determinavit synodus, non facile ab uno aliquo erroris argui debeat; tamen quia hodiè de fide non amplius deliberatur per inspirationem divinam, sed per humanam solummodò inve-

investigationem, scientia autem & renovatio hominis tota adhuc imperfecta est, non debet Princeps decreta Concilii in Legis vim sancire, nisi ipse secundum Scripturæ Canonem ea examinaverit, & consentanea illi deprehenderit. Ratio est, quia in conciliis non revelatur ulla nova decisio divina, ante non extans in sacro Codice; sed fertur tantum sententia de sensu revelationis, jam ante de tali quæstione factæ, & in Codice sacro consignatæ.

XXX. Optimè in hanc rem inter Scholasticos Thomas Aquinas, in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. *Ministri*, inquit, *Ecclesia instituuntur in Ecclesia divinitus fundatâ, & idèd institutio Ecclesia presupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis presupponitur ad opus naturæ: & quia Ecclesia fundatur in fide, & in Sacramentis, idèd administros Ecclesia novos articulos fidei edere, aut editos removere, aut nova Sacramenta instituere, aut instituta removere non pertinet; sed hoc est potestatis excellentia, quæ soli debetur CHRISTO, qui est Ecclesia fundamentum.* Posito hoc, ministris Ecclesiæ nullam talem potestatem competere, consequitur, ne quidem competere tùm, quando in unum congregati sunt; & propterea rectè negari, in conciliis, etiam Oecumene-

nicis, nulla nova, sive dogmata, sive sacramenta, institui vel condi posse. Rectè proinde Philippus Melancthon, in enarrat. symb. Nicæni: *Synodi non gignunt nova dogmata, sed tantum profitentur sententias, prius in Scriptis Prophetiis & Apostolicis traditas: & ostendunt, quomodo intelligant hæc dicta Prophetica & Apostolica, & testantur, hunc intellectum ab Apostolis ad posteriores transmissum esse.*

XXXI. Temperare mihi nequeo, quin adscribam verba Vincentii Lirinensis, cujus etiam aliàs sublesta sit fides in Ecclesiâ, quòd SemiPelagianorum sectæ addictus fuerit, uti id pluribus ostendit Joh. Gerh. Vossius, in *hisor. Pelag. lib. 1. cap. 4.* Andreas Rivetus, *apolog. pro pac. Eccles. num. 7. & 127. & in dialys. discuss. Gros. sect. 1. num. 10.* Joh. Dallæus, *de vero usu Patrum, l. 1. c. 2. pag. 232.* de conciliorum tamen potestate, quæ scribit, cum iis, quæ à nobis dicta jam sunt, valdè conveniunt. Ita autem ille, in *commonitor. cap. 32.* *Christi verò Ecclesia sedula, & cautus depositorum apud se dogmatum custos, nihil in iis unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat necessaria, non adponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena; sed omni industriâ hoc unum*

studet, ut vetera fideliter sapienterq; tractando, si quæ sunt, illa antiquitatis informata & inchoata, accuret & poliat, si quæ jam expressa & enucleata, consolidet, firmet; si quæ jam confirmata & definita, custodiat. Deniq; quid unquam aliud Conciliorum decretis enisa est, nisi ut, quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur? quod antea lenitius predicabatur, hoc idem postea instantius predicaretur? quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper, neq; quicquam prætereà, hereticorum novitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis Catholica perfecit Ecclesia: nisi ut, quod prius à majoribus solà traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per Scripturam chirographum consignaret: magnam rerum summam paucis literis comprehendendo, & plerumq; propter intelligentia lucem, non novum fidei sensum, nova appellationis proprietate signando. De Scripturâ quod ait, id intelligendum de symbolis & confessionibus, quibus concilia doctrinam, in Scripturis traditam, verbis aliis ad controversias identidem subortas applicant, & paucissimis literis, atque unico sæpe verbo ὁμοδοξίας ab ἑτεροδοξία discriminant. Exemplum ejus rei præ-

buit explicatio, in Concilio Nicæno comprobata, quam Athanasius, in epist. ad Episcopos in Africa, hunc in modum describit: Caterùm Episcopi intellectâ Ari. norum stranie collegerunt in unum has voces ex sacris literis, splendorem, fontem, & studium, & formam cum substantiâ, & illud item: & in lumine tuo videbimus lumen, & illud quoq;: Ego & Pater unum sumus; & pro majori elucidatione scripserunt, Filium Patri esse consubstantialem, (θεοκόντερον θεῶν καὶ σωτήριως ἕγαγεν, ἰσοῦσθαι τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, b. e. discretius deinceps breviusq; scripsere, consubstantialem Patri filium.) Nam cum superiora omnia intellectum afferant, atq; ita illorum obmurmuratio, quod hæc voces in sacris literis non reperiuntur, vana esse deprehenditur, cum ipsi ex verbis, in Scripturâ sacrâ non receptis, impietatem suam instruant. — — Episcopi contra non has voces ipsi excogitarint, sed eas à patribus contestatas acceperint, & scriptis suis inseruerint. Siquidem præsci Episcopi abhinc annis prope centum & triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostrâ civitate Pontificatum gesserunt, accusaverunt eos, qui filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem Patri, &c. Et hoc est, quod dixit Vincenius, Ecclesiam, quod à majoribus solà

folâ traditione accepisset, hoc deinde posteris etiam, per Scripturâ chi-rographum consignasse.

XXXII. Ut verò in iudicandis & decidendis controversiis, atq; convincendis hæresibus Patres, in Conciliis congregati, certam ante oculos haberent normam, bono consilio observatam semper fuit, ut in medium proponeretur Scriptura sacra. De Concilio Ephesino refert Cyrillus Alexandrinus, *in apol. S. Synodus in sanctâ Ecclesiâ, quæ Mari-riana vocatur, congregata est, Christi sumq; Assessorum capitâ loco adju-nxit. Venerandum Evangelium in S. thronum collocavit, tantum non in aures Sacerdotum clamans: iustum iudicium iudicate.* Idem legitur factum fuisse in Concilio Nicæno, A-quilejensi, Chalcedonensi, & pluri-bus aliis. Articuli enim fidei, & si quæ circa eos nascuntur controver-siæ, non possunt constitui aut deter-minari ex principiis naturaliter no-tis. Qui itaque dogma aliquod ut fi-dei articulum proponit, aut obten-dit, ex Scripturâ, quæ revelationes divinas continet, necesse est, ut probet. In iis namq; quæ fidei quæ-sitiones attingunt, nihil est, quod scripturis sacris non aliquo modo continetur, uti rectè ait Georgius Cassander, *de offic. pii viri pag. 8.* Nec probari ergo potest, quod in

Concilio Tridentino impudenter & præfractè statuit F. Ricardus de Mans, Ordinis Franciscanorum, fi-dei dogmata operâ Scholasticorum in præfens sic esse enucleata, ut in posterum ex Scripturâ ea addiscere nihil esset opus. Eam olim in Eccle-siâ legi, & in scholis addisci solitam ad populum instituendum. Nunc verò in Ecclesiâ lectitari, ut orare doceat solum, qui unicus debeat effi-cillius usus; non autem, ut addiscer-tur. Atque eum esse cultum ac ve-nerationem à singulis Verbo DEI de-bitam, ut refert Petrus Svavis, *in bist. Conc. Trid. lib. 2.* Credo ego, mo-rem istum, quo S. Scripturam in medio positam fuisse dixi, in Con-cilio Tridentino non observatum, aut saltem à Fratre Ricardo eam ex-petitam non fuisse, cum tamen in plerisque omnibus conciliis sacrae literæ, velut tutissimum optimum-que fundamentum, & adversus hæ-reticos præsidium, agnitæ semper fuerint. Sed redeamus ad jura Prin-cipum.

XXXIII. Ut maximè autem Syno-dus probè, & ad Verbum DEI deter-minaverit omnia, iudicium tamen tantum habet directivum aut de-clarativum rerum credendarum, quod Principi deinde subministrat; non habet simul potestatem præ-scribendi Principi, quid credere vel

non credere, quidve subditis suis credendum proponere debeat. Et hinc est, quod Patres in conciliis congregati canones & decreta, à se facta, iudicio Imperatorum subijcere, eorumque confirmationem singulariter petere soliti sint, quod tùm ex aliis, tùm in primis ex Epistolâ Constantinopolitani I. ad Theodosium Imperatorem constat. Et hinc etiam Constantius Imperator voluit, ut, qui Nicææ conventuri essent, decem Episcopos ex partibus Occidentis, & totidem Orientis ad palatium suum mitterent, qui decreta exponerent, ad eum finem, ut ipse quoque non cognosceret solum, utrùm convenienter Scripturæ Sacræ inter se consensissent, verùm etiam, quid optimum factu videretur, decerneret, apud Sozomenum, l. 4. c. 16. Ita etiam in famosissimâ controversiâ Pelagianâ acceptis Carthaginienſis synodi gestis, non nisi re omni probè ponderatâ, contra Pelagium tandem & Celestium edita est ab Honorio & Theodosio Imp. constitutio. Salmaf. *Euchar. de Eccles. suburbicar. part. 2. c. 1. p. 288.* quam integram & emendatam legere licet apud Jacob. Usserium, de *Britann. Eccles. primord. c. 10. p. 272.* Videndus hic maximè Goldastus, *replikat. pro Imp. cap. 19.*

XXXIV. Petrus de Marca, Vir stupendæ eruditionis, & in historiâ Ecclesiasticâ versatissimus, in erudito opere, quod de *concordia sacerdotii & imperii* conscripsit, lib. 2. cap. 10. num. 8. distingvit inter decreta conciliorum, ut confirmationis inde diversas inferat species. *Distingvenda*, inquit, *sunt ea, quæ fidem respiciunt, ab iis, quæ de disciplinâ feruntur. Vis enim eorum, quæ fidei controversias ex Scripturis; & antiquâ traditione dirimunt, non à Principum, sed ab Episcoporum auctoritate pendet, quibus solis pascendas oves, non autem Casari Christus commisit. Quare solis Episcopis datum est, ut de jure cognoscant, scilicet an opinio controversa inter hæreses recensenda sit. Princeps verò res jam decisas auctoritate suâ tuetur, & pœnas excommunicationis aut degradationis, ab Ecclesiâ irrogatas, secularibus pœnis intendit, scilicet multis pecuniariis, aut exilio & relegatione, vel etiam ultimo supplicio. Quod atinet ad canones, qui non quidem de fide, aut Sacramentorum ritibus, sed de reliquâ disciplinâ feruntur, quia Legum perpetuarum vires obtinere debent, & Clericorum, imò etiam sapissimè Laicorum personas respiciunt, ex quibus Reipublica corpus componitur, novamque aliquando*

disciplina formam constituunt, quamplurimi Principum interest, ut ea decreta maturè discutiant, atque eorum executionem publicam & forensi lege sua indulgeant, ne fortassis aut publice utilitati, aut tranquillitati adversentur. Confirmati autem à Principe canones vim legis publica adipiscuntur, quæ necessaria est, ut per omnes Imperii provincias executioni tradi possint, & si qui contradicant, auctoritate publicâ coercantur. Confirmatis de fide decretis contumacia quidem refragantium legibus plectitur, ac si in Leges Imperatorias peccatum fuisset, sed non indigent ea decreta imperio Principis, ut Christianos adstringant, cum jure divino nitantur, quod ceteris omnibus præcellit. Quare cum illa decreta Principes confirmabant, non res judicatas iterum tractabant, sed de consensu Episcoporum & suffragiorum libertate ad summum, cognitione extraordinariâ inquirebant, ut Theodosii, Marciani & Basilii exemplis demonstrari potest.

XXXV. Eandem distinctionem, & diversam inde confirmationis formam repetit, lib. 6. cap. 22. num. 1. his verbis: *Vis & robur definitionum in materiâ fidei non pendent ab auctoritate Principum, sed ab Ecclesiasticâ: quæ sola potest judicare de jure, & ad quam pertinet inquiri-*

rere, an opinio, quæ controvertitur hæretica sit, an orthodoxa. Adeo ut, quoad hoc, nulla alia sint auctoritatis Regiæ partes, cum Decreta de fide confirmat, nisi ut supremam tuitionem impertiat executioni rerum judicatarum, utq; pœnis Ecclesiasticis addat seculares, exilii videlicet, publicationis & ultimi supplicii.

Quantum autem ad canones, cum ii legum loco sint, & instituta perpetua, quæ spectant ad subditos, sive Clericos, sive Laicos, novamq; politiam introducant in dispositionem civilem, valde interest Principum, ne earum ante executionem permittant, quàm eos canones consideraverint, ut sciant, an aliquid in eis contineatur, quod ledat utilitatem publicam, aut jura & tranquillitatem Imperii. Quare confirmatio horum canonum decernenda est à Principe cum cognitione causæ, quandoquidem eis vim legis publica in regno tribuit acceptatio, & consensus Principis, tanquam capitis populorum, & confirmatio etiam, tanquam Principis, qui superiorem non agnoscit, &c.

XXXVI. Plus tribuit Marca Imperatori & Principibus circa confirmationem decretorum, in Conciliis factorum, saltem in illis, quæ disciplinam concernunt, quàm alii Pontificiæ Ecclesiæ Doctores, quippe qui statuere solent, Principes idè voca-

vocari, tùm ut concilium defendant, tùm ut testes & conscii deceptorum Concilii postea transgressores & contumaces pœnis corporalibus puniant. Vid. Card. Bellarminus, *l. 1. de concil. c. 15. §. At cathol.* Nolim tamen doctrinam & distinctionem, à Marcâ traditam, absolutè & simpliciter probare. Non nego, non admitti debere in conciliis ad suffragia ferenda, de iis, quæ fidem concernunt, nisi potentes in Scripturis, & qui sensus in iis habent exercitatos. Tales cum sint aut præsumantur esse, qui Doctores Ecclesiæ dicuntur, meritò illis hoc negocium cedit, ut præ cæteris omnibus dogmata examinent, & de eorum cum scripturis conformitate judicent. Sed propterea excludi non debent, etsi Laici sint, qui in sacris literis probè versati, haud vulgarem sibi in rebus Theologicis compararunt notitiam, quæ præstantiore sapè sunt ingenio & judicio, quàm ipsi illi, qui in suffragatorum cœtum & confesum adsciti, ex vultu tantùm & habitu peritiam promittunt. Nec desunt exempla Laicorum, in conciliis admissorum. Si quidem etiam prima illa Apostolorum Synodus ex totâ Ecclesiâ constituisse legitur, *Actor. XV. 22.* Et in Concilio Nicæno celebris est disputatio idiotæ illius, qui Sophistam ex Scripturis

convicit & convertit, apud Socratem & Sozomenum. Et hinc rectè ait Panormitanus, ad *c. significasti X. de elect.* in concernentibus fidem dictum unius privati esse præferendum dicto Papæ, si ille moveretur melioribus rationibus & auctoritatibus Veteris & N. Testamenti, quàm Papa. Cui ad stipulatur in terminis adhuc fortioribus Johannes Gerfon, Cancellarius Academiae Parisiensis, *de exam. doct. part. 1. conf. 5. Staret, quòd aliquis simplex non autorisatus esset tam excellenter in sacris literis eruditus, quòd plus esset credendum, in casu doctrinali sua assertioni, quàm Papa declarationi. Constat enim, plus esse credendum Evangelio, quàm Papa. Si doceat igitur talis eruditus, veritatem aliquam in Evangelio contineri, ubi & Papa nesciret, vel ultrò erraret, patet, cujus præferendum sit judicium. Talis eruditus deberet in casu, si & tùm celebraretur generale concilium, cui & ipse præsens esset, illi se opponere, si sentiret majorem partem ad oppositum Evangelii malitiâ vel ignorantia declinare, &c.*

XXXVII. Quod si Imperator ipse, aut Princeps, qui concilium convocavit, tali eruditione & peritiâ instructus fuerit, ut verum à falso discernere, & ex Scripturis fundamenta fidei adstruere queat, nolim ego

cum

eum, ut καθ' ὄν πρόστατον, adfidere in Concilio, sed ipsius quoque suffragium audiendum censeo. De Constantino Imperatore refert Eusebius, lib. 1. de vit. ej. cap. 44. eum veluti communem omnium Episcopum adfuisse, & confedisse in synodis in medio Episcoporum, & cognitionis participem fuisse, κοινῶν τῶν Ἐπισκοπῶν. Ipse Constantinus in epistola ad Ecclesiam Alexandrinam apud Socratem, lib. 1. bist. Eccles. cap. 9. refert, convocasse se in Urbem Nicæam quam plurimos Episcopos. *Quibuscum, inquit, ego unus ex vestro numero, qui me vestrum esse magnopere gaudeo, veritatis examen suscepi, τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἀνεδέξαμην.* Proinde cuncta quæ controversam aut dissensionis materiam excitare videbantur, accuratè discussa atq. examinata sunt, &c. Parimodo Constantius Imperator, cum de concilio Nicomediæ primùm, deinde Nicææ habendo deliberaret, quod tandem Arimini & Seleuciæ celebratum fuit, inter alia voluit, ut post examen institutum decem Legati ex Occidentis partibus, totidemq. ex Orientalibus, quos Synodus communi sententiâ delegisset, ad Comitatum mitterentur, relaturi, quæ decreta essent: quò & ipse dispiceret, utrum illi juxta normam sacrarum scripturarum inter se mutuo consensissent, &

de his, quæ agenda essent, prout optimum factu sibi videretur, decerneret. apud Sozomenum, lib. 4. bist. Eccles. cap. 16. Non dicit, velle se de consensu tantum Episcoporum & suffragiorum libertate cognitione extraordinariâ inquirere, quam in rebus fidei Principi ad summum tribuit Marca, sed ait, velle se dispicere, utrum Episcopi juxta normam sacrarum Scripturarum inter se mutuo consensissent, ἢ κατὰ τὰς ἱεράς γραφὰς συνέθενται ἀλλήλοις, h. e. utrum consensus & decisio Scripturæ Sacrae sit conformis. Cumq. deinceps propter adversariorum, Ursacii & Valentis, imposturas Legati ex Ariminensi Synodo non admissi essent illicò, scripsit tandem Imperator ad Synodum, excusans se, quod, propter urgentem quandam contra barbaros expeditionem, legatos ipsius videre minime potuisset. Caterum jusfisse se, ut Legati reditum ipsius Hadrianoi expectarent: quò negociis publicis rite prius constitutis, ipse curis omnibus liber negocium ipsorum audire & examinare posset. Eum enim, qui de rebus divinis disceptaturus sit, animum à reliquis negociis vacuunt afferre oportere, apud eund. Sozom. c. 19. Quæ certè ratione non potuisset uti Imperator, nisi de rebus fidei ipse quoque suffragium habuisset, & decidendi potestatem.

XXXVIII. Nec verò quisquam fuit olim, qui diverſum ſentiret. Et valde memorabilis eſt ſententia Nicolai I. Pontificis Romani, *in epiſt. ad Michaelē Imperatorem*, quam refert Gratianus, c. 4. diſt. 96. *Ubinam legiſtis, Imperatores antecēſſores veſtros ſynodalibus conventibus inter fuiſſe? niſi forte in quibusdam ubi de fide tractatum eſt, quæ univerſalis eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolum ad Clericos, verum etiam ad Laicos & omnes omninò pertinet Chriſtianos.* De fide agit Pontifex, & dicit, Imperatores Conciliis inter fuiſſe tùm, quando de fide tractatum fuit. Rationem addit hanc, quia fides univerſalis eſt, quæ omnium communis, quia non ſolum ad Clericos, verum etiam ad Laicos, & ad omnes omninò pertinet Chriſtianos. Dialecticus inde tale conficeret argumentum: *Quod negocium univerſale eſt, & omnium commune, nec ſolum ad Clericos, ſed etiam ad Laicos, adeoque ad omnes omninò pertinet Chriſtianos, illud etiam præſentiam Imperatoris, ubi tractatur, admittit.* At negocium fidei ita comparatum eſt. Ergo, &c. Imò verò tam ampla eſt Pontificis ratio, ut hinc inferre liceat porrò: *Quod univerſale eſt, & omnium commune, nec ad Clericos tantum, ſed etiam ad Laicos & ad omnes omninò Chriſti-*

anos pertinet, id aequo jure ab omnibus Chriſtianiſive Laicis ſive Clericis tractari debet. Id enim innuit communitas, & vocabulum *omninò*, quo utitur Nicolaus, dum ait, fidem ad omnes omninò pertinere Chriſtianos. Nec ergò ſola auſcultatio, ſed diſcuſſio etiam articulorum fidei, & ſuffragia decifiva ad Laicos pertinent, non promiſcuè quidem omnes, ſed ad illos tantum, qui apti ſunt, ut hoc ſuo jure uti queant. Et ſufficit, ſi ſua ordinibus conſtet libertas. Nec ergò faciendum cum illis, qui ſtatuumt, Episcopis tantum ſuffragia in Conciliis competere, nulla Laicis; ſed ad Principes tuitionem, deſenſionem, punitionem, executionem, & aliquam inſuper notitiam eorum, quæ decifa ſunt, pertinere, ad Laicos reliquos ſolum miniſterium in Conciliis. Enimverò Laici jure univerſitatis, communitatis, & Chriſtianitatis non ſunt conſtituti ad miniſterium concilii, ſed ad fidei cognitionem. Principes pariter jure univerſitatis, communitatis & Chriſtianismi non ſunt ad deſenſionem & executionem Concilii decretorum deſtinati, ſed hoc politicæ dignitatis annexum eſt. Jure Chriſtianismi ſublimiùs aſſurgunt utriqve. Uti enim ad Clericos & Episcopos jure communitatis & univerſitatis tractatio fidei pertinet, ita etiam ad

Laicos, ut ita neque Imperator, neque Laici alii, qui potentes sunt in explanatione scripturæ, à jure suffragiorum decisivorum removeri ne utique possint. Vid. Dorſcheus, *in diſſert. de jure Canonico*, quæ sub Valentini Petri Saccii nomine prodijt, §. 32.

XXXIX. Videtur autem mihi Petrus de Marca plus tribuere voluisse Imperatori, nisi Romam veritus fuisset. Sic enim de Justiniano Imperatore, Constantinopolitana Synodi decreta confirmante, *ex Novella. 42.* loquitur *d. l. 2. c. 10. n. 11.* ut conſtat, *Regie & Sacerdotalis auctoritatis conſenſionem maximam ſemper fuiſſe, ita ut non tantum nudum miſterium, velut apparitores exequenda conciliorum ſententiæ Principes præſtiterint, ſed jure etiam Regio ad eandem damnationem poſt ſynodorum judicium ſuffragium ſuum adjunxerint ratione habitâ executionis publicæ, quæ proſcriptionem illam ſequerebatur, &c.* Enimverò in concilio iſto Constantinopolitano non de diſciplinâ morum tantum, ſed etiam & principaliter de dogmatibus actum fuerat, & ex dictâ novellâ 42. conſtat, Severum, Petrum & Zoaram, ideò ſedibus Episcopalibus ejeſtos fuiſſe, quod hæreſin foverent. Ibiq; de Anthimo refert Justinianus, cum ſemel alienis à ſanctiſſimâ

Eccleſiâ intellectibus mancipatum, & à rectis dogmatibus alienatum, ad ipſorum rectitudinem reverti non valuiſſe, etiam adhuc invitatum à ſe & directum, cum ipſe omni ſtudio uſus fuerit ad ejus ſalutem. Neque concedi poteſt illuſtriſſimo Marcæ, vim eorum, quæ fidei controverſias ex Scripturis dirimunt, non à Principum, ſed ab Episcoporum auctoritate pendere. In hiſ talibus enim potiùs conſtitutionis ratio, quam conſtituentium auctoritas eſt ſpectanda. Quod ſi ad conſtituentes haberi reſpectus debet, arctiorem utique & fortiorem obligationem naſci dicemus ex confirmatione & Legge Imperatoriâ, quam ex *Ἀποστολικῆς, Ἀρχιερατικῆς, Ἀποστολικῆς* Episcoporum in conciliis congregatorum. Imò verò definitiones iſtæ aut deciſiones Synodales ex ſe neminem obligant, niſi decidentibus ipſos ex conventionione inter ſe, cum nec diſſentiſſentes quidem obligent, eò quod in cauſis fidei non valeat pluralitas votorum. Ratio igitur obligandi, quæ decretis Patrum competit, non petenda eſt ex auctoritate eorum, ſed potiùs ex conformitate cum verbo divino, quam deinceps plerumque ſequitur alia ex lege Imperatoriâ, ſed quæ extrinſeca eſt, & conſcientiæ non ſemper ſufficiens.

XL. Et hætenus de Conciliis. Quod Colloquia attinet, faciunt & illa multum ad verum Scripturæ sensum investigandum, si inter Orthodoxos & Heterodoxos instituantur. Differunt autem Concilia & Colloquia inter alia in eo, quod in Conciliis definitivè controversiæ & quæstiones decidantur: in Colloquiis verò nihil propriè decernatur, sed inquisitio tantum in utriusque partis argumenta instituantur, & quantum fieri potest, conciliatio tentetur. *Collationem meram institimus*, habet informatio Delegatorum, qui Romam missi fuere propter indictum colloquium Thoruniense, *ut etiam ipso nomine omnem speciem synodalis autoritatis amoliremur. Nihil enim ibi decerni, aut constitui, nihil innovari volumus. Merita debet esse cointelligentia partium, ulteriori deinceps tum nostro tum alterorum Episcoporum examini & censura subiecta.* Enim verò concili-

ationem dogmatum colloqvii tantum, non concilii rem esse, commentum est Patrum Tridentinorum ap. Petr. Svav. l. 2. p. 230. cum in Conciliis olim tantum non omnibus hoc imprimis, & tantum non ubique actum fuerit, ut coalescerent iterum, & in eandem fidem pertraherentur animi hætenus dissentientes. Vid. Sozom. l. 4. c. 12. Quamquam autem ad ultimum, qui intenditur & desideratur, finem raro per colloquia deveniatur, non tamen irrita ea prorsus sunt & sine omni effectu. In Colloquio Augustæ, anno superioris seculi trigésimo, inter septenos utrinque delectos habito, magna apparuit de non paucis neque minimi momenti rebus concordia: spes: neque nulla Ratisbonæ anno 1541. sed neque adhuc nulla, nisi ab arbitrio alieno dependent, aut rationi suæ plus justo tribuerent, disputantes.

CAPUT XVI.

De

Potestate Principis adversus hæreticos.

SUMMARIA.

Quò usque se extendat Principis circa Religionem potestas? 1.

Theologia est vel naturalis vel revelata. 1.

Quò ad illam Majestas imperium suum exserere potest, non quò ad hanc. 2.

Unde ad Religionem nemo est cogendus. 3.

Jac. Aug. Thuanus hac de re judicium. 4.

Augu-

Augustini sententia. 5.

Ios. pbi à Costà iudicium de non cogendâ Religione. 6.

Heretici ultimo supplicio olim non facile afflicti. 7.

Augustini sententia. 7.

Ne heresis in vulgus spargatur, prohibere potest Princeps, imò & panas de seditionis sumere. 8.

Scandala etiam removere potest Princeps. 9.

Sententia Wittenbergenfium. 10.

Distincta sunt: cognoscere de heresi, & punire propter heresin. 11.

Explicatio textuum obstantium, qui ex C. de heret petuntur. 12.

L

Illud superest in primo hoc juris Patronatûs Regii articulo, ut dispi- ciamus, quousque se extendat Prin- cipis circa Religionem potestas & imperium. Hic verò, quia Religio non consistit in puncto, sed suam habet latitudinem, & partes alias at- que alias, ista præsupponenda erit Regula: *Quæcumq; Religionis pars pertinet ad beatitudinem civilem, illa subiacet imperio summæ potestatis.* Ratio est, quia illi, cui summa Reip. cura est demandata, ea quoque com- missa censentur omnia, sine quibus salus Reip. procurari non potest. At tale quid est aliqua Religionis pars. Eorum enim, sine quibus civitas esse non potest, primum ac præcipuum est *ἡ τοῦ Θεοῦ Ἀγάπη*, Arist. 7. *Polis.* 8. Per consequens igitur ad istam usque partem sese extendet imperi- um. Vicissim: *Quæcumq; Religionis pars directò & per se non pertinet ad beatitudinem civilem, illa imperio non subiacet.* Imperium autem hic dico istud, quod per vim *ἀναγκαστικῆ*

procedit, & immorigeros pœnis & suppliciis adigit. Jam in nostrâ Re- ligione Christianâ, quam accom- modatissimam Reip. regendæ dixi- mus suprâ, duo quasi continentur dogmatum genera, quorum alterû ex Theologiâ naturali, alterum ex Theologiâ revelatâ innotescit. Il- lam homo in statu suo rationali ad- discit, hanc aliunde illuminatus & divino agitatus motu.

II. Quod Theologiam naturalem concernit, certum est, non posse sub- sistere ullam societatem civilem, nisi persuasi sint cives, esse aliquod Nu- men omnipotens, omnipræsens, bo- nas hominum actiones amans, & malas odio habens, illis præmia, his pœnas decernens, & per consequens metuendum atque reverenter ha- bendum. Hoc igitur cum apud omnes populos naturâ notum sit, ut nullus planè non in id consentiat, & ut consentiat, necessarium sit, potest à Majestate civili non imperari tan-

tum, uti illa religio naturalis apud omnes suos cives obtineat, sed & ne cui licentia sit quicquam adversus eam committendi, poena simul praestitui, major se. aut minor pro ratione delicti & assertae impietatis. Aut etiam pro ratione status praesentis. Conf. H. Grot. *de jur. bell. & p. l. 2. c. 20. n. 45. seq.* At in iis, quae religioni huic naturali Theologia revelata superaddidit, quia Principi potestas non est. Illa enim sanctionibus suis, ut credantur, jubere nequit, cum ad felicitatem hujus vitae & beatitudinem civilem obtinendam directio non pertineant, & prorsus spontanea in his debeat esse fides. Potest tamen & tenetur Princeps ea, quatenus Scripturae S. consentanea putat, proponere, & ad fidem istam invitare; quod fieri potest, tum sedula & diligenti, quam procurare debet, institutione, & opinionis adversae refutatione, tum vero omnis injuriae & violentiae ab Ecclesia, quam fovet, aversione, tum denique extraordinariorum quorundam praemiorum largitione. Vid. Dn. Conring, *in disp. de Majestatis civilis auctor. & offic. circa sacra, passim.*

III. Ut vero in haereticos ferro insuper & igne saeviat, (quod vult Didac. Covarruvias, *T. 2. resol. l. 2. c. 10. n. 10.* Joh. Coral. *lib. 3. misc. c. 8.* Anton. Perez. *tit. C. de haeret. n. 3.* Ti-

ber. Decian. *l. 5. tr. crim. c. 40. & 43. n. 4.* Menochius, *de A. J. Q. cas. 374.* & ex Theologis Pontificiis plerique omnes) aut etiam, si cives fuerint, civitate arceat & excludat, nulla ratio svadet. Peregrinis quidem & inquilinis, si ab iis quid metuatur Religioni, facilius habitatio interdici potest, sed ferro eos insectari & vivicomburis persequi, ipsa prohibet religio. Mutuum erat Maximiliani II. Caesaris, & Lazari à Schvendi, atque commune utriusque per literas decisum, *res pietatis gladio non velle dijudicari neque tractari: nec enormius certe peccatum dari potest*, ejusdem Maximiliani iudicio, *quam in conscientias imperium exercere velle.* Et hinc nescio, num laudabilis adeo sit constantia Regum Hispaniae, quod nunquam se adduci passi sint, ut ad componendas seditiones in Belgicis provinciis conscientiae libertatem concederent, uti id tanto opere praedicat Didacus Saavedra, *symb. polit. 24.* *Non est opus vi*, inquit Lactantius, *lib. 5. Inst. c. 20. quia Religio cogi non potest. Verbis potius, quam verberibus res agenda est. Tacentibus certe nihil credimus, sicut ne se viuentibus quidem credimus. Nos docemus, probamus, ostendimus, &c.* Ratio est, quia, ut credas, intellectus principaliter debet erudiri & induci. Utcumque enim voluntas promptam & paratam

tam se ostenderit, nisi tamen intellectus antè persuasus fuerit, aut nullam aut hypocriticam elicies fidem. At solis mandatis, nullà accedente doctrinà, fidem exigere, est velle imperare intellectui, qui leges non audit. *Quis enim mihi imponat necessitatem*, inquit idem Lactantius, l. 5. c. 19. *vel credendi, quòd nolim, vel quòd velim, non credendi; nihil tam voluntarium, quàm Religio, in quà, si animus adversus, jam sublata, jam nulla est.* Add. Herm. Lather. de cens. l. 2. c. 9. Et quanquam præcesserit institutio, ad credendum tamen id, quod ita propositum est, per supplicia cogere non licet. Objectum enim, quod proponitur rati habendum, & paritio, i. e. rati habitio cuiuscunque veritatis supernaturalis sive theologicae, non per naturam, in quam solam, cæteris paribus, magistratui imperium est, sed per solam supernaturalem gratiam cognosci & prætari potest.

IV. Eleganter hæc de re differit, & gentis suæ in protestantes sævitiam reprehendit Jacobus Augustus Thuanus, in præfat. operis sui historici, ex quà nonnulla hic adscribere operæ erit precium. *Experientià, inquit, satis edocti sumus, ferrum, flammam, exilia, proscriptiones, irritasse potius, quàm sanasse morbum venienti inhaerentem: ad quem proinde*

curandum non iis, quæ in corpus tantum penetrant, sed doctrinà & seculà institutione, quæ in animum leni instillata descendit, opus esse: ali. quippe omnia pro arbitrio civilis magistratus, atq; adeò Principis sancitur; sola religio non imperatur, sed præceptà veritatis opinione, accedente divini numinis gratià, bene præparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatibus nihil valent, quia obfirmant potius animos, quàm frangunt aut persuadent. Quod de sua illà Sapiencià tam magnificè prædicaverit Scoticus, hoc nos multò justius de religione dixerim. Nam ubi quis religione ducitur, in eo nullum habent momentum vexatio & dolor, &c. Et porro: Certè si verum amamus, in sacra antiquitatis vetustis omnibus monumentis nullum supplicii, à sectariis sumpti, ac probati exemplum extare fateamur necesse est, Ecclesiamq; priscam à cruore fundendo semper abhorruisse. Quod si quando accidit, id pii verè Episcopi detestati sunt, &c. Et post aliqua multa: Ut verbo expediam, inquit, dicam ingenuè, bellum non esse legitimum modum tollenda ex Ecclesià scissura. Protestantes quippe apud nos, qui per pacem numero & auctoritate indices minuebantur, inter arma ac dissensiones semper crevisse, & sive præpostero religionis ardore, sive ambitione ac re-

rum novandarum studio, à nostris longè perniciosissimo errore peccatū esse, qvī bellum internecinum, contra Protestantes sapiūs susceptum, ac compositum, toties infāustis Gallia auspiciis, magno religionis ipsius periculo renovarunt, &c. Digna est integra ista Thuani præfatio, quæ attentè legatur. Ei enim hoc argumentum à celeberrimo autore diu ante destinatum, atqve hinc diuturnā meditatione agitatum, prodit Isaacus Casaubonus, *epist.* 257.

V. Non verò in Thuani cerebro primū nata est hæc sententia, sed jam diu viguit in Ecclesiā puriore, Insignis est locus Augustini, *epist. fundam. c. 1.* Illi sciant in vos, qvī nesciunt, qvo cum labore verum inveniat: quā difficile caveantur errores, Illi in vos sciant, qvī nesciunt, quā rarum & arduum sit, carnalia phantasmata piæ mentis serenitate superare. Illi in vos sciant, qvī nesciunt, quantis gemitibus & suspiriis fiat, ut ex quantumcūq; parte possit intelligi DEUS. Postremò illi in vos sciant, qvī nullo tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Ego autem scire in vos omninò non possum, qvos sicut me ipsum illo tempore, ita nunc debeo suscinere, & tanta patientia vobiscum agere, quantā mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus & cæcus er-

rarem. Similia alia Patrum testimonia collegit Gerhardus, *loc. de magistrat. polit. n. 338.* & Marcus Ant. de Dominis, *de Rep. Eccles. lib. 7. cap. 8.* Nec potest sanè aliter statui, quandoquidem fides in actu interno tota consistit, actūs verò interni à nullā potestate externā præcipi aut imperari possunt, quemadmodum & hæresis crimen merè spirituale est, in quod nulla humana potestas jus habet, sed solo gladio spiritūs & verbo divino extirpari debet. Nulla enim potestas humana, quantacūqve ea est, super internas mentis nostræ actiones plenam & legitimam auctoritatem habet, & propterea Rex aut Princeps nullam potestatem habet subditos compellendi, ut hoc vel illud interiūs opinentur, aut aliquem castigandi, quod hanc vel illam opinionem in mente suā defendat, vel non defendat. Nec potest igitur hæreticus quā talis, solius hæreseos nomine, nisi quid aliud accesserit, pœnis & suppliciis externis coerceri.

VI. Optimè animadvertit incommoda illa, quæ ex vi, in religionis negotio illata, oboriuntur, Josephus à Costa, *qvi, lib. 1. de procurandâ Indor. salut. c. 13.* hunc in modum philosophatur. *Sed præter hæc incommoda, ipsa fidei primordia ex multâ nocendâ licentiâ non mediocrem damnum accipere. Atq; ut stirps primis initiis nata*

per-

perverse & inflexè non facile mox vitium deponit, cum crederit, sed aut perfringi, aut nativo suo errori permitti debet, ita prorsus, cum Indorum natio bellici apparatus potius auctoritate, quàm germanâ prædicatione magnâ ex parte initio Christum acceperit, dubitare non possumus, quòd animo conceptum merum, & servilem conditionem, non ingenuè in filios DEI translata per regenerationem, ad huc recineat, ac rebus ipsis, ubi sibi impunè licere putat, ostendat. Nihil enim ita fidei susceptioni adversatur, atq; vis omnis & violentia. Non enim est fides, nisi volentium, ut proverbii locis illud Augustini, cetera posse hominem etiam nolentem, credere non nisi volentem. Quamobrem mansuetudo & suavitas vel præcipuè commendatur Evangelicis Viris. — Quoniam ergo voluntarium est, & liberum cuiq; obedire Evangelio credendo, neq; fides per vim extorta aliorum potest esse, quàm demonum, suaviter ac benevolè ducendus est, non protrudendus auditor. — Tacendo, tolerando, benè merendo de inimicis vicerunt Christi milites, non cadendo, non terrendo, non minitendo. Quod si non receperint Evangelium, quid præcipis, Domine? Jubebuntne ignem de cælo descendere? ruina tradent civitatem? Nescitis, inquit, cujus spiritus estis. Filius hominis non venit

perdere, sed salvare. Quid ergo? si non receperint vos in civitate, ite in aliam. Quàm benignè, quàm dulciter! Itaq; qui sponte Evangelio credunt, verè credunt, fidem corde concipiunt, & ore confitentur, & fixi manent, & toti DEI sunt, non partim in DEO, partim in Baal claudicantes, specie & voce Christiani, animo & re infideles. Id enim consequatur necesse est, ubi contra naturam suam, contra Domini voluntatem, fides extorquetur invitis. Hactenus Josephus à Costa.

VII. Uti ante dixi, ab Imperatoribus olim pœna sanguinis haud adeò sancita fuit, nisi in detestabiles & execrabiles nonnullos, nec nisi post frequentes eorum conatus, factio nesque Reip. exitiosas, post longam patientiam, & post frustratam toties spem correctionis. Et certè nulla omninò lex occurrit, quàm generaliter ultimum supplicium hæreticis decretum fuerit, verùm singularibus tantum casibus eam minitati fuerunt Imperatores. Minitati, inquam, cum ad terrorem ferè omnes istæ in hæreticos compositæ sint constitutiones. Et de istiusmodi talibus intelligit Jacobus Gothofredus, ad l. 65. C. Theod. de hæret. dictum istud Augustini, ex epist. ad Marcellinum 158. Soleo audire, in potestate esse iudicis mollire sententiam, & mitius

vindicare, quàm leges. Cùm aliàs judici pœnas legum neq̃ve dissimulare, neq̃ve mollire sine fraude liceat. In eandem sententiam scripsit idem Augustinus, *epist. 12. ad Donatum, Pro Consulem Africae*, cui Honorius Imp. mandaverat in *l. 44. C. Theod. de heret.* ut in Donatistas supplicium justæ animadversionis exprimeret: *Ex occasione terribilium judicium ac Legum, ne aeterni judicii pœnas incidant, corrigi eos cupimus, non necari, nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicis, quibus digni sunt, exerceri. Sic ergo eorum peccata compeſce, ut sint, quos pœniteat peccavisse. Quæsumus igitur, ut cùm Ecclesia causas audis, quàmvis nefariis injuriis appetitam vel afflictam esse cognoveris, potestatem occidendi te habere, obliviscaris, petitionem nostram non obliviscaris, &c.*

VIII. Quia tamen voluntatis opus est, suum de religione sensum vel profiteri, vel tegere, etiamsi intellectus erroneus superari fortè illicò neq̃veat, nec pœnis etiam propositis adigi, ut aliter credat; potest tamen Majestas prohibere, ne conceptum illum suum in vulgus proferat, & Ecclesiæ scandalum præbeat, additâ etiam pœnâ, si quid adversum commiserit, *c. refecanda 24. q. 3. l. 1. C. de SS. Trinit.* Eâdem ratione potest prohibere Princeps, ne seditiosè aut

turbulentè vel oppugnetur verum vel defendatur, cum actus hi omnes ab arbitrio pendeant humano, & imperiò subjaceant. Quin potest Princeps etiam ultimum supplicium decernere, sicubi fuerint hæretici, qui seditiosè dogmata sua spargant, aut blasphemè divino Numini insultent. Non quidem propter hæresin, sed propter blasphemiam aut excitatam seditionem. Vid. Dn. D. Carpzov. *pr. crim. p. 1. q. 44. n. 41.* Menzerus, *in Exegef. art. 16. n. 15.* Et hinc supplicium, de Michaële Serveto Genevæ sumptum, defendit Andreas Rivetus, *in animadv. in advit. Grotii ad consultat. Cassandri. tit. de heretic. pœn. & in apolog. advers. ejusd. vot. pro pac. Eccles. num. 23. seq. & in Diabysi discuss. Grot. num. 3. & 18.* Tutissimum est, ut, à quibus aliquod Reip. metuitur periculum, illi ne admittantur, quidem, quæ modum ab Hollandis suis Pontificiorum conventicula ob politicas magis, quàm religionis causas prohiberi, notat Simon à Grœnevvegen, *de Legib. abrog. ad tit. Cod. de Hæret. Conf. Bechtius, de securit. n. 105. seq. Azar. Sturz. de relig. un. th. 30. seq. it. 38.*

IX. Et hoc à Principe, & Magistratu quocunq̃ve, decerni potest, ut maximè periculum nondum imminens sit, sed metus tantum aliquis existat,

existat, ne inde Ecclesiæ & Reip. ali-
quod refulet detrimentum. Quâ
ratione puto, etiam in scandalis re-
movendis Principis versari officium.
Sine dubio autem scandala &
offensiones in Kemp. Christianam
invehuntur, quando status Ecclesia-
sticus aliquâ novitate percellitur, &
consuetudines receptæ cõvelluntur.
Pertinent scil. illa ad disciplinam ex-
ternam, quæ curæ cordiqve debet
esse Principi, ut intemerata sit, & in
iisdem regulis semper conservetur.
Fuit namqve hæc etiam Pontificum
cura, ne offendiculo essent populo
suis rescriptis, si quid forte diversum
â consuetudine receptâ mandatum
fuisset. Sic enim noluit Innocenti-
us III. Pontifex, *c. cum olim X. de cle-
ric. conjug.* cum filium Græci Sacer-
dotis, ex legitimâ Uxore susceptum,
in Episcopum consecrari iussisset,
noluit, inquam, iustum hunc suum
executioni mandari, si pro eo, quod
inter Latinos Græci hujusmodi con-
versantur, regionis consuetudo re-
pugnet, hoc est, uti Johannes An-
dreas optimè explicat, si scandalum
aliquod & offensio inde suboriri
posset, quod alienum quid â consue-
tudine receptâ inter Latinos induci
videatur. Nec verò moribus tan-
tùm, sed falsis etiam dogmatibus, si-
dem & doctrinam impetentibus,
scandalum præbetur. Habent se il-
la ut fermentum, quod modicum et-

si sit, totam tamen farinæ massam
corrumpit; ut gangræna, quæ totam
depascitur carnem, & in toto serpit
corpore; ut lepra & scabies contagi-
osa, quæ totum corrumpit ovile; ut
scintillæ, quæ exiguæ licet sint, somi-
tem tamen & nutrimentum ubi in-
venerint, integras ædes, urbes & la-
tissimos saltus comburunt. Princi-
piis igitur obstare oportet, ne vires
accipiat, quod ita præbetur scanda-
lum. Et hæc cura non ministris
tantùm Ecclesiæ incumbit, sed etiam,
quoad vim coercitivam externam,
cuius Magistratus, maximè verò
Principi, cuius summa in Ecclesiam
& Kemp. est *Invenit.*

X. Et ex his principiis respondit
Facultas juridica Witteberg. an Jo-
hann Siegmund Leistern/Ober-
Amtmann/ und den Rath zu
Dresden/ mens. Martio anno 1674.
Dieweil P. M. nicht allein sein E-
heweib und Kinder durch ange-
maße Ausspendung des Abend-
mahls verführet/ und die Christ-
liche Gemeinde bey euch dadurch
geürgert/ sondern auch sein Blau-
bensbekänntnis richtig zuthun sich
verweigert / und denen Geistli-
chen/ so ihn eines besseren unter-
richten wollen/ entweder den Rücken
oder die Seite zugekehret/ bis-
weilen auch gar nicht antworten
wollen / und sich gar ungeberdig
gestellt/ auch dahin noch nicht ge-

bracht werden können/ daß er die Kirchen und Predigten zubesuchen/ und das Heil. Abendmahl/ wie andere Christen/ zugebrauchen angelobet / über dieses aus denen von H. eingeschickten unterschiedlichen extracten derer wider Ihndaselbst ergangenen inquisition-acten zubefinden / daß er auch dazumahl schon der Religion halber verdächtig gewesen/ und von den Geistlichen daselbst durch feinerley Wege zur Erkänntnis gebracht werden können/ So ist Ihme zu allen Überfluß annoch eine Monat-frist zu verstaten/ binnen welcher er/ob er von seinem Irthume abzustehen/ und sich zu der Christlichen Gemeinde mit Anbrung Göttlichen Worts/ und Genießung des Heil. Abendmahls bekennen wolle / zuerklären/ auch solchen also wirklich nachzukommen schuldig. In Verbleibung/ und ferneren Verweigerung dessen ist er das Land zu räumen/ und bey Vermeidung ernstler und harter Strafe sich in demselben ferner nicht betreten zulassen pflichtig/ **N. R. W.**

XI. Cæterum distinctæ sunt phrasæ, & distinctæ etiam operationes: cognoscere de hæresi, & punire propter hæresin. Illa ad iudicium intellectus pertinet, nec ullo modo ad ju-

risdictionem referri potest; hæc verò ad voluntatem magis spectat, & jurisdictionis aut imperii exercitium involvit. Neutra Principi denegari debet, sed altera limitata magis est, nec tam propter hæresin, quàm propter circumstantiam adjacentem locum invenit. Hæresis enim, ut res spiritualis est, omne respuit imperium, nec aliter obtundi potest, nisi per collationem cum verbo divino. Utquæ de ejus ratione & absurditate constat, non minus ad Principem spectat dignoscere, & fortasse haud paulò magis, quàm ad alium quemvis Reipublicæ Ecclesiasticæ civem. Ut verò temporalis est injuria, communi civium quieti perniciosâ, magnasquæ in Rep. perturbationes afferre solet, temporalis etiam potestatis jurisdictioni subiecta est, à quâ proinde temporalibus pœnis coerceri potest. Respublica enim temporalis, quia perfecta est, aut esse debet, & sibi sufficiens, potest propriâ autoritate ab injuriâ cujuscunq; se defendere, & ab usum gladii spiritualis, præcipuè ubi vergit in malum Reip., cujus cura Regi incumbit, per gladium materiale repellere, uti ex Francisci à Victoria, & Johannis Parisiensis verbis docet Rogerus Widdrington, *de juram. fidel. c. 7.* Sed est tamen gladius ille materialis non promiscuè adver-

fus omnes, & sine omni discrimine, usurpandus, cum, uti dixi, soli externi actus, non immanentes illi, quibus hæresis præcipuè radicitur, temporali jurisdictioni subjecti sunt. Nec tamen isti etiam externi actus omnes promiscuè eodem supplicii genere puniri, ait Theodosius junior, in l. 65. C. Theod. de hæret. hæreticos non omnes eadem austeritate plectendos esse, suo ibi exemplo docens, quàm diversimodè in hæreticos pro cõditione & qualitate erroris aut factionis animadverti debeat.

XII. Quæ ex Codice Justiniano in contrarium afferuntur sanctiones, parùm obstant. Nec necesse est tamen, ut per supplicium ultimum, illic determinatum, intelligamus deportationem aut exilium, quod vult Wesenbecius, in parat. ad tit. Cod. de hæret. n. 6. propter disertum textum, in l. 21. ff. de pœn. graviter repugnantem. Quod igitur sanctionem in l. 4. C. de hæret. attinet, dicitur ibi: *in mortem quovq; inquisitione extendatur.* At hoc non ad supplicium capitis, sed ultimarum voluntatum cassationem, item ad hoc, ut mortuus accusari, & memoria ejus damnari possit, spectare ipse textus ostendit. *In mortem*, i. e. post mortem, ut rectè ibi Gothofredus. Porro in l. seq. 5. C. eod. dicitur quidem: *Manichæi etiam de civitati-*

bus pellendis, & ultimo supplicio tradendis, sed verba hæc ultima, & ultimo supplicio tradendis, non habentur in Codice Theodos. l. 65. eod. Sic & quod dicitur in l. 2. Cod. Just. ne sanct. bapt. it. ultimo supplicio percellatur, itidem non legitur in Codice Theodosiano, sed ita ibi habent verba, Statuti prioris supplicio percellatur: Ut proindè glossemata hæc videantur aut Triboniani paululum acerbioris, aut alicujus post eum Interpretis. Triboniani manum quod hic suspicamus, facit consilium Justiniani, quo Samaritas vi ac minis ad Christianam Religionem compellere animum induxit, sed quod culpatum fuisse à sapientibus, & plurima post se mala traxisse, in arcana historia parte notat Procopius. Quod deniq; in l. 8. C. de hæret. dicitur: *Ultimo etiam supplicio coercantur, qui illicita docere tentaverint,* id tantum abest, ut nostræ obstat assertioni, ut potius illi adfistat. Diximus enim, voluntatis hoc opus esse, tegere suum de religione conceptum aut profiteri, atq; idcirco imperio id subjacere; non erit ergo iniquum, si Princeps sub capitis pœnâ prohibuerit, ne hæretici falsitates suas profiteantur & doceant. Quod si quæ forte aliæ non minus acerbæ Constitutiones inventiantur, eæ vel de hæreticis blasphemis, aut seditiosis

intelligendæ sunt, vel poenas continent, in terrorem tantum præstitutas, quas nunquã executi sunt Impp., uti id de Theodosio expressè habet Sozomenus, l. 7. c. 12. vel ab Impp., sa-

crarum literarum ferè ignaris, ad suggestionem Episcoporum sanguinariorum & ambitionosorum conscriptæ sunt. Dn. Carpov. *pr. crim.* p. 1. q. 44. n. 36. 37. 38. 39.

CAPUT XVII.

De

Potestate Principis circa Disciplinam Ecclesiasticam.

SUMMARIÆ.

In iis, quæ ad externa spectant, libera Principi relicta est Dispositio. 1.

Huc pertinet jus precum ordinandarum, & cætera, quæ ad jura Ecclesiastica referuntur. 2.

Jura Episcopalia, Patronatûs & Jurisdictionis non sunt confundenda. 3.

Sententia Wittenbergensium. 4.

In Constitutionibus conscribendis Ministri etiam Ecclesiæ adhibendi sunt. 5.

Petri de Marca sententia examinatur. 6.

Sententia Wittenbergensium. 7.

I.

ET hæcenus quidem de credendis, quantum in iis possit Majestas, actum abundè. Quomodo verò in cæteris, ad externum ordinem, decorum & disciplinam facientibus, Ecclesiæ gubernari debeat, cum distinctè non præscripserit Deus, sed suorum prudentiæ commiserit, dubitari non debet, Reges & Principes fideles, utpote Ecclesiæ Nutritios & Patronos, magnam in iis habere potestatem. Ita usus luminum, candidæ, aut alterius vestis in peragendis sacris, signi crucis, exorcismi & similibus totus subjacet arbitrio hu-

mano, quæquam ubi inveteratæ fuerint ejusmodi ceremoniæ, non facile illæ sint mutandæ. Dn. Carpov. in *Ip. Consist. l. 2. def. 246.* Ubi tamen justa causa subest, & necessitas status Ecclesiastici id exposcit, poterunt illæ introduci aut abrogari, ex potestate Principis, & summo, quod tenet, imperio. Sic & alia, quæ secundum se, ipsarum rei substantiam divinitus sunt præcepta, & ex hoc potestatem humanam transcendunt, quoad circumstantias tamen, locumque, & tempus agendi humanæ relicta sunt dispositioni. Ita præcepit

cepit Deus docere E angelium & administrare Sacramenta; quibus verò diebus & quorà diei norà doceri, celebrari, hácqve fini cœtus convocari possint aut debeant, humano arbitrio commisit. Pertinet huc institutio & indictio feriarum, quam ad Majestatem spectare ostendit, *l. 4. C. de fer.* quippe quòd libera prorsus earum in primitivà Ecclesià fuerit observatio. Vid. Chemnit. *exam. concil. Trid. part. 4. p. 807. seq.* Et huc refero, *l. 2. l. 7. § 1. ult. C. de fer.* add. Ofwald. Hillig. *in Donell. enuch. l. 24. c. 7. lit. E.* Consequens hinc est, jure repudiari potuisse à Principibus Germaniæ Calendarium, quod superiori sæculo vultuoso planè supercilio obtrudere voluit Papa Gregorius XIII, cum in eo nova festorum dierum præcipiatur observatio, quod non Papæ, sed Principis in suo territorio cuiusq; est disponere. Vid. Pet. Syring. *de pac. relig. n. 32.* Reinkingk, *de regim. secul. & Eccles. l. 3. cl. 3ff. l. c. 2.* Azar. Sturz. *disc. de relig. un. th. 18.* Hahn. *ad Wesenbec. tit. de fer. n. 4.*

II. Pertinet huc jus precum ordinandarum, quia & ipsæ non tantum ad pietatem & devotionem publicam, sed etiam ad externum cultum divinum faciunt, & quia in illis certarum personarum, earum in primis, quæ vel Ecclesiasticæ vel civili

saluti incumbunt, suasq; operas impendunt, incolumitas, DEO commendari solet. Id verò ut decenter & bono cum ordine fiat, Principis est disponere, quemadmodum & omnia alia, quæ quovis modo vel ex suggestu, vel ex altari ad populum promulgari & pronunciari debent, ejus inspectioni subjecta sunt. Ejus porro est, providere, ut rationes reddantur de proventibus Ecclesiasticis, ut facta recta conserventur adificia sacra, ut salaria ministris Ecclesiæ justo tempore distribuantur, & quæcunqve tandem ad Ecclesiæ saltem quoquo modo faciunt, quæ ad jura Episcopalia, potestatem Ecclesiasticam externam constituentia, referri communiter solent, ea omnia Principis curæ & regimini subjacent.

III. Cavendum verò in primis est, ne confundantur inter se jura Episcopalia, Patronatus & jurisdictionis, ne Patroni Ecclesiarum, aut illi, qui jurisdictionem civilem in loco aliquo exercent, usurpent ea, quæ juribus Episcopalibus accenseri aliàs solent. Contingere enim verò id solet quàm frequentissimè, & hinc sæpè fatigantur Consistoria, quibus à Principe jura Episcopalia, suo nomine exercenda, commissa fuerunt, quorum proinde hoc officium est, ut salva ea, & intemerata retineant. Sanè cum mero & mixto imperio

ni

intelligendæ sunt, vel pœnas continent, in terrorem tantum præstitutas, quas nunquã executi sunt Imppp., uti id de Theodosio expressè habet Sozomenus, l. 7. c. 12. vel ab Imppp., sa-

crarum literarum ferè ignaris, ad suggestionem Episcoporum sangvinariorum & ambitionolorum conscriptæ sunt. Dn. Carpzov. *pr. crim.* p. 1. q. 44. n. 36. 37. 38. 39.

CAPUT XVII.

De

Potestate Principis circa Disciplinam Ecclesiasticam.

SUMMARIÆ.

In iis, quæ ad externa spectant, libera Principi relicta est Dispositio. 1.

Huc pertinet jus precum ordinandarum, & cetera, quæ ad jura Ecclesiastica referuntur. 2.

Jura Episcopalia, Patronatûs & Jurisdictionis non sunt confundenda. 3.

Sententia Wittenbergensium. 4.

In Constitutionibus conficiendis Ministri etiam Ecclesiæ adhibendi sunt. 5.

Petri de Marca sententia examinatur. 6.

Sententia Wittenbergensium. 7.

I.

ET hæcenus quidem de credendis, quantum in iis possit Majestas, actum abundè. Quomodo verò in cæteris, ad externum ordinem, decorum & disciplinam facientibus, Ecclesia gubernari debeat, cum distinctè non præscripserit Deus, sed suorum prudentiæ commiserit, dubitari non debet, Reges & Principes fideles, utpote Ecclesiæ Nutritios & Patronos, magnam in iis habere potestatem. Ita usus luminum, candidæ, aut alterius vestis in peragendis sacris, signi crucis, exorcismi & similibus totus subjacet arbitrio hu-

mano, quanquam ubi inveteratæ fuerint ejusmodi ceremoniæ, non facile illæ sint mutandæ. Dn. Carpz. in *Ip. Consist. l. 2. def. 246.* Ubi tamen justa causa subest, & necessitas statûs Ecclesiastici id exposcit, poterunt illæ introduci aut abrogari, ex potestate Principis, & summo, quod tenet, imperio. Sic & alia, quæ secundum se, ipsamve rei substantiam divinitus sunt præcepta, & ex hoc potestatem humanam transcendunt, quoad circumstantias tamen, locumque, & tempus agendi humanæ relicta sunt dispositioni. Ita præcepit

cepit Deus docere E angelium & administrare Sacramenta; quibus verò diebus & quotà diei horà doceri, celebrari, hácqve fini cœtus convocari possint aut debeant, humano arbitrio commisit. Pertinet huc institutio & indictio feriarum, quam ad Majestatem spectare ostendit, *l. 4. C. de fer.* quippe quòd libera prorsus earum in primitivà Ecclesià fuerit observatio. Vid. Chemnit. *exam. concil. Trid. part. 4. p. 807. seq.* Et huc refero, *l. 2. l. 7. § 1. ult. C. de fer. add. Ofwald. Hillig. in Dowell. enuch. l. 24. c. 7. lit. E.* Consequens hinc est, jure repudiari potuisse à Principibus Germaniæ Calendarium, quod superiori sæculo vultuoso planè supercilio obtrudere voluit Papa Gregorius XIII, cum in eo nova festorum dierum præcipiatur observatio, quod non Papæ, sed Principis in suo territorio cujusq; est disponere. Vid. Pet. Syring. *de pac. relig. n. 32.* Reinkingk, *de regim. secul. § Eccles. l. 3. class. 1. c. 2.* Azar. *Sturz. disc. de relig. un. th. 18.* Hahn. *ad Wesenbec. cit. de fer. n. 4.*

II. Pertinet huc jus precum ordinarum, quia & ipsæ non tantum ad pietatem & devotionem publicam, sed etiam ad externum cultum divinum faciunt, & quia in illis certarum personarum, earum inprimis, quæ vel Ecclesiasticæ vel civili

saluti incumbunt, suasq; operas impendunt, incolumitas, DEO commendari solet. Id verò ut decenter & bono cum ordine fiat, Principis est disponere, quemadmodum & omnia alia, quæ quovis modo vel ex suggestu, vel ex altari ad populum promulgari & pronunciarì debent, ejus inspectioni subjecta sunt. Ejus porrò est, providere, ut rationes reddantur de proventibus Ecclesiasticis, ut facta tecta conserventur adificia sacra, ut salaria ministris Ecclesiæ justo tempore distribuantur, & quæcunqve tandem ad Ecclesiæ salutem quoquo modo faciunt, quæ ad jura Episcopalia, potestatem Ecclesiasticam externam constituentia, referri communiter solent, ea omnia Principis curæ & regimini subjacent.

III. Cavendum verò inprimis est, ne confundantur inter se jura Episcopalia, Patronatus & jurisdictionis, neve Patroni Ecclesiarum, aut illi, qui jurisdictionem civilem in loco aliquo exercent, usurpent ea, quæ juribus Episcopalibus accenseri aliàs solent. Contingere enim verò id solet quàm frequentissimè, & hinc sæpè fatigantur Consistoria, quibus à Principe jura Episcopalia, suo nomine exercenda, commissa fuerunt, quorum proinde hoc officium est, ut salva ea, & intemerata retineant. Sanè cum mero & mixto imperio

ni

nil quicquam commune habent jura Episcopalia; nec vigore jurisdictionis alicujus competunt, sed ex territorio & juribus territorialibus veniunt, neque ab alio possideri aut exerceri possunt, nisi quatenus quis habetur Status Imperii. Carpzov. in *Ip. Consistor. lib. 1. def. 3. n. 7.* Vicissim etiam ab jure patronatus multum differunt jura Episcopalia, uti notat Finkelthaus, *de jure patron. cap. 2. n. 19. seq.* Patronus enim praesentare tantum potest Ecclesiae ministrum, instituere eundem & removere non potest, neque facultatem aut potestatem habet in rebus Ecclesiasticis quicquam statuendi, etsi Ecclesiam aedificaverit ipse, aut dotem satis largam constituerit. Et igitur probe talia discernere oportet jura, ne Patrono plus tribuamus, quam ipsi revera competit, neve jura Episcopalia attenuentur nimis, & in abusum trahantur, cum ex his decerpere subinde nonnulla, sibi quae vindicare identidem soleant Vasalli, existimantes, jurisdictionem suam, quam investiti sunt, concisam nimis esse & coangustatam, nisi ad sacra etiam suas dilatet fimbrias.

IV. Hoc discrimine observato respondimus ad Consultationem **Sebald Ernst Henckelmanns** / mens. April. anno 1669. Hat der Fürst zu A. dem Herren Grafen

zu B. dero Herrschafft E. auff einen Wiederkauff überlassen / darbey aber etliche jura, und darunter die Geistlichkeit und Geistliche jurisdiction, außserhalb dem jure patronatus, und was demselben anhängig / so der Herr Graff B. alleine haben sol / Ihme reservirt, und es wil ich sowohl wegen des Kirchen-Gebets / als auch wegen der Kirchrechnungen / und anderer Gerechtigkeiten sich Zweifel ereignen / nach mehren Inhalt eures Berichts. Ob nun wohl der Fürst zu A. Ihme die Geistlichkeit und Geistliche jurisdiction ausgezogen; Dennoch aber und die weil der Herr Graff B. nicht allein das jus patronatus, sondern auch die hohen und niedern Gerichte in der Herrschafft E. durch den Wiederkauff überkommen / und durch eine löbliche Gewohnheit allenthalben eingeführet / auch billich ist / daß sowohl vor die Gerichts-Herren / als auch vor die Collatores das Kirchen-Gebet in specie eingerichtet wird / so mögen daher die Pfarrer in allen Kirchen der Herrschafft E. in dem allgemeinen Kirchen-Gebet nach Ihrer Fürstl. Durchl. A. und Dero Fürstlichen Hause / auch für dem Herrn Grafen B. und dessen Hause nahmentlich und aus-

drück

 temporalium auctis, evasis subitò fre-
 quentissimum. Et judicii forma,
 quantum non eadem erat cum veteri
 illâ, quæ de Ecclesiæ assensu omnia sta-
 tuebantur, eandem tamen retinuit
 sinceritatem. Unde Constantinus Imp-
 explorato hujus judicii in controver-
 sis terminandis fructu, quantumq̄
 posset vis religionis in capturis ac
 fraudibus actionum detegendis, quæ
 iudices deprehendere non poterant,
 legem sanxit, ut à sententiis Episco-
 porum provocatio non esset, easq̄ iudi-
 ces exsequerentur. Quia imò, licet
 coram iudice seculari pendente, qui-
 cunq̄ esset causa status, si alterutra
 pars, alter à licet oblucente, Episco-
 pum sibi iudicem deposceret, illic ad
 ejus cognitionem lis uti referretur.
 (Extat hæc constitutio in Codice
 Theodosiano, lib XVI. tit. 12. & re-
 petiit eam Carolus M. capitulo 28.
 libri sexti, apud Benedictum Levi-
 tam. Vid. de eâ Seldenus, de Synedr.
 l. 1. c. 10. Sed eam supposititiam &
 à plano quodam confictam, & prin-
 cipius juris prorsus adversam esse, &

nucleatè ostendit Jacobus Gothofredus, in *Cod. Theodosiano post lib. 10. in extravag. 1. de Episc. judic.*) Exiit de iudicium Episcopi capis esse forense, & cum Magistratum haberet sententia executorem, jurisdictionis Episcopalis, item audientia Episcopalis & similium titulorum nomina sibi vindicare. (Audientiam Episcopalem non esse jurisdictionem, sed iudicium tantum atqve notionem, ostendit Cujacius, in *parat. tit. C. de Episc. aud.* Joach. Steph. l. 4. de *jurisd. c. 2. n. 31.* Alberic. Gentil. de *nupt. p. 1. c. 14.* Hug. Grot. de *imp. summ. pot. circ. sacr. c. 9. n. 13.*) Etiam Valens Imp. forum illud ampliandum censuit anno 365. inspectione in precia rerum pro mercalium ei attributa. (Constitutio extat in l. 1. C. de *Episcop. aud.* Sed in Codice Theodosiano in l. 5. de *lustrali contat.* ubi eadem hæc constitutio cum aliâ & inscriptione & subscriptione invenitur, & plenius etiam refertur, ne verbulum quidem vel de Episcopali audientia vel de Episcopis habetur, quod bene observat Lud. Ruffardus) quæ forensis negotiatio bonis moderatisq; Antistitibus parum placebat. — — Episcoporum vero non nomine auctoritate, per Constantini Legem concessâ, ab uterque, eadem lex 70. post annis ab Arcadio & Honorio revocata, statutumq; ut religionis modo

causas dijudicarent, civiles autem non aliter, nisi de partium voluntate & consensu, simul declaratum, nullum illis forum deberi, (videtur intelligere, l. si qvi 8. C. de *Episc. aud.* sed quæ ipsa anno mox sequente denuo correctâ, & magis restricta fuit per l. 1. C. Theodof. de *Relig. lib. XVI. tit. 11.*) Quæ quidem Lex, cum Roma propter summam Episcopi potestatem parum attendere, Valentinianus, anno 452. in eâ ipsâ Urbe degens, legem restauravit & executioni curavit mandandam. (Extat hæc constitutio inter novellas Valentiniani, tit. 12. ad calcem Codicis Theodosiani) Verum à Principibus insequentibus potestatis antea adeptæ bona pars reddita, Justiniano etiam forum stabiliente, & audientiam, usq; una cum causis religionis delicta Clericorum Ecclesiastica, & in Laicos varias jurisdictiones spontaneas assignante. His gradibus, quæ charitatis intuitu à Christo primam institutionem correctio, in dominationem vertis, &c. Postea ostendit, quantum aucta fuerit autoritas fori Episcopalis, postquam Episcopi inter consiliarios Principis fuissent acciti. Nondum annis biscentum, inquit porro, prescrierant, cum omne iudicium criminale & civile in clarum sibi arrogabant, & in Laicos plerisque in rebus, causam esse Ecclesiasticam obcedentes.

tes. Deinde forum mixtum commi-
niscuntur, quo contra Laicum agere
possit tam Episcopus, quam Magistratus, utercunq; actionem prior inten-
tarit: (Videri possunt Dd. ad c. 8. X. de for. comp. Ant. Perez. Cod. de crim. sacrileg. n. 6.) cujus fori intuitu, ad rem suam attentissimi, nullum seculari locum relinquentes, in omnes tanquam sui juris involant. Si quis autem hanc tendiculum effugiat, neq; ea capiatur, restat unicus adhuc ad eos comprehendendos laqueus, nempe Regula generalis pro fidei fundamento tradita, omnem causam ad forum Ecclesiasticum devolvi, si Magistratus vel jus dicere nolit, vel in jure dicendo segnior sit. — — — Ed. tandem ventum est, ut affirmant, Episcopum habere eam judicandi potestatem, qua tam late patet ac diffunditur, neq; concessione, neq; conniventia Principum, neq; voluntate populi, neq; inveterata consuetudine, (in antiqua decretali, quæ extat in 2. compil. c. 4. dixerat Lucius III consuetudine esse introductum, ut sacrilegi etiam ab Ecclesiastico judice puniri possint. Id vocabulum consuetudine omisit Gregorius IX. c. 8. X. de for. comp. ne per consuetudinem usurpatio injusta argueretur) sed Episcopi dignitati penitus insitam esse essentialem, atq; ab ipso Christo donatam. (Exemptionem Clericorum in tempo-

poralibus non esse ex jure divino, sed humano & pontificio, tali tamen, cui nemo Principum contravenire queat, tenet Didac. Covarruv. qvæst. pract. c. 31. dissentientibus licet, quos refert ipse, suæ sectæ permultis. Add. Joli. del Castillo, part. 2. controver. qvot. c. 5. n. 29.) Et quoniam multa extent Leges Imperatorum in Codicibus, Theodosiano & Justiniano, in capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii, aliisq; Principum insequentium, tam orientalium, quam occidentalium, ex quibus clarum est, ad quem modum, quando & à quo ea potestas fuerit concessa, historiaq; omnes Ecclesiastica & profana in iisdem concessionibus narrandis & consuetudinibus consentiant, additis simul earum causis & rationibus; manifesta tamen hac veritas nondum adeò prevalere potuit, ut non soli in contrarium assertioni, nullis probationibus nixa succubuerit, jurisq; Canonici Doctores illos pro hereticis habendos publice declararint, qui se ad instar cæcorum in foveam duci non patiuntur. Neq; his tantum se finibus continent, sed addunt, neq; Magistratum, neq; Principem ipsum posse immiscere se cuiquam earum causarum, quæ Cleri sunt propria, cum spirituales sint, quarum Laici omninò sunt incapaces, &c. In sequentibus ostendit, quomodo ab immensitate potestatis spi-

ritualis ventum paulatim fuerit ad tribunal temporale extruendum in medio status cujusque politici, & quomodo utrumque tandem imperium Episcopis ademptum sibi soli vendicaverit Pontifex Romanus. Hæc omnia Petrus Svavis admodum appositè & enucleatè, quem propter candorem & singularem rerum, quæ Tridenti peractæ sunt, peritiam magni semper fecit eruditorum natio. Conferantur insuper quæ habet Claudius Salmalius, *de fæn. trapez. p. 529. & de primat. pap. l. 1. c. 1. nec non in apparatu p. 298.* Walo Messalinus, *de Episc. & presb. c. 6.* Jacob. Guther. *de jure vet. pontif. l. 2. c. 1.* Paganin. Gaudent. *de vitâ Christianorum ante Constant. c. 56.* Hug. Grot. *de imp. summ. pot. circ. sacr. c. 9. n. 11. 12.* Selden. *de Synedr. l. 1. c. 10.* Simon à Grœnevvegen, *de LL. abrog. Cod. de SS. Eccles. p. 384.* Francisc. Duaren. *de sacr. Eccles. ministr. l. 1. c. 2. seq.* Bodin. *de Rep. l. 3. c. 3. n. 277.* Osvald. Hillig. *in Donell. enucl. l. 17. c. 10. lit. X.* Tiber. Decian. *l. 4. tr. crim. c. 9.*

IX. Seculo XII. plenissimam hanc Clericorum tam in civilibus, quam criminalibus exemptionem, Fridericus Cæsar, deceptus Pontificum insidiis, imperatoriâ autoritate noviter stabilivi t: *auth. statuimus C. de Episc. & Cler. & ex hoc maxima quotidiè*

accepit incrementa Tyrannis papalis, ita ut exemptio illa etiam ad eas personas deinceps extenderetur, quæ essent in familiâ Clericorum. Decian. *d. l. n. 47.* imò ad eorum quoque concubinas, quod etsi neget Decianus, *n. 56.* asserit tamen spurcissimus Papæ assentator Jac. Anton. Marta, *de juris d. p. 4. cent. 1. cas. 44.* Nullo verò Reip. bono per multa horum ita esse constituta docuit eventus, Episcopis in tyrannos propè degenerantibus, & dum alienis incumbunt curis, sui quod erat muneris negligentibus. Georg. Wicel. *in viâ reg. ad art. de potest. Eccles.* Quam impedita enim hæc fuerit jurisdictio, ipsa ejus amplitudo ostendit, eò quod non sui tantum ordinis hominibus, sed aliis etiam litigantibus in causis merè profanis jus dicere præsumperint. Plurimæ extant querelæ de iniquitate Episcoporum, eorumque Officialium, quod Laicorum causas contra fas & æquum ad forum suum pertrahere sint soliti, quas prolixè congestas reperire licet in gravaminibus Principum Germ. *n. 56. & seqq. usq. ad 73.*

X. In dictâ *auth. Statuimus C. de Episc. & Cler.* voluit Fridericus Imp. actorem, qui personam Ecclesiasticam in criminali quæstione vel civili ad iudicium seculare trahit, à jure suo cadere debere. Eandem pœnam

nam in genere illis, qui ad incompetens iudicium quemcunque reum trahunt, decretam aut statutam fuisse in *l. 5. C. de iurisdic. omn. jud.* putant quamplurimi. Sed enim, quod constitutionem hanc in *l. 5.* attinet, alibi ostendo, restringendam eam esse ad istum casum, quando paganus, sive *ἀπάριστος* ad iudicium militare vocatur, nec adeo generaliter & promiscue ad quavis fora incompetentia extendi debere. Clara magis & perspicua est constitutio Friderici, qui clericum in quacunque causa noluit ab alio, quam a suo iudice audiri, sub poena amissionis causae, si quis actor diversum quid attulerit. Sed quæsitum hic ex facto memini, num secundum hanc authenticam pronunciarum adhuc debeat in iudiciis protestantium. Sanè optârunt jamdiu Status Imperii seculares in gravaminibus suis, Norimbergæ anno MDXXII. oblati, *sub num. 24.* ut hæc abrogata esset authentica; hanc enim ab illis perstringi, notat Fridericus Hortleder, *l. 1. c. 1. n. 55. 56. Conf. eund. cap. 35. n. 85.* Et proinde cum hæc de re sententia nostra requisita fuisset, quandoquidem ipsa etiam poena gravior videretur, quam ut proportionata dici posset, si quod subesser, delicto, ut scilicet illico jure suo excideret, qui ad forum incompetens Clericum

traxerit, maluimus nos ab Imperatoris sententiâ divortium facere.

Et in hunc igitur modum respondimus an *N. N. zu H.* mens. August. 1663. *Seynd in der Stadt H. zwo unterschiedene* jurisdictiones, da jedes sein eigen absonderlich Judicium, so wohl in Bürgerlichen Sachen/ als auch in peinlichen/ als das Thum-Capitul über die Thumherren/Vicarien, und deren angehörige Diener/ und wesentlich Haußgesinde/ der Rath aber über ihre Bürger/ und angehörige Einwohner hat. Und es haben sich beyderseits in einen Vertrag/ daß keiner dem andern in seiner jurisdiction hindern oder beeinträchtigen/ sondern friedlich darbey lassen solle dergestalt verpflichtet / das daß Thum-Capitul auf dem Fall/ so jemand von Bürgern / oder Einwohnern der Stadt H. einen oder mehr ihres Mittels Thumherrn / oder Vicarien oder ihre Diener/ und Haußgesinde mit Recht anlangen würde/ daß dem / oder denen gebühlich unverzüglich Recht/ durch das Thum-Capitul mitgetheilet werden sollte / dahero denn die Frage entstehet/ wenn ein Bürger oder Einwohner der Stadt wegen einer Schuldforderung einen Canonicum oder Vicarium, so wohl dem

dem angezogenen Vertrage / als
sonst dem Recht zuwider / mit
gänzlichlicher Vorbeygehung des
Ehüm. Capituls für die Stadtge-
richte ziehen / dahin citiren / und
vorladen lassen würde / ob der
Kläger sich dadurch seiner Schuld-
forderung verlustig mache? nach
mehren Inhalts Eures Berichtes.

Wenn nun gleich vermöge der
angezogenen Verträge / und son-
sten ein Canonicus oder Vicarius
vor dem weltlichen Richter nicht
gezogen / noch daselbst belanget
werden kan / sondern derjenige
Kläger / so sich dessen unterfähet /
eiglicher Rechts-Lehrer Meinung
nach / der Sachen verlustig wird.
Dennoch aber / und dieweil einen
Canonicum, so vor dem weltlichen
Richter gezogen wird / die præscri-
ptionem fori competentis fürzu-
schützen stehet / und er sich durch
Anführung derselben von dessel-
ben Jurisdiction gnugsam entbre-
chen kan / über dieses die von euch
angezogenen Jura, insonderheit die
Authentica, statuimus. C. de Episco-
pis & Clericis bey denen Evange-
lischen Ständen nicht Recipiret /
noch in Observantz seynd / So er-
scheinet darauß allenthalben so
viel / das derjenige Kläger / so einem
Cononicum vor dem weltlichen
Richter belanget / und dahin citi-

ren lasse / sich der Hauptsache nicht
verlustig mache / B. R. W.

XI. Illud verò malorum inde re-
sultantium omnium est maximum,
quod Episcopis ita velificando Prin-
cipes suam ipsorum auctoritatem
paulatim perdidierint, & regendæ
Reip. sese fecerint quasi impares. Sta-
bilità enim hoc modo Monarchià
papali, quam ab Hildebrandi usque
ætate apertè professà fuit sedes Ro-
mana, aliud restabat nihil, nisi ut ipsi
quoque Principes ab hac sede judi-
carentur, & pro arbitrio ejus sceptrum
tenerent. Neque res caruit successu.
Secuta enim mox praxis in dejicien-
dis, & exauctorandis Regibus atque
Principibus, quam inverecundo ore
probarunt hactenus, & ceu fidei ar-
ticulum propugnarunt Romanæ
culinæ *Ἰεραρχία*, Raimundus de Pen-
naforti, Henricus Ostiensis, Tho-
mas Stapletonus, Franciscus Svarez,
Antonius Sanctarellus, Emanuel Sa-
Martinus Becanus, Wilhelmus Sin-
gletonus, & quis non? ut mirum sit
connivere tamdiu & tam patientes
esse potuisse Principes in tolerando
feditioso hoc dogmate. Quantò ve-
rò feliciores sunt nostri hodiè Reges
& Status Evangelici, qui pristinum
sibi tum in Clericos, tum in univer-
sos subditos imperium masculè asse-
runt, & omnibus papalibus af-
tentatis feliciter restiterunt, atque sic

projecta omni tùm Pontificis Romani, tùm dependente ab hoc Episcoporum in se & suos jurisdictione, Kemp. suam maximo & inevitabili periculo liberarunt. Vid. Robert. Abbot. *de suprem. potest. reg. praelect.* 3. & 4.

XII. Nec tamen impietatis propterea, aut alicujus in Ecclesiam Dei iniquitatis arguendi sunt. Ut maxime enim imperio suo exemptos prorsus Ministros Ecclesiae noluerint, singulare tamen ipsis, quod supra exposui, in territoriis suis constituerunt forum, ne scil. de jure eo-

rum quicquam remitteretur, nec personis Ecclesiasticis implicare se negociis secularibus permetteretur. Quin & aliàs multis eos ornarunt privilegiis, ut quod ab oneribus personalibus liberos eos esse voluerint, quod immunes eos tributis & vestigalibus fecerint, & quae sunt alia, quae omnia exponere prolixum nimis esset, & fortè etiam supervacaneum. Vid. *l. placet. s. C. de SS. Eccles. l. 33. §. 7. C. de Episc. & Cl. Joh. Parlador. l. 1. rer. quot. c. 3. §. 1. Azar. Sturz. disc. de Relig. un. tb.* 7. 8.

CAPUT XX.

De

Jure Principis circa Bona Ecclesiastica.

SUMMARIA.

Ex egenâ primitivâ Ecclesiâ luxuriosi prodierunt Antisites. 1.

Qui potentiores semper evaserunt. 2.

Ut autem Bona Ecclesiastica debito modo administrantur, Princeps provideat. 3.

Deprimis ne quae eorum alienentur. 4.

Dist. justa alienationis causa ad sit. 4.

Quid de questione illi habendum: Num Legatum ad pias causas, deficiente causâ & usu, ad quod relictum est, verti possit in usus profanos? 5.

Responsum Wittenbergensum. 6.

Ad bona Bona Ecclesia administranda constituti olim fuere certi Oeconomi, Defensores, & Advocati. 7.

L

PROPERAMUS ad quartum juris Regii caput, quod consistit in provisione, ut bona Ecclesiastica debito modo administrantur. Fuit enim

verò pristina Ecclesiae Christianae facies haec, ut in pietate magis quam in divitiis ejus consisteret splendor, Jacob. Ulser. Armachan. *de Christian. Eccl.*

Eccl. success. & stat. c. 1. n. 19. & ex hinc toto die Christianis paupertas, quam sponse nonnunquam amplectebantur, objecta. Minut. Felix, in *Octav. p. 26. & 82.* Nec dubito, legem *8. C. de hered. inst.* quæ Diocletiani & Maximiani est, æquæ ad Ecclesiam pertinuisse, atque ad aliud Collegium nullo speciali privilegio subnixum. Sed quamprimùm per Constantini Imp. conversionem liberiore aurâ frui ea cœpit, illicò tum ex ipsius Imperatoris, tum aliorum liberalitate, Lege accedente & confirmante, *l. 1. C. de SS. Eccles.* proprias suas habere cœpit opes, easque aliquandiu summâ cum laude tenuit & administravit. Cum verò indies eas magis magisque augetet, & in immentum cumularet, factum est tandem, ut potentiâ, quod Hieronymus conqueritur, & divitiis major, sed virtutibus minor existeret. Add. Jac. Usser., *d. l. n. 22. seqq.* Nec defuere inter Clericos, qui Religionis prætextu hereditates captarent, & vulturum instar bonis aliorum inhierent, quibus ipsis Imperatoriâ constitutione, *l. 27. G. Theod. de Episc. Eccl. & Cler.* obviare necesse fuit, ut taceam jam clericos usurarios, fœneratores, negotiatores, & ejusmodi turpilucricupidos alios, quos pristinâ jamdiu notavit & acriter reprehendit Ecclesia. Vid. quæ in hanc

rem collegit Claudius Espencæus, *Theol. Paris. l. 2. digres. c. 15.*

II. Quin amplificatis Ecclesiæ bonis, eò tandem eventum est, ut ipsis Principibus formidabiles & suspecti evaderent Antistites, quippe qui turgidi jam & inflati non charitatè amplius, sed imperiis & potentiâ certare inciperent. *Ecce pauper remansit fiscus noster*, inquit Hildericus, Rex Francorum, *ecce divitiæ nostræ ad Ecclesias sunt translata: nulli penitus, nisi soli Episcopi regnant: perit honor noster & translatus est ad Episcopos civitatum*, apud Gregor. Turonens. *l. 6. hist. Franc. c. ult. & Lehman. l. 2. c. 35.* Adde insignem hæc de re querelam Johannis Petri de Ferrariis, in *pract. Papiens. tit. 4. gloss. 7. n. 13. & gloss. 20. n. 33. & tit. 30. gloss. 7. n. 1. 2. 3.* & confer de hyperbolicâ hæc potestate Episcopali interpolata veterum scripta emendantem Jacob. Usserium, Archi-Episc. Armachan. *not. ad Ignat. Epist. c. 10.* Exhinc verò Gallis, Britannis, Venetis leges aliquando lata, quibus prædiâ & bona immobilia Ecclesiæ, aut ordini Ecclesiastico dare & elargiri prohibitum. Bodin. *de Rep. l. 5. c. 2. pag. m. 829.* Goldast. *tom. 3. de monarch. Hornbeck, Exam. Bull. pap. n. 11. p. 58.* Rheinkingk, *de regim. sec. & Eccl. l. 3. ch. 1. c. 8. n. 7. seq.* Azar. Sturz., *disc. de unâ Relig. tb. 6. de quarum*

justitià vid. Gail. 2. *obf.* 32. Forner. 1. c. 28.

III. Quoniam verò ejusmodi talia propter excessum, & nimium bonorum Ecclesiasticorum abusum, salubriter constitui possint, nequaquam tamen ad extremam propterea paupertatem Ecclesia est redigenda, sed omninò provideri debet, ut habeat ea, unde honestè sustentari & conservari possit. Ex quo enim bona Ecclesiastica ad nutriendos Clericos, & conservationem cultûs divini destinata sunt, admittendum non est, ut ea sine urgente causâ distrahantur, & salaria Ministrorum Ecclesiæ diminuantur, quandoquidem digni sunt illi, qui altari inserviunt, ut de altari victum sumant, 1. *Cor.* IX, 13. Ut autem abusus omnis tollatur, cura horum bonorum & eorum administratio Principibus incumbit, quippe qui nutritii sunt Ecclesiæ, constituti ad muros ejus ædificandos, & ad restaurandas templi ruinas, quique felicitatem suam ex eo maximè habent, quando Ecclesiis esse licet felicibus. Falsum enim est, bona Ecclesiæ data, aut relicta in manum mortuam seu Ecclesiasticam jurisdictionem ita transire, ut à superioritate Principis prorsus eximantur, quod post Petrum Peckium, de *amortizat.* c. 10. vult Antonius Perez, C. de *SS. Eccl.* n. 11. Aliud ostendit, l. 14. C. de

SS. Eccles. l. 23. *cod. Nov.* 7. *Nov.* 120. & aliarum Imperatorum constitutiones plures. Add. Simon à Grœnevvegen, de *LL. abrog.* p. 384.

IV. In primis verò hoc assidue caveat Princeps, ut ne alienentur, minuantur, aut in alios usûs vertantur bona Ecclesiæ. Quod enim semel Deo dicatum est, ad usûs humanos ulterius transferendum non est, c. 51, de *R.* 7. in 6. c. nulli 5. X. de *reb. Eccl.* al. l. 14. C. de *SS. Eccles.* Francisc. Card. Mantica, *Lucubr. Vatican.* l. 25. tit. 6. Et solebant aliquando, qui fortunas suas Ecclesiis destinabant, diras adjicere execrationes in eos, qui aliorum vertere vota hæc præsumerent, quales ex Psalmo CIX, Testamento alicui additas, multo cum horrore me legisse memini. Add. Joh. Selden. de *Synedr.* l. 1. c. 13. p. 514. Non autem procedit regulà dicta, si justa adsit alienationis causâ. Tùm enim inhibitionem alienationis gravem esse Ecclesiæ, quis non videt? Et tùm nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate Ecclesiarum constituta sunt, ea nos duriore interpretatione contra ipsarum commodum producamus ad severitatem, l. 25. ff. de *LL.* l. 6. C. *cod.* Justam verò alienationis causam facit (1.) necessitasurgens, Ecclesiâ ære alieno gravatâ, & instantibus Creditoribus, C.

C. sicut 12. q. 2. a. b. hoc jus C. de SS. Eccles. (2.) pietas in fratres Christianos captivos, quando illi redimi ab hostibus aliter non possunt, l. 21. C. de SS. Eccles. add. *Franzk. 2. resol. 7. n. 50. 51. (3.)* præfens aliqua incommoditas, quando e. g. bona sunt in loco aliquo remotiore, ita ut damnosa magis, quam utilia Ecclesiæ existant, c. *terrulas 12. q. 2.* Et si quæ fortè causæ occurrere possunt aliæ. Sed quæ tamen ipsæ in cognitionem Principis, aut constituti ab hoc Magistratibus Ecclesiastici perferri debent, ut Decretum ejus & consensus haberi possit, cum deficiente vel causâ, vel cognitione, vel decreto tali ipso jure, nulla habeatur alienatio, & in hisce solennitatibus alienationis substantia consistat. Joh. del Castillo, *de Usufr. c. 54. n. 8. seqq.* Dn. Carpzov. *jurispr. Consist. l. 2. def. 300. 301. 302.* 303. Simon à Grœnevvegen, *de LL. abrog. p. 386.* Francisc. Duarenus, *de SS. Eccles. benef. l. 7. c. 9.*

V. Patet hinc, quid sentiendum de quæstione illa: num legatum ad pias causas deficiente causâ & usu, ad quem relictum est, verti possit in usus profanos? Veluti, si quis Missæ cantandæ quid destinaverit, quam in suis Ecclesiis non admittunt Orthodoxi, aut si quis donaverit aliquam rem personæ Martyris, Prophetæ vel Angeli, ut ipsi Oratorium ædificetur

apud eos, qui sanctorum invocationem inter cultus habent idololatrias, num concidet legatum, an verò aliorum id convertendum erit? Et respondet in simili casu Modestinus Jctus, iniquum esse, hanc quantitatem, quam ita defunctus destinavit, lucro heredum cedere: igitur adhibitis heredibus dispiciendum esse, in quam rem verti debeat fidei commissum, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur, l. 16. ff. *de usu & usufr. leg.* Sic igitur, si quis in testamento aliquid in prohibitos usus reliquerit, non omninò corrui legatum, sed ex benignâ interpretatione sustentatur, & relictum in similes, sed licitos usus cõvertendum est. Add. l. 4. ff. *de administr. rer. ad civ. pert.* Joh. Hornbeck, *in exam. bull. Innocentii X. pag. 67. seq. 131. seq.* Finckelthaus, *obs. 97.* Sim. à Grœnevvegen, *de leg. abrog. ad l. 15. C. de SS. Eccles. Dn. Carpzov. p. 3. const. 13. def. 27.*

VI. Veluti ita in casu simili responderunt Wittebergenses an M. Isaac Thilo, *der Preussischen Nation Seniore in Leipzig/* mens. Jul. anno 1670. hat hievor M. Lucas David, *nachdem er aus dem Papstthum in die seligmachende Lutherische Religion getreten/ ein Testament gemacht/ und in demselben ein ansehliches Capital zu Stipendiis vor*

vor Studiosos Lutherischer Religion ausgelegt/ dergestalt und also/ daß vor allen andern seine Studirenden/ Freunde/ und wenn deren keiner vorhanden/ die Kinder und Einzölinge der Stadt A. dazzu gelassen werden/ da aber auch dieser keiner vorhanden/ als denn das Stipendium, biß einer von Befreunden oder A. Kindern sich finden würde leer stehen solte. Und es ist von des Testatoris Freunden nunmehr eine lange Zeit keiner/ so studiret/ vorhanden gewesen/ es ist auch die Stadt A. von vielen Jahren her/ und noch anitz/ als eine Bischoffliche Capitular-Stadt ganz Pöpstlich/ daß also aus derselben keine Studioli Lutherischer Religion/ so dieses Stipendii fehg werden könten/ zu hoffen sind/ &c. Wenn nun gleich der Testator in Ermangelung seiner Befreunden/ usf der A. Stadt-Kinder/ ausdrücklich verordnet/ daß die Stipendia so lange/ biß sich dieselben wieder anfinden möchten/ leer stehen solten. Dennoch aber und dieweil er in ermelten seinem Testamente fürnehmlich diese intention gehabt/ daß durch Stiftung solcher Stipendien Gottes Ehre und des Vaterlandes/ Dienst/ Ruhm und Nutzen befördert werden möchte/ darbey auch

ausdrücklich verordnet/ daß derselben kein Studiosus feherischer/ oder ionst verführischer/ Pöpstischer Schwärmeren/ widertäuffischer/ Arrianischer/ Sacramentirischer/ Psiandrischer/ Synnergistischer/ Interimistischer/ Majoristischer/ Irthümer oder anderer dergleichen/ so wider die reine Lehre Christi streiten/ zugethan/ genieffen solte/ und nach dem die Stadt A. ganz Pöpstisch worden/ nicht wol zu hoffen/ daß derselben Stadt-Kinder die Pöpstische Religion verlassen dörrften/ gleichwol/ aber die Stipendia bey solchen Zustande in infinitum leer stehen zu lassen/ der Fürnehmsten intention des Testatoris, so da ist die Beförderung der Ehre Gottes/ zuwider ist/ So sind die Patroni dieser Stiftung auf den fall/ daß keine von des Testatoris Befreunden/ auch keine A. Stadt-Kinder/ so der reinen Lutherischen Religion zugethan/ vorhanden/ diese Stipendia andern Lutherischen Studiosis, so aus selbigen Lande geböhren/ zu conferiren wohl befugt/ V. X. W.

VII. In veteri Ecclesiâ ad bonaejusmodi administranda & conservanda constituti fuerunt certi Oeconomi, Defensores & Advocati, quos quidem omnes pro iisdem habent

bent nonnulli, ita ut eadem persona, tali muneri præfecta, alibi Advocatus, alibi Oeconomus & Defensor Ecclesiæ appelletur, sed meo iudicio minus accuratè, aut saltem non satis perspectè. Sanè distincta fuisse officia Oeconomi, & Defensoris arguit *l. 33. §. 4. C. de Episc. & Cler.* ubi Oeconomus Defensoris fidei committitur, & hoc ipsum, ut videtur, novè, cum tempore Marciani Imp. propriæ suæ fidei commissus fuisset, *l. 25. C. eod. ex quo obiter confirmor, recentius esse officium Defensoris, quàm Oeconomi.* Hujus quippe jam tum meminit Consilium Gangrense, *c. 7. & 8.* cum illius prima, nisi valdè fallor, mentio fiat deum in *c. 9. Concilii Carthaginensis V.* Deindè in *l. 6. §. f. C. de his, qui ad Eccles. conf.* Oeconomus & Defensori, in singulari numero enunciatis, subjungitur verbum plurale, quod itidem diversam utriusq; personam notat; & tandem in *d. c. 9. Concilii Carthaginensis V.* ut & *c. 16. Concilii Milevitani II.* Defensores ab Imperatoribus peti debere, concluditur, ad hoc sc., ut in iudiciis agant. Oeconomi verò ab ipsis Episcopis, aut his negligentibus, à Me-

tropolitanis constituebantur, *c. cum simus 9. q. 3.* non quidem ad iudicia, sed ad res Ecclesiasticas gubernandas, *l. 14. C. de Episc. & Cler.* Add. Claud. Espenæus, *digress. l. 1. p. m. 123.* Marc. Anton. de Dominis, *l. 9. de Rep. Eccles. c. 6.* Gvilielm. Bevereg. *ad c. 26. Concil. Chalcedon.* Quod Advocatos Ecclesiarum attinet, invenio, tempore Caroli M. habuisse eos aliquam judicandi potestatem, de bonis tum Ecclesiasticis, tum Clericorum propriis, neq; fuisse eos electos ex Clero, uti de Oeconomis olim constituit Synodus Chalcedonensis, Hispalensis II. & Toletana IV. *c. quoniam & c. in nona 16. q. 7.* sed datos singulariter à Regibus. Verùm hæc omnia majorem requirunt curam, quàm hic impendere liceat. Cui volupe fuerit, aut magis vacat, poterit hanc rem enucleatius exponere. Interim, quod in genere materiam hanc de bonis Ecclesiasticis attinet, ante omnes consuli poterit Gvilielmus Redoanus, Jctus haud vulgaris. De Advocatis autem, Martinus Magero à Schönberg, in erudito tractatu *de advocatiâ armatâ*, itemq;ve Autor **des historischen Berichts von den Reichs Vogteyen.**

CAPUT XXI.

De

Causis Mixtis, & Poenis Ecclesiasticis infligendis.

SUMMARIUM.

Quaedam causa modò ad Ecclesiasticum, modò ad seculare pertinent forum. 1.

Quò spectat causa alimentorum, quæ maritus debet uxori. 2.

Responsum Wittenbergensium. 2.

Absolutio à Juramento, & relaxatio, ad Judicium etiam seculare pertinet. 3.

Quam Pontificii foro tantùm Ecclesiastico tribuunt. 3.

Ad Consistoria Ecclesiastica pertinet etiam Cognitio de faciendâ Excommunicatione. 4.

I.

Quintum caput juris regendi Ecclesiam diximus consistere in eo, ut illæ quoque causæ, quæ ex utroque jure tam divino, quam civili mixtæ esse videntur, legitimè decendantur & dijudicentur. Dantur enim tales quædam causæ, quæ pro intentione agentis modò ad Ecclesiasticum, modò ad seculare deferri debent forum, & ut hinc utrinque sui constant limites, Majestatis est providere. Pertinent hinc cognitiones de crimine adulterii, de matrimonio, de usuris, de decimis, & si quæ funeraliæ, quas omnes prolixius hinc exponere nostrum non fert institutum. Vid. Gail. l. 1. Obs. 38. Carpzov. in Jurispr. l. 3. t. 1. def. 2. Dav. Mevius, jur. Lubecens. l. 1. tit. 4. n. 27. seq.

II. Et sic etiam causâ alimentorum, quæ maritus debet Uxori, in utroque foro tractari potest. Quando

enim propter inimicitias, aut tribuscula, hinc inde inter Cõjuges exorta, in judicio Ecclesiastico disceptatur, dubium non est causam alimentorum, quæ incidit quandoquæ, connexam esse, & hæc, si denegentur interim, dum causæ cognitio pendet, discerni ab eodem judice posse nemo forte ambigit. Sed tamen, etiamsi causa principalis coram Ecclesiastico judice pendeat, licebit nihilominus interim alimenta etiam coram judice seculari petere, Matth. de Afflict. decis. 152. Mart. Coler. de alim. lib. 3. c. 7. n. 19. Atque ita respondit Collegium Jurid. Wittebergense an Friedrich Gramern / mens. April. 1670. habt ihr wider eurer Eheweib im Geistlichen Consistorio Klage angestellt / und es hat selbige den Tag / als Ihr die citation insinuiert worden / sich aus euren Hause heimlich darvon / und nach Berlin begeben.

begeben / auch neben dem Rinde eines und das andere mit sich hinweggenommen. Als sie nun hierauff bey dem Weltlichen Richter durch ein Schreiben von euch die alimenta und sumptus litis begehrt / und Ihr exceptionem connexitatis causæ, & fori incompetentis vorgeschützt / send Ihr durch ein eingeholtes Urtheil/die begehrten alimenta und sumptus litis zuerlegē/ condemnirt worden / darwider Ihr Leute- rung eingewendet / und verhoffet bey erörterung derselben eine reformatoriam zu erlangen / ic. Wenn Ihr nun gleich vermen- net / daß wegen angeführter ex- ception, und da Ihr diese Sache an das Geistliche Gerichte / wo Ihr die Klage angestellet / zu ver- weisen gebeten / definitivè nicht gesprochen werden können / son- dern / daß zuörderst über der ex- ception erkannt werden sollen / Dennoch aber und dieweil Ihr euch zugleich in meritis eingelaf- sen / und warumb Ihr eurer Ehe-Frauen die alimenta zu rei- chen nicht schuldig weret / deut- lich angeführet / und dergleichen Sachen eine geschwinde expedi- tion erfordern / auch die Welt- liche Obrigkeit / ungeachtet die

Hauptsache bey dem Geistlichen Consistorio anhängig / von den alimenten zu cognosciren wohl befugt gewesen. So hat auch/ der vorgeschützten exception un- geachtet / definitivè gar wohl er- kannt werden können / W. R. W.

III. Absolutionem à juramento, & relaxationem ejus, ad iudicium, & forum Ecclesiasticum pertinere, neque hic ullam iudici seculari potestatem competere, constans est Canonistarum sententia. Dd. *ad c. venerabilem X. de elect. c. etsi Chri- stus, de iurejur. & c. fin. de for. comp. in 6.* Petrus Anton, de Petra, *de potest. Princip. c. 20. n. 1.* Camill. Borell. *tom. 1. decis. 61. n. 17.* Matth. de Afflic- tis, *decis. 24. n. 9.* Joh. Aloyf. Ricci- us, *decis. 1419.* Et vulgaris hæc est in foro Pontificio doctrina, ex spiri- tualitate juramenti deducta, posse de omnibus contractibus juratis La- icum coram iudice Ecclesiastico conveniri, præeunte Innocentio III. *in c. 13. X. de iudic. Franc. in c. quama- vis n. 3. de pact. in 6.* Felin. *in c. cum sit, X. de for. comp.* sed quæ valde ex- agitata fuit ab statibus Imperii in Comitibus Noribergensibus, anno M D XXII. inter gravamina Ora- tori Pontificio exhibita, *sub num. 64.* Displicuit etiam, & abrogata ea est

in Sabaudia judicium, notante Antonio Fabro, *Cod. lib. 3. tit. 7. def. 17. in fin.* Neque procedit ea in Romano Imperio, quandoquidem in judicio Camerae Imperialis ipsa relaxatio juramenti ad effectum agendi toto die practicatur, eaque potestas manifestè Assessoribus illustribus istius judicii concessa est in *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 24. Andr. Gail. lib. 1. Obs. 25. & ibi Bernh. Greven.* In Electoratu Saxoniae Principis hoc reservatum est, uti patet ex *part. 2. constitut. 36.* ad quam videri possunt Daniel Mollerus & Benedictus Carpzovius. Add. Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 44.* Et memini ego, in judicio Appellationis supremo relaxationem hanc factam, & desuper sententiam conceptam, atque pronunciatam fuisse in caus. **Christian Michel Hausen / c. Die Rentkammer zu S.**

IV. Cognitio etiam de injungendis poenis Ecclesiasticis, & imprimis de faciendâ excommunicatione, ad Consistoria pertinet Ecclesiastica, adeoque Principis est per constituta hæc judicia dispicere, ne tyrannus aliqua in Ecclesia nascatur, neve cuiquam injuria fiat. Potestas quidem clavium juris divini est, & Ministris tantum Ecclesiae commissa, non potestatibus civilibus; sed cum etiam per illas injuria ali-

is fieri possit, certum est, summæ potestatis jurisdictionem pro re nata huc quoque extendi. Non enim ea tantum, quæ à Summæ potestatis imperio proficiuntur, sed omnes omnino actiones externæ, moralis bonitatis ac vitii capaces, ad Summæ potestatis judicium vocantur, ut rectè monet Hug. Grotius, *de imp. summ. pot. circ. sac. c. 9. n. 22.* De excommunicatione verò clariùs patet, eam ad Principis cognitionem & arbitrium pertinere, saltem ratione modi & processus, quippe ex quo personæ etiam invitæ status inter suos mutatio legitima sequitur, & qui idcirco humani magis juris esse videtur Hug. Grot. *d. l. n. 10.* Selden. *de Synedr. vet. Hebr. l. 1. c. 10.* Vincentius Filliuccius, *T. 1. Moral. part. 2. tr. 11. c. 2. n. 24. seq.* Fr. Duaren. *de sacr. Eccl. ministr. & benef. l. 1. c. 3.* Theod. Rheinkingk, *de regim. sec. & Eccles. l. 3. class. 2: c. 2. n. 18. seqq.* (Aliàs enim, quoniam excommunicatio juris divini, & divinitus instituta sit, nemo nostrum ambigit, cum nihil sit aliud, quàm clavis ligas, quæ est *ὁράω τὴν κλειδίον, 1. Cor. 5, 4.* atque adeo actus potestatis Ecclesiasticæ internæ, quæ simpliciter est juris divini. Vid. *Math. 18, 17.*) Inde est, quod Justinianus expressâ lege excommunicandi modum circumscribit, atque Imperatoriâ auctori-

tori-

toritate temperat, *Nov. 123. c. 11.* & quod Leo Philosophus simile quid constituit, *l. 30. C. de Episcop.* quam tamen constitutionem, Justiniano quippe multis annis posteriorem, malè Justiniano Codici inferi, ostendit Selden. *d. l.* Ejusdem com- matis constitutiones plures in Gal-

lià, Hispanià, Britannià, Germa- nià, Hungarià, & tantùm non ubi- que ab Christianis potestatibus pro- diere, quarum magnam partem collectam exhibet Seldenus, ut non levis, sed ollis lippire videat- tur, qui id in tam clarà luce negare velit.

CAPUT XXII.

De

Jure tuendi & defendendi Ecclesiam.

SUMMARIA.

*Vim externam amoliri debet Princeps, atq; ita bellum etiam pro conservando Ecclesia-
statu gerere licet. 1.*

*Defensores Ecclesia in duplici erant differentiâ, illustres alii, & qui bello vim publicam
arcebant, alii, qui in judiciis assistebant. 2.*

Defensores judiciales quo tempore caperint? 3.

I.

Superest, ut paucissimis & unico tantùm verbo agamus de jure tu- endi & defendendi Ecclesiam, quod suprà ad jus patronatûs regium per- tinere diximus. Id verò semper vim aliquam præsupponit externam, quam ut amoliat Princeps, omni virium contentione anniti debet. Cumq; turbulento rerum statu plus roboris in armis gerat Majestas, etiã pro Ecclesiæ statu conservando Prin- cipi ad arma subditos suos vocare licet, quæ ita in hostes expedire non utilis tantùm est, sed etiam necessa- rium. Et huc pertinet totum jus bel- li, quod in Ecclesiastico ejusmodi

negocio ubiqve majorem præ se fert justitiam, & feliciorum deniqve pol- licetur eventum, quàm ubi susce- ptum fuerit bellum pro finibus Im- perii asferendis, pro injuriis vindi- candis, pro libertate, pro vicino ali- quo populo, & quæ existere possunt bellorum causæ aliæ. Sed cum spe- cialis de jure belli instituenda nobis aliquando sit *Διόνοψις*, nolumus nunc, quod illic dici oportet, hic antevertere. Vid. interim Antonius Faber, *de regend. Relig. l. 3. c. 4.*

II. Cum verò publica aliqua vis sit, aliqua privata, uti ex principiis juris notissimum est, sapè etiam in-

Yy 3

Junia

juriam sine vi inferatur, ne quid tale vel Ecclesiæ vel Ecclesiasticis personis contingat, omnibus modis cautum voluere Imperatores. Nempè si quâ potentiore defensione adversus eos, qui armatâ manu vim inferbant, opus esset, constituti fuerunt speciales Patroni, qui armis & manu militari insultantibus resisterent, & Ecclesias ab omni irruptione hostili defenderent. Höpping. *disfert. de jure protect. conclus. 41.* Martin. Mager. *de advoc. armat. c. 5. num. 109. seq.* ubi aliquot ejusmodi diplomata recenset, quibus defensio Ecclesiarum Ducibus & Comitibus comissa fuit. Quando verò vel vi aliqua privatâ, vel etiam sine vi injuria inferebatur, præstò tum erant Defensores alii, *Judices* dicti, qui res & jura Ecclesiarum, tam in judicio, quàm extra judicium, scriptis, legationibus, commendatitiis, interventionibus, & quibusvis aliis modis tuebantur, & ut salva essent omnia, operam dabant. Multis modis autem differebant hi à prioribus illis protectoribus potentioribus, etsi utriusque ab Imperatoribus primum petiti fuerint. Illi namque vi, quæ manu fiebat, bellicâ & cruentâ; hi verò ex jure manum consertam vi civili atque festucariâ agebant, & injurias propulabant; atque adeò illi personæ illustres erant, & geren-

dis bellis idonei, hi verò in togâ tantum conspicui, & rebus in judicio agendis apti.

III. Ultimi hi cœperunt incunte seculo quinto ad instantiam Episcoporum Carthaginiensium, qui anno CCCCVII. in Concilio Africano V. in hoc consenserunt decretum: *Placuit etiam, ut petant ex nomine provinciarum omnium Legati perrecturi Vincentius & Fortunianus à gloriosissimis Imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum provinciarum eadem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negociis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaverit, vel ad obstandum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicium Secretaria.* Canon hic est in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ nonagesimus septimus. In eandem sententiam conceptus legitur canon Concilii Milevitani decimus sextus. *Scholastici vocantur defensores, usitato eo tempore vocabulo, quo Scholastici simpliciter pro advocatis dicebantur.* Augustinus *tr. 7. in Job. Qui habent causam, & volunt supplicare Imperatori, quarunt aliquem Scholasticum jurisperitum, à quo sibi preces componantur, &c.* De Advocatis etiam

etiam intelligendum, quod dicitur in l. 2. C. Theod. de concuss. Advoc. Præter solemnes & Canonicas pensiones multa à provincialibus Afris indignissime postulatur ab officialibus & Scholasticis. Nec latet mansuetudinem nostram, sapissime Scholasticos, ultra modum acceptis honorariis, in defensione causarum omnium, & annonas & sumptus accipere consuesse. Et hoc modo canonem Africanum etiam accipit in commentar. Johannes Zonaras: Legatis mandant, ut ab Imperatoribus facultatem Defensores Scholasticos constitu-

endi petant, qui in eo videlicet occupati esse debeant, quorum illud sit studium, opus, ministerium, servitium, ut negocia defendant. Et quæ quidem ipsi poterunt, emergentia incommoda repellentes tuebuntur: reliqua ad secreta judiciorum referant, ibique exponant. Hanc Concilii Africani postulationem adprobavit Honorius Imperator, & constituit, ut Ecclesiarum atque Ecclesiasticorum privilegiorum Defensores essent, quos ex corpore Advocatorum Ecclesiastici arbitrato suo delegissent, l. 38. C. Theodos. de Episcop.

CAPUT XXIII.

De

Jure erigendi Academiæ, & Scholæ publicas.

SUMMARIA.

1. Cura Academiarum & Scholarum pertinet ad Principem.
2. Schola vocabulum variè sumitur.
3. Magistratus etiam possunt scholæ erigere, sed sub inspectione Principis.
4. Cura Academiarum solius Principis est.
5. Et est pars juris Patronatus Regii.
6. Hodie Academiæ propriam habent jurisdictionem, & certa privilegia.
7. Academiæ etiam dicuntur Universitates κατὰ ἔξοχην.
8. Jurisdictio, Academiis competens, non est uniusmodi, & sunt, quæ insuper merum habent imperium.
9. Principi in suo tantum territorio competit jus erigendi Academiæ.
10. Quid sentiendum de Academiis, à solo Pontifice Romano confirmatis?
11. Privilegia, à Pontifice concessa, subjacent imperio Principis, in cujus territorio Academiæ fixæ est.
12. Falsum est, oportere Academiæ à Pontifice Romano confirmari.
13. Falsum est, Academicos Clericorum ordini accensendos esse.
14. Rectorum habitus purpureus.

Academia utrum inter Collegia Ecclesiastica, an secularia referenda? n. Academiarum exemptio à jurisdictione Magistratus oppidani. ii.

L

AD Jura Episcopalia refertur etiam cura Scholarum trivialium & oppidanarum. Dn. Carpzov. *Jp. Consistor. l. 1. def. 9.* Etsi enim non Magistratibus tantum municipalibus inter cives suos, sed singulis etiam civibus domi suæ præceptorem constituere liceat liberis suis; quia tamen interest Reipublicæ non in fide tantum verà, sed etiam moribus civitati conformibus juventutem informari, circumscribenda est civibus ista libertas, & ultima atq; summa harum rerum cura vindicanda Majestati. Et hæc causa est, quòd Serenissimus Saxonix Elector, non eos tantum pædagogos, qui trivialibus scholis præficiuntur, sed alios etiam quosvis præceptores, qui privatim educandis instituendisq; pueris operam impendunt, Superintendententis vel Pastoris inspectioni subjecerit. Vid. *Ordinat. Eccles. sit. von Winkel-Schulen.* non ignarus, neglectam in civitatibus, atq; insuper habitam disciplinam irrecuperabili damno sui contemptum sole re ulcisci. Unde & privatas Scholas visitari debere rectè post alios concludit Joh. Baptista Costa, *de rat. Rat. qv. 89. n. 3.*

II. Variè quidem & frequenter in Jure nostro scholarum fit mentio, sed quæ cum his, de quibus nos agimus, commune habent omninò nihil. Ita legimus de scholâ Equitum & peditum, *l. 6. C. de advoc. divers. jud.* de scholâ Scriuariorum, *l. 9. C. Theod. de ann. civil.* de scholâ Palatinâ, *l. 13. §. 8. C. de judic.* de scholâ Silentiariorum, *l. 4. C. de silentiar.* de scholâ societatis sacrarum largitionum, *l. 13. C. de pal. sac. largi.* de scholâ domesticorum, *l. 3. C. ubi Senat.* de undecim scholis militum, *l. ult. C. de locat.* de aliis alibi. Ex quibus tamen illicò patet, scholam accipi pro ordine militantium, & aliorum, qui munere atqve officio aliquo, ad Principis ministerium pertinente, funguntur. Anton. Perez. *Cod. de privileg. scholar.* Marcell. Donat. *in Annian. Marcellin. l. 26.* Erant enim scholæ illæ vel militiæ castrensis, vel palatinæ. Jacob. Guth. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 14.* Et harum regimen qui Juribus Episcopalibus adnumerare vellent, aulæ & Ecclesiæ, quòd sit discrimen, se nondum satis nosse profiteretur. Sed nostræ illæ, de quibus nunc agimus, & quæ communiter hodiè ita dici solent,

solent, Scholæ, quin Episcopalem desiderent curam, dubitari amplius nequit, cum & aliâs piis causis & locis accenseantur. Nicol. Reufner. *l. 3. decis. 4.*

III. Utcunqve verò in ludis literariis & Gymnasiis instituendis aut conservandis Principis aliqua, nec minima versetur cura, saltem quòd juventutis benè educandæ & erudiendæ modum concernit; non prohibentur tamen vel Magistratûs municipales, vel etiam privati ex pio affectu scholas erigere, cum hoc propriè & directò ad Jura Majestatis non pertineat, quemadmodum & Ecclesias fundare eos posse, diximus suprâ. Vicissim verò ista talis, quam Magistratibus & privatis tribuimus, potestas, ita subjacet legi publicæ, ut non liceat vel Præceptores præficere, vel dogmata aut libros proponere, quos ut pietati & honestati adversos, aut Reipublicæ partim conformes exesse jusserit Majestas; adeoq; à primâ statim origine scholæ, à quocunqve fundata, incipit cura Episcopali & ipsius Principis subesse. Et ex hoc capite reprehenduntur haud immeritò Athenienses, quòd sine discrimine admiserint varias admodum, imò & noxias Philosophorum hæreses, easqve non à sese tantum invicem, sed etiam à religione receptâ, & legibus urbanis

quàm longissimè disidentes; qui, si uni alicui & meliori Philosophorum sectæ liberè docendi facultatem concessissent, rectius utiqve & juventuti & Reipub. suæ consuluisse, putantur. Vid. Aristot. *l. 8. Polit. c. 1.*

IV. Sublimior adhuc & specialior cura Principis est circa Academiâs, quippe quas sub iis qualitatibus, quibus hodiè visuntur, erigere præter Principem potest nemo. Et hinc est, quòd Jus Patronatûs Ecclesiasticum distingvatur, quòd sit vel Ecclesiasticum in specie vel Academiârum. Finkelthaus, *de jur. patronat. c. 3. n. 4.* Et utiqve magna est inter Patronos Ecclesiarum & Patronos Academiârum differentia. Illi enim possunt esse homines tam publicâ & regiâ autoritate præditi, quâ privati. Hi autem non nisi Principes, & qui Majestate pollent. Ernest. Cothmann. *respons. Academ. 1. n. 8. Œ 377.* Limn. *l. 8. jur. publ. c. 1. n. 31. seq. Œ 36.* illi, quâ tales in Clericis ejusq; familiam nullum habent Jus, nullam Jurisdictionem, *c. filio. 16. q. 7. c. 1. X. de for. comp. c. consuluit X. de jur. patron.* Hi verò in ipsum corpus Academicum & singula ipsius membra summum habent, & Jurè merito sibi vendicant imperium. Ut adeo Jus Patronatûs Academiârum, non tam specics sit Juris Patronatûs in genere, ita dicti, quàm Juris

Patronatus Regii. Conf. Matth. Stephan. *discurs. Academ. 8. n. 15.*

V. Notanter autem dixi de Academiis, *quales hodiè visuntur.* Cum enim nulla hodiè earum inter Europæos inveniatur, quæ non proprium habeat Magistratum Academicum, propriamque jurisdictionem, cumque omnes certis civium suorum immunitatibus gaudeant, & insuper singulares dignitatum & honorum titulos conferre valeant, quibus omnibus nunc potissimum Academia censetur, non poterunt sanè ab alio ista proficisci, quàm ab eo, qui *in eis* habet, & concedendi facultatem. Et hunc suum statum Academiis seculo demùm tertio decimo debere, inter omnes autem antiquitate antecellere Parisiensem, eruditè ostendit Dn. Herman. Conring. *de antiq. Acad. disertat. 3.* Solent autem Academiae communiter hinc Universitates hodiè vocari, quod Professores & studiosi corpus aliquod & veluti Rempubl. constituent, in quâ legibus, consuetudinibus, immunitatibus, libertatibus, & jurisdictione ab reliquo civium corpore separata utantur. Dn. Carpzov. *in 3p. Consist. l. 2. def. 397. n. 3. 4. 5.* ita ut vocabulum Universitatis *non* referatur ad certam aliquam speciem trahatur, cum aliàs in significato familiariori denotet plures cujuscunq;

conditionis homines in unum Corpus collectos. Vid. Nicol. Losæum *de jur. Univers. part. 1. c. 1. & add. Limn. jur. publ. lib. VIII. c. 1. n. 11.*

VI. Cæterùm uti diversimodè se habent privilegia, Academiis concessa: ita & Jurisdictio atque animadvertendi in facinorosos potestas non omnibus competit eadem. Hoc certum est, posita Jurisdictione poni aliquam coercendi potestatem, quia jurisdictio sine modicâ coercitione nulla est, *l. 5. ff. de offic. ej. cui mand. est Jurisd.* cum aliàs adversus refractarios omni effectu destituatur. Et hæc coercitio dicitur mixtum imperium, quia hoc genus imperii admixtum est jurisdictioni, & simul Jure Magistratus competit, ad tuendam scilicet Jurisdictionem, & Jus redditum exsequendum. Quam ob causam coherere Jurisdictioni dicitur, *l. 1. §. ult. ff. de offic. ej. cui mand.* & inesse eidem, perinde, ut aliqua potentia seu virtus suo toti potestativo. Per consequens competit etiam Magistratui Academico aliqua vis coercitiva amplior aut restrictior, quatenus Princeps, aut qui supremam habet potestatem, permiserit. Est enim mixti imperii quædam latitudo, & quidam veluti gradus, quos si non omnes, non tamen omninò nullos Magistratui competere, ipsa ejus potestas evincit, cum Ma-

Magistratus nunquam detur, qui non aliquam habeat vim coercitivam. Sunt tamen quædam Academiae, quæ præter Jurisdictionem etiam merum in subditos suos consecutæ sunt imperium, quod de Academia Viennensi refert Middendorpius, *de Academ. l. 2. de Tubingensi S. Richardus, ad authent. habita n. 22. de Oxoniensi, Parisiensi & Ingolstadtensi Scipio Gentilis, ad d. autb. c. 8. de Salmanticensi Antonius Possevinus, l. 1. bibl. c. 8. de Gryphisvaldensi Matth. Steph. de juris d. l. 3. part. 2. c. 12. Add. Scip. Gentil. l. 3. de juris d. c. 17. Limæus, l. 5. de jur. publ. c. 9. n. 33. seqq. Illic Umnius, de process. disp. 4. n. 66. Sed & add. Petr. Heig. part. 2. q. 11. ubi n. 13. cum Hieronymo Muscornio negat Rectoribus Academicarum merum Imperium tribui posse. Quod an probatum satis dederint, merito licet dubitare.*

VII. Quandoquidem igitur tanta hodiè Academicis contigit felicitas, ut rudium imperitorumq; hominum, qui plerumque literatis literarumq; studiosis minus esse solent æqui, foro & judiciis eximantur, per se patet, exemptionem eam ab nullo alio proficisci posse, nisi ab eo, qui in rebus tenet in Rep. & vel hoc saltem nomine Academicarum institutionem hodiè pertinere ad Jura Majestatis. Patet & hoc, extra

territorium suum potestatem istam erigendi Academiae Principi non competere. Et hinc porro, Papam Romanum non habere potestatem in alienis ditionibus quicquam constituendi aut determinandi, quod ad studia universalis quoquo modo facere possit. Limitatum enim ejus esse, tum in temporalibus, tum in spiritualibus, imperium, antecedentibus exercitationibus abundè ostendimus.

VIII. Sed quid fiet Academicis illis, quæ à solo Pontifice confirmantur, & privilegiis ornatae sunt, quales adhuc plurimæ in ipsissima nostra inveniuntur Germaniâ? Enimverò nolim ego cum Canonistis supremam Pontificis, quam cum Imperatore habeat, adserere potestatem, quod ex c. duo sunt 10. dist. 96. ponit Matthias Stephani, *de Jurisdic. l. 3. part. 2. c. 2. n. 14. Et discurs. Academ. 8.* nec tamen nolim etiam pro illegitimis habere Academiae eas, quæ Pontifici suam debent originem, obstante præsertim totius Imperii observantiâ. Sed puto, Academiae, auctoritate Pontificis erectas, hodiè perinde haberi, ac si per ipsum Imperatorem erectæ & institutæ essent, Dn. Carpozov. *in Jp. Consistor. lib. 2. def. 396. n. 7.* Dum enim connivet Imperator, & fieri permittit, quod impedire poterat, consensisse videtur, *arg.*

l.63. §. scientibus ff. de re judic. Fulv. Pacianus, de probat. l.1. c.19. 30. Menoch. 6. præsumpt. 99. Rosenthal. de feud. c.9. conc. 77. n.6.7.8. Hartm. Pistor. part.2. q.7. n.3.4. Vincent. Carrocc. de locat. part.2. q.7. n.37. Carpzov. l.6. Respons. 101. Rhëinking. de retract. q.2. n.201. seq. quin & multa utilitatis gratiâ deinceps sustinentur, quæ nullo jure approbante facta sunt, arg. l.Barbarius ff. de offic. Prætor. Limn. l.8. jur. publ. c.1. n.43. Accedit, quod Academiæ non ex privilegio tantum in civitatibus oriuntur, sed etiam ex antiquâ consuetudine, quando sc. civitas studium publicum habuit tanto tempore, cujus initii memoria hominis non extat in contrarium, uti loquitur Fulv. Pacian. de probat. l.2. c.41. n.52. Posito hoc, sufficere puto annos centum, quibus civitas in possessione studii publici fuit. Quamquam enim tempus immemorabile, seu tempus memoriam hominum excedens, accurate loquendo differat à tempore centenariio; Matth. Steph. de juris d. lib.2. part.1. c.7. num.145. seq. Carpz. part.2. const.1. def.7. tamen tempus centum annorum plerumq; etiam, præsertim in favorabilibus, immemorialis temporis nomine venit, eò quod per illud longissimus vitæ humanæ tractus finiatur. Sichard. ad tit. C. vectigal. nov. instit. non poss. n.6.

Dn. Hahn. Observ. in Wesenbec. tit. de usurpat. Et usucap. n.7. Joh. Franc. Balb9, de præscript. part.2. tert. princ. q.6. n.24. Et præsumitur utiqve Imperator, qui tamdiu studia ibi publice tractari permisit, jus Academiæ concedere voluisse. Atqui pleræque Academiæ in Germaniâ à Pontificibus Romanis institutæ ætatem centum annorum excedunt, ut adeò nihil noceat, originem earum proficisci ab illis, qui nullâ tali potestate polluerunt, & tyrannicâ quâdam præsumptione usurpârunt.

IX. Undecunqve verò tandem, sive à Pontificibus, sive ab antiquâ consuetudine, Academiarum quarundam repetas originem, Principis tamen Majestati derogare per id nequicquam poteris. Sive enim immediate, sive mediatè suam ille conferat auctoritatem, manet tamen, sine Principis voluntate nullam in ipsius territorio subsistere posse Academiæ. Et hinc porrò infero, privilegia etiam, à Pontifice Academiæ concessa, Principis subjacere imperio, ita ut vel approbare eadem, vel revocare pro re natâ possit. Videri hîc possunt, quæ dixi supra in materiâ de privilegiis. Et revocari quidem aut abrogari possunt quandocunqve ea, quæ apertè legi divinæ & naturali repugnant, reliqua tùm demum, quando id jusserit neces-

necessitas aut utilitas publica, posito hoc, longissimo tempore ea jam fuisse observata, & usu frequentè recepta. De illis enim, quæ nunc demum, aut de præsentì conceduntur, facilis est decisio, probari ea Principi posse & non posse, utcunqve nulla sublit necessitas: & si probaverit, non valere ea ex concessione Pontificis, sed ex concessione ipsius Principis, quippe qui approbando autor ipsarum extitit, sine quo alias inutiliter darentur. Lucem hinc accipit doctrina Interpretum statuentium, privilegiorum Academicorum interpretationem & conservationem ad solum Imperatorem pertinere, etiam si Academia à Pontifice sit instituta & privilegiis ornata. Cothman. *resp. Acad. i. n. 8. seqq.* Ob rationem scilicet quod Pontifex Imperatoris vicem hac in parte gerat. Matth. Stephan. *discurs. Academ. 8. n. 10.*

X. Illud autem quorundam principium ferendum plane non est, quod Princeps Academiam constituere nequeat, nisi cum consensu Pontificis, & quod Academia à Pontifice non confirmata, pro vera & legitima haberi haud quaquam possit. Enimvero fuit hoc Pontificiorum dogma ex eo, quod Canonistæ Jus constituendi Academias pro Jure spirituali habeant. Bachov. *in Treutl. vol. 1. disp. 1. tb. 7.* & quod ante trans-

actionem Passaviensem Academiae Episcopis lege diocesana subjectæ fuerunt. Matth. Stephan. *discurs. Academ. i.* At verò quàm injusta & tyrannica fuerit seculis istis corruptis ante transactionem Passaviensem Jurisdictio Episcopalis, quæ in compendio ostendimus exercitatione præcedente. Nec mirum est, rapuisse ad se Episcopos, & tribuisse ipsis Pontificem, quod alterius erat, cum hac ratione difficile redditum sit Principi, in arcana Papismi penetrare, & de regiminis sui periculo commotione fieri, id quod inde à primis dominatis Hildebrandi incunabulis sub spiritualitatis tegumento artificiosè admodum occultarunt Alastores Romani. Nec magis verum est, quod Jus constituendi Academias inter spiritualia sit referendum. Quamquam enim ad Ecclesiam & spiritualia haud superficialis & perfunctorius in eo habeatur respectus, non solus tamen ille est & unicus, neque ipsa potestas propter ea illico evadit spiritualis, quemadmodum neque Jus Patronatus, quod tamen ad Ecclesiam propius ordinatur, spirituale dici potest, sed tantum spirituali annexum. Joh. de Turrecremat. *ad c. pie mentis 26. caus. 16. q. 3.* Martin. Mager à Schœenberg, *de advocat. armat. c. 9. n. 521.*

XL. Ex eodem fonte fluit, quòd omnes Academici Clericorum ordini accenseri cœperint, ut scilicet eò magis exempti essent potestati civili. Et fortè huc facit habitus purpureus, quo passim per omnes Europæ Academiæ ornari solent Rectores, Cardinalium hæc in parte æmuli. Si enim credendum Onuphrio, Cardinales ideò rubro donantur pileo, ut significetur, eos, qui in illum ordinem leguntur, paratos esse debere, pro libertate Ecclesiasticâ propriam, si opus est, vitam mortis exponere. Idq; confirmant Responsa, quæ de Birreto rubeo, Cardinalibus Regularibus dando, Romæ collegit Antonius Scappus, Jctus Bononiensis, edita Romæ anno 1592. Ex quo hæud frustra colligit Dn. Conringius, *Disfertat. Academ. 5.* voluisse Pontifices etiam habitu Restorali, (quem à Pontificibus esse, probabiliter adstruit), non subducere tantum omnem Academicum, cœtum imperio Principum, sibiq; uni subdicere, sed & animare eundem ad imperia ejusmodi legitima omnia excutienda. Et disputatur etiamnum, neque omni dubio caret, utrum Academiæ inter Colle-

gia profana & secularia, an Ecclesiastica sint referenda. Prius placuit Curix supremæ Parisiensi, d. 5. Sept. ann. 1573. Choppin. *de doman. Franc. l. 3. tit. 27. num. 12.* Posterius plerisque aliis, præsertim iis, qui Pontificis partes tuentur. Vid. Limn. *l. 8. jur. publ. c. 1. num. 47.* In terris Evangelicis hodieq; Professores pariter & studiosi Jure gaudent personarum Ecclesiasticarum, & idcirco Academiæ non tantum Collegiis Canonicis ac Prælaturis accensentur, sed etiam præter Consistorium Ecclesiasticum, nisi aliud quid consuetudine fuerit receptum, aut Principi aliter placuerit, Judicem agnoscunt neminem. Dn. Carpov. *in Ip. Consistor. l. 3. def. 12.* Et hæc tamen exemptio quoad forum multum distat ab exemptione eâ, quæ inter Pontificios recepta & introducta est, imprimis verò in eo, quòd Consistoria à Principe dependeant, & ejus regimini subsint, ut adeò inter Principem & Academiæ idem adhuc habeatur relationis fundamentum, quod est inter imperantem & subditos, quæ vix admittent tyrannidis Episcopalis defensores.

CAPUT XXIV.

De

Jure creandi Doctores, Licentiatos, Magistros,
Baccalaureos, &c.

SUMMARIA

- Jus creandi Doctores, &c. ad regalia pertinet. 1.*
- Quando caperint gradus Academici? 2.*
- Nulla ad eos necessaria est autoritas Romani Pontificis. 3.*
- Doctorendus non est, nec dici debet Doctor. 4.*
- Solemnia & ceremonia in promotionibus adhiberi solita. 5.*
- Doctores nobilium privilegium gaudens. 6.*
- Doctorum tituli in Jure Justiniano. 6.*
- De Doctoribus indignè promotis. 7. 8.*
- Doctores, à Comitibus Palatinis promoti, non inferiores sunt aliis. 9.*
- Quid de Doctoribus ab ipso Principe creatis sentiendum? 10.*
- Juliani Imp. egregia, sed subdola de Doctorum promotionibus sententia. 11.*
- Necessaria quandoq; est Principis circa promotiones inspectio. 12.*
- De Licentiatu, & utrum hi alibi Doctoris gradum petere possint? 13.*
- De æquodæia & ordine inter Doctores & Licentiatos. 14. seq.*
- De Magistris, & vocabuli significatu. 17.*
- De Magistris nostris. 18.*
- Titulus iste & dignitas in Academia Germanica evulsi. 19.*
- Utrum creare Magistros queat, qui ipse Magister non est. 20.*
- De Baccalaureis. 21. 22.*

L

ET hæcenus de Jure Academiæ constituendæ. Videamus nunc de dignitatibus Academicis, quippe quarum conferendarum potestatem eidem Majestati asserimus: Vel, quod intersit Reip. nosse, quibus talis prærogativa conferatur, ut ne indigni privilegiorum participes fiant: Vel quod dignitatum omnium origo penes Principem sit, ita ut ex

eo & in eum omnes fluant & refluant, tanquam flumina de mari & in mare, *Limnæus, l. 8. de Jur. publ. c. 8. n. 6.* vel denique, quod autoritate suâ majorem dignitatibus Academicis splendorem accedere Principes animadvertent. Cum ergo Ecclesiæ & Reip. maximam semper præstent utilitatem Viri literati, & in illis omne regimen politicum occupetur,

petur, potestatem conferendi ejusmodi dignitates & titulos rectè sibi retinuerunt, & Juribus Majestatis accensuère Principes, quin & illos ipsos tanti semper habuerunt, ut plurimi iisdem illis ornari non erubuerint. Vid. Herman. Kirchner. *Orat. de Ducib. princip. promot. bab. Marpurg. ann. 1606.* Christoph. ab Hagen, *præfat. tr. de usu usur.*

II. Quo tempore isti dignitatum gradus primùm cœperint, fortè non est, ut hic prolixè exponatur. Certum est, florentibus Romanorum rebus nec in Græcia, quæ tamen litterarum prima semper & præcipua fuit nutrix, nec alibi nostrum hunc creandi Doctores morem obtinuisse, nec alios tunc vel Magistros vel Doctores audivisse, quàm qui reverà docerent. Et quæquam sint, qui ex legibus Justinianeis ritum istum jam eà tempestate invaluisse colligant, quò trahunt, *l. 2. l. 7. l. 8. C. de Professorib. & Medic. l. X.* id ipsum tamen infirmis admodum niti probationibus, & textus istos temerè in partes vocari, eruditè, ut solet, ostendit Dn. Herm. Conring. *de Antiq. Academ. dissert. 4.* ubi post alia, probè perspectis & exploratis vestigiis omnibus, hoc tandem pro certo habet, seculo Christiano tertio decimo apud Theologos, Jctos, Medicos, Philosophos, honorum titularumq;

collationem nostram usu receptam esse; antè id tempus nihil inveniri, quod fidem eà de re facere possit, & cui tuto insistere liceat. Conf. *Limn. de Jur. publ. l. 8. cap. 8. num. 2.*

III. Quicquid hujus sit, & quæcunqve tandem ejus moris inventantur initia, non potuit tamen ei retinendo vel opportunum magis vel magis honorificum existere, quàm ipsa Principum, quorum autoritate iste nititur, Majestas & splendor. Insulsum est & insubidum Johannis Molani, Scriptoris Pontificii assertum, quod habet *in compend. Theol. præf. tr. 5. c. 32.* inanes & irritos esse promotionum titulos, collatos ab illis, qui se ab obedientiâ summi Pontificis retraxerunt. Quomodo vero inanes, quos ex sua propria potestate confert Princeps? quomodo irritos, quos tantà cum curâ & sollicitudine decernit? Nec verò solus Papa est, qui dignitates conferendi potestatem habet, sed competit etiam Imperatori in terris Imperii. Camill. Gallinus, *de P. S. lib. 10. c. 14. n. 8.* & in suo territorio cuilibet Principi alii summum Imperium tenenti, inconsulto Pontifice, imò etiam dissentiente; cum superioritatem illam, quàm in omnes totæ terrarum Orbè diffusos Monarchas sibi Papa Romanus sumit, & nullam, & si quæ esset, maxime perniciosam ple-

plerique nunc agnoscant & execrentur.

IV. Præcipua dignitas videtur esse Doctoratus, quem idcirco summum in unaquaque facultate gradum dicunt. Non autem se quis antè debet Doctorem nominare, quàm adeptus fuerit reipsa insignia Doctoratus. Camill. Gallinius, *d. V. S. lib. 10. c. 35. num. 26.* Jacob. Menochius, *de Arb. Jud. quæst. cas. 379. num. 15. 16.* Quamquam enim in favorabilibus Doctorandi pro Doctoribus habeantur, Sichardus, *ad l. nondum 3. num. 6. C. de furt. & serv. corr.* nomen tamen ipsum antè non merentur, quàm reverà id consecuti fuerint, ita ut etiam falsi crimen incurrat, qui dolo se Doctorem mentitur, *arg. l. 27. §. 3. ff. de L. Corn. de fals.* & poenà arbitrarià puniri possit. Jac. Menoch. *de Arb. Jud. Quæst. cas. 318. n. 21. & cas. 320. num. 7.* Dn. Carpzov. *in prax. crim. part. 2. q. 93. num. 36. 37.*

V. Cæterum, quot & quæ requirantur in eo, qui ad dignitatem Doctoratus promoveri discupit, & quæ sint hujus dignitatis propria & determinata insignia, ceremoniæ & prærogativæ, prolixè exponit Fulvius Pacianus, *de probat. lib. 2. cap. 41.* cui adde Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num. 135.* Gothmann. *Consil. Academ. resp. 44. n. 36.* Limn. *lib. 8.*

de Jur. publ. c. 8. n. 88. seqq. 115. seqq. Nec verò frivola aut inania sunt ista, quæ hodiè in promotionibus frequentantur, solennia, sed unumquodque eorum significativum est dignitatis concessæ, & vel idè retinendum, quòd veluti characterem quendam spectatoribus imprimat. Imò verò gentibus propè omnibus commune semper fuit, in Ordinum & Collegiorum cooptationibus ritum aliquem adhibere tanquam novi honoris insigne. Petr. Heig. *p. 2. q. 11. n. 56.* Non tamen necesse est, ut ubique eadem per universas Academias observentur ceremoniæ, aut eadem passim adhibeantur insignia, ita ut pro Doctore habendus propterea non sit, quod in ejus promotione ipsi fortasse nullum datum fuerit osculum, aut annulus, aut biretum. Quia possunt ejusmodi ceremoniæ, pro cujusque Academiæ instituto, variare, & ex arbitrio etiam Principis mutari, cum juris positivi illæ sint, & potestati Legislatoriæ, quoad ipsam suam substantiam, succumbant.

VI. Quemadmodum autem Doctoratus haud exiguum nomen est, adè ut Doctor propterea in dignitate constitutus dicatur. Camill. Gallin. *de V. S. L. 10. c. 12. num. 28.* & nobilium privilegiis gaudeat, imò ipse nobilis fiat. Philipp. Paschal. *de*

uirib. patr. potest. part. 2. c. 5. num. 69 seq. Osyvvald. Hillig. *in Donell. e-nucl. l. 24. c. 14. lit. N.* Camman. *de reg. lib. disp. 3. sb. 63.* Qvirin. Kubach. *dec. 7. q. 7. cent. 3.* aut saltem nobilibus non postponatur. Rheinking. *de regim. sec. & Eccl. l. 1. cl. 5. c. 11. num. 39.* sed iis æquiperetur. Marq. Freher. *de infam. l. 3. c. 25. n. 13.* Christoph. ab Hagen. *prefat. tract. de Usur. Dn. Carpz. lib. VI. Respons. 18.* (ubi rectè totam hanc controversiam ita componit, Doctorem esse nobilem titularem in concreto, non nominalem in abstracto. Ein Doctor ist edel / aber kein Edelmann /) Limnæus, *lib. 8. de Jur. publ. cap. 8. num. 103. seq.* & propter solum hunc gradum præferatur nonnullis, qui aliàs eum præcederent. Don. Garf. Mastrill. *Decis. 130.* ita augustiores multò per istam gradus prærogativam facti fuère tituli, jam olim Theologis, Jctis, & Medicis tribui soliti. Ita enim Episcopi olim illustribus pares habiti, & inter spectabiles relati fuère. Henning. Gøden. *consil. 34. num. 4.* Dionys. Gothofred. *ad l. 21. C. de Episcop. dicunturq; Reverendisimi, l. 18. l. 25. l. 26. l. 33. C. de Episc. Religiosissimi, l. 28. eod. l. 19. C. de Episcop. audient. quemadmodum & Presbyteri, & Diaconi, & apocripharii titulo reverendisimorum ornantur. Novell. 123. c. 20. & c. 25. Juris-*

Consulti dicti jam diu sunt Nobilissimi, *l. 7. C. de postuland. ubi tamen vid. Gothofred. Illustres, in proæm. Digest. rubric. Celsi & honorati, l. 2. & 3. C. de offic. divers. judic. interdum egregii.* Sichard. *ad l. 12. §. in omnibus C. de R. C. & jur. & passim Excelsi, Gloriosi, Magnifici, Splendidissimi, Clarissimi, &c.* Limn. *de jur. publ. l. 8. c. 4. n. 6. & 7. Carpzov. part. 1. decis. 7. num. 18. ad exemplum scil. Æmilii Papiniani, qui ab Imperatoribus ipsis excelsi, l. 6. §. 1. C. de inst. & subst. §. 7. f. de fideic. excellentis, l. un. C. Theod. de Respons. prud. summi, l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl. l. 14. C. de sentent. & interlocut. acutissimi ingenii vir, & meritò ante alios excellens, l. 30. C. de fideic. splendidissimus, d. l. 1. §. 6. de V. f. E. prudentissimus, l. 14. C. de prad. & alreb. min. l. 12. C. de legat. l. 16. C. de fideic. consultissimus, l. 3. C. de acq. & ret. poss. disertissimus, l. fin. C. de inst. & subst. appellatur.*

VII. Caterùm Doctoralis hæc dignitas confertur vel immediatè à Principe ipso, vel mediatè, & tum iterum vel in Academiis per Promotores specialiter in eam rem constitutos, vel per Comites Palatinos. Qui in Academiis creantur, omnium habentur dignissimi, & qui dignitatem, quam impetrant, ornare possunt suo meritò, eò quòd pluri-

um

um censurae & judiciis succumbant, & ex praescripto cum iis agere oporteat. Quod facit, quod ter examinari debeant, qui dignitatem hanc ambiunt. Marqv. Freher. *de existimat. lib. 2. c. 3. n. 16.* ne sc. non satis probati dici possint, & ne sine re magnae dignitatis nomen subsistat, cum de substantia promovendi sit scientia, & ad Doctoratum pauca, ad Doctorem verò plurima requirantur, optimè hoc monente Gregorio XIII. Pontifice ap. Casp. Ens, *Epidorp. lib. 1.* Omnino enim cavendum, ne levis & nimium praecipitata fiat promotio, uti ex Constantiensi Synodo refert Matth. Stephan. *de jurisdict. 1. 3. part. 2. c. 14. num. 62.* Sed est tamen hoc pessimi seculi dominium, quod in quovis plurimis Academiis, Italicis praesertim & Gallicis, nullo dignorum & indignorum ferè habito discrimine, amplissimae literarum dignitates sic in permultos homines, quomodo denarius in cloacam, cadant. Thom. Lanf. *in Orat. contra Ital.* ita ut passim hodiè reperiantur Doctores, qui docendi sunt, & è contrario scholastici, qui docere possunt. Joh. Garf. *de expens. & meliorat. c. 4. num. 6.* cum tamen inverso ordine discipulus esse ante debeat, quisquis Doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit, *c. ordinatos 4. dist. 59.* Et hinc est, quod Doctores

ejusmodi, nullo suo merito creati, passim audiant Doctorelli, Doctores necessitatis, quae legum nescia est, legum dolores, litium confusores, moneta tonsa, i. e. sine literis, fontes sine aqua, nebulae turbinibus agitatae, asini coronati, &c. Angel. *in l. 1. §. 3. ff. de postul.* Rebuff. *de nominat. q. 21. num. 17.* Cuppener. *in auct. habita C. ne fil. pro pat. p. 46.* Ventur. de Valent. *in Parthen. litig. l. 1. c. 11. n. 7. 8.* Limnaeus, *l. 8. de jur. publ. c. 8. n. 5.* Facetus est in tales Doctores Juris non nemo Poëtarum, cujus Epigramma legere non usque adeò hic fuerit alienum. Sic autem ille:

Quod juris utriusque te vocaverim,

Peritum, bonorem ne tibi dari putas,

Unde insolescas atque sumas cornua.
Peritiorum censeo meam coquam
Et jusculorum, & plurimorum jurium,

Sint illa sive carniū, seu piscium.
Vorare tu tantum, illa & apparare scit,

VIII. Et tolerari quidem posset quodammodo ista quarundarum Academiarum liberalitas, si modò in eos conferretur, qui futurorum de se spem facerent profectuum; cum licet quis in publico examine

reperitus fuerit parùm doctus, si tamen spes sit, ut possit proficere, possit salvâ conscientiâ Doctorari. Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 41. n. 116.* Matth. Steph. *de juris d. lib. 3. part. 2. cap. 14. num. 81.* quanquam sententia ista, secundum rigorem Juris examinata, non usquequaque se commendat. At verò eum facere Doctorem, qui nec de præsentî, nec de futuro ullum ejus dignitatis præbet meritum, id tantum abest, ut excusari possit, ut & Doctor ipse, non obstante creatione, tanquam sententiâ latâ per improprias probationes, rejici. Sichard. *ad l. 1. C. de testam. milit. num. 13.* & Professores Academia-rum indignum ejusmodi admittentes puniri, Petr. Gregor. *de Rep. l. 18. c. 9. num. 9.* imò & privilegiis exui possint, *c. privilegium 11. q. 3.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 2. c. 14. num. 125.* Dn. Carpzov. *in Jp. Consistor. l. 2. def. 408.* quem optimum huic malo obicem ponendi modum statuit Limnæus, *in addit. ad lib. 8. c. 8. num. 5. tom. 4.* quemadmodum & ita creatus Doctor privilegiis Doctorum gaudere nequit. Bened. Bonius, *de cens. art. 56.* Jac. Menoch. *de A. J. 2. cas. 379. n. 12.*

IX. Qui à Comitibus Palatinis creantur, Doctores, & bullati aliàs dici solent, minoris plerumque sunt existimationis, ita ut aliqui eos pri-

vilegiis Doctorum, in Academiis promotorum, prorsus exuant, & planè incapaces illorum pronuncient. Menoch. *consil. 126. num. 18.* Rutger. Ruland. *de commiss. part. 1. l. 1. c. 14.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 2. c. 3. num. 129.* Gvid. Pap. *in decis. Gratianopol. q. 88. & q. 338. n. 11.* Eberh. Speckhahn. *cent. 11. q. 22.* Ventur. de Valent. *in Parthen. litig. l. 1. c. 7. n. 32.* quod tamen, nisi de illis accipias, qui absque examine & eruditionis specimine solo verbo gradum Doctoris consequuntur, cum Jacobo Alemann. *consultat. 5. p. 213.* & Bachovio, *in Trentl. vol. 1. diss. 1. tb. 7. lit. A.* rectè improbant Treutlerus, *d. l. Laur. Ohm. de jur. Episcop. n. 17. lit. t.* Dominic. Arumæus, *ad aur. Bull. discurs. 1. n. 5.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 6. memb. 1. n. 74. seqq.* Qvirin. Kubach. *cent. 3. dec. 7. q. 6.* & prolixè Limnæus, *de jur. publ. l. 8. c. 8. n. 13. seqq.* propter paritatem sc. potestatis, quam eandem ab Imperatore accepere, tum Academiae, tum Comites Palatini. Præsupponimus autem, promovendum esse bonis moribus, & eruditione probè instructum, & id exploratum esse Comiti Palatino per examen prævium, quod adhibitis Doctoribus aliis, plerumque tribus, præmittere jubet Diploma Cæsareum. Quod si ergò Candidatus dignitati huic

huic idoneus inventus fuerit, nihil est, quod privilegiis aliorum Doctorum ipsi interdiceret, cum, uti dixi, eadem, quæ Universitates, potestate eum renunciet Comes Palatinus.

X. De iis verò, qui à Principe immediatè creantur, dubitare licet, utrum inter Doctores, in Academiis promotos, sint recipiendi, aut iis pares habendi? Sanè cum Doctrina non simplex sit dignitas, sicut nobilitas, sed in eruditione fundetur. Bachov. *in Tr. d. l.* injurius erit Princeps in Doctorum ordinem, si talem creaverit, qui nullo suo merito dignitatem istam affectat. Et ferendū non est, quod post Angelum statuit Pacianus, *de probat. l. 2. c. 41. num. 13.* de inhabilitate creati per Principem disputandum non esse, quia semper intelligatur cum eo super omni materia dispensatum. Literæ enim non subjacent potestati Principis, ut in declaratione ex non-docto doctorum facere possit, & ne quidem, ut doctor habeatur, qui vix prima menta cujusque artis degustavit. enim verò tota hæc dignitas ex mo, quod Princeps tenet, impeditur, sed habet tamen ea perperuum, quæ à si fuerit, personatus tantum & histrionicus Doctor. Unde male. quidam dispensatio-

nem Principis circa inhabilitatem subjecti tum demum admittunt, quando tale concurrit impedimentum, quod possit à Principe tolli, & constat, eum scire impedimentum. Anton. Perez. *ad tit. Cod. si servus aut libert. ad decur. adspir. n. 6.* Nec incivile quidem est, aut iniquum, ut Doctor, à Principe creatus, reliquis Doctoribus dignior, sublimior & potentior in prælatione habeatur; sed id tamen ita demum procedit, quando ille cum rigore examinis hunc honorem adeptus fuit. Fulv. Pacian. *d. l. n. 10. 11.* Carol. Tapia, *ad rubr. ff. de constit. Pp. c. 4. num. 119. &c.* quando in reliquis qualitatibus paritas subest. Ferdinand. Vasq. *præfat. ad lib. 1. n. 136. 137.* Quando ergò quis suo merito ab ipso Principe Doctor creatus fuit, non parem tantum eum habeo Doctoribus reliquis, in Academiâ renunciatis, sed etiam excellentiorem. Ut verò ille quoque, qui dignitatem hanc non meretur, & nudo titulo superbit, eodem loco habeatur, ne Princeps quidem, nisi quoad externam prærogativam, jubere potest. Add. Limnaum, *de Jur. publ. l. 8. c. 8. n. 9. & 14.*

XI. Optima esset & saluberrima Constitutio Juliani Imperatoris Apostata, quam edidit an. CCCLXII. nisi subdolè alium planè finem intendisset, ut scilicet Christianos à cen-

cendi munere submoveret. Sic enim se habet illa in *l. s. Cod. Theodos. de medic. & Professor. Magistros studiorum, Doctoresq; excellere oportet, moribus primum, deinde facultatibus. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum, jubeo, Quisq; docere vult, non repente nec temere proficiat ad hoc munus, sed judicio ordinis probatq; decretum Curialium mereatur, Optimorum conspirante consensu: hoc enim decretum ad me tradendum referetur, ut alio die quodam honore nostro judicio studiis Civitatum accedat, &c.*

Non potuisset Julianus accuratius docentium conditiones præscribere, nec discipulorum studiis consulere rectius. Se ipsum optat ubique præsentem, ut scilicet ipse de singulis judicium ferre posset, quid de moribus & facultatibus cujusque statui deberet. Sed cum fieri hoc non posset, ne repente quis aut temere ad Professionis munus proficiat, probari eum eligiq; prius voluit judicio Ordinis, h. e. decreto Curialium, conspirante Optimorum consensu, & deinceps Decretum istud seu electionem ad se referri, ut ita judicio Principis & major fieret autoritas docentium, & sanctior eorum electio. Et potuisset sane salutaris admodum & Reipublice perquam utilis videri hæc constitutio, nisi vaferrimus Legislator his fu-

catis coloribus atque his pigmentis Christianam Religionem extingvere & subvertere intendisset, ut optime observat Cardinalis Baronius, ad *ann. CCCLXII. num. 286.* Idq; in primis confirmatur per ingenuam confessionem Ammiani Marcellini, qui *lib. 25.* inclementem propter eam appellat Julianum, qui docere vetuerit magistros Rhetoricos Christianos, ne transfirent à numinum cultu. Christiani enim docentes ex Gentilibus autoribus, inanem esse deorum cultum, argumentis pluribus demonstrabant, adeo ut eos sic interpretari nihil aliud esset, quam adolescentes veram religionem imbueri, & à Gentilitate superstitione penitus abducere. Id indignè ferens Julianus suo voluit arbitrio reservatum, quos vellet scientiarum præfisci scholis, ut hoc artificio Christianos omnes à docendi munere excludere posset. Conf. Jacob. Gothofred. *ad d. l. s. C. Tb. de med. & Prof.*

XII. Non improbandum tamen esset in Principe rigorosum istud examen, si, omisso isto Juliani sophismate *ἡλιπὸς*, in mores & eruditionem eorum, qui docentium partes suscipiunt, accuratius inquirat. Fateri oportet, in Academiis ab ipsis illis, quorum arbitrio ea res commissa est, promoveri sæpè in Doctores homines planè indoctos, &

annuuntur, quibus melius esset, inter opifices si prudentiam suam utcunque ostentarent, quam in cathedra, aut foro. Nolo ego Camarinam hanc movere pertinacius, ne mihi met ipsi, dissentienti sapere numero, malum accersam. Hanc tamen seculi corruptelam non aliter emendari posse persuasus sum, quam ab ipso Principe, accuratius universa & singula explorante, & ex suo arbitrio præmia hæc conferente. Non quod necessariam putem ipsius Principis in examine præsentiam, aut ut ipse de profectibus Candidatorum periculum faciat, sed ut, Juliæ exemplo, relatione fideliter factâ, ipse deinceps auctoritatem addat, & iudicium suum ex collatis cum Senatu suo sententiis interponat. Sine dubio enim multò sincerior tunc erit relatio Ordinum & Examinatorum, sicubi compertum eis fuerit, rationem sibi reddendam esse de arbitrio suo, nec temerè proinde aut repente quæquam promoveri debere.

XIII. Proximè à Doctoribus sunt Licentiat, dicti ex eo, quòd licentiam Doctoris titulum assumendi consecuti fuerint; quam ipsam alibi solenni actu promotionis, alibi sine solennitate notabili, pro cuiusq; Academiae instituto, conferre moris est. Qui verò dignitatem hanc impetraverunt, utique se Docto-

res appellare adhuc nequeant juxta ea, quæ supra à nobis dicta sunt, pro Doctoribus tamen plerumque habentur, maximè in favorabilibus, tum quòd cingendus habeatur pro cincto, tum quòd in Licentiatò eadem essentialia, videlicet mores & scientia, perinde ut in Doctore, requirantur. Matth. Stephani. *de Jurisdict. l. 3. part. 2. c. 14. n. 98. seq.* (Dis. Vincent. de Franeh. *devis. 1111*) quòd tamen de iis tantum Licentiatis intelligunt, qui publicâ solennitate renunciati sunt. Limraus, *l. 8. cap. 8. num. 42.* Sed utrum Licentiatu alibi, quam ubi licentiam adeptus est, Doctoris gradum petere possit, disceptant Doctores, ut videre licet apud Menoch. *de A. J. Q. cas. 371. num. 16. 17.* Mindan. *l. 3. c. 5. num. 12.* Wesenbec. *ad tit. C. de monopol. ad l. 1. pr.* ubi id præcipue offendit, quòd putent aliqui, posse Licentiatum alibi Doctoris gradum petere, dum tamen novum subeat examen, etiam si jurasset, se alibi non sumpturum lauream. Menoch. *d. l.* Est enim verò juramentum omne, quòd non est contra bonos mores, obligatorium. Gutierrez, *de Juram. confirm. c. 34.* quia non magis in potestate est hominis impedire, ne Juramentum verè & seriâ intentione jurandi præstitum obliget, quam est in ejus potestate impedire actionem

domus vel stuppæ, posito quod ei de facto ignem applicet, licet maxime nolit exuri. Andr. de Vault, *in paratis. X. de jurejur. §. 8. n. 1.* Nec infringi potest vis Juramenti obligativa per novum, quod subit Licentiatus, examen, cum & illo superfedere possit, & non hoc juraverit, se absque examine prævio nolle alibi lauream petere, sed simpliciter, nolle se lauream alibi petere. Cæterum tota quæstio huc proprie non pertinet, sed alibi ventilabitur commodius. Conf. interim Limn. *de jur. publ. l. 8. c. 8. n. 43.*

XIV. Quandoquidem autem non inter Doctores tantum, sed etiam inter Doctores & Licentiatos in Collegiis maximæ sæpè de prærogativa & sessione excitantur lites, his illisve vel ex vetustiore promotionis actu, vel ex Loci & Universitatis privilegiis, *πρωτοκαθίαι* arcessentibus, eaq; controversia in apertas sæpè contentiones atque injurias degeneret, nisi componi aliter possit, ad ipsum Principem, Academiæ Patronum, recurrendum erit, ut ex relatione sibi factâ, & probè perceptis utriusque partis rationibus, suas interponat partes, & Rescripto aut sententiâ rem definiat. Ita v.g. cum in Academiâ Lipsiensi inter Doctores, illic & alibi promotos, multa ab aliquot annis mota fuisset con-

troversia, illis jus aliquod protimi-
seos, his paria jura & æqualem for-
tem prætendentibus, atque ea res
scriptis tandem utrinque ventilata
esset, non potuit ea terminari aliter,
nisi per Rescriptum Electorale, quod
tale fuit: *Würdige / Hochgelahrte /
Andächtige / und liebe Getreue / Wir
haben uns die jenigen Schrifften / so
die Doctores Juris, so den Gradum
anderer Orten angenommen / mit de-
nen Doctoribus Juris, die bey euch zu
Leipzig promoviret / wegen der præ-
cedenz gevechfelt / auch was Ihr / die
Universitât / und insonderheit die Juri-
sten Facultât darneben angeführt / ge-
bürend vortragen lassen. Nun hät-
ten wir zwar lieber gesehen / daß die In-
teressenten sich selbst hierinnen be-
schieden / dieweil es aber nicht gesche-
hen / und Wir aus den angeführten
circumstantiis & rationibus so viel
ersehen / daß hierinnen ein tempera-
ment zu treffen nöthig / und die Zwi-
stigkeit mit einer distinction bezule-
gen / am süglichsten seyn will; Als ist
hiermit unser gnädigster Will und
Meynung / daß die Doctores Juris,
so zu Leipzig promoviret / weil sie / dem
anziehen nach / nicht allein bey der
Juristen Facultât / sondern auch bey
dem ganzen Corpore Regente, oder
Magistratu Academico, ein potius
jus communicirt besonnen / deswegen
in actibus Academicis vor den jeni-
gen*

gen Doctoribus juris, so anderer Orten promoviret / bey der præcedenz gelassen; So viel aber die anderen actus publicos betrifft / als bey Hochzeiten/ Begräbnissen/ Communion/ Tauffen und dergleichen / daß bey solchen Sie die Doctores juris ohne Unterscheid/ sie mögen den Gradum zu Leipzig oder anderer Orten auf Academien erlangt haben/ nach dem Alter und der Zeit/ wie sie promovirt / gehen und locuret/ jedoch hierbey die jenigen/ denen wegen ihrer Aempter oder der Freundschaft ein sonderlicher respect und Vorzug gebühret / wie bißhero / noch ferner in acht genommen werden sollen. Begehren demnach hiermit gnädigst / Ihr wollet die Parteyen vor euch forderen/ Ihnen diese unsere gnädigste Meynung und Verordnung gebührend eröffnen / Sie zu aller Verträglichkeit hierbey annehmen/ und hinfüro diesen allen gehorsamst nachzukeben / Krafft dieses bescheiden. Daran geschieht unsere Meynung. Dat. Dresden/ den 29. April. 1667.

XV. Contingere aliquando solet, ut in Collegiis non gradus prærogativa, sed Senioratus attendatur, & unusquisque locum suum, prout prior aut posterior receptus fuit, nanciscatur, neque discrimen tum inter Doctorem aut Licentiatum observetur. Id si lege conventionali introductum, aut continuatâ nec

interruptâ consuetudine receptum fuerit, quin observari deinceps quoque in singulis membris debeat, nisi universis aliud placuerit, dubium non est. At ubi neque pactum ali- quod, aut lex Collegii, neque consuetudo, uniformiter recepta, probari possit, nunquam statuerem, y Doctori præferri debere Licentiatum, quandoquidem qui licentiam tantum accepit assumendi gradum Doctoratus, inferior est eo, qui gradum istum jam consecutus est, quemadmodum ens in potentia multo ignobilius est ente, quod in actu jam existit.

XVI. In hanc sententiam respondit Facultas Juridica Wittebergensis an Christian Stroben zu Leipzig/ mens. Febr. 1672. Hat sich in einem Collegio N. zu L. zwischen einem Doctore Juris, so auf einer auswärtigen Universität promovirt / vorhero aber zu L. Magister worden/ und etlichen Licentiatis Theologiae Streitigkeit darinnen entsponnen/ daß die Licentiaten den Vorzug im sitzen und votiren begehret / ic. Wenn nun gleich sonst in vielen Collegiis bräuchlich/ daß die membra derselbigen ohne Unterscheid/ wie sie in dieselbigen recipirt werden / ihren locum bekommen / von Seiten des Doctoris auch gestanden werden muß / daß ermelte Li-

centiati ältere Magistri, und länger in solchem Collegio, als er / gewesen / sie auch sonst in inter Doctores nostros, wie sie sie nennen / & alibi promotos, einen Unterscheid machen wollen / und hierzu ein Churfürstl. Sächsisches gnädiges Rescriptum sub dato den 29. April. 1657. anführen. Dennoch aber und dieweil / eueren Bericht nach / in erwähnten Collegio die Session und præcedenz / nach der Ordnung / wie die membra recipi seyn / durch eine unverbrüchliche Gewohnheit nicht eingeführet / sondern vielmehr beygebracht werden kan / daß wenn frembde Doctores, Licentiati und Magistri concurrirret / die Doctores alsdenn vorgegangen / und diese beyderseits denen Doctoribus, auch extraneis, wenn sie gleich nach Ihnen ins Collegium kommen / gerne gewichen sind / inmassen denn noch heutiges Tages ein junger Doctor Juris denen Licentiatis darinnen vorgehet / über dieses das gnädigste Rescriptum, welches nur von der præcedenz der Doctorum unter sich meldet / auf gegenwertigen Fall / da der Streit mit den Licentiatis sich ereignet / nicht zuziehen / und die Licentiati, wo ein anders nicht hergebracht / ohne Zweifel den Doctoribus nachzusetzen; So

erscheinet dannenhero allenthalben so viel / daß der Doctor extraneus, davon eure Frage meldet / in dem Collegio N. zu L. denen Licentiatis Theologiæ in loco & voto billich vorzuziehen / **B. R. W.**

XVII. Transeo ad Magistros, qui & ipsi autoritate ejus, qui Majestatem habet, creantur. Est enim verò nomen Magistri admodum fœcundum, & in genere, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quam ceteri, diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsumunt, debent, Magistri appellantur, *l. 57. ff. de V. S. De Etymologia & notatione vocabuli videri potest Limnaus, de jur. public. l. 8. num. 29. & in addit. prior. ibid.* In Jure nostro memorantur Magistri populi, equitum, census, actionum, epistolarum, libellorum, memoria, militum, navis, officiorum, societatis, scriniorum, curiæ, vestium, admissionum, &c. Quin & inter Principum dignitates Magisterium fuisse, ex Anniano Marcellino, *lib. 26. constat.* Scholasticis verò, quando id nomen tribuitur, in latiori suo significato, cujuslibet disciplinæ Præceptoribus, h. e. Doctoribus, præcepta cujuslibet disciplinæ seu artis explicantibus & docentibus, competit, *d. l. 57. de V. S.* neque tamen Doctor aliquando

do aut Magister dici quis conseve-
rat, nisi idem docendi munus pu-
blicum reapse gereret. Qvò perti-
net *l. un. C. de stud. liberalib. lib. XI.*
Sed factum tamen deinceps, ut no-
men istud, in plerisque Academiis,
illis tantum adhæreret, qui sum-
mum in Philosophiâ gradum ade-
pti essent.

XIX. Apud Lovanienses, ut & Pa-
risios & Colonienses Theologiæ Do-
ctores κατ' ἐξοχήν dicuntur Magistri
Nostri, quòd nomen falsè perstrin-
git Autor Apiarii, *part. 1. c. 8.* & Era-
smus, in *Encom. Moria pag. m. 244.*
Ideò autem ita dici putat Rebuffus,
in *tract. concord. §. 1.* quia commu-
nes sint omnium Præceptores, tam
prædicationibus, quàm lectionibus
gratis inservientes, ad exemplum sc.
Ecclesiæ, quæ etiam nostra dici so-
leret idèò, quia erga neminem suum
claudat gremium. Quasi illi, non
alii debeant esse nostri Præceptores,
nosq; præ reliquis illos sequi deceat,
Joh. Sveys, *ad l. 57. de V. S.* Con-
tendit ibidem Rebuffus, aliarum
Facultatum Doctores non debere
eo nomine insigniri; ut ita singula-
ris aliqua dignitas per id inferatur,
quæ communicari aliis nec possit,
nec debeat. At etiam fruantur illi
hoc suo ensortio, quoad libet. No-
bis compertum est, multis id sine
merito tribui, & eum quòdam vana

tate, quòd de suis Coloniensibus in-
genuè fatetur Henricus Cornelius
Agrippa, *l. 7. epist. 26.*

XIX. Quamquam autem, uti jam
antè dixi, cujuslibet Facultatis Do-
ctores, & cujuslibet disciplinæ Præ-
ceptores, discipulos suos docentes,
Magistri dici consueverint, Johanna.
Goëddæus, *ad l. 57. ff. de V. S.* quem-
admodum Sabinus JCIus Magister
dicitur, *l. 19. §. 2. ff. de recept. & Epi-
scopi Magistri Ecclesiæ dicuntur,*
Salviano, *Epistol. ult.* factum tamen
tandem, ut nomen, absolutè posi-
tum, eum denotaret, qui in Philo-
sophiâ gradum sibi supremum com-
parasset, quòd scilicet hic præ cæteris
studiosam juventutem erudire, &
ad altioraabilem reddere debeat.
Neq; curanda est vana quorundam
censura, quibus gradus iste tam ab-
jectus quandoq; est & contemptus,
ut non ipsi tantum eum deprecen-
tur, sed aliis quoque, ut eo abstine-
ant, autores sunt. Et est quidem ejus
rei causa præcipua, quòd titulum
istum consequantur haud raro, qui
planè rudes & literarum ignari sunt,
in quos acerbè invehitur Besoldus,
in *thes. pract. voc. Magist.* sed quòd
ipsum vitio seculi contingit, & su-
perioribus quoque Facultatibus in-
tendunt committi. Nihilomi-
nus tamen, qui ita creantur, non aliâ
autoritate dignitatem istam obti-
nent,

nent, quàm ejus, qui *in nōpior* tenet in Republicâ, ur adeò creatio Magistrorum rectè referatur ad Regalia majora. Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 2. num. 32.* Et in hoc enim Doctoribus æquivalentur Magistri, quippe qui & ipsi Doctores Philosophiæ dicuntur, & supremum in eâ Facultate gradum adepti sunt.

XX. Ex quo sequitur, non esse necessarium, ut ille quoque, qui Magistros creat, Magistri gradu ipse insignitus sit, quandoquidem, quod is in tali actu facit, non propriâ, sed Imperatoris autoritate id facit. Vid. *Limn. jur. publ. lib. 8. c. 8. n. 37.* Ita responderunt Domini an M. W. D. zu R. mens. April. 1661. Habt Ihr ein Statutum Academicum, folgenden Inhalts: Examinibus præter Decanum adsint Senior & Mathematicus Professor, und es wil icho Zweifel vorfallen / ob ein Professor Philosophiæ, der nicht Magister ist / zu den Examinibus Candidatorum Philosophiæ zugelassen werden könne? Nach mehrern Inhalt eures Berichts. Wenn nun gleich sonsten die Examinatores in Facultate Philosophicâ gemeintlich Magistri zu seyn pflegen / und darvor gehalten wird / daß derjenige / welcher solchen Gradum nicht hat / denselben auch andern nicht con-

feriren / noch sie dazu habilitiren könne.

Dennoch aber / und diertveil die Promotores, nicht als Magistri, erwehnten Gradum ertheilen / sondern nachdem sie mit darzu nöthiger autorität von Hoher Macht beliehen / solche Autorität aber auch andern / so nicht Magistri seyn / gegeben werden kan / und zum öfftern gegeben wird / und in den Statutis Academicis die jenigen / so nicht Magistri seyn / nirgend von den Examinibus ausgeschlossen sind.

So mag einem Professori Philosophiæ, darumb / daß er nicht Magister ist / denen Examinibus der Candidatorum Philosophiæ benzuwohnen / nicht verwehret werden / sondern er wird / dessen ungeachtet / billig zugelassen / Es könnte und möchte denn / wie zu recht / gnugsam bengebracht werden / daß ein anders beständiger Weise eingeführet / und dergleichen Professores hievor nicht darzu gelassen worden / Auf solchen Fall bliebe es bey der hergebrachten Gewohnheit billich / W. R. W.

XXI. Restant Baccalarei, à bacca laurea dicti, Alciat. *ad l. 57. ff. de V. S.* aut à bacillo & baculo, quasi bacularii, non quod illi, qui tyrocinium literarium primum deposuis-

sent,

sent, rude hujusmodi donati essent, ut in posterum docendis & baculo coërcendis pueris præfici possent, sed quòd primi studii auctoritatem, quæ per exhibitionem baculi concessa videtur, jam consecuti essent, ut ita baculi traditio esset quoddam quasi mancipationis signum in hujusmodi aliquod studium. Aut etiam à batuendo, quasi batalarii, sumpto vocabulo ex militiâ armatâ. Uti enim Batalarius dicitur is miles, qui jam semel pugnae, collatis signis interfuit, hostem batuere & manum cum eo conferere ausus: ita in palæstrâ & militiâ togatâ Batalarius dicitur, qui publicè de arte quâpiam disputavit, inque tentaminis conflictu eruditionis suæ specimen de se præbuit. Vid. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 2. c. 14. num. 107. seq.* Limnæus, *de jur. publ. l. 8. c. 8. num. 15. seqq.*

XXII. Utcunque verò Baccalaureatus hæc dignitas infima sit & prima, olim tamen Comitum atque Baronum, imò Ducum & Princi-

pum titulis adcrevit. Et non Philosophi tantum, sed superiorum quoque Facultatum Doctores in quamplurimis Academiis hoc nomine adscendere voluerunt suos Candidatos. Neque id malè, cum satius sit, gradatim ad honores provehi, & in progressu defectus emendare, quam uno impetu in fastigium ferri, & anxie ibi inter doctos, & cum quâdam sui diffidentiâ versari. Cæterum creationem Baccalaureorum nihil habere Regalium, visum fuit Hieronymo Treutlero, *vol. 1. disp. in sbes. 7. lit. 4.* cui tamen contradicit Bachovius *ad eundem.* & rectè. Siquidem & hic, autoritas Imperatoria ut interveniat, necesse est. Et loquuntur eâ de re privilegia tum Academiis, tum Comitibus Palatinis ab Imperatoribus concessa, quibus potestas creandi Baccalaureos disertis verbis inserta est, ut dubitare hæc de re amplius non

liceat. Conf. Limnæus, *de*

jur. publ. l. 8. cap. 8.

n. 16.

Bbb 3

CAP.

CAPUT XXV.

De

Jure creandi Poëtas.

SUMMARIA.

*Creatio Poëtarum inter jura majestatis refertur. 1.**Poëtarum honor priscus. 2. 3.**Poëtarum laurea antiquissima. 3.**Ea fuit hedera intertextæ. 4.**Jus creandi Poëtas, ab Imperatoribus occupatum. 5.**Post barbariem excussam Franciscus Petrarca politico rem litterarum excoluit, & exinde lauream noviter primus accepit. 6. 7. 8.**Eo tempore utrum jus creandi Poëtas pro jure Majestatis habitum? 9.**Petrarcha propter adeptam lauream suos habuit obretractores. 10.**Creatio Poëtarum perinde ut reliquorum graduum Academicarum collatio rectè Principi afferitur. 11.**Cur Academiis concessa non sit potestas conferenda laurûs Poëtica? 12.**Poëtas mediocribus debere ornari præmiis, postulatum Trajani Boccalini. 13.**Poëtis cur nulla jure civili concessa immunitas? 14.*

I.

CÆterum cum de literatorum præmiis hætenus egerimus, non insubidum hinc erit, Poëtarum quoque & Notariorum mentionem facere, quæpè quorum creatio, aut potius potestas creandi inter Jura Majestatis eò magis refertur, quò minus eam Academiis concedere adhuc voluerunt Imperatores. Nec tamen negari potest, utrosque in palæstris literarum formari, & idoneos reddi, ut saltem hoc respectu exami Academicorum ordine nequeant.

II. Quod Poëtas concernit, dubium non est, multum semper auctoritatis eos apud quoscunque literarum Patronos habuisse. Sic enim etiam Jcti quàm sapissimè Homero & Virgilio testimonium denunciant, eosq; in partes vocant, nempe ubi vel de vocis alicujus significato agitur, ut *l. 65. §. 4. ff. de leg. 3. l. non facile §. 4. ff. de grad. l. venenum ff. de V. S.* vel ubi de formulis & conceptis verbis res est, *l. 1. §. 1. ff. de mort. caus. don.* vel ubi proverbialis locutio usurpatur, *l. si uxor. §. 1. ff. de adul-*

adulter. vel ubi de more aliquo veteri quæstio est, *l. 1. ff. contr. empt. l. 9. ff. de supell. leg. l. aut facta 16. ff. de pæn.* Ab aliis tantum ipsis tributum fuit, ut nisi insignis cujusdam Poëtæ testimonio verba sua munivissent, frustra se docere persuasum haberent. Fuêrunt enim Poëtæ ab initio temperantiæ atque omnium virtutum Magistri, ut habet Athenæus, *l. 1. c. 12.* & ibi Casaubonus, & vetustissimi Philosophi Græci carmine sua dogmata proposuerunt, quorum versus subinde adducuntur à Plutarcho, Clemente Alexandrino, Sexto Empirico & aliis. Utcunque enim naturæ convenientius sit, hominem pedestri uti sermone, sicut etiam ire pedibus, quam vehi, ut scribit Ælius Aristides, *Oratione in Serapin*; constat tamen ex Maximo Tyrio, *diff. 29.* Isidoro, *l. 1. orig. c. 37.* Strabone, *l. 1.* Plinio, *l. 7. c. 56.* Apulejo, *l. 2. floridor.* tam apud Græcos, quam apud Latinos longè antiquiorem curam fuisse carminum, quam prosæ, & hujus studium seruis viguisse, à Cadmo, Pherecide & Hecatao primum excultum. In vineis autem, & à vinitoribus repertam pœsin, saltem Tragicam, eruditè ostendit Dan. Heinsius, *in Horat. de art. poet. p. m. 192.*

III: Quicquid hujus sit, id certum est; ab antiquissimis temporibus

plurimum honoratos fuisse Poëtas, sive quòd sapientiores cæteris crederentur, sive quòd propter singulares affatus, & veluti Enthusiasmos admirationi essent. Unde non statim tantum illis positæ, quarum meminit Pausanias, *l. 9.* sed ipsi etiam variis præmiis decòrati fuêrunt. Refert ex Alexandro Ætolo Poëtâ, Macrobius, *l. 5. Saturn. c. 22.* magno studio populum Ephesium, dedicato Dianæ templo, curasse, præmiis propositis, ut qui tunc erant Poëtæ ingeniosissimi, in deam carmina componerent. Consimiliter à Domitiano Imp. institutus fuit agon Capitolinus, ut in eo cum Poëtæ, tum histriones, Scenici, & omne genus artifices, ludorum Olympicorum exemplo certarent, in quo qui vicissent, quercu coronabantur, quam ex hinc Juvenalis Capitolinam vocat, Martialis Tarpejam, Ausonius Olympiam. Et ex Capitolino hoc agone, rituque coronandi, laureatorum Poëtarum ordinem initium cepisse, notat Josephus Scaliger, *l. 7. Auson. Lect. cap. 10.* quanquam ex Horatii quibusdam locis longè antiquior iste videatur ritus; uti colligere licet ex *lib. 1. Od. 1. lib. 3. Od. ult. lib. 4. Od. 2.* & aliis pluribus, nisi forte primo Imperatorum Domitiano potestatem hanc sumptam, aut præter cæteros exitium in modum exerci-

ercitam dicas, quod aliis discutien-
dum relinquo.

IV. Plerumque tamen Poetæ he-
derâ lauro intertextâ coronabantur,
vel ut innuerent, per laurum qui-
dem, insitam venæ fecunditatem,
per hederam, artem ac pervigilem
industriam. Hent. Salmuth, in *Pan-
cirol. part. 1. tit. de Coron.* vel quod
Poetæ non minus in Bacchi, quàm
Apollinis essent tutelâ, cum & Bac-
chus deus sit Poetarum, Taubmann.
in *Culic. Virgil. p. 75.* imò fortè ma-
gis quàm Apollo, vel denique ideò
hedera adhibebatur, quòd ut ede-
ræ folia commanducata agant ho-
mines in furoris quandam speciem,
ita Poetis motus est quidam divinus,
quo agitati sæpè furibundis similes
ea canunt, quæ ad se reversi vix as-
sequuntur. Jacob. Cruqv. in *Od. 2.
lib. 1. Horat.* Est enim Poeta res levis,
volatilis, atque sacra, nec canere pri-
us potest, quàm deo plenus, & extra
se positus, & à mente alienatus sit.
Nam quàm diu mente quis valet, nec
fingere carmina, nec dare oracula
cuiquam potest, uti ex Platone refert
Janus Huartes, in *Scrutin. Ingen.
pag. 52.*

V. Cœpit ita, uti diximus, Jus
coronandi Poetas ad Imperatores
devolvi, (ante Domitianum enim
Poetis coronas undecunqve venisse,
Virgilius testis esse potest, qui à Pa-

storibus coronari vult Poetam, *Ec-
log. 7.*) vel quòd Imperatoria præ-
mia divini spiritus mererentur, vel
quòd populus ab iis penderet, &
hinc Demagogia quædam metuen-
da esset, vel denique ut eò magis sibi
caverent Principes ab eorum mor-
dacitate. Fuit enim verò solenne
hoc Poetis ab antiquissimis usque
temporibus, ut quidlibet audendi,
& maximos minimos perstringen-
di sibi sumerent potestatem. Jacob.
Middendorp. de *Acad. l. 1. tit. de poef.*
Cumq; ipsis impune id esse semper
non posset, (propter legem XII.
tabb. quæ carmen famosum acerbè
vindicabat, & Poetarum ingenius vi-
tam hominum subjectam nolebat,) atque
Principes & Magistratus pau-
lò severiores interdum existerent,
figuratè tandem illi, & cum quadam
disimulatione loqui, atque hinc
in aµPorepizæu cœperunt. Hoc enim
occultum atque ambiguum dicendi
di genus sub Tyrannis invaluit uni-
cum, quo veteres mordacitatem ac
dicacitatem involvebant, velum &
mucronis sic recòditi vagina. Quod
ipsum tamen plurimis pessimè suc-
cessisse aliquot exemplis ostendit
Dan. Heinsius, de *Sat. Horat. lib. 1.
pag. m. 68.* Ut ergò flagella hæc evi-
tarent Principes, & apud Poetas gra-
tiam inirent, ne apud posteros fortè
traducerentur, cum & post mortem
me-

metuendi essent Poetæ, à se tantum recognosci lauream Poeticam voluerunt, & ex hoc factum deinceps, ut pro veritatis Professoribus (ita enim Homerum *δῆμιος δὲ τὸ ἀληθείας* vocarunt Philosophi) meri crearentur adultores, parasiti, nugatores, & ineptissimi versuum concinnatores, digni profecto, in quorum capitibus Aulici ollas frangant.

VI. Et has quidem rationes iis temporibus, quibus Tyranni Imperium tenuerunt, optimè convenire, probabiliter dici potest. At verò cum per aliquot secula deinceps densissima barbaries omnem Musarum suavitatem exclusisset, Poeseos quoque & eloquentiæ inductum fuit exilium, totam simul eam coronandi ceremoniam planè obliterans, & ex animis aut memoriâ hominum quasi eripiens. Nullibi carmen suis constabat partibus, nisi quod bis terque in eandem syllabam caderet. Orationum periodos vel absque verborum geminatio, vel inepta subtilitas implebat, & si qua occurrerent vel ex antiquis moribus, vel exprisci ævi memoriâ, rebusque gestis, ea nunc omittebant foedissimâ ignoratione, nunc ad sui seculi rationem detorta fictitiis sensibus corrumpentur. Barclai. *in Euphorm. part. 1. p. 114.* Nec potuit imperitia ista, & luctuosa ingeniorum tempe-

stas tolli & cessare prius, quàm Franciscus Petrarca quarto decimo seculo signum tolleret ad literaturam politioem, Vols. *l. 3. de Histor. Lat. p. 24.* Primus ille exultantem humanitatem restituit, cumque ignotum jam penè esset nomen Poetæ, morem ab aliquot seculis desuetum, ut loquitur Taubmannus, *de Lingv. Lat. p. 99.* revocavit, & laurum poeticam, noviter à se repertam, primus sibi ipse petiit, eamque in Capitolio Romano magnificè impetravit. Id eò autem fortè in Capitolio, quia Capitolino certamine Poetæ laureâ donari consueverunt. Sabellic. *l. 8. Ennead. 9.* Factum id anno Domini MCCCXXXVIII, uti habet Platina, *in vitâ Benedicti XII,* & Nauclerus, *vol. 2. Generat. 45. fol. 251. 252.* aut MCCCXXXIX, uti habet Calvisius, *in Chronol.* aut MCCCXL. uti Sabellicus *d. l.* aut etiam MCCCXLI. uti in vitâ Petrarchæ Italico idiomate ab Alexandro Velutello conscriptâ legitur.

VII. Eo verò tempore jam tum introducti fuerant in Academiis gradus dignitatum & promotionum, ut verosimile sit, tam ad pristinum coronationis ritum, quàm ad has ipsas dignitates Academicas respexisse Petrarcham, & cum aliis facultatibus non deessent præmia & honores, doluisse, quòd literæ hu-

maniores talibus destituerentur. Restituit ergo unà cum literis istis morem antiquum, qui jam totus intercederat, quique ipsis etiam Coronatoribus suis ignotus erat, primusque, ut fuit indagator studiosissimus, rem oblivione sepultam ævo suo resuscitavit, atque ut imposterum quoque memoria ejus extaret, exemplo suo effecit. In quam rem non pigebit integra hic legere verba Privilegii, quod ab Urso, Anguillarum Comite, in eâ solennitate accepit Petrarca. Ea hæc sunt: *Hoc nempe Poeticum decus a te nostrâ, quod dolentes referimus, incertum quâ seu ingeniorum tarditate, seu temporum malitiâ usque adeo oblitum esse videmus, ut etiam, quod per ipsum Poeta nomen importatur, penè incognitum nostris hominibus habeatur. Sanè autem Poetas egregios in morem triumphantium accepimus in Capitolio coronari: Usque adeo et in desuetudinem abiit nobis illa solennitas, ut jam à mille trecentis annis (facile ignoscimus aut Petrarchè, aut Anguillarum Comiti, lapsum hunc in re, ævo isti minus clarâ. Vix enim est, ut tanto tempore ritum istum interquievissent quis putet, cum diutius duraverint agones Capitolini, sive eos sexaginta numeres, & Constantinum M. cum Licinio Consule sexagesimum celebrasse dicas cum Onuphrio, uti*

ex eo notat Raderus, ad Martialis fol. 615. sive quadraginta saltem, cum Calvisio, ad ann. post Chr. Nat. 242.) nullum ibi legamus tali honore decoratum. Quod excogitans ingeniosus Vir et talium studiorum ab adolescentiâ scrutator ardentissimus Franciscus Petrarca, Florentinus, Poeta, Historicus, præsertim tempore præfenti succurrendum ratus, quo neglecta magis erat ab hominibus et deserta, post auctorum volumina diligenti primùm indagine non incognita relicta, deinde post propria proprii ingenii opera, Historiarum præcipue et poematum, quorum partem adhuc habet in manibus, honesto laurea flagrans desiderio, non tam propter gloriam, sicut idem in nostrâ et Pop. Rom. præfentiâ professus est, quam ut ad simile desiderium studiorum omnium animos irritaret, quamvis ad hunc ipsum honorem alibi suscipiendum studiis atque Urbibus evocatus (qui vitam Petrarchè Italico idiomate conscripsit, Alexand. Velutellus, invitatum eum dicit tum à Senatu Rom. tum ab Academ. Parisiensi, tum denique ab Roberto, Rege Siciliæ, ab singulis specialiter, ut laurum apud se, & in suâ Terrâ imponi pateretur,) tractus tamen memoriam reliquorum Poetarum, nec non affectu atque reverentiâ hujus SS. Urbis, cujus eum semper constet fuisse fer-
ven

ventisimum amatorem, posthabitis aliorum precibus, decrevit huc potissimum, ubi ante eum laureatos esse memineras, se conferre.

VIII. Ab eo tempore instituta videtur quinta quædam Facultas, Poëtica sc., quæ non modò pangendi carminis, sed & Historiæ scribendæ peritiam, &, ut summatim dicam, omnem eloquentiæ apparatus ambitu suo complecteretur. Et separata quidem eam ab reliquis quatuor fuisse, saltem iis temporibus, ipse Genus cujusque & natura ostendit, dum illas quidem densa styli barbaries occupasset, hanc solam Romanæ linguæ qualiscunque elegantia reviviscens decoraret. Vicissim autem hoc habuit cum reliquis commune, quod & præviùm admitterit examen, (quale etiam cum Petrarchâ per integrum triduum instituit ipse Robertus, Rex Siciliæ, quippe quo doctior eo tempore in hoc studiorum genere fuit nemo) & Privilegio quoque planè simili suos ornaverit promotos. Digna sunt iterum, quæ hic legantur, verba Privilegii, Petrarchæ concessi, ex ipso diplomate Comitis Anguillariæ: *Præfatum Franciscum tam dicti Regis (Siciliæ, Roberti,) quam nostri populario nomine magnum Poëtam & Historicum declaramus, præclaro Magistris nomine insignimus, & in signum*

specialiter Poësis, Nos Ursus, Comes & Senator Præfatus, pro nobis & Collegâ nostro Coronam lauream nostris manibus ejus capiti impressimus, dantes eidem tam in dictâ arte Poëtica, quam in dictâ historica arte, atq; in omnibus spectantibus ad eandem, autoritate præfati Domini Regis, S. P. Q. R. tam in hac sanctissimâ Urbe, (quam omnium Urbium caput esse non ambigitur, & magistratam) quam alibicunque locorum legendi, disputandi, atq; interpretandi veterum Scripturas, & novas à seipso, omnibus seculis, auxiliante DEO, mansuros libros, & poemata componendi, liberam tenore præsentium potestatem.

IX. Patet hinc, ab altiore manu & autoritate publicâ laurum accipere voluisse Petrarcham; potestatem tamen istam conferendi inter Regalia illicò relata, aut pro Jure Majestatis habitam, non ausim confidenter affirmare. Quid enim Majestatis Roberto Regi Siciliæ in Urbe Româ competiisse dicamus? quid porrò Senatui aut populo Romano? præfertim cum eo tempore contra Imperatores ex Hildebrandino fastu strenuè insurrexerint Pontifices, nec paterentur potestatem suam in Urbe Româ, utcunque Avenione perlingerent, imminui. Quicquid tamen sit de Roberto Rege, cui for-

tè hoc concessum, quòd Pontificis partes contra Ludovicum Bavarum sustinuisset, videtur nihilominus ipse etiam Ursus Comes tali potestate instructus fuisse, quà Regalia exercere licuerit. Refert Platina, *in vitâ Benedicti XII.* Pontificem, missò in Italiam Legato, Senatui populoq; Romano persuasisse, ut Senatoriam dignitatem, quam diu regio nomine gesserant, suis tandem & Ecclesiæ auspiciis administrarent. Hanc ob rem & Stephano Columnæ senatoriam dignitatem prorogatam fuisse, & Collegam ei datum Ursum, Anguillaræ Comitem. Ipsum hunc Columnam, & ejus Collegam, paulò ante Imperatoris Vicarios appellaverat, *in vit. Job. XXIII.* Cujuscunque verò vices sustinuerint illi, sive Papæ, qui Majestatis Jura sibi de facto vindicabat, sive Imperatoris, cui verè competeabant, non erit absurdum dicere, à Majestate dignitatem hanc Petrarchæ obvenisse, & populi Romani nomen in speciem tantum, & juxta antiquas formulas adhibitum fuisse.

X. Acriter verò & acerbè nimis novum hoc Petrarchæ factum perstringit Maphæus Vegius Martini V. Pontificis Datarius, *lib. 3. de educat. liberor. cap. 1.* cujus verba refert Marcus Zuernus Boxhornius, *in histor. universal. ad ann. MCCCLXXVIII.*

ex quibus nobis sufficiunt ista: De Poetis loquor, quorum laureandarum novum morem in vexit quidam, cujus nomen hoc præsertim loco, quò à me reprehenditur, honestiùs prætereo.

Qui cum gravissimus aliàs & modestissimus extiterit, mirum tamen est, quàm in hoc gravitatem longè modestiamq; excesserit. Is lauro cingi sibi caput, ad majorem poeticæ artis auctoritatem, publicumq; insuper ejus rei instrumentum condi curavit.

Quod cum aliquando legerem, non potui non ridere. Quis verò se à risu continere posset, videns gloriam poetarum, quæ communi omnium voce & attestatione quæri consuevit, sub imperiti alicujus tabellionis fide clausam videri? Inde ad plerosq; alios ea pestis posticà exemplo ejus defluxit: defluxuraq; adeò est, (nisi occurratur) ut quisquis metri tantum leges intellexerit ad laurum coronam subito sit aspiraturus. Res pessimi certè exempli, præsertim cum neq; factitarent quicquam horum majores nostri, neq; etiam cogitarent. Non vanum id quidem fuit præsagium, laurum adepturos, qui metri tantum leges intellexerint; sed hoc Petrarchæ imputari non potest, non magis, quàm vetustis illis solidæ eruditionis Doctoribus, quòd hodiè Doctoris titulo ornentur, qui nec rudimenta quidem bonarum artium dice-

dicerunt. Videtur autem Vegius id-
eò Petrarchæ succensuisse, quòd ille
aulam Romanam, & ejus vitia ele-
gantibus versibus descripsit, quos
quidem expunxerunt in quibusdam
editionibus sacræ inquisitionis Ma-
gistri, addito hoc lemmate: *Qui
mancano tre Sonnetti, levati dalla
sacra Inquisizione*; sed inveniuntur
tamen illi in vetustioribus exempla-
ribus integri adhuc & illæsi. Et pro-
fectò justâ indignatione commotus
carmina ista conscripsit Petrarcha,
quandoquidem, Vergerio & Squar-
ciafico testibus, potuisset ille Cardi-
nalis dignitatem consequi, si modò
sororem suam Benedicto XII. Pon-
tifici prostituere voluisset. Eam ve-
rò conditionem cum acceptasset
deinde Gerhardus Petrarcha, frater
Francisci, nec tamen post stuprum
forori illatum promissis suis sterisset
Pontifex, ex mœrore ille Carthusia-
norum ordinem suscepit, mundoq;
valedixit. Nec dubito ergò, hæc &
alia movisse Petrarcham, ut versus,
de quibus dixi, conscriberet. Et hæc
certè unica causa fuit, cur ei insul-
taverit Vegius, indignè ferens, Cu-
riam Papalem, cujus ipse pars non
postrema fuit, tã acerbè perstringi.
Et quid enim vitii subesse dicendum
fuerit, hominem de bonis literis be-
nè meritum, & cultioris Latinitatis
instauratorem laureâ donari? Quin

omnes hodiè agnoscunt eruditi, di-
gnum eum multò majoribus hono-
ribus fuisse, nec adeò excludi debere
generosos Poetas suis istis præmiis.

XI. Quemadmodum igitur reli-
quarum quatuor Facultatum digni-
tates ad principale culmen & Maje-
statem Regiam referri cœperunt:
ita quintæ etiam hujus præmia ab
eâdem expectari similis ratio jusfit,
ut adeò necesse non sit, ejus rei cau-
sas cum Scaligero ex illa Domitiani,
aut etiam antiquiore ætate eruere,
aut ad rationes istas, quibus primos
Imperatores moveri potuisse dixi-
mus, recurrere, atque adeò ex arce
Tyrannicâ ejus originem arcessere:
Quin satius erit intra Petrarchæ, qui
primus nostro more coronatus me-
moratur, seculū subsistere, cum nec
diffiteri possimus, summam cum
aliis Academicis gradibus cognatio-
nem habere laurum poeticam, & il-
los vicissim cum lauru. Sic enim &
Salerni Doctoribus laureas coronas
imponi, qui idcirco Doctores lau-
reati dicantur, Camillus Borellus
prodidit, *l. 1. de Magistr. edict. c. 8.
num. 110.*

XII. Illud tamen mirum adhuc
videri alicui posset, quare Acade-
miis non perinde data sit potestas
conferendæ laurûs Poeticæ, atque
data est potestas creandi Doctores,
Licentiatos, &c. Ejus verò rei ratio

peti videtur posse exinde, quod agrè ferrent Academiae, per quintam illam Facultatem ceteras quasi cogi in ordinem elegantioris literaturæ, cū inficeta ista secula barbarie se exonerare nondū possent, & istam verborum curam planè deridiculò haberent. Fuit enim verò illà tempestate, uti loquitur Squarziachus, *in vita Petrarca*, Poeticum nomen ita invisum, ut, qui illa studia sequeretur, magum, sortilegum & hæreticum esse dicerent. Quid mirum igitur, quòd, recusantibus Academiais illam quintam facultatem, imò etiam persequentibus hostiliter, penes Imperatores aut Reges ea potestas resederit? Sed est tamen deinceps ea nonnullis quoque communicata Academiais. Ita enim Maximilianus I. Imp. anno MDLII. in Academia Viennensi peculiare instituit Collegium Poeticum, veluti quintam Facultatem, eiq; præter alia etiam Privilegium creandi Poetas concessit. Vid. Poet. Giessens. *in præfat.* Simile quid de Argentoratensi & Altorfinà fertur, Nec dubito, facile id aliis etiam permitti posse, (præsertim cū Philosophia elegantius hodiè incedat, & eloquentiæ tam inimica amplius non sit, ut potius Poesin ambitu suo nunc complectatur) nisi mori jam inveterato obtèperare cuilibet magis placeret.

XIII. Et hætenus quidem de Poetis, quæ ita per mutuas velitationes & eruditum commercium cum Viro quodam Clarissimo, Amico nostro veteri, investigare licuit, præsertim cū primà facie vix apparet, quid interesset Majestatis, coronâ donari hominem, sibi tantum & Musis, aut etiam Amasiz suæ canentem, aliorum autem hominum aures festivis plerumque nugamentis, & ridiculis fabulis demulcentem, cæteroque in glorium opinione vulgi, & suâ tantum *Philautia* ut plurimum se sustentantem. Quæ tamen omnia illis ferè competunt, qui titulo tantum & nuncupatione Poetæ sunt, cū verum adhuc invenitur illud, quòd laurigeri multi, pauci verò existant Phœbi. Illud nescio, utrum ad stomachum Poetarum faciat, quod Trajanus Boccalinus alicubi monet, nullis aut mediocribus Poetas debere coli præmiis. Victum & vestem illis sufficere, ex abundantia bonorum corporis existere penuriam bonorum animi, ex ocio eos marcere. Quemadmodum nimia in gallinis obesitas eas reddit infœcundas; ita Poetas deliciis & ocio corrumpi. Poetas denique non naturâ ut canes, sed fame coactos, velut astures & falcones venatum ire. Sed totum hoc Boccalini consilium vereor, ut locum invenire possit, nisi

nisi Poetas mihi fingas planè à se alienos, & communi eorum naturæ reluctantes. *Αναμνη γὰρ ἀνδρῶν Σούμης*, Vid. Casaubon. in *Athen.* c. 18.

XIV. De eo valdè disceptatur inter eruditos, quæ sit ratio, quòd Poëtæ in *l. 3. C. de Professor. Et Med.* ab omni immunitate excludantur. *Poëtae*, inquit ibi Philippus Imperator, *nullà immunitatis prerogativà juvantur.* Cur verò nullà? non quòd non sint dignissimi, inquit Cujacius, *ad d. l. 3.* sed quòd lex deficiat. Sed vanissimum hoc esse dicit Albericus Gentilis, in *speciali Et prolixo commentar. ad b. t.* Si enim dignissimi sunt, non debuit lex animata, qui ipse est Princeps, deficere & deesse dignissimis. Et utique frivolum erit, Legislatorem ideò aliquem immunitate donare nolle, quòd antecessorum nemo eam concesserit; & fateri tamen, dignissimum eum esse, qui immunitate gaudeat. *Qui* agnoscit, dignum aliquem esse præmio, quid; præmium conferre potest, an excusatus erit, si dixerit, ideò se conferre nolle, quia antehac nemo eum præmio decoravit? Ipse igitur Gentilis post longas disputationes putat, ipsis quidem Poëtis tributas non esse immunitates, tributas autem eas esse artis poëtices Præceptoribus, non minus quàm Rhe-

toribus & reliquis liberalium artium Doctoribus. Sed hanc explanationem reprehendit Franciscus de Amaya, *ad b. l.* dicens, hoc officium esse proprium Grammaticorum, & eosque jam habuisse Privilegium, ex aliis legibus non ob poesin, sed ob docendi officium. Et plausibilis esse ait, quòd tradit Gaspar Barthius, *lib. 5. advers. cap. 4.* primis Romanæ Reipublicæ temporibus Poëtas fuisse egenos homines, convivia captantes, grassatores proinde vocatos Agellio, *lib. 11. noct. Actie. c. 2.* & aliquando quidem sub Imperatoribus, quibus volupe fuit à presentibus laudari, valdè honoratos, mox verò depressos iterum, & pristinae suæ fortunæ restitutos fuisse, præsertim quòd in parasitando & adulando eorum studium versarentur. Quæ & sententia fuit Scipionis Gentilis, *lib. 2. parerg. c. 1.* Sed neque hinc quidem acquiescit Amaya, putatque ipse, ideò denegatam Poëtis immunitatem, quia cum nascantur magis, quàm fiant, divinus illorum spiritus & impetus, qui sacra semina mentis habet, laudibus contentus est, & sic præmium nullum, aut Privilegium majus dari potuit divinæ illi arti præter laudes, perinde uti virtus ipsa sibi merces est, ipsa etiam se contenta aliud nihil affectat. Eum refert, & sequitur Antonius Perez,

Cod. de Profess. & Med. n. 24. Ego vel Alberici Gentilis sententiam eligendam arbitror, quod & facit Joh. Otto Tabor, *ad tit. Cod. de metat. & epidem. part. 3. cap. 2. art. 2. num. 8.* vel

statuendum, Philippum Imperatorem Poetarum moribus fortè impetatum, parùm æquum eis fuisse, & hinc omnem immunitatem denegasse.

CAPUT XXVI.

De

Jure creandi Notarios Publicos.

SUMMARIA.

Jus hoc quare referatur inter Regalia? 1.

Notariorum munus utrùm vile sit & servile? 2.

Tabularii olim qui fuerint? 4.

Ab his alii fuerunt Tabelliones. 5.

Servi publici olim qui? 6.

Notarii cur servi publici dicti? 7.

Notarii hodiè dignitate aliquà præditi sunt. 8.

Notariorum jurisdicctio nulla est. 9.

Summa tamen eis habetur fides. 9.

Notarius non nisi à Principe suam accipit potestatem. 10.

Doctor juris potestatem faciendi instrumenti non habet, uti Notarius. 10.

Notarius utrùm instrumentum conficere possit extra territorium ejus, à quo habet potestatem? 11. 12.

Justa investiva in Notariorum inscitiam & improbitatem. 13.

De festo Notariorum apud Græcos. 14.

I.

JAm ad Notarios, de quibus minùs dubium est, eorum creationem inter Regalia referri oportere, *Novell. 44. c. 1. in fin.* Potestatem enim sive auctoritatem tribuere alicui, ut corio, cui inscripsit, mortui animalis, uti loquitur Aymo Cravett. *conf. 56. in fin.* sive potius Scripturæ in eo

contentæ, uti mavult Camillus Borellus, *l. 2. decis. tit. 18. num. 95.* plena fide credatur, non nisi illius est, qui summam & absolutam in provinciâ tenet potestatem. Jacob. Bornit. *de instrument. lib. 2. c. 13.* ideoq; nec ab alio creari potest Notarius, quàm à Principe, aut ab eo, cui Princeps

ceps permisit. Anton. Fab. Cod. lib. 4. tit. 16. def. 11. n. 2. Jac. Menoch. lib. 2. præsumpt. 77. n. 8. Elbert. Leonin. emendat. lib. 4. c. 13. n. 17. Hinc igitur non Imperatori tantum, & Pontifici potestas ista competit, sed & Regibus & Principibus aliis, superiorem non agnoscentibus, uti Regi Hispan. tum domi, tum in Regno Neapolitano & Siculo. Eodem jure creant Notarios Republicæ Veneratorum, Genuensium, Lucensium, Ragusinarum, Duces Sabaudia, Florentiæ, Mantuæ, Urbini, Mutinæ, aliique plures. Camill. Borell. d. l. n. 100. Joh. Petr. de Ferrar. in prax. tit. 13. gloss. 3. n. 7. Joh. Baptist. Asinius, in practic. civil. part. 2. §. 3. c. 20. n. 4.

II. Nec quisquam mihi hic regerat, indignum id videri majestate Imperantium, cum vile & abjectum sit officium Notariorum, & ad servos olim pertinuerit, quod trahunt l. 18. ff. de adopt. l. 2. ff. rem pup. salv. for. l. 1. §. 15. ff. de magistrat. conven. nec dignitatem aut honoris gradum sibi habeat adjunctum, uti disputant Angelus, & Caspar Caballinus apud Gabriel. Palæott. de notb. & spur. cap. 56. n. 1. 2. Sanè Notarii, Tabularii, Tabelliones & servi publici quibusdam Jctis pro iisdem habentur, nec diffiteor, sequioribus posteriorum Imperatorum temporibus parum distinctos fuisse tabelliones à tabu-

lariis, quæ tamen vocabula in gratiam eorum, quos hodiè Notarios dicimus, accuratè secernere operæ erit precium.

III. Et Notarios quidem inter servos fuisse constat ex l. 3. Commun. de legat. in pr. l. 1. §. 5. C. de comm. serv. manum. eosque dictos ita, quod per notas quasdam sive ab ipso Mæcenate, uti vult Dio Cassius, sive ab Aquilâ, Mæcenatis liberto, uti vult Isidorus, primum inventas dicentium verba velocissimè exciperent. Manil. Astron. lib. 4. Senec. epist. 90. Alii tamen ab his fuere Notarii Principis, quos in dignitate, & sub primicerio constitutos arguit tot. tit. Cod. de primicer. & secundicer. & Notar. lib. XII.

IV. De Tabulariis verò res tam clara non est, utcunque aliqui indistinctè eos servos fuisse autument. Erant autem Tabularii, qui civitatum aut provinciarum chartas tractabant, l. 3. C. de tabular. l. 3. §. 2. ff. de tab. exhib. qui que publicas rationes supputabant, l. 1. & l. 7. C. de exact. trib. l. 2. C. de numerar. lib. XII. l. 1. C. de immun. nem. conced. l. 1. C. de censib. Joh. Coraf. l. 3. miscel. c. 11. quemadmodum & locus ipse, ubi ejusmodi chartæ asservabantur, quem archivum hodiè dicimus, tabularium olim dicebatur. Marcell. Donat. in Ammian. Marcellin. p. 849.

Ddd

Lau-

Laurent. Pignor. *de serv. p. 153.* Eos verò liberas fuisse personas arguit tùm *l. ult. ff. si mens. fals. mod. dix.* quippe ex quâ actio in tabularium civilis & pecuniaria datur, qualis tamen in servum neque ex contractu, neque ex delicto competit, tùm *l. 2. Cod. Theodos. de tabular.* quæ illos in Decurionum ordinem evehi permittit, quod tamen neque servis, neque libertis olim, nisi hi jus aureorum annulorum adepti, aut natalibus restituti fuissent, concessum erat, *l. 1. & 2. C. si serv. aut libert. ad decur. adspir.* E contrario servos eos fuisse, non infubidè colligitur ex *l. 3. C. de serv. Reip. manum.* & quòd disertè Arcadius & Honorius Impp. servos ad tabulariorum officium in posterum promoveri prohibuerint, *l. 3. C. de tabular. & scrib.* ut jam taceam, per servos publicos ab Interpretibus plerumque intelligi tabularios. Ex hoc legum dissentiu non video quomodo eluctari aliàs liceat, nisi dicamus, tabulariorum id munus & ab libertis fuisse administratū, & à servis, quatenus scilicet unicuique civitati aut ordini libuerit, cum præsertim inter dignitates munus ejusmodi relatum nullibi reperiat, nisi fortè exceperis illos, qui Palatini ministerii portio erant non contemnenda, tabularios videlicet Augustorum vel Augustarum, rationis patrimo-

nii, Filcii Alexandrini, &c. de quibus Laurentius Pignorius, *de serv. p. 153.*

V. Ab his autem planè alii adhuc erant Tabelliones. Justus Meyer, in *Colleg. Argent. tit. de fid. instrum. n. 4.* quippe qui circa privatorum conventiones versabantur, easque in Instrumentum publicum referebant, & auctoritate donabant, *l. 21. C. ad L. Corn. de fals. Novell. 44.* ubi disertè distingvuntur Tabularii & Tabelliones. Svidas: *Ταβελλιῶν, ὁ πρὸς τῆς πώλειος γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικῶς λεγόμενος, ἀπαντα Ἰππιτῶν πρὸ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα. ἕκαστοι αὐτῶν οἰκείους Ἰππιφραγίζων γράμμασι.* Hos autem Servos fuisse nullibi me legisse memini, & in hoc quoque, quod liberi fuerint, à Tabulariis solent distingvi. Anton. Perez. *Cod. de tabular. n. 11.* qui tamen in hanc rem frustra citat *l. 2. Cod. Theodos. de tabular.* quippe quæ expressè de Tabulariis agit. Magis huc facit Novella Leonis *ἡ περὶ πολιτικῶν σωματείων διγπαξέων*, cujus meminit Cujacius, in *l. 15. de Decurion.* ex quâ intelligitur fuisse certum Tabellionum corpus sub primicerio, à quo ex Collegii sententiâ Tabelliones alii creati sunt. Creationem ita factam insinuatam fuisse Præfecto Urbi, Creatoribus jurantibus, se nec ambitione, nec gratiâ ullâ, sed solâ virtutis conscientiâ ad novi Tabellionis electionem ad-

du-

ductos, atque ita in Secretario Præfecti Urbi annuli signatorii oblatione ejus promotionem fieri. Duci autem eum ad Præfectum Urbi indutum ephestrīde, ac deinde, promotione factâ, ad templum, cæteris Tabellionibus, eadē indumenta gerentibus, ibique pro ephestrīde ei à Sacerdote dari album *Φελάσιον*, super dictâ prece, ad extremum licuisse *συμπιστάζειν μετὰ τῶν συμπυρόντων καὶ σπουδαίων*, quæ omnia totidem, verbis refert Cujacius, ubi addit, de Tabulariis quidem loqui eam novelam, sed id factum ex mutatione vocabulorum posterioris ævi, cum omninò in libris nostris tabularii planè alii fuerint. Sanè ritus istos, quos in Tabellionum creatione adhibitos fuisse diximus, ad servilis conditionis homines referre vix ausim.

VI. Servi deniq; publici dicebantur, qui publico ære empti publicis quoque officiis destinati erant. Et hinc igitur Magistratibus eos apparuisse, Viatorum & Licitorum, quandoque etiam Scribarum functos fuisse officio, custodias asservasse, pro stipulari nequeuntibus stipulatos fuisse, pecuniam publicam à debitoribus exegisse, ad balneum, ad purgationes Cloacarum, ad munitiones viarum adhibitos fuisse, quin & sacra quandoque curasse, non nostri tantum, sed & Historicorum, & hu-

manitatis Professorum satis copiosè recentent libri. Vid. Laurent. Pignorius, *de serv. p. 35. seq.* Robert. Donaldson, *Synops. Oeconom. p. 267.* & sub his comprehensi etiam fuere illi, qui servilis conditionis erant, tabularii. Conf. Jacob. Gothofredus, *ad l. 3. Cod. Theod. de decurion. it.* Franc. de Amaya, *ad l. 15. C. decur.*

VII. Si jam quærat, quosnam inter hos Notarios nostris comparare velimus, parata nobis est Responsio, Tabellionibus id videri competere. At si istud, nunquam mihi servos facies Notarios; nec vile proinde aut abjectum erit ipsorum officium, ut juribus Majestatis subjici nequeat. Et Notarios, quales hodiè dicuntur, non esse, imò nunquam fuisse servos, nobiscum sentiunt Andr. Tiracvellus, *de nobil. c. 30. n. 9.* Franciscus Cardinalis Mantica, *Lucubrat. Vatican. l. 14. tit. 26. n. 3. 4.* Didac. Covarruv. *pract. quest. 19. n. 5.* Quod enim Notarii communiter dici soleant servi publici, factū idè, vel quòd non satis distinguerentur vocabula Tabellionis & Tabularii, vel, uti Accursius censuit, quia publicè serviunt, in publicis privatisque negociis acta & rationes conscribendo. Quamquam id non placeat Nicolao Antonio Gravatio, *in not. ad Octaviani Vestrii praxim, l. 2. c. ult.*

VIII. Quicquid sit, dignitatem aliquam muneri isti hodiè inesse, nemo facile negabit. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 8. tb. 8. lit. D.* eamque ab ipsa autoritate Imperatoriâ, aut principali arcesse debere, in aprico est. Unde & in quibusdam civitatibus Italiæ Tabellionatûs officium non dedignantur Nobiles, uti de Bononienlibus & Lucensibus refert Cæsar Barz. *decif. 50. n. 12.* Et quî verò dignitatem nō habeant, quî jurisdictionis quandam tenere dicuntur partem, eam scilicet, quæ ad voluntariam, vulgò referrî consuevit, & sine strepitu expediri potest? Regner. *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 15. n. 12.* Joh. Aloyf. Riccius, *decif. 1196.* Robert. Marant. *de ord. judic. part. 4. dist. 18. n. 2. & 3.* propter quam etiam iudices chartularii vulgò vocantur. Gail. *l. 1. Observ. 1. n. 13.* Menoch. *l. 2. presump. 78.* dum tamen reverà iudices simul creati fuerint, cum esse iudex non causetur ab officio Notariatûs. Sig. Scaccia, *de judic. l. 1. c. 61. n. 15. vers. Secundo,* Carol. de Grassis, *de except. in pr. stud. n. 14.* Hac autem dignitate ipsis collatâ, uti quidem conferri simul ut plurimum solet, & appellationes ab eis recipi possunt, & protestationes; quemadmodum & testium examina, perinde ut apud iudicem Ordinarium, magno cum emolumento apud eos quandoque

instituantur. Jac. Bornit. *l. 2. de instrum. c. 17.*

IX. Utcunqve verò ista talia ab iis peragi posse non diffitear, tota tamen ea, quam tantoperè jactitant, jurisdictio, aut exigua mihi videtur aut omninò nulla. Et ita jurisdictionem Notariis planè denegant Jacobus Mandellus, *ad l. fin. ff. de jurisd. omn. jud. n. 10.* Barthol. Musculus, *de success. convent. class. 1. membr. 3. n. 66.* Non malè, ni fallor, eò quod melioris tantum probationis causâ eorum autoritas requiratur, ut ita non tam in jurisdictione, quam in fide totum eorum officium consistat. Tanta tamen hinc eorum est autoritas, ut sicubi ab aliquo tali Instrumentum factum fuerit, quòd ego tibi ad certum diem solutionem promiserim, Instrumentum istud vim sententiæ habeat, & executionem paratam. Sichard. *ad l. fin. C. de edict. D. Hadriani toll. n. 15.* tantaq; illis à quibusdam habetur fides, ut unus duabus, aut etiam tribus aliis personis æquiparetur, uti post Panormitanum, *in c. quoniam X. de probat.* statuunt Thomas Grammaticus *decif. Neapolitan. 60. n. 11.* Mascard. *de probat. conclus. 1099. n. 3.* Camill. Borell. *lib. 2. tit. 18. n. 150. & 213.* M. Ant. de Amat. *decif. 7. n. 4.* Joh. Althus, *Dicæolog. l. 1. c. 51. n. 6.* quod tamen haud temerè sollicitat Jac. Meno-

nochius, *de A. J. Q. cas. 105. n. 39.* cum difficile sit, imò iniquum, testium duorum, omni exceptione majorum, fidem unius hominis testimonio elevari. Sed & minus valet assertio Notarii, quando non ut Tabellio, sed ut testis asserit. Barn. Cornazzan. *decif. 42. n. 6.* Alvar. Valasc. *consult. 89. n. 3.* quanquam id non negem, in dubio Notarii alijus testimonium præferri debere cæteris paribus alterius non Notarii depositioni, quæ videtur etiam esse sententia Mascardi, *d. l. n. 4.* quia pro Notario semper est præsumtio, & creato Notario dicitur creatum quodammodo unum oraculum veritatis. Cæs. Barzius, *decif. 50. n. 9.* Conf. Gvid. Pap. *decif. 540.* Didac. Covarruv. *l. 2. resol. c. 13. n. 10. seq.*

X. Potuissent hæc omitti, nisi facerent ad explicationem ejus, quod ante diximus, Instrumentum Notarii totam eam vim, quam habet, à superiori potestate accipere. Non potest igitur Notarius creari, nisi ab eo, qui legis ferendæ habet potestatem. Didac. Covarruv. *pract. quest. 19. n. 9.* quâ ratione negamus, Ducibus, Comitibus & Baronibus potestatem eos creandi competere. Paris de Puteo, *de syndicat. cap. de excessib. Baron. n. 9. & 13.* frustra id post alios asserente Petró Anton. de Petra, *de potest. Princip. c. 15. n. 59.* Ta-

metli ergò Actuarii judiciorum, & Secretarii in Curiis quandoque dicantur Notarii, tales tamen reverà non sunt, eorumque fides tantum intra terminos judicii illius concluditur. Jacob. Bornit. *de fid. instrum. l. 2. c. 13.* Consequens hinc est porrò, Instrumenti faciendi potestatem nemini competere, nisi qui solenniter Notarius creatus est, adeoque nec Doctorem quidem juris eam sibi sumere posse licentiam, ut cunque id defenstarit Berlichius, *part. 1. concl. 43. n. 50.* refutatus Carpzovio, *l. 6. respons. 18. & in Process. tit. 2. art. 3. n. 71.* Fiunt enim Instrumenta à solo Tabellione, sicut celebratur Missa à solo Presbytero, uti juxta Papismum suum loquitur Joh. Petr. de Ferrar. *in prax. tit. 13. gloss. 3. n. 4.*

XI, Quandoquidem autem à superiore omnem suam potestatem, consequuntur Notarii, non ineptè hic quæritur, quousque eam extendere liceat, & utrum Instrumentum conficere possit Notarius etiam extra Territorium ejus, qui eum creavit? Rutgerus Rulant. *tr. de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 5. n. 23.* dubium relinquit Lectorem. Negant Stephanus Gratianus, *discept. forens. c. 167. n. 55.* Roland à Valle, *l. 3. consil. 91. n. 15.* Joh. Aloys. Ricc. *decif. 1788.* Joh. Rudinger. *cent. 3. obs. 89.*

Camill. Borell. *tom. 2. decis. 18. n. 105.*
 Joh. Bapt. Asinius, *in prax. part. 2.*
 §. 3. c. 20. n. 6. Anton, Gabriel. *l. 1. tit. de fid. inst. concl. 1.* excipiens Notarium, qui simul est iudex chartularius, n. 3. Joseph. Ludovic. *decis. 115. n. 23. seq.* Alvar. Valasc. *tom. 1. consult. 9.* ita ut ne consensu partium, quidem id liceat Notario, nisi sit creatus à Papa, aut Imperatore Romano, hujus enim Instrumentum ubiqve locorum valere, ubicunqve id confectum fuerit, post alios etiam tenet Andr. Gail. *l. 2. Obs. 71. n. ult.* Matth. Stephan. *de juris d. lib. 2. part. 2. c. 5. n. 7.* à quibus dissentiunt Alvarus Valascus, *d. l. n. 2.* & Nicol. Boër. *decis. 242.* Sed & hæc exceptio idèd fortasse attendenda non est, quia universale totius hujus universi dominium & regimen, quod Imperatori & Pontifici adscribi solet, præsupponere videtur.

XII. Quod verò quæstionem ipsam concernit, interesse videtur, utrum Instrumentum, quod in alieno territorio conficit Notarius, fiat inter subditos illius territorii, an inter Subditos ejus, qui Notarium creavit, an inter subditos illius & hujus simul. Primo casu non valet Instrumentum, utcunq; partes in id consenserint, quia scil. Notarius majorem autoritatem, quam ipsius Dominus exercere, & sibi sumere nequit, *l. nemo ff. de reg. jur. excipe:*

nisi instrumenti istius vis & effectus in territorium ejus, qui creavit Notarium porrigatur. v. g. quando alterius territorii subditus ex Instrumento tali, in territorio ejus, qui creavit Notarium, agere velit. Secundo casu nihil obstat, quò minus Notarius etiam in alieno territorio Instrumentum conficere possit, prout etiam sentit Nicolaus Boërius, *decis. 242.* Quemadmodum enim contractus, & alia, quæ voluntariæ sunt jurisdictionis, à Principe ipso in alieno territorio confirmari, & expediri inter suos subditos possunt, ita & confici ab Notariis in alieno territorio Instrumenta. Tertio casu itidem valere puto Instrumentum, non in territorio tantum ejus, qui creavit Notarium, quia in hoc conveniri potest subditus hujus territorii, sed etiam in territorio, in quo alter contrahentium degit, propter jus sc. retortionis, & ne contractus claudicet. Vid. in utramque partem Joh. Georg. Becht. *de securit. n. 216. 217. 218.* Anton. Mornac. *ad l. ult. ff. de jurisdictione.* Illud per se patet, posse à Principe prohiberi, ne valeat Instrumentum, ab alio Notario confectum, quam qui ab ipso fuerit creatus. Nic. Boër. *d. l. Add. Car. Molin. ad edict. Henrici II. contra parv. dat. & abus. cur. Rom. pag. 50. & multis seqq. in primis pag. 60.*

XIII. Antequam ad alia progrediar, temperare mihi nequeo, quin atro carbone perstringam vitia, quæ hodiè quibusdam Notariis quasi familiaria sunt. Debent sanè illi publicæ fidei custodes esse, quippe qui eum in finem adhibentur, ut promissæ obligationis fides, & contractuum firmitas, atque rerum gestarum veritas tabulis signatis solemnius tutiusque habeatur & observetur, *Scribarum officium*, inquit Casiodorus, *lib. 12. var. securitas solet esse cunctorum, quoniam jus omnium ejus sollicitudine custoditur.* Ad eam rem & scientiâ opus est, & bonâ fide. At verò non solum ignorantie fratres hodiè sunt aliqui Notarii, sed etiam sublestæ prorsus & improbæ fidei. Inter eos si reperitur unus doctus, & expertus, numerabis alios viginti quinque, omnis eruditionis expertes atque ignaros. Qui quidem eorum defectus cum observari faciliè à prudenti aliquo homine possit, minus videtur periculosus esse Reipublicæ, quàm eorum malitia, & insignis improbitas, quippe quæ non ita sese exerit faciliè, sed in animo occultatur, atque idcirco vehementius lædit. De utroque styhum acuit plurimum testimoniis Ventura de Valentis, in *Parthen. litig. lib. 1. c. 9. n. 34. seq.* Illud verò omnem improbitatem & nequitiam supe-

rat, quod ne quidem in criminalibus, ubi interest Reip. ut delicta puniantur, bonâ fide semper agant, sed, ubi testes pro innocentia Rei examinandi sunt, vel omittant ea, quæ contra delinquentem faciunt, vel incrustent, & in alium sensum intorqueant. Quâ ratione fit, ut impunitatem sceleris commissi sæpè consequantur homines contaminatissimi, ac omnibus flagitiis pessimè inquinati. Id verò cum animadvertum sæpè fuit in Collegiis, fidem suam amiserunt aliquando istiusmodi Notariorum Instrumenta, & ut testes examinati in ipso judicio testimonia sua prævio juramento repetere deberent, non unis vicibus pronunciatum memini: **Würde N.N. auf die abgefaßten Artikel ihre Aussage nochmahls vor euren Gerichten endlich wiederholen/ so erget in der Sache ferner/ was recht ist; vel: daß N.N. auf gewisse Artikel von euch nochmahls endlich zu vernehmen/ ic. vel: Würde N. N. ihre auf die defensional-Artikel gethane Aussage vermittelst Endes nochmahls gerichtlich bestärcken/ ic.**

XIV. Caterum non arbitror, de Notariis publicis, quorum nunc causam agimus, accipi debere Festum Notariorum, apud Græcos olim celebrari solitum. Ab his enim
puç-

pueros olim edoctos & informatos fuisse, ostendunt verba apud Balsamonem *ad can. 62. Concilii Quini-
sexii in Trullo habitum*, tum & in *Jure Græco-Romano, lib. 3. occurrentia*, quæ sanè interpretari malim describis, pueros ductum literarum docentibus, quàm de ejusmodi personis publicis Instrumenta in fidem rei gestæ conficiantibus. Verba Balsamonis hæc sunt: *Quæ porro indecora aliquando fiebant à Notariis, adolescentium instructoribus, in sanctorum Notariorum festo, cum scenicis personis forum obcuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi*

illius Patriarchæ domini Luca decreto. Quæ eadem verba inveniuntur in *Jure Græco-Rom. d. 1. Festum quidem ipsum institutum atque celebratum putat Jacobus Gretserus, in Codini Curopalita de officiis Constantinop. tract. lib. 2. Observ. 6. in honorem & memoriam Marciani & Martyrii, quos Notarios Pauli Episcopi Constantinopolitani fuisse scribit Nicephorus, lib. 9. cap. 30. quosque Notarii deinceps perinde venerati sunt, atque Medici Cosmam & Damianum Medicos. Sed verò non videntur illi tale munus gessisse, qui pueros docuisse dicuntur.*

CAPUT XXVII.

De

Jure conferendi dignitates Ecclesiasticas.

SUMMARIA.

- Æqualitas civium Reip. non est proficua. 1.*
Princeps partem curarum in nonnullos transferre cogitur, qui proinde cateris digniores sunt. 2.
Et hoc non in Rep. tantum locum habet, sed etiam in Ecclesiâ. 3.
Dignitates in Ecclesiâ. 4.
Ad electionem Ministrorum Ecclesiæ concurrebant olim non Clerici tantum, sed Laici etiam. 5.
Etiam Magistratus, postquam idololatriæ esse desijt. 6. 7.
Principis interest suum exaudiri suffragium in electione Ministrorum Ecclesiæ. 8.
Episcopi olim pauperes erant, & in tenui conditione. 9.
Ordo aliquis erat inter Ministros Ecclesiæ jam inde ab initio. 10.
Plures Episcopi deinceps superiorem habebant Metropolitanum. 11.
Plures Metropolitani Patriarcham. 12.
Exarchi & Archiepiscopi qui? 13.
Inter Archiepiscopos & Metropolitanos nulla fuit differentia. 14.

Patriarcha praecipui sunt quinq. 15.

Metropolitanorum & Patriarcharum prerogativa unde? 16.

De Patriarchâ Constantinopolitano, unde in ad tantum honori fastigium adscendit. 17. 18.

Patriarcha Oecumenici titulus inter Episcopum Constantinopolitanum & Romanum controversus. 19.

Gratiani assertio; Romanum Pontificem non debere dici Episcopum universalem. 20.

Eam probat auctoritate Pelagii & Gregorii M. 20.

Pelagii testimonium interpretatur Carolus Molinæus, quem contra Baronium defendit Marcus Antonius de Dominis. 21.

Augustinus Barbosa circa eandem interpretationem notatur; 22.

De Gregorii testimonio Barbosa & Bellarmini sententia refutata. 23. 24.

Non, uti plures Episcopi sub uno Metropolitano, & plures Metropolitaniani sub uno Patriarchâ utiliter constituti sunt, ita etiam Patriarcha omnes uni capiti summo subjiuntur. 25. 26.

Primatus Episcopi Romani aetates & incrementa. 27.

Hierarchia Ecclesiastica utilitas. 28.

Episcoporum fastus & superbia. 29.

Eorundem auctoritas & potentia. 30.

Praesertim postquam Principes in Episcoporum ordinem recepti fuerunt. 31.

Inde verò perspicuum redditur, quid intersit Reipub. ad Episcoporum constitutionem concurrere consensum ejus, qui τὸ ἄρχειον tenet. 32.

Ad electionem Pontificis Romani necessarius erat olim consensus Imperatoris. 33.

Propter inevitabiles Pontificum Rom. ab Imperatoribus fieri solitas, quanta date fuerint turbae. 34.

Dignitates Ecclesiasticae subjacent dispositioni Principis. 35. 36.

I.

PRæter dignitates Academicas, superius enumeratas, super sunt adhuc aliæ illustriores, & majoris auctoritatis. Semper enim cavendum est Rectori Reip. ne in eâ actionum confusio, & promiscua officiorum atque indifferens sit operatio. Petr. Gregor. *de Rep. l. 22. c. 2. n. 9.* Nec verò probandum est illorum institutum, qui omnimodam civium æ-

qualitatem, Reip. magis proficiam, arbitrantur, quàm imperantium ordinem, & cæterorum subjectionem. Fernand. Vasqv. *præfat. ad lib. 1. controv. n. 21.* Quin à naturâ institutum videtur, ut dissimili quâdam harmoniâ, aptè tamen temperatâ, subsistat illud, quod ex pluribus membris coacervatum primitus fuit, h. e., ut in qualibet societate im-

perans & parens suis quisque partibus fungatur. Neque aliter consistere potest totum illud ex pluribus coagmentatum corpus, nisi sit, qui imperet, nisi etiam sit, qui pareat. Inter ipsos Angelos datur ordo Dominationum, principatum, potestatum. Etiam in statu integritatis fuissent, qui imperassent, fuissent, qui obedientiam praestitissent. Augustin. *lib. 19. de civ. Dei, c. 15.* Thom. *1. qv. 96. art. 2. 3. 4.* Post lapsum imperare & parere, non necessarium modò, sed & utile fuit, adè ut nulla, etiam inter barbaras nationes, dari possit Resp., quæ sine imperio diu consistere queat.

II. Cum autem impossibile sit, ut ille, qui Majestatem tenet, omnibus imperare possit ipse, praesertim ubi excreverit Regni potentia, utique in alios partem curarum transferre necesse erit, non alios tamen, quam qui ex Principis imperio stare & cadere possunt. Atque illos sanè non externo tantum splendore, & Majestatis quædam veluti stricturâ, sed potestate etiam & imperio armare oportuit, ut & volentes reddere possint subditos, & si nolint, adigere. Nata hinc sunt tot Magistratum nomina, tot honorum & dignitatum fastigia, tot cordatisimorum Virorum haud vani tituli. Quibus universis id tandem commune est,

quòd ex unico Majestatis profluant fonte, in eum redeant, ex illo se sustentent, & per totum id, quod sunt, ex se nihil sint.

III. Nec verò politicum tantum Regimen suas istas exerit dignitates, & Imperii simbrias, sed Ecclesia etiam plurimas tales hactenus recepit, & suas fecit, non quòd sine istis consistere non possit Religio, sed quòd ordinata magis, & corruptelis minus obnoxia reddatur. Moderatè tamen illis utendum, ut Christianos decet, & in eum tantum finem, ut Ecclesiae benè sit, cum tennerrima res sit Religio, & facilè ad fastum inclinent animi, quo si occupentur, nihil magis vel Ecclesiae, vel Reip. perniciosum existere poterit. Quemadmodum autem Ecclesiae curam haud minimam sustinent Principes, ut id latius exposuimus supra; ita non minorem circa dignitates istas conferendas gerere eos debere, paucis nunc explicabimus. Quibus deinceps honores & dignitates, ad politicum regimen spectantes, pro ratione instituti nostri subjungemus.

IV. Ecclesiasticarum personarum duo à quibusdam constituuntur genera, *dignitatis* unum, alterum *ordinis*. Dignitatis, ut Papa, Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, Episcopus, Archidiaconus, Archipresbyter

byter & Præpositus. Ordinis verò, ut Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius, Psalmista & Clericus primæ tonsuræ, de quibus singulis specialiter agit Claudius Espencæus, Theologus Parisiensis, *Digress. lib. 1.* Alii non multum diverso sensu distinguunt inter honorem aut dignitatem, & munus; Dignitatem illos tantum habere volunt, quorum administratio cum jurisdictione & potestate quâdam conjuncta est, reliquos nudum tantum exercere munus. A quibus tamen vicissim dissentiant illi, qui Episcopatum non tam in jurisdictione, quam in dignitate quâdam eminente, & officio in ordine consistere contendunt, ap. Petr. Svav. *in hist. Trid. l. 7. p. m. 664.* Sed enim, cum ab aliis indefinitè asseratur, sacerdotium esse dignitatem, Jason *in l. penult. n. 10. C. de pact.* & quemlibet in ordine Ecclesiastico existentem habere gradum & dignitatem, post Alexandrum Lancellotus Conrad. *in templ. omn. jud. lib. 2. c. 1. n. 7.* omnes autem & singulos Ecclesiæ ministros, etiam quos alii extra dignitatem constituere solent, Majestatis imperio subesse dixerimus supra, non est, quod distinctionem istam prolixius hic examinemus. Id potius agamus, ut posita inter Ecclesiasticas personas dignitate,

videamus, quatenus ea ab Majestate Principis pendeat, & quousque hic limites imperii extendere liceat.

V. Sciendum autem, statim ab Apostolorum tempore jus hoc toti competiisse Ecclesiæ, ut de præficiendo sibi Pastore universa cogitaret & audiretur, atque in ipsius electione non Clerici tantum, sed Laici etiam promiscuè consilia conferrent. Quamquam enim eo tempore Christianæ plebis sive electio, sive testificatio minimè necessaria videri poterat, tum quod *Ἰσόπλευροι* fuerint primi Ecclesiæ Doctores, tum quod plerumque eligendi cœlitus præmonstrarentur; hæc tamen religione ipsi *ὑπὸ πνεύματι ἁγίῳ φερόμενοι* se obstrinxerunt; ne quonquam à CHRISTI grege non ante probatum ad pastorale munus vocarent, hincq; adeò exemplo hoc suo perpetuam successuræ deinceps Ecclesiæ legem dederunt. Dav. Blondell. *ap. de Episc. sect. 3. p. m. 380.* Nemo igitur deinceps *οὐκ ἔστι σωίστως*, uti Chrysostronus loquitur, *lib. 3. de sacerdot.* hoc est, sine conscientia & assensu populi, uti Cyprianus reddit, ad ordinem sacrum admittebatur; sed plebis & totius Ecclesiæ requirebatur consensus, non ad id tantum, ut testimonium redderet de vitâ & moribus promovendi, uti volunt Sixtus Senens. *Bibl. l. 5. annot. 128.* Bel-

larm. de Cler. l. 1. c. 7. & 9. sed etiam ad ipsam electionem, & decretum faciendum. Vid. Marc. Anton. de Domin. de Rep. Eccles. l. 3. c. 3. Dav. Blond. de jur. pleb. in regim. Eccles. Francisc. Duaren. l. 5. de sacr. Eccles. min. c. 1.

VI. Fuerunt verò, nascente Ecclesiâ Christianâ, Magistratus plerique omnes idololatrici, quorum idcirco suffragia in constituendis Ecclesiæ ministris haberi non poterant. Fortè etiam nondum ita cognitum erat discrimen Episcopi & Presbyteri, quale postea introductum. Etsi enim in Epistolis Ignatiû jam nûm distinctionis ejus aliquoties fiat mentio, infirmum tamen inde peti argumentum ob dubiam eorum auctoritatem nemo non intelligit, quippe quam adhuc inter se litigiosam faciunt Jacobus Usserius, Isaacus Vossius, Claudius Salmasius, David Blondellus, Henricus Hammondus, Johannes Dallæus, Johannes Pearson, & alii. Neque ea res negotium nobis facessere potest, cum ea, quæ de electione & constitutione ministrorum Ecclesiæ in genere definita sunt, æquè de Episcopis atque de aliis minorum ordinum clericis intelligi oporteat, utcunq; ordinationis ritus diversimodè se habere posse, haud inficiemur.

VII. Quamdiu igitur Magistratus falsam & idololatricam coluit Reli-

gionem, tamdiu nulla ejus in Ecclesiâ circa electionem potuit haberi ratio. Simul atque verò talis aliquis regimen adeptus fuit, qui Christo nomen dederat, & Ecclesiæ membrum sese constituerat, non potuit ille amplius præteriri, sed unà cum reliquis Ecclesiæ membris audiri eum oportuit. Nulla ergo hætenus est differentia inter Clericos & Laicos, Magistratum & subditos, sed horum omnium consensum in electione & vocatione ministri Ecclesiæ requirimus, quia nec Magistratus separatim, nec Clerici separatim, nec plebs etiam aut reliquus populus separatim totam constituit Ecclesiam, & tamen ab totâ & integrâ Ecclesiâ peragi debet & confici electio. Unicus tamen casus est, quo populi consensus planè non requiritur, & ne dissensus quidem attenditur, quando nempe infidelis ille & adhuc convertendus fuerit. Tum enim etiam invito dari posse Pastorem, extra dubium est. Marc. Ant. de Domin. de Rep. Eccles. l. 3. c. 3. num. 51. Hülsemann. Breviar. theol. c. 19. num. 6.

VIII. Quid igitur est, inquis, quod inter Majestatis jura eâ de re disceptemus, in quâ nihil præcipui habet Majestas, & paria cum populo facit Princeps? Respondeo, nihil quidem hætenus ad Majestatis jura pro-

proponi, & Regnum Christi, ad quod ministerium Verbi pertinet, ab mundi hujus regimine planè esse distinctum, nec idcirco vocationem Ministrorum verbi ad regalia referri posse. B. Chemnit. *Loc. de Ecclesi. p. iii. 134.* Sed est tamen in jure vocandi etiam aliqua Principis prerogativa, non tantum, quod Nutritius sit Ecclesiae, & hinc singularis ad eum spectet cura, ut ministeria Ecclesiae rectè constituantur, sed etiam, quod salus Reip. per ministrorum conciones vel conservari vel everti possit, uti ferè semper ex ipsorum ore pendet vulgus. Vid. quæ diximus *cap. 18. n. 2.* Interest igitur etiam propter salutem publicam, ut Princeps, cui ea concedita est, illos Ecclesiae præficiat ministros, qui tranquillitatem amant, & concordiam inter Cives custodire sciunt.

IX. Potuisset verò jure hoc suo, & qualicumque prerogativa contentus esse Princeps, nisi arctius obligari quidam ex sacro ordine voluissent. Sub primordiis Ecclesiae, uti frugis erat Religio, & pauperes ritus, ita & Ministros tenuitas edendi (Ammiani Marcellini, hominis ab religione nostra alieni, verbis loquor, *ex lib. 27.*) potandi quæ parcissime, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuò Numini, verisq; ejus Cul-

toribus velut puros commendabant & verecundos. Nec ambitum eo tempore patiebatur Episcopatus, sed gloria ipsius erat ignominia, majestas humilitas, felicitas tyrannorum ira, quies supplicium, vita mors ipsa. Vid. Jacob. Usser. *Armachan. de Christianar. Ecclesi. success. & stat. cap. 1.* Quin & seculo adhuc quinto castum & humilem voluere Episcopum Leo & Anthemio Imp. per elegantissimam, omnibusq; SS. Theologiae studiosis maximè commendandam constitutionem, in *l. 31. Cod. de Episcop. & Cleric.*

X. Addo & hoc, sub teneris Christiani nominis initiis jam tum aliquem fuisse ordinem inter Ecclesiae ministros. Uti enim in quibusvis aliis collegiis sana ratio jubet, ut sit aliquis, qui reliquis præeat in ordine standi, sedendi, suffragia ferendi, ita & in Collegio ministrorum unius Ecclesiae receptum, & penè dixerim necessarium fuit, ut esset aliquis, qui sive ætatis, sive prudentiæ, sive auctoritatis, sive meritorum respectu consulendo, monendo, hortando aliis præiret, causam proponeret, suffragia colligeret, & universam actionem moderaretur. Illa tamen præcedentia antiquissimis temporibus nullum peculiarem honorem, multò minùs potestatem aliquam comprehendebat, & admodum

dum parum illum unum differre faciebat à cæteris. Postquam autem à prisca illa sanctimoniâ & promptitudine ministrandi, quam unusquisq; inter Clericos ejus temporis profitebatur, & reapse declarabat, paulatim recessu fuisset, saluberrimo consilio ab Ecclesiâ constitutum fuit, ut unius inter Ecclesiæ particularis ministros singularis quædam esset potestas, & huic cæteri subjacerent.

XI. Totus hic gradus unicam tantum adhuc Ecclesiam attinebat, atque in eâ subsistebat, neque ad alias, ejusdem licet provinciæ, porrigebatur, ut adeo Episcopus cum Episcopo, sive primus inter ministros unius particularis Ecclesiæ cum alio quovis primo alterius Ecclesiæ comparatus nihil præcipui haberet, sed pares inter se omnes essent. Cum verò illa unius in singulis Ecclesiis *ἐξουσία* maximè visa fuisset utilis & proficua, etiam inter plures unius provinciæ Episcopos, ut uni al' cui potestas in reliquos omnes committeretur, aut saltem *πρωτοσυντομία* & *πρωτοπρεσβυτερία* relinqueretur, admodum utile creditum fuit. Natus hinc est Ordo Metropolitanorum, illorum sc. Episcoporum, qui in primariâ cujusque provinciæ Urbe Ecclesiæ præessent, quibus reliqui deinceps in totâ provinciâ aut subjecti

fuere, aut saltem postpositi. Ita sc. Ecclesiasticarum provinciarum status ad formam civilium deinceps constituebatur, & dignitas Urbium dignitatem conferebat Episcopis, nec aliter Respublica Ecclesiastica informabatur, quam ad normam civilis. Goldast. in *Repl. pro Imp. p. 64.* Et ex hoc inductus videtur Patriarcha Constantinopolitanus, ut cum in ejus Urbe non, ut in reliquis, Imperatoris Legati, sed Imperator ipse resideret, & hic se terrarum Orbis Dominum diceret, ipse quoque Terrarum Orbis Patriarcha dici voluerit.

XII. Porro, quod in provinciâ hæctenus receptum fuerat, ut plures Episcopi uni subessent Metropolitanano, id successu temporis etiam ad Dioccesin translatum est, ut sc. plurium provinciarum Metropolitanani uni subessent Patriarchæ, qui integram sub se habebat Dioccesin. Sumo autem Dioccesin in famosiore significato, pro complexu multarum simul provinciarum, quomodo etiam in Notitiâ Imperii, & passim in Constitutionibus Imperatorum accipitur, quæ provinciæ in unum coactæ, politico quidem regimine per Præfectos Prætorio, & eorum vicarios, Ecclesiastico autem per Patriarchas regebantur. Quamquam alibi idem vocabulum

pro

pro unâ tantum provinciâ, alibi pro-
 unius tantum Episcopi territorio,
 alibi etiam pro parochiâ tantum u-
 surpetur. Vid. Christoph. Justell. in
*Observat. in Codic. canon. Ecclæs. A-
 fricam. p. 65. seq.* Tres igitur præci-
 pui gradus & Ordines fuere *Ἐπισκο-
 πῶν ἀρχιεπισκόπων*, Episcopi, Presbyteri,
 & Diaconi; & Episcoporum iterum
 tres gradus, Episcoporum simplici-
 ter ita dictorum, Metropolitanarum,
 & Patriarcharum. Qui primus &
 summus gradus erat Sacerdotum, is
 ultimus & infimus fuit Episcopo-
 rum. Primus Presbyter dicebatur
 Episcopus. Primus Episcopus, Me-
 tropolita. Primo Metropolitâ Patri-
 archa. Ut primatum Episcopus inter
 sacerdotes tenebat, sic inter Episco-
 pos Metropolitanus, inter Metro-
 politan. Patriarcha. Add. Joh. Rainold.
Colloq. cum Hart. c. 8. sect. 5. p. m. 369.

XIII. Fuerunt quidem & alia di-
 gnitatum Ecclesiasticarum nomi-
 na, Archiepiscoporum, Primatum,
 Exarchorum, & alia, sed quæ omnia
 ad illos, quos dixi, Episcoporum gra-
 dus referri pro cuiusque Gentis usu
 possunt. Sanè *Ἐπίσκοπος* apud Græ-
 cos, & Primas apud Latinos, tam in-
 civilibus, quàm Ecclesiasticis, nun-
 quam peculiare certæ cuiusdam di-
 gnitatis aut præfecturæ nomen fuit,
 sed omnibus commune, qui quæ-
 :unqve in re primi, cuiusquæ rei

vel officio præfecti præpositiqve fu-
 ere. Hinc igitur Exarchus aliquis
 dici potest provinciæ, pagi, Urbis,
 &c. Poterat ergo etiam Patriarcha
 dici Exarchus aut Primas, sed dice-
 ceseos, quemadmodum Metro-
 politanus dici poterat Exarchus aut
 Primas provinciæ. Vid. Christoph.
 Justell. *d. l. pag. 52.* Archiepiscopi
 nomen in provinciis Occidentis
 maximè erat usitatum, & tribueba-
 tur Metropolitanis. In Orientis
 enim Imperio Metropolitanis, etsi
 reverà Archiepiscopi essent, nun-
 quam tamen Archiepiscopi, uti in
 Occidente, appellati sunt, solis Pa-
 triarchis & Antistitibus, qui plures
 Metropolitanos sibi subjectos ha-
 bebant, hoc nomen donatum est.
 Fuere tamen etiam in Græciâ Ar-
 chiepiscopi quidam infra Metro-
 politanos positi, qui nullis Episcopis
 præerant, & minus erant, quàm Me-
 tropolita, quos etiam superiores a-
 liquando agnoscebant, & ab iis or-
 dinabantur. De quibus omnibus
 prolixè disserit Autor Eucharistici,
 Jacobo Sirmondo Jesuitæ pro Ad-
 ventoria *de regionibus & Ecclesiis
 suburbicariis missi, per tot. cap. 3.
 & 4.*

XIV. Sanè Metropolitanos di-
 stinguunt ab Archiepiscopis Justinia-
 nus Imp. *Novell. 11.* ubi Justinianæ
 primæ Antistitem non Metropolita-
 tant

tam tantum, sed etiam ArchiEpiscopum esse jus sit. Fuit enim, ut hoc obiter notem, solenne Imperatori, ut pluribus oppidis, quæ maximè diligeret, nomen suum inderet, alterum etiam alteri præferret. Ita in Dardaniâ duæ fuerunt Justinianæ ab eodem ita denominatæ: Justiniana prima, patria ipsius, quam & ipse condidit, & Justiniana secunda, Ulpiana olim dicta, quam instauravit. Receptâ à Vandalis Africâ, Carthaginem eodem modo, sed simpliciter Justinianam nominavit sine adjuncto primæ aut secundæ, *Novell. 131. c. 4.* In Cypro verò patriæ Theodoræ Uxor, novæ Justinianopolis nomen dedit. Justinianam igitur primam patriam suam ita honoravit, ut Antistitem ejus non solum Metropolitanum, sed etiam, ArchiEpiscopum faceret, *dict. Novell. 11.* At enim ArchiEpiscopi nomine Patriarcham intelligi patet ex *Novell. 123. c. 22.* ubi ex parallelo ponuntur ArchiEpiscopus & Patriarcha dioceseos. Conf. Cujac. *ad d. Novell. 11.* Unde & Justinianæ primæ Antistes ab eo tempore Patriarcha Bulgarorum, & Patriarcha Achridensis fuit appellatus, ab Achrido sc. urbe, quod pristinum erat Justinianæ primæ nomen. Atque hoc non intelligens Augustinus Barbosa, *de jur. Eccles. l. 1. c. 7. n. 6.* postquam

ex jure Canonico Metropolitanus & ArchiEpiscopi synonymiam firmasset, & Justiniani hunc textum sibi contrarium adduxisset, præferendam esse in hoc juris Canonici decisionem simpliciter asserit. Quasi verò Ecclesia Justiniana suis ipsa non vixisset legibus, aut discere debuisset à posteris suis, quid sibi conveniens esset, quidque ex jure Canonico seqvioribus temporibus introducendo, & apud Latinos maximè exercendo placere aliquando posset. Longius etiam abit Joachimus Hopperus, *de verâ jurispr. lib. 5. tit. 16.* quando ait: *Dicuntur ArchiEpiscopi etiam Metropolitanus, confuso vulgo nomine, sed reverà hoc interest, quod ArchiEpiscopi jure Ecclesiastico auctoritatem habent in Episcopos sibi subiectos, sive ipsi ArchiEpiscopi in Metropoli degant, sive non; Metropolitanus autem id, quod habent, non jure Ecclesiastico habent, sed jure Metropolis, in quâ vivunt, ut quemadmodum ipsa Metropolis oppidis sibi subditis imperat, ita & Episcopus ejusdem Urbis, in eorundem oppidorum Episcopos, si non Ecclesiasticum, aliquod certè imperium habeat, &c.* Non arbitror ego, ArchiEpiscopos sive in Orientali, sive in Occidentali Ecclesiâ alios fuisse quam Metropolitanos, aut ex alio, quam Metropolitanorum Ordine

sumptos, ita sc. ut extra metropolin, cui præesset Metropolitanus, in eadem provinciâ alibi federet Archiepiscopus aut Patriarcha. Cæterum id maximè in rem nostram facit, quòd non Papa Romanus, sed ipse Justinianus patriæ suæ Antistitem ex se & propriâ suâ autoritate Patriarcham noviter constituit, eumque sanctione pragmaticâ sub hoc nomine posthachonorari præcepit. Ex quo facilè patet, quo jure Reges Galliæ Patriarcham Regni sui instituere queant, uti quidem facturos eos & olim, & nunc quoque valdè sibi metuit aula Romana, præsertim cum Galli nunquam tam comiter conservaverint Majestatem sedis Apostolicæ, ut non identidem adversus eam, quid propria valeret, periculum facerent.

XV. Cæterum fuerunt Patriarchæ olim primi & præcipui numero quinque: Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constantinopolitanus & Hierosolymitanus. Quamquam enim & alii quandoque memorentur, sive in Occidente sive in Oriente, & antiquitus maximè celebres fuerint Asiæ, Ponticæ & Thracicæ Dioceseon Exarchi, tamen postquam hi Patriarchæ Constantinopolitano subjecti fuissent, & reliqui tantâ potestate non eminerent, quinque illi recensiti primas

semper tenuerunt in Hierarchiâ Ecclesiasticâ partes. Id verò non nego, variasse cujusque in suâ Diocesi *πρωτοβία & δικαιο πατριαρχικά*, quæ tamen & qualia fuerint, exponere hic nihil attinet. Id tamen certum est nemini horum quicquam juris in alterum, aut alterius Diocesein competuisse, sed unumquemque eorum *αὐτοκέφαλον* fuisse, & nulli alii subjectum, suam pro arbitrio gubernasse Diocesein, nisi quod cum reliquis de salute Ecclesiæ haud rarò communicaverit.

XVI. Uti enim supra dixi, pace sub Constantino Magno Ecclesiis reddita, cœperunt Metropolitanî institui, non primatus ergò, sed curandæ disciplinæ Ecclesiasticæ gratiâ. Omnes tùm Metropolitanî, (qui deinceps alicubi Primate & Archiepiscopi dicti sunt) pares erant, nec differēbant à reliquis Episcopis, nisi in hoc, quòd plurimum quoque Episcoporum suæ provinciæ sollicitudinem gerebant, inter quos etiam Urbis Romæ Episcopus in Concilio Nicæno c. 6. refertur. Adhuc sedes illæ Metropolitanorum arbitrio Principum constituebantur, uti non tantum ex Conciliorum decretis, sed etiam Constitutionibus civilibus manifestum est. Potest enim Imperator Episcopatus in metropoles erigere, & à suis Metropolibus alienare,

re, similiter etiam Antistitum terminos dividere, & de novo Episcopos & Metropolitanos constituere, &c: uti loquitur Theod. Balsamon, *ad Concil. Carthag. c. 16. in fin.* Et notabile est decretum Concilii Quinisexti, in Trullo habiti, *can. 38. Canonem, qui à patribus factus est, nos quoque observamus, qui sic edicit: Si qua civitas ab Imperatoris potestate innovata sit, vel posthac innovanda, civiles ac publicos typos & Ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur.* Ubi similiter videri poterunt, quæ commentantur Balsamon & Zonaras. Et huc pertinet Novella Justiniani undecima. Hinc autem patet, non divinam & immutabilem, sed politicam fuisse institutionem, ab hominibus, disciplinæ Ecclesiasticæ commodius curandæ causâ, inventam. Maximè autem tùm attendebatur civitatum celebritas & præ cæteris prærogativa. Prout enim eminere aliqua, & vel civium frequentia, vel sede Imperiali, aut Magistratûs alicujus insignioris institutione superare reliquas cœpisset, etiam Episcopi dignitas aliquid inde participabat; & hinc factum, ut Metropolitanis, seu qui in metropoli sedem & cathedram haberent, cæteris ejusdem provinciæ Episcopis præferrentur & præficerentur, & porrò ut inter Metropolitanos

honoratiores & digniores essent *ὡς ἡ διοίκησις Πατριάρχου*, sive Patriarchæ, qui à Synodo Chalcedonensi *Ἐπαρχοὶ διοικήσεων* appellantur. Sicut igitur præcipuæ Urbes erant Roma, Alexandria & Antiochia, ita quoque præcipui inter Metropolitanos erant earum Episcopi, Romanus videlicet, Alexandrinus & Antiochenus. Post illos tres cæteris Metropolitanis antistabat Æliensis sive Hierosolymitanus Episcopus, non re, sed titulo, non potestate, sed honore Metropolitanus, ideò quòd civitas ista propter primordia Christianismi honoraretur; sed quia ea metropolis non erat, salvum & integrum manebat τὸ κτῆρ, sive jus Metropolitanicum Cæsariensi Episcopo, qui vetus erat illius provinciæ Metropoli.

XVII. De Constantinopolitani Patriarchatûs institutione edidit elegantem dissertationem Petrus de Marca, Archiepiscopus Parisiensis, scriptam ad clarissimum, ut ipse ait, Calviniani ritûs virum, quem Davidem Blondellum fuisse prodit idem Marca, *dissertat. de primatib. num. II.* Ejus dissertationis summa hæc est, ex canone 6. Concilii Nicæni manifestum fieri, tùm temporis præter Antiochenam, Alexandrinam & Romanam Ecclesias fuisse adhuc alias, quæ similia administra-

tionis

tionis *πρεσβεία* habuerint, Asianam scil., Ponticam, & Thracicam, quæq; propterea nulli istorum trium Patriarcharum fuerint subjectæ. (Obiter noto, *πρεσβεία* ista, sive *πρυθάνη* & jus Patriarchicum, duas habere partes, *πρεσβείαν* scil. & *πρωτοσύνην*, & hanc vicissim in duobus summis capitibus consistere, & continere in se tum Metropolitanorum *χερουβιαν*, tum Synodorum provincialium *ἀναφορὰν*, sive relationem, aut etiam appellationem, ab earum sententiâ factam, in Synodo patriarchali dijudicandam. *πρεσβεία* hæc aliquando plenè competebant Patriarchis, aliquibus verò minus plenè.) Cum ergo vidisset Episcopus Constantinopolitanus, aliqua talia Patriarchica jura competere tribus istis Exarchis, se verò talia non habere, sed *πρεσβείαν τῆς ἡμῆς* tantum, à Constantinopolitano Concilio primo concessa, nec ordinare ergò se posse Episcopos, nec Synodum Patriarchalem celebrare sibi licere & sic honorarium tantum se esse Metropolitanam, dispositionem illam Asianæ, Ponticæ & Thracicæ diœceseon magnum incendium excitasse, ait Marca, in animis Constantinopolitanorum, desideriumque iniecisse provincias illas invadendi, & eo pacto novi Patriarchatus instituendi; ut regia civitas, quæ novæ Romæ nomine cohone-

statur, secundum locum post veterem Romam in rebus Ecclesiasticis obtineret, & ipse hæc ratione Episcopo Romano exæquaretur. Sensim ergò eum ordinationes in istis Ecclesiis usurpasse, instituisse etiam conventus cum exteris Episcopis, ad aulam Imperatoriam, propter causas privatas, quotidiè confluentibus, istosque conventus facillè deinceps Synodorum nomine insignitos. Frequentum adeò Episcopum Constantinopolitanum sedis suæ splendore metropolitanis ordinationibus se immiscuisse, vocatum sæpè à provincialibus Episcopis, & rogatum sub specie coercendi ambitus, & seditionum compescendarum, idque eum deinceps in apertum jus vertisse. Imperatores ipsos strenuè rem promovisse, donec tandem in Concilio Chalcedonensi, contradicente licet Pontifice Romano, potestas illa Patriarchalis confirmata fuerit.

XVIII. Hæc ita Petrus de Marca, latiore quidem & multis testimoniis instructo commentario, quænum omnia probaverit Blondellus, cognitum non habeo; nec ipse tamen nunc ea discutere sustineo. Prolixus verò in hæc eadem materiâ est Autor Eucharistici, Jacobo Sirmundo *de Ecclesiis subarbitariis missi*, in primis part. 2. cap. 1. ubi docet, Exarchos istos trium diœceseon su-

præ nominatarum dictos fuisse olim Patriarchas, & ἀρχιεπίσκοπος fuisse, & suæ quævis diœceseos Primatem, atque suo hinc jure proprios Episcopos ordinasse, ipsos verò ordinatos ab Episcopis comprovincialibus. Arrogasse verò deinceps sibi id juris Episcopos Constantinopolitanos, ut Metropolitanas illarum diœceseon ordinarent, idque sibi ut per Synodum Chalcedonensem confirmaretur, sub prætextu adjudicationis, jam antea à Concilio Constantinopolitano factæ, impetrasse. Synodum hinc Chalcedonensem tres illos Exarchos Sedi Constantinopolitanæ in totum subjecisse, suis illos privilegiis exuisse, & in metropolitanorum ordinem, cum antea in Patriarcharum gradu essent, redegisse. Retinuisse tamen eos antiquum nomen, ut Exarchi diœceseon adhuc dicerentur, non quòd totam, ut antea, regerent diœcesin, aut totius diœceseos, cujus Exarchi vocabantur, Metropolitanas sub se haberent, sed quòd inter Metropolitanas universæ diœceseos principem locum obtinerent, & primi præcipuique Primates essent, unde & πρῶτος dicerentur. Ornamenta etiam Patriarchalia retinuisse, & in primis πλουτέρια gestasse, quòd insigne fuit Patriarcharum, & unumquemque; tamen eorum unam

tantum ac singularem in tota diœcesi provinciam jure Metropolitanano administrasse, &c: Breviter, hoc actum illà ætate tum ab Imperatoribus, tum ab Episcopis Constantinopolitanis magnâ animi contentione fuit, ut Urbs tum æqualibus privilegiis cum seniore regiâ Româ frueretur, & in rebus Ecclesiasticis non secus, ac illa extolleretur, ac magnifieret. Et sic igitur, cum Episcopus Constantinopolitanus in gradum & ordinem Patriarcharum e-
vectus fuisset, quinque deinceps numerari cœperunt Patriarchæ, qui Ecclesias, per totum terrarum Orbem diffusas, divisis portionibus, supremâ autoritate regerent, & sub suâ *πρωτοσία* haberent.

XIX. Et videri quidem poterat Ecclesiasticum regimen jam satis prudenter instructum, cum præsertim quinque illi architectonicâ quâdam potestate omnibus totius Ecclesiæ Metropolitanis, hi vicissim suis Episcopis, & Episcopi Presbyteris atque Diaconis præessent, nisi ipsi deinceps Patriarchæ inter se maxime funestam de primatu excitassent contentionem. Postquam enim Romani Pontifices ultra Sacerdotii limites ad externum dominatum progressi essent, & novæ quoque Romæ Patriarcha eundem fastum imitaretur, atque hic Oecumenici Patriarchæ,

triarchæ, five Universalis Episcopi titulum sibi imponeret, dici non potest, quantas in Ecclesiâ ea res dederit turbas. Carthaginienſis Synodus damnavit aliquando titulum hunc PRINCIPIS SACERDOTUM, propter ancipitem dictionis significatum, quæ τὸν ἀρχιεπίσκοπον designat, & τὸν πρῶτον, & nec Archiepiscopi quidem titulo suos insigniri voluit Metropolitanos, quòd synonymum videretur id vocabulum, & idem significare, quod Princeps Sacerdotum. Vid. *can. 39. in Cod. Canon. Eccles. African. à Christoph. Justello edito.* Patriarcha autem Constantinopolitanus, & post eum Pontifex Romanus, utinam à Carthaginienſibus Patribus modestiam eam didicissent, & suas quoque pristinis limitibus comprehendissent sedes Episcopales. At hic Franciscus Longus à Coriolano *in summs. consil. ad cap. 26. Concilii Carthag. III.* (quod ipse ille est canon. 39. antea allegatus) Ecclesiam Africanam Romanæ leges præscribere non posse, impudenter dicit, quasi verò, quam Episcopis suis præscribit modestiam, non eandem inculcarer lex moralis, & Episcoporum omnium supremus Episcopus, Autor novi Testamenti. Nec enim ex alio fonte illum sibi primatum vindicare potest Papa Romanus, quam ex nimio fastu, & fumoso seculi typho.

XX. Canon Africanus, quem dixi, cum relatus esset à Gratiano sub distinct. 99. addita ibi hæc habet verba: *Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.* Ea Gratiani ipsius esse docet Severinus Binius, *in not.* & gnaviter perstringit Centuriatores Magdeburgenses, quos idè imperitos vocat, quòd id ignoraverint, & canonem hunc magno præconio extulerint. Utrùm justa hæc fit reprehensio, & utrùm id ignoraverint Centuriatores, jam non disquiro, nec enim verba eorum nunc sunt ad manûs; & concedi id fortè potest Binius, Concilium Carthaginienſe *δὸν τῶν πατρῶν* ita, & disertè de Romano Pontifice non decrevisse, sed verba ista à Gratiano addita fuisse, cum ea nec inveniantur in antiquo Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, quem edidit Christophorus Justellus. Sufficit tamen Gratianum suo jam tempore, quod incidit in annum Christi MCL. eandem sententiam tenuisse, quam deinceps propugnarunt Centuriatores, eamque ex duobus celeberrimorum Pontificum Romanorum, Pelagii nimirum secundi, & Gregorii Magni epistolis probatam dedisse. Hæc est ergò thesis Gratiani: nullum Patriarcharum appellari debere Universalem Episcopum; eamque per modum ampliationis ad ipsum et-

Fff } iam

iam extendit Pontificem Romanum. Et hanc sententiam etiam tumentur Centuriatores. Videamus, ut eam probet Gratianus.

XXI. Primum adducit verba Pelagii II. quæ ita se habent: *Nullus Patriarcharum universitatis vocabulo unquam utatur: quia si unus Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen ceteris derogatur: sed absit hoc à fidelibus, hoc sibi velle, quæpiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantum lacunqve parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem unquam etiam suis in epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem infert indebitum.* Nervus probationis hic est, quod semetipsum etiam Pelagius comprehendat, dum omnibus fidelibus jubet, ut neminem unquam universalem nominent, ratione additâ, ne sibi debitum detrahat, cum alteri honorem infert indebitum, uti benè explicat Carolus Molinæus, *ad Scit. Francie contr. abus. papar. gl. 15. n. 7.* Sed hanc Molinæi explanationem, & quod inde inferat, Episcopos Romanos indignè & injustè sibi Episcopatum Oecumenicum vindicare, cachinnis excipit, & multo sale atqve aceto defricat Cardinalis Baronius, *ad annum 587. n. 13. seq.* Sed hic, inquit, *amabo te, siste*

gradum, lector: spectaculum tuis oculis ingeram, unde rideas. Ecce progreditur è cathedrâ juris Professor, factus uno momento Theologus, atqve veluti in scenâ mimus, mutatis vestibus, ac superinductâ personâ, licentiâ histrionicâ statim vociferari incipit adversus Romanos Pontifices, quod super universalem Ecclesiam sibi auctoritatem arroget ac nomen: ita raucè inclamans & obstrepens tubâ novantium, ut dormientes in cunis abstertere possit infantes. Ex recitatis enim modò Pelagii Papæ verbis, quibus ait, neminem Patriarcharum uti debere nomine Universalis, ipse mox infert, primatum esse in Ecclesiâ non debere, ac proinde contra Pelagii assertam sanctissimi Papæ sententiam Romanos Episcopos sibi super omnes Ecclesias vindicare primatum. O Cymmeriis tenebris offusam mentem! &c: Miror verò, Baronium sibi Jutum elegisse, quem aceto perfunderet. Habuisset enim in Gratiano, in quo genuinum frangere potuisset, quippe qui summâ cum *πρόνοια* statuit, etiam Pontificem Romanum non debere dici Episcopum Universalem. Nec aliud docuit Molinæus. Ut verò hanc Molinæi illationem, retunderet Baronius, undecim ex integrâ Pelagii epistolâ collegit argumenta, quibus contrarium probari putat. Nec tamen persuadere id

id potuit Marco Antonio de Dominis, qui lib. 4. de Rep. Ecclesiastica cap. 7. num. 24. verum & proprium ejus epistolæ argumentum urget, neque diverti se patitur per ratiocinationes Baronii. Quid respondes, inquit, ad argumentum illius Leguleji, ex verbis & assertione Pelagii eductum? Pelagii dictum est: Nullus, &c: Ad hæc Baronius sic: Pelagius ad eos orientales, ad quos scribit, respectum habuit, hoc est, neminem ex Orientalibus Patriarchis posse aut debere Oecumenici nomen usurpare, siquidem id soli competat Romano. Scilicet. Sed Pelagius universè loquitur: absit, inquit, à fidelis cujusq; mente hoc sibi velle arripere. Estne Romanus Pontifex etiam ipse fidelis? ergo etiam ab ipsius mente debet hoc abesse. Et ratio, quam subdit Pelagius, nonne est ratio generalis, quæ contra quemcumq; militet, qui se faciat universalem? Is enim, inquit, aliis honorem aufert, qui se Patriarcham vocat universalem, ille derogat nomen Patriarchæ cæteris patriarchis. Injuria ergo fit Patriarchis, si ipsius nomen auferatur patriarchale: aufertur verò, quoties unus sit in mundo Patriarcha universalis, quicumq; ille sit. Nam Patriarcha est supremus, & si quis patriarcha habet supra se alium patriarcham, cujus jurisdictioni ille sit subiectus, certè ille patriarcha non-

erit. Qui autem se totius mundi patriarcham facit, ille patriarchas omnes sibi subicit, & consequenter aufert eis, ne sint patriarchæ, quia nullum alium præter se agnoscit supremum. Qui autem supremus non est, ille patriarcha non est. Dum igitur ait Pelagius: Si summus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur, certè Romanum etiam includit, &c: Ad undecim illa Baronii argumenta tam in genere, quam in specie, & breviter quidem, sed enucleatè respondet idem de Dominis num. 25. Add. Philipp. Mornay. in myster. iniq. p. m. 228.

XXII. Eandem Molinæ interpretationem *ἡλιακός*, & atro carbone notat Augustinus Barbofa, ad d. c. nullus, sed argumentis planè frivolis, & minimè stringentibus. Ait, textum hunc, cum de patriarchis loquatur, non esse ad Papam extendendum, qui propriè non est Patriarcha, sed princeps Patriarcharum. At verò processu temporis illud usurpari coeptum dicit Onuphrius Panvinius, in annot. ad Pletin. sub Bonifac. III. & sedem Romanam in Synodo octavâ adhuc relata inter patriarchales sedes fuisse patet ex c. ult. dist. 22. Sed pergit Barbofa! Unde, quod de his negavit Pelagius, visus est de Papâ concessisse.

Et

Et præsidium quærit in *c. nonne X. de presump. & l. cum prator 12. ff. de judic.* Quod profectò est argumentari à baculo ad angulum. Nec enim applicari ullo modo possunt textus allegati. Deinde addit: *et si Romanus Pontifex propriè sit patriarcha, ad huc tamen sub illo generali sermone nullo modo se comprehendere voluit Pelagius juxta text. in l. inquisitio veritatis C. de fidejuss. quo probatur, quòd in generali sermone non comprehenditur persona loquentis.* At enim textus allegatus, qui habetur in *l. 18. C. de solus.* (titulus enim de fidejussoribus eum non continet) nihil omninò probat, uti ipsa verba ostendunt. Et quòd dicitur sermonem generalem non comprehendere personam loquentis, id ipse Barbosa in *axiom. lib. 17. c. 23.* cum Farinacio declarat non procedere, quando aliud svadet identitas rationis. At parem cæteris Patriarchis, & ordine tantùm priorem Episcopum Romanum semper credidit Ecclesia purior.

XXIII. Alterum testimonium, quòd adducit Gratianus, ut probet, nec Papam Romanum dici universalem Episcopum debere, desumptum est ex epistolâ Gregorii M. ad Eulogium Episcopum & Patriarcham Alexandrinum. Verba hæc sunt: *Ecce in præfatione Epistola,*

quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superba appellationis verbum, universalem me papam dicens, imprimere curastis: quòd peto mihi dulcissima sanctitas vestra ultrà non faciat: quia vobis subtrahitur, quòd alteri plus, quàm ratio exegit, præbetur. Ego non verbis quero prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namq; est honor, universalis Ecclesiæ: meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc egubonoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. Si enim universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quòd me fatetur universum; sed absit hoc: recedant verba, quæ vanitatem instant, & charitatem vulnerant. Quid verò dici hic potuisset clarius? Gregorium Eulogium universalem Papam vocaverat. Istum titulum deprecatur Gregorius, eò scil. quòd cæteris Patriarchis decederet, quòd sibi plus, quàm ratio exigat, præbeatur, & quòd Eulogius semetipsum hoc esse neget, quòd Gregorium fateatur universum. Quà igitur universalitatis significatione potestas & autoritas reliquorum Patriarcharum & Episcoporum attenuatur & acciditur, & alteri inter homines superiori potestati subjicitur: quâ fratrum Patriar-

triarcharum collegio aliqua potestatis & dignitatis disparitas invehitur, eam universalitatem non vult sibi tribui Gregorius Magnus, Pontifex Romanus.

XXIV. Sed hic Molinæo iterum insultat Barbosa *adb. t.* eumque veluti *καύσιμος* aliquod pessimè proscindit. Ipse tamen quod respondeat, solidum nihil habet. Ait, modestiæ causâ Gregorium titulum istum admittere noluisse, uti Laici etiam Principes noluerint aliquando Domini appellari. At quælo ego, cur hodiè tanta apud Pontifices Romanos non est modestia? cur illi titulū istum *κύριος, κύριος αὐτοῦ* sibi vindicant? & cur anathemate feriunt; qui eos ita compellere recusant? Imò verò seriò remagit Gregorius; superbæ appellationis dicit esse, istud verbum. Superbiæ igitur vitium incurrit, quisquis nomen istud affectat. Dicit, *tantum subtrahi reliquos Patriarchis, quantum sibi plus tribuatur.* Non poterit igitur à *λαμπρίας* vitio excusari, qui titulo illo cæteris præferri cupit. Dicit porrò, *se honorem eum aestimare non posse, in quo fratres suos honorem suum perdere cognoverit.* Per quod ergò alter aliquis jacturam sui honoris patitur, id sibi expetere, aut, si sponte ingeratur, admittere, non incivile tantum est, sed prorsus iniquum & injustum, Dicit tandem, *negare Eu-*

logium, se hoc esse, quod Gregorium esse fateatur universum. Injurius ergò est, & Christiani nomine minus dignus, qui suam ita auget potestatem, ut alterum eâ exuat, aut detrahat saltem & minuat. Sed aliud adhuc *καυσιμότητι* quærit Barbosa. Dicit, ideò Gregorium noluisse tunc universalem appellari, ne aliquis deciperetur, existimans, quod immediatè unicuique sic præesset civitati & diœcesi, includeretque in se omnes Episcopos, quasi nihil ad alios de Ecclesiâ Domini pertineret; tali modo enim eum universalem non esse. Quæ eadem est responsio Cardinalis Bellarmini, *lib. 2. de Rom. Pontif. c. 31. §. respondeo duobus.* Sed enim Eulogius hoc non putavit, cum Gregorium universalem nominaret Episcopum, neque hoc intendit, ut se per titulum istum alteri tributum Patriarchatûs dignitate exueret; quanquam id ex eo consequi prudentissimè suggerat Gregorius. Decipi ergò non potuit Eulogius existimatione, aut opinione & intentione suâ, sed eventû. Gregorius autem dominatum illo verbo stabiliri animadvertit, atque idcirco ab Apostolicis sedibus non usurpari, sed soli summo Pontifici Christo reservari voluit. Conf. Joh. Juell. adv. Th. Hardingum, *art. 4. sect. 30.*

XXV. Annon verò consultius esset Ecclesiæ, ut quemadmodum omnes Metropolitanus unius Dioceseos subjiuntur uni Patriarchæ, ita quoque omnes Patriarchæ uni alicui subjiuntur Episcopo Oecumenico? Ita quidem volunt Romanæ Culinæ *Spéssimate*, qui Pontificem suum eò evehunt, & attollunt, ut DEO parem, aut non multò minorem faciant; Ecclesiam autem reliquam ita ei subjiunt, ut Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ, & ut majores cujuscumque Ecclesiæ causæ ad eum referri debeant, tanquam ad tribunal universale, ut in Dictatibus suis sciscit Hildebrandus. Conf. Theoph. Raynaudus, *lib. de coron. sup. mitr. Pontif. pag. 332. seqq.* At enim, uti Monarchicum Ecclesiæ regimen, Salvatori CHRISTO tantum relinquitur oportet: ita externum illud, quod ab hominibus interim sensibilibiter obitur, nunquam magis erit perversum, quam si uni alicui committatur.

XXVI. Uti enim in politicis subsistere non posset Imperium, si unus homo totum Terrarum Orbem gubernare vellet, & ad ejus unius judicium omnes causæ, si non minores, saltem majores, sive in primâ, quam vocant, instantiâ, sive per appellationem devolvi deberent; cum hac

ratione nec necessitatibus humanis subveniri, nec publicæ tranquillitati ullo modo consuli satis posset: ita non minus Ecclesiasticæ id adversum foret tranquillitati, si regimen ejus uni alicui committi oporteret. Coercere intra terminos Imperium maximè semper studuerunt illi, qui perpetuum id sibi voluerunt. Et generaliter verum est, magnorum Imperiorum non semper optandam esse conditionem. Vid. Christoph. Forstner. *ad lib. 4. annal. Tacit. pag. 368.* Quomodo igitur Ecclesiæ salutem ominabimur ex unius alicujus, sapienterò insulsi, fatui, socordis & flagitiosissimi hominis imperio? Quin potius, quia non armis, sed consilio & prudentiâ geri oportet res Ecclesiæ, rectius illæ, quod humanum quidem regimen concernit, aristocratico, quam monarchico sustinebuntur Imperio. Conf. Joh. Rainold. *in Colloq. cum Hart. c. 6. sect. 2. p. m. 139. seqq.* Richard. Montacut. *Orig. Eccles. part. 2. p. 178.* Marc. Ant. de Dominis, *de Rep. Eccles. l. 1. c. 1. 15. seqq.* Andr. Rivet. *in animadvers. ad H. Grotii not. in G. Cassandri consultat. art. 7.*

XXVII. Justinianum tamen multa jam tribuisse Pontifici Romano, & Hieromonarchiam maximè operè probasse, apparet non tantum ex *Novell. 131. c. 2.* ubi Papam primum esse

esse omnium Sacerdotum jubet, sed etiam ex *l. 8. C. de summ. Trinit.* ubi studium suum, subijciendi & unien- di omnes Sacerdotes univēsi Ori- entalis tractūs sēdi Romanæ, multis verbis prædicat. Sed enim mirum id videri nequit, cum eo seculo ra- dices jam egisset, & quotidie incre- menta caperet primatus Pontificis Romani. Quinque enim ferè sunt ejus primatūs ætates: In primâ fuit *affectatus* à Papa Victore, qui ob dis- fensum in periodo celebrationis Pa- schalis Ecclesiæ Græcas damnavit: in secundâ *inchoatus*, seculo nempe quinto: in tertiâ *amplificatus*, sub Bonifacio III., qui à Phocâ Imp. im- petravit, ut caput omnium Episco- porum nominaretur: in quartâ *con- summatas*, sub Gregorio VII., qui Henricum IV. Imp. excommunicavit: in quintâ *revelatus* tempore Lutheri. Justinianus igitur, dum reli- gionis studio plura tribuit Pontifi- ci Romano, quàm tribuere debue- rat, istam sibi apud posteritatem, meruit sententiam, quòd liberali hâc suâ concessione cum aliis effe- cerit, ut fundamenta ponerentur monstrosæ istius, quæ nunc est, mo- narchiæ papalis. Sed & dubitare licet, utrùm genuinæ sint mutux istæ inter Justinianum & Johannem Pontif. literæ, quæ *d. l. 8. C. de summ. Trin.* habentur. Quamquam enim

post Alciatum Cujacius, *l. 12. Obs. 26.* magni eas faciat, & contra Franci- scum Hottomannum acerrimè de- fendat Andreas Fachineus, *l. 8. contr. 1.*; multa tamen adhuc sunt, quæ fi- dem iis derogant, in compendium congesta ab Joachimo Gluten, *in syl- log. rer. quot. n. 7. in fin.* Sanè in Co- dice Justiniano antehac non exti- tisse, ex eo colligit Ludovicus Rus- fardus, quòd in *l. nemo 3. C. eod.* (quæ in Gothofredi editione quarta est) posterior rubricæ pars absolvatur, ut tituli quoque finis in eâ constitui debere videatur, præsertim cum in MS. quibusdam Codicibus in mar- gine notatum inveniatur, quòd hæc Epistola in aliquibus non habeatur, & propterea non glossetur. Quic- quid sit, fuit hoc seculi vitium, ut Tyrannidem sibi Ecclesiasticam im- poni non animadverteret. Add. Philipp. Mornay, *in myster. iniq.* pag. 201.

XXVIII. Vidimus hæctenus Hie- rarchiam Ecclesiasticam, tum quo- ad ortum, tum quo ad incrementa, quæ sanè in se considerata, & ex in- tentione Ecclesiæ, salutaria ad- modum cœtui Christiano, & utilia videri potuissent, præsertim quòd nulla alia occasio, & nullus alius finis illius ordinis esset, quàm ut schisma- ta, aliæque perturbationes & confu- siones evitarentur. Fuit enim verò.

Christianorum primitivæ Ecclesiæ hæc felicitas, quòd unionem & Concordiam inter se certatim cole-
rent, & quò major persecutionis in-
staret tempestas, eò frequentioribus
se invicem prosequerentur pietatis
officiis. Cumque unicum ipsis re-
fugium in precibus & cultu divino
superesset, de Sacerdotali & Episco-
pali Ordine omnia magnificè, & hu-
manos apices *ὑπερακορτίζοντες* loque-
bantur, nec quicquam ferè suarum
rerum sine præsentia aut consensu
Episcopi expediebant. Vid. Richard.
Montacut. *Origin. Eccles. lib. 2. p. m.*
25. Poterant verò ipsi etiam Sacerdo-
tes honores sibi delatos moderatè
ferre, quippe qui Christi potius,
quàm propriam suam gloriam qua-
rerent, nec quisquam tum erat *κινό-
ξος*, neque *ὑπεροχὴν ὑψαυχίνας*, & *αίλα-
δοζουσίαν* sectabatur; sed hoc unicum
laudi sibi ducebant, si in verâ fide
constantiam sibi à DEO impetrare
potuissent. Fecit illud inter Episco-
pos & *Ἐπισκοπικῆς* charitatis vincu-
lum, ut horum opes sive ex testa-
mento, sive donationis titulo, in il-
los effunderentur; cumque inter
pietatis opera haberetur dispicere,
ne egerent illi, qui sacris præessent,
multæ quotidiè & magnificæ, eo
præsertim tempore, quo respirare
à persecutionibus licuit, Ecclesiis ac-
crevère divitiæ.

XXIX. Uti autem homines pro-
spero rerum successu plerumque alii
seipsis fiunt, ita Episcopis quoque i-
dem evenisse mirum quidem non
est, dolendum tamen, & multis la-
chrymis deplorandum. Ecce enim
dum pax, honor, divitiæ & omnium
rerum copia Ecclesiam splendidam
reddunt, non oves tantum, præ ni-
miâ quâdam licentiâ, in molliem
delicatam & dissolutam segnitiam
prolabuntur, sed pastores etiam, de-
pulsâ repudiataque pietatis regulâ,
disfidio & contentione inter se ex-
ardent; quin etiam nullas alias res,
præterquam discordias, minas, æ-
mulationem, inimicitias & odium
inter se mutuo adaugere student,
& animis, ambitionis æstu incensis,
tyrannorum more principatum
obtinere laborant. Euseb. *lib. 8. hi-
stor. c. 1.* Et quanquam ab integris
conciliis ei rei medicina quaerere-
tur, à quibus haud rarò in ordinem
redigebantur superciliosi Patres,
non poterant tamen coerceri satis,
quæ jam adoleverant, vitia. Adeò ve-
rum scilicet est illud Severi Sulpitii:
aurum non strui Ecclesiam, sed destrui.
Atque id cacoëthes ita plerorumque;
omnium animos occupaverat, ut
Episcopo exprobraretur, sicubi nec
mensâ lautâ & opiparâ, nec veste
magnificâ uteretur, nec splendide
in publicum prodiret, nec ad eos, à
quibus

quibus conveniretur, gravitatem & fastum adhiberet, quod sibi contigisse inter Constantinopolitanos memorat Gregorius Nazianzenus, eorum tùm temporis ArchiEpiscopus.

XXX. Accessit deinceps immensa illa honorum & divitiarum, in Episcopos ab Regibus & Principibus facta, profusio. Admittebantur Episcopi ad Comitata, deliberabant cum reliquis Statibus non de negociis tantùm Ecclesiæ, sed etiam de rebus aliis cujuscunqve momenti, concredebantur ipsis Ecclesiæ summâ cum dignitate & autoritate, eo consilio, ut gentes primùm conversæ non in religione tantùm proficerent, sed sacrâ etiam ipsorum autoritate in fide & obsequio Principum continerentur. Et ne non omnia Episcopis tribuerent Principes, etiam integros ipsis Comitatus & Ducatus tandem concessere. Res notior est, quàm ut prolixiori egeat probatione. Quin etiam, ut porrò cresceret dignitas & potentia Episcopalis, creati sæpenumerò fuere Episcopi ex nobilissimis potentissimisqve familiis orti, perqve totam vitam in palatio educati, qui pacis & belli artes cum edocti essent accuratè, iisdem Ecclesiæ sibi concreditam gubernare deinceps cœperunt.

XXXI. Episcopis ita supra conditionem & sortem Ecclesiasticorum evectis, secularis potestas ipsis magis conveniens visa fuit. Primus itaqve Bruno Episcopus Colonien-sis secularem nactus est potestatem, accepto à fratre Ottone I. Lotharingæ Ducatu. Andr. Knichen, *de jur. territor. c. 1. n. 16.* Quod exemplum secuti deinde Imperatores, & Principes alii plurimos alios simili potestate armarunt, quòd utile videretur, vel provinciis præesse personas Ecclesiasticas, vel Ecclesiæ præesse Viros fortes, & potentiâ validos, qui hostibus illius resistere cum terrore possent. Ex eo tamen evenit, ut licet titulum Episcoporum retinerent, munere tamen Episcopi, ut olim, non amplius fungerentur, sed uti Principes seculares territoriis præessent. Vid. Dn. D. Struve, *diff. Fendal. 1. n. 4.*

XXXII. Ex his igitur proclive nunc est colligere, quousqve Majestati circa dignitates Ecclesiasticas versari liceat. Præter jus enim illud, quod Princeps cum reliquâ Ecclesiâ commune habet, non tantùm separatum aliud, ut Nutritio Ecclesiæ, competit, sed etiam aliud, ut Principi, quatenus ipsius interest, Ecclesiæ tales præfici Doctores, qui amore patriæ, Principis, populi, tranquillitatem publicam conservent,

Ggg ;

& sub-

& subditos in obedientiâ retineant. Et adhuc aliud, ut Patrono Ecclesiæ, quatenus fundat, dotat, aut ditat eandem, & in Territorio suo admittit. Et tandem si nullo alio nomine jus eligendi aut confirmandi Episcopos Principibus competeret, competere id saltem deberet ratione bonorum temporalium, prædiorum & possessionum, ac multò magis ratione Regalium Episcopis in castris, oppidis, & integris provinciis concessorum. Horum enim ratione Ecclesiastici omninò subjacent Regibus, & ab ipsorum, sicut ipsa bona terrena, ita etiam Ecclesiastici ea tenentes, pendent potestate. Si namq̄ve jure Regum Ecclesiæ possidet temporalia, profectò à Regibus ea debent Ecclesiastici accipere, atq̄ve ex hoc capite temporalium & Regalium investituras ad Reges pertinere, & Doctores tradunt, & Imperatores sunt professi, & Episcopi olim admiserunt non invitati.

XXXIII. Ipsi Pontifices Romani Imperatorum hic potestatem agnovērunt, & se quoq̄ve ab illorum imperio dependere, nec aliter sedem suam legitimè tenere posse, ingenuè professi sunt. Textus in eam rem apud Gratianum, *c. Hadrianus 22. & c. in synodo 23. dist. 63.* tam perspicui sunt, ut Soli lumen accendere

videatur, quisquis prolixius eos exponere animum induxerit. In priorè Hadrianus Papa, cum universâ synodo CLIII. Episcoporum & Abbatum, tradidit Carolo Regi jus & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem: definivit insuper, ut Archiepiscopi & Episcopi per singulas provincias ab eo investituram acciperent, nec consecratur, nisi qui à Rege laudatur & investitur. In posteriore idem istud tradidit & concessit Ottoni I., Regi Germanorum, Leo III. Pontifex. Traditionem autem istâ, sive concessionem rectè explicat Marcus Antonius de Dominis, *de Rep. Eccles. l. 4. c. 11. n. 36.* per declarationem, quòd Pontifices tantum declaraverint, hanc potestatem ad Imperatorem pertinere, & monuerint eum, ut suo tempore illâ uteretur. Hic verò miserè se torquent Papæ assentatores, ut Canonum horum maximè sibi adversorum auctoritatem enervent. Modò in Sigebertum Gemblacensem, quippe per quem seductum fuisse Gratianum arbitrantur, invehuntur, mendacii eum, ignorantia, & doli mali arguentes, modò ipsi insultant Gratiano, modò Carolum M. non accepisse, nec unquam usurpasse, sed omninò repudiassè istam concessionem confingunt, & tandem renunciatum fuisse

fuisse concessionibus istis ab Imperatoribus, aut potius revocatas eas à Pontificibus fabulantur, quibus omnibus accuratè responderunt B. Höpffnerus, *in Saxon. Evangel. c. 11. n. 3.* Philipp. Mornayus, *in myster. iniq. p. m. 315.* Marcus Anton. de Dominis, *d. l. Goldastus replicat. pro Imper. pag. 125. seq.* Cl. Conring. *de Imperat. Rom. Germ. cap. 6. pag. 29.*

XXXIV. Quantà autem cum contentione & strage hominum, quantoque cum detrimento tum Ecclesiæ, tum Reip., Majestatis hoc jus per aliquot seculà inter Imperatores, & Pontifices Romanos disceptatum fuerit, pleni sunt Historicorum Commentarii. Cum enim Pontifices Romani non se tantum, sed etiam universum Clericorum ordinem ab omni Principum imperio eximerent, Imperatores autem, quantum inde decederet Imperio, haud obscure perviderent, & jam persentiscerent, aperto Marte ita utrinque pugnatum fuit, ut, quæ Ecclesiæ, quæ Reip. essent vires, & utra alteri prævalere posset, funesto specimine tum primum constare cœperit. Vid. Marc. Zuer. Boxhorn. *hisor. universal. pag. 653. seqq.* Philipp. Mornayus, *in myster. iniq. p. 543. seqq.* Et obtinere quidem tandem Alastores Romani,

sub Henrici V. Imperio, ut Ecclesiasticam ille investituram dimitteret, & solam sibi de regalibus investituram, scepro expediendam, reservaret. Sed cum nectum quidem satis composita esset controversia, & Pontifex potestatem suam in constituendis Episcopis magis magisque extenderet, eorumque potentiam maximo cum Imperii dispendio indices augeret, insecutæ deinceps sunt variæ Nationis Germanicæ querelæ, quibus quidem aliquando per certa concordata, uti vocantur, remedium quæri cœpit, sed ipsum illud sine fructu & emolumento. Quæ enim deinceps congesta fuere gravamina, iniquissimam illam, & verè tyrannicam Pontificis Romani Hieromonarchiam, Germanis minime tolerabilem, prolixè exponunt. Donec superiore seculo Ecclesiâ repurgatâ, Principes Augustanæ Confessionis sibi quisque in territorio suo potestatem eam & Jus Majestatis repeterent, & jure proprio sibi vindicarent, id quod hodieque magno cum Ecclesiæ emolumento prudentissimè exercent. Videatur Dn. Strauch, *disp. Feudal. 3. n. 7.* Dn. Strauch,

exercitat. exoter. 5.

n. 5. 6.

CAPUT XXVIII.

De

Jure conferendi dignitates civiles, creandi scil. Duces,
Comites, Barones, &c.

SUMMARIUM.

- Ut inter subditos potestate aliqui polleant, & ceteris præsiciantur, necessarium est. 1.
 Imperator in Imperio summam habet potestatem. 2.
 Electorum origo & potestas. 3.
 Ducum qua sit conditio & dignitas. 4.
 Duces etiam apud Francos Comitibus superiores fuerunt. 5.
 Ducum aliquando potentia fuit nimia. 6.
 Qua eis jus superioritatis peperit. 7. 8.
 Et hinc nata sunt jura territorialia. 9.
 De Archiducibus Austria. 10.
 Comitum vocabulum & usus. 11.
 Comites olim Magistratus erant & judices. 12.
 Comitum differentia. 13.
 Feudi titulus, quo territoria hodiè possidentur, quando coeperit? 14.
 Baronii vocabulum, & ejus usus. 15. 16.
 Dignitas Baronii hodierna. 17. 18.
 Comites olim jus suffragii habuerunt in Comitibus, hodiè non omnes. 19.
 De Nobilibus. 20.
 Nobilitas propagata ad posteros. 21.
 Quatuor genera nobilitatis ex sententiâ Gregorii Nazianzeni. 22.
 Alia ex sententiâ Juliani Augusti. 23.
 Nobilitatis creatio Principi asseritur, qui tamen in dignitate eâ conferendâ parcius esse
 debet. 24.
 Electoribus & Ducibus an competat potestas nobilitandi? 25.
 Nobiles an pro talibus habeantur extra territorium ejus, à quo creati sunt? 26.
 Feudum nobile an conferat nobilitatem? 27.
 Nobilitas utrum per conjugium acquiratur? 28. 29.

I.

Satis jam de dignitatibus Ecclesiasticis. Videamus nunc etiam civiles, sed paucis, & in suis tantum

apicibus. Illas autem omnes, quantacumque fuerint, ita subjicimus Majestati, ut ab eâ solâ dependeant, & consti-

constituantur. Quod si enim eminare aliqua coeperit, & seipsa ferè sustentetur, Majestaticum quid gere, & partem *Æque* acquisivisse, haud frustra dicitur. Nec verò cohiberi satis, & intra terminos coërceri amplum aliquod Imperium potest nisi per climata, dioceses, provincias aut regiones dividatur, & cuiq; parti certus aliquis cum potestate detur Præfectus. Unde etiam inter barbaras Nationes plurimæ ejusmodi dignitates conferuntur, quæ ex magnitudine Imperii aut Principis quandoque æstimantur, & inter suos magnâ cum reverentiâ & obsequio coluntur. Dies nos deficeret, si universa Terrarum Orbis Imperia, omnesque in iis dignitates, nomina, titulos, potestates & vires expendere oporteret. Et imò, quæquam isthæc omnia accurato examine investigaremus, non alium tamen in finem referre ista liceret, quàm ut, Majestatis qui sit in iis respectus, exinde planum fieret. At sufficit generaliter nosse, nullam talem dignitatem Majestati æqualem existere posse, nisi tantum de Majestate decerpere, atque hanc distinctis partibus, quod in mixtâ sit Rep. inter plures dividere velis.

II. Cæterum, quia in Romano Germanico versamur Imperio, non erit hic inconveniens de illustribus

ejus dignitatibus, & earum originibus pauca annectere. Quæquam, autem & illæ Imperatorum beneficio conferantur, Magistratûs tamen potestatem præcipuæ earum excedunt, ut non malè Rex Regum aliquando dictus fuerit Imperator Romanus. Sanè quæ olim fuerit facies Imperii, cum ab uno omnia gubernarentur, dispicere hic nihil attinet; & frustra sunt, qui ad leges Romanorum, quas Justiniana nobis custodivit, aut etiam noviter dedit, Jurisprudentia, hodiernum regimen examinant. Quemadmodum enim ipsa Reip. forma haud parùm hodiè mutata est, ita pristina illa indumenta sibi aptari haudquaquam patitur; præsertim cum ipsa etiam dignitatum nomina excellentiora nunc existant, quàm vel apud Romanos, vel sequioribus temporibus apud Franco-Gallos. Vid. Sutholt, *de Jurisdic.* n. 405.

III. Electorum prima post Cæsarem (de hujus dignitate, cum dignitatum omnium apex sit, & fastigium, dicere nunc nihil attinet,) in Romano Imperio est dignitas, origo tamen eorum tam obscura, ut quid statuendum sit firmiter, nemo adhuc tum sciat, sed probabilitatis tantum titulo amplexari sententiam aliquam necesse sit. Hoc certum est, ab Romano Pontifice eos institutos

Hhh

non

non fuisse, cum nec assertores quidem ejus opinionis inter se conveniant, quem Papatum facere ejus Ordinis autorem debeant. Vid. omnino Dn. Conring. *in anim. advers. ad bull. Innocentii X. cap. 10.* Aliqui Ottoni tertio Imperatori id tribuunt, sed sine tali fundamento, cui tutò insistere liceat. Plures enim Imperii Principes & proceres adhuc post Ottonem convenisse, & novos Reges elegisse, ostendunt ea, quæ Henricus Frisingensis, Abbas Urspergensis, & alii passim memorant. Vid. Onuphr. *de Comit. Imper. c. 6.* Alii dum negare plurium præsentiam nequeunt, ab iis non nisi consilia data, nec jus aliud, quàm nominandi tantùm, aut, ut eo tempore locuti fuerunt, prætaxandi sive *προβλιωματ* habuisse, electionem verò nequaquam suffragiis perfecisse contendunt. Alii aliter, quorum omnium sententias referre hic inutile visum fuit. Tutissimum est eum maximà parte Doctorum asserere, Electoralem ordinem tacito quodam consensu Principum Procerumque Imperii enituisse, & paulatim per longam consuetudinem, ad quam ipse Carolus IV. in aurea bulla *cap. 1.* provocat, firmatum fuisse. Quia enim æquioribus animis homines usurpatione tacitâ, quàm expressâ lege sibi quid adimi patiuntur,

usu latenti Electores jus eligendi sibi paulatim proprium fecisse verosimile videtur. Sicuti igitur, quæ moribus introducuntur, vestigium vel nullum, vel admodum exiguum ortus sui & progressus relinquunt, & irreptio tam tacita esse consuevit, ut vix unquam percipiatur, nec, nisi conversione securâ sentiat: ita & hic de certo aliquo initio illustrissimi hujus Collegii constare omnino nequit. Vid. Lud. de Monte sperato, *in vindic. pac. Osnabr. n. 16. 17. 18.* Höpffnet. *in Saxon. Evang. sect. 2. part. 4. cap. 1. 2. 3.* Joh. Hoornbeck, *in Exam. bull. pap. 231. seqq.* Dn. Struve, *Syntagm. jur. feud. disp. 3. n. 7.* Cl. Conring. *disp. de Septemvir. n. 23. seqq.* Limn. *lib. 3. jur. publ. c. 1.* Pertinere autem jus conferendi dignitatem Electoralem ad jura Majestatis, non tantùm ex aureâ bullâ patet, sed etiam ex praxi & exemplis. Ut enim noviora exempla taceam, refert Joh. Paulus Windeck, *in Comment. de Elector. orig. c. 1.* diploma, quo Fridericus I. Henricum Leonem, genere Gvelphum, dignitate Electoratus exuit, illamque Bernhardo, (Alberti Ursi filio,) Principi Anhaltino contulit. Plura non addo, quæ enim de Electoribus dici possent porrò, chartæ hujus angustia non capit. Et progressus nunc faciendus est ad alia.

IV. Ducum Germanorum etiam apud Tacitum, *de morib. Germ.* fit mentio; quos tamen exemplo potius, quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem egerint admiratione, præfuisse memorat. Unde belli potius, quam pacis temporibus potestatem ipsis fuisse colligere licet. Francorum verò sub Imperio Ducum nomine veniebant illi, quos Franci, devictis populis, Rectores constituerant, quippe qui exemplo Romanorum terras devictas in provinciæ formam redigere, iisque tum præcavendæ defectionis, tum expeditoris administrationis gratiâ Duces i. e. gubernatores præficere solebant. Ita enim Beatus Rhenanus, *l. 2. rer. Germ. Romanos imitati sunt Franci, nam illi provinciarum Rectores Duces appellabant. Deligebant Duces ex nobili familiâ. Sic Bojaris, Agilosingorû antiqua gens diu Duces dedit, ex qua Welfones prodisse suspicor. Hoc autem privilegium habebat ea familia à præcis Francorum Regibus, ut si quis fidus regno, prudensq; ex eâdem progenitus, compertus esset, non aliunde quisquam ascisceretur in Ducem, &c.* Transitoriam haud rarò istiusmodi dignitatem in heredes memorat, sed non aliter, quam ubi idoneus quis fuerit repertus, alioquin ex merâ & liberâ Principis & Procerum voluntate ea conferebatur.

V. Dux igitur apud Francos dicebatur ille, qui terræ alicui certæ & regioni præerat, eamque administrabat, quæ exinde etiam Ducatus dicebatur. Gregor. Turonens. *lib. 8. cap. 18. Sed cum Duces inter se altercarentur, regressi sunt sine ullius luctu conquestione. Nam Wintrio Dux, à Pagensibus suis depulsus, ducatu caruit: finis setq; vitam, nisi fugâ auxilium præbisset, sed postea, pacato populo, ducatum recepit. Itaq; Nicetius, per emissionem Eulalii à Comitatu Arverno submotus, ducatum à Rege expetiit, datis pro eo immensis muneribus. Et sic in Urbe Arverna, Ruthena atq; Ucetica Dux ordinatus est, &c.* Ex quibus verbis etiam id patet, Duces honore & potestate Comitibus superiores fuisse. Idque clarius adhuc exponit Walafridus Strabo, quando *lib. de reb. Eccles. cap. 31. Comites Episcopis, Duces Metropolitanis comparat: Archiepiscopos, inquit, qui ipsis Metropolitanis præminent, Regibus conferamus. Metropolitanos autem Ducibus comparemus, quia, sicut Duces singularum sunt provinciarum, ita & illi in singulis provinciis singuli ponuntur. Unde in Calchedonensi concilio jubetur, ne una provincia in duos Metropolitanos dividatur. Quod Comites vel præfecti in seculo, hoc Episcopi ceteri in Ecclesiâ explent.* Sic ille.

VL. Omnis tamen eorum potestas alia non erat, quàm Magistratûs alicujus ab eo, qui τὸ νόμιμον tenet in Rep., constituti. Unde provinciæ ipsæ, quoad proprietatem in dominio, atq; patrimonio Regis & Populi permanebant; Ducibus sola administratio & jurisdictio erat concessa; & ea tamen ita restricta, ut graviora negocia regio tribunali reservarentur. Postquam verò aliqui inter eos nimium elati, & potestati suæ confisi, spernere Reges cœpissent, eosq; ut superiores agnoscere nolissent, magno Reip. bono Carolus M. potentissimos tum Francici regni ducatus, Bajoaricum & Aquitanicum, sustulit, & ut à Comitibus impofterum, iisq; pluribus gubernarentur, effecit. Nec dubium est, alios etiam sublato, quippe qui graves tum Reip. viderentur & metuendi. Restituti tamen ab ipsis Caroli posteris sive volentibus, sive coniventibus, & permittentibus leguntur pleriq; sed illi tantas mox vires receperunt, ut Duces in subjectas provincias, exclusis Regibus, ἀντιβουλομένοι sibi imperium vindicare cogitarent, & Reges ipsi jam impares viderentur. Sanè qui ultimis Carolinæ familiæ temporibus celebrantur per Germaniam Duces, Saxonix, Bavarix, Svevix, & Lotharingix, amplissimâ & tantum non regiam in integros illos potestates polluerunt

potestate. Et quanquam Conradus Imperator in ordinem eos redigere, & Saxonem inprimis coercere conaretur, frustra tamen fuit omnis ejus labor, & in tantum Saxonis potentia adoleverat, ut regiam jam dignitati par crederetur.

VII. Cùm ergò, qui Magistratûs antea fuerant, terrori nunc esse inciperent, & ὑπεροχῇ illa, quam Duces affectabant, periculosa Regibus existeret, ut intra fines suos Imperium contineretur, salutari aliquo remedio opus erat, præsertim cùm alii quoq; imminerent hostes, quibuscum facillè in perniciem Imperii Duces potuissent convenire. Sic igitur tandem optimâ ratione fuit decretum, ut præter administrationem, & dignitatem, etiam dominium aliquod, & jus superioritatis iis concederetur, nò tamen alio, quàm feudi jure, ut vel hoc saltem vinculo in fide continerentur, nec omnino se Germanorum Imperio eximerent. Vultejus, *de feud. l. 1. c. 1. n. 14.* Dn. Struv. *Syntagm. jur. feud. disp. 1. sub num. 4.* Et est sanè hoc etiamnum Imperii quoddam retinaculum, ut quas provincias avelli sibi, & conservari amplius non posse perferentiscit, feudi jure eas extraneis largiatur, cum fatius sit, imbecilliore aliquo, quàm omninò nullo vinculo eas retinere.

VIII. Fortassis etiam nimia quorundam Imperatorum liberalitas Ducatus ad ejusmodi *ὑπεροχὴν* provexere. Quamdiu enim Reges atque Imperatores antiquis legibus, atque antiqua stabant regiminis forma, non majora tantum pleno jure sibi solis vindicabant regalia, sed minora etiam, & quicquid demum ad Bona Fiscalina, uti vocantur, pertinebat. Unde Regum atque Imperatorum opes tum temporis longe maximae fuerunt, neque ex iis illustres Germaniae familiae dominii jure quicquam participarunt. At postquam ex tot redivisibus Imperii alienare quosdam, & Ducibus liberaliter donare coepissent, & fiscum tamen suum abunde adhuc instructum crederent, factum est, ut non contenti Duces minoribus ejusmodi regalibus, majora etiam involarent, & inter suos non Magistratus amplius, sed pleno imperantis titulo eminere animum inducerent. Quod cum prohibere deinceps Imperatores non possent, superioritatem tantum suam ut retinerent, cavere secum constituerunt, ne, quod hactenus latissime patuerat Imperium, in frustra concisum, plane periret atque extingueretur.

IX. Nata hinc sunt jura, quae dicuntur territorialia, integro tractatu explicata ab Andrea Knichen, de

subl. & reg. territor. jur. illaque tam eximia ut *ἀνευταξία* inducant, cum Duces jam non ut gubernatores amplius, aut administratores provinciis praesint, sed penes ut Reges, omniaque regalia tam majora quam minora, salva tamen semper Imperatoria superioritate, exercent. Et facit tamen haec superioritas Imperatoria, ut quancquam plurima Ducibus usurpentur Majestatis axiomata, Majestas tamen proprie dicta iis non competat. Et ex hinc potestas eorum ut plurimum dicitur jus superioritatis territorialis, aut etiam simpliciter jus superioritatis, *Landesfürstliche Obrigkeit/Landes-Hoheit/und Herrligkeit.*

X. Inter Duces autem ipsos excellere coeperunt Austriae Principes; ab eo enim tempore, quo ad Imperii fastigium eVectus fuit Rudolfus Habsburgerensis, Austria, Ducatus primum titulo nobilitata, mox Archiduces accepit. Et Archiducum nomen huic soli familiae competere, neminemque hactenus inter Duces simile ab Imperatore nomen impetrare potuisse, testis est Regner. Sixtin. *de regalib. l. i. c. 4. n. 30.* Non divertam hic in laudes Austriacas, aut prolixa ejus familiae encomia. Id tamen praeterire nequeo, quod observavit Gaspar Ens, *lib. 1. thes. polit. apotelesm. 6.* Domum Austri-

Hhh j acam

470 LIB. I. CAP. XXVIII. De Jure conferendi dignitates civiles,
aciam, intra quindecim annorum
spacium, omnibus in orbe Christia-
no Regnis vel Reges, vel Reginas de-
disse, exceptâ Scotiâ. Ut mirum non
sit, ultrâ ducentos annos, Imperii
sceptra Austriæ Archiducibus fuisse
commissa, quicquid etiam oggan-
niat Hyppolitus à Lapide, notatus
Carpzovio, in *disp. de vot. septemvi-*
ral. th. 12. Alia Austriacæ domûs
privilegia habet Rheinking. de *re-*
gem. secul. & Eccles. l. 1. class. 4. cap. 10.

XI. Sequitur ut de COMITIBUS
videamus. Comes significatu gene-
rali dicitur ille, qui comitatur & se-
quitur, *l. 15. §. 16. ff. de injur.* sive qui
sociis & adjunctis alicujus est, quem
admodum assessores judicum co-
mites appellantur, *l. 4. ff. de offic. as-*
essor. l. 5. ff. ad L. jul. repetund. At-
que hinc, qui Imperatorem comi-
tabantur, aut in ejus contuberni-
um recipiebantur, Comitum no-
mine inclarescebant. Placuit enim
Imperatoribus blandiore suos vo-
cabulo appellare: in militiâ commi-
litones, in palatio Comites. Cum-
que ex hoc comitatu plerumque de-
sumerentur illi, qui rebus præfice-
bantur, & officium gerebant vel mi-
litare vel Palatinum, vel etiam ad
regendam Remp. mittebantur, fa-
ctum est, ut Comitibus nomen dein-
ceps retinerent, atque id in dignita-
tis parte haberent. Anton. Perez. *ad*
tit. Cod. de dignitat. lib. XII. n. 12. Ex

quo porrò ad omnes eos, qui alicui
negocio præfecti fuerunt, nomen
istud manavit, ut cunqve negocium,
cui præfecti erant, nullum ex se ho-
norem aut dignitatem gigneret.
Præfecti nomen, inquit Cujacius *ad*
tit. C. de offic. Com. sacr. larg. muta-
tum est in Comitibus nomen, quod &
omnibus Magistratibus datum est, qui
sacrum comitatum observarent, vel
qui ex eo prodirent; & inde nomen
postea porrectum est ad omnes, qui
cui negotio præpositi essent, veluti ad
navarchum, apud Eustathium in Ho-
merum, & à Suida quoque generaliter
definitur Comes ὁ λαὸς ἀρχων, populi
judex quilibet, &c. Sic etiam vox
Grave judicem significat, uti habet
Glossa speculi Saxonici, *l. 3. art. 53.*
Ein Graff bedeutet nach alten Säch-
sischen Deutschen einen Richter / dar-
rumb haben diesen Nahmen unterschiede-
dene Richter. Sicut etiamnum in
quibusdam Germaniæ locis vox
Grave / aut Greve significat judicem,
unde appellatio illa dicitur Centgreve /
Gogreve / Freygreve / Salsgreve. Vul-
tey. *de feud. lib. 1. c. 4. n. 14.*

XII. Quemadmodum igitur Du-
ces olim Magistratus tantum erant,
& Administratores provinciarum,
ita etiam Comites, non apud Ro-
manos tantum, sed ipsos etiam Fran-
cos. Ita enim Vadianus, *l. 1. de Colleg.*
Monast. in Germ. vet. Franci regnum
suum Ducum maximè & Comitum
operi.

operâ moderabantur, qui in illâ quidem atate non suam, seu propriam, sed publicam magis regni ditionem administrabant, sive, ut paulô infra: non sui juris, sed regum atq; Imperatorum officiarj veluti, atq; ministri erant, &c. Jhr Ambt (inquit Lehmannus, in Chron. spir. l. 2. c. 17.) ist ganz auff der Justiz bestanden/ das sie in malefiz und bürgerlichen Sâchen/ Geistlichen und weltlichen/ in dem ganzen Gau/ (ita olim dicebatur pagus jurisdictioni Gravionis subjectus. Ipse autem Gravio, in Burgo aliquo arcem impositam habente, residebat, in quo mallus publicus i. e. auditorium & tribunal esset) oder Graf schafft/ darinnen sie gesessen/ Recht gesprochen/ und gegen die Missethâtiger nach Aufweisung des Reichs Befehlen und Ordnungen mit gebührender Straffe verfahren. Zum andern ist der Grafen Ambt zu gestanden/ edele und Freybürger zu Kriegszeiten auffzumahnen/ und als derselben Obrister dem Königlichem Heer zuzuführen/ &c. Et Comites quidem aliquando sub Ducibus erant, ut judicēs inferiores in civitatibus ac pagis jus dicentes, Lehman. in Chron. Spir. l. 2. c. 21. 22. 23. aliquando sine Ducibus ipsimet provinciis præfecti erant, quomodo à Carolo Magno Ducatûs, Bajoaricum & Aquitanicum, sublato, & provinciis illis Comites præpositos

dixi supra. Successu temporis verè Comitum appellatio desuit esse nomen officij & administrationis, cœperuntq;ve illi terras atq;ve districtûs, quibus præpositi fuerant, feudi jure, hereditariè & perpetuò possidere, ut ad eò paria sic fecerint Duces & Comites. Vid. Ludov. Guicciard. in descript. Valentianar. Hannon. Henr. Spelman. in Glossar. sub voc. Comites. Baron. in martyrol. ad d. 31. May.

XIII. Cæterum diversa olim erant Comitum genera. Alii enim erant Comites Palatini, Paltens= Pals= oder Pfals= Graffen/ i. e. palatii Imperatoris Præfecti, qui de omnibus secularib; causis, vel judiciis suscipiendis curam habebant, nec, nisi necessitate, urgente ipsum Cæsarem inquietari patiebantur. (Marcus Zuernus Boxhornius eos dici mavult à limitaneâ Imperii ditione, cui præfecti fuerint, Pfael enim, sive Pael/ limitem significare, ut & Palen/ Landpalen positas & expositas hosti in limite ditiones, in histor. univers. p. 579.) Alii Marchiones, dicti ita à marchia, marcâ vel marchâ, quæ propriè est Germanorum Markt seu March/ i. e. limes, unde adhuc Markt st. in/ Landmarkt/ Untermarkt/ &c. Erant igitur Marchiones Comites Limitum seu finium regni, sive provinciarum illarum

qui alicu
it, nomen
negocium
am exibe
n gignere
Cujacius
larg. ma
en, quod
d. cum offi
erarent,
& inde nove
ad omnes,
sunt, vel
statuimur
vog. genit
is aq; pps
Sic enim
ificat, ubi
nici, 43. m
ach allen
nen Nacho
men unabh
eiam nam
niz locis
ificat judic
der Comite
Salgarn. l.
n. 14
im igitur
antum ex
rovinciar
on apud
sennam
Ad. de Co
Comite

aciam, intra quindecim annorum, ipacium, omnibus in orbe Christiano Regnis vel Reges, vel Reginas dedisse, exceptâ Scotiâ. Ut mirum non sit, ultrâ ducentos annos, Imperii sceptrâ Austriæ Archiducibus fuisse commissâ, quicquid etiam ogganinat Hyppolitus à Lapide, notatus Carpzovio, in *disp. de vot. septemdival. tb. 12.* Alia Austriacæ domus privilegia habet Rheinking. de *regem. secul. & Eccles. l. 1. class. 4. cap. 10.*

XI. Sequitur ut de COMITIBUS videamus. Comes significatu generali dicitur ille, qui comitatur & sequitur, *l. 15. §. 16. ff. de injur.* sive qui sociis & adjunctis alicujus est, quem admodum assessores judicum comites appellantur, *l. 4. ff. de offic. assessor. l. 5. ff. ad L. jul. repetund.* Atque hinc, qui Imperatorem comitabantur, aut in ejus contubernium recipiebantur, Comitum nomine inclarescebant. Placuit enim Imperatoribus blandiore suos vocabulo appellare: in militiâ commilitones, in palatio Comites. Cumque ex hoc comitatu plerumque defumerentur illi, qui rebus præficiantur, & officium gerebant vel militare vel Palatinum, vel etiam ad regendam Remp. mittebantur, factum est, ut Comitum nomen deinceps retinerent, atque id in dignitatis parte haberent. Anton. Perez. ad *tit. Cod. de dignitat. lib. XII. n. 12.* Ex

quo porrò ad omnes eos, qui alicui negotio præfecti fuerunt, nomen istud manavit, ut cunque negotium, cui præfecti erant, nullum ex se honorem aut dignitatem gigneret. *Præfecti nomen*, inquit Cujacius ad *tit. C. de offic. Com. sacr. larg. mutatum est in Comitum nomen, quod & omnibus Magistratibus datum est, qui sacrum comitatum observarent, vel qui ex eo prodirent; & inde nomen postea porrectum est ad omnes, qui cui negotio præpositi essent, veluti ad nauarchum, apud Eustatium in Homerum, & à Suida quoque generaliter definitur Comes ὁ λαὸς ἀρχων, populi iudex quilibet, &c.* Sic etiam vox Grave iudicem significat, uti habet Glossa speculi Saxonici, *l. 3. art. 53.* Ein Graff bedeutet nach alten Sächsischen Deutschen einen Richter/darumb haben diesen Nahmen unterschiedene Richter. Sicut etiamnum in quibusdam Germaniæ locis vox Grave/aut Breve significat iudicem, unde appellatio illa der Centgreve/Vogreve/Frengreve/Salkgreve. Vultej. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14.

XII. Quemadmodum igitur Duces olim Magistratû tantum erant, & Administratores provinciarum, ita etiam Comites, non apud Romanos tantum, sed ipsos etiam Francos. Ita enim Vadianus, *l. 1. de Colleg. Monast. in Germ. vet. Franci regnum suum Ducum maximè & Comitum operi*

operâ moderabantur, qui in illâ quidem atate non suam, seu propriam, sed publicam magis regni ditionem administrabant, sive, ut paulò infra: non sui juris, sed regum atq. Imperatorum officiarj veluti, atq. ministri erant, &c. Ihr Amt (inquit Lehmannus, in Chron. spir. l. 2. c. 17.) ist ganz auff der Justiz bestanden/ daß sie in malefiz und bürgerlichen Sachen/ Geistlichen und weltlichen/ in dem ganzen Gau/ (ita olim dicebatur pagus jurisdictioni Gravionis subjectus. Ipse autem Gravio, in Burgo aliquo arcem impositam habente, residebat, in quo mallus publicus i. e. auditorium & tribunal esset) oder Grafschafft/ darinnen sie gesessen/ Recht gesprochen/ und gegen die Mißthätiger nach Aufweisung des Reichs Befehlen und Ordnungen mit gebührender Straffe verfahren. Zum andern ist der Grafen Amt zu gestanden/ edele und Freybürger zu Kriegszeiten aufzunehmen/ und als derselben Obrister dem Königlichem Heer zuzuführen/ &c. Et Comites quidem aliquando sub Ducibus erant, ut judicēs inferiores in civitatibus ac pagis jus dicentes, Lehman. in Chron. Spir. l. 2. c. 21. 22. 23. aliquando sine Ducibus ipsimet provinciis præfecti erant, quomodo à Carolo Magno Ducatus, Bajoaricum & Aquitanicum, sublatos, & provinciis illis Comites præpositos

dixi supra. Successu temporis verò Comitum appellatio desuit esse nomen officii & administrationis, coeperuntq. illi terras atq. districtus, quibus præpositi fuerant, feudi jure, hereditariè & perpetuò possidere, ut ad eò paria sic fecerint Duces & Comites. Vid. Ludov. Guiciard. in descript. Valentianar. Hannon. Henr. Spelmann. in Glossar. sub voc. Comites. Baron. in martyrol. ad d. 31. May.

XIII. Cæterum diversa olim erant Comitum genera. Alii enim erant Comites Palatini, Paltens-Pals- oder Pfals-Graffen/ i. e. palatii Imperatoris Præfecti, qui de omnibus secularib. causis, vel judiciis suscipiendis curam habebant, nec, nisi necessitate, urgente ipsum Cæsarem inqvietari patiebantur. (Marcus Zuerius Boxhornius eos dici mavult à limitaneà Imperii ditione, cui præfecti fuerint, Pfael enim, sive Pael/limitem significare, ut & Palen/ Landpalen positas & expositas hosti in limite ditiones, in histor. univers. p. 579.) Alii Marchiones, dicti ita à marchia, marca vel marchâ, quæ propriè est Germanorum March seu March/ i. e. limes, unde adhuc Marchst. in/ Landmarche/ Untermarch/ &c. Erant igitur Marchiones Comites Limitum seu finium regni, sive provinciarum il-

larum

larum, quibus regnum terminabatur, ut & incursionibus hostium resisterent, & simul ibi jus dicerent. Add. Cujac. *ad lib. 1. de feud. tit. 1.* Rudinger. *in Observ. Camer. cent. 3. obs. 5.* Heig. *l. 1. qv. 2. n. 57. seq.* Alii Comites provinciales, sive Landgraffen / qui provinciis aliis non limitaneis erant præfecti. Alii Burggrafii, arci cuidam seu Burgo præfecti. (Burgus enim dicebatur arx sive castellum. Paulus Diaconus, *in Valentiniano: Crebra per limitem habitacula constituta, burgos vulgò vocant.* Vegetius IV. *castellum parvum burgum vocant.* Invenitur istud vocabulum, *in l. pen. C. de fund. privat. lib. XI.* & deducunt id quidam à Græco *μύργω*, ex quo etiam Bürger dici volunt omnes eos, qui in castellis, munitionibus & turritis mœniis habitant.) Alii denique simpliciter Graviones dicti fuerunt. Et manserunt quidem ista nomina, nostrorum; adhuc tempore retinentur, sed sub alio schemate, quam olim, & cum eminentiore potestate, quemadmodum etiam inter Landgrafios quidam Comitum dignitatem superarunt, & Principum honore hodiè censentur. Et inter ipsos denique Comites alii titulo atque dignitate aliis sunt eminentiores, cujusmodi sunt, qui dicuntur *Gefürstete oder Fürstenmäßige Graffen.*

XIV. Quo autem tempore primum in feudum dari cœperint istiusmodi territoria, non satis constat. Ad Ottonis II. tempora institutum istud refert Nicolaus Bellus, *rer. polit. tom. 4. disc. 13.* quò etiam inclinare videtur Spelmannus, *vocab. Dux. §. Ducis Comitum, & c. & vocab. Comites §. Feudales.* Adscribam tamen integra verba de origine feudorum, ex *lib. 1. feud. tit. 1.* quæ huc facere quodammodò videntur. Ita autem illic: *Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre in feudum à se datum, postea verò eò ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent, deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem sc. Dominus hoc vellet beneficium confirmare, quòd hodiè ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat. Cum verò Corradus Romam proficisceretur, petatum est à fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut, lege ab eo promulgatà, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur; & ut frater fratri, sine legitimo herede defuncto, vel filius in beneficio, quòd eorum Patris fuit, succedat, &c.* Ad quem locum videri potest Cujacius.

XV. Post

XV. Post Comites etiam de BARONIBUS aliquid addendum. Et de vocabulo quidem ipso mirum in modum adhuc variant Latinitatis Interpretes. Apud Ciceronem duobus locis id occurrit, nempe *lib. 5. epist. 11. ad Attic. & lib. 2. de finib.* sed utrobique in mala significatione, ita ut legere quidam malint varrones, ut significantius scil. exprimerentur, quos vult Cicero, nempe homines bardi, stupidi, stulti, &c. Vid. quæ notat Dionysius Gothofredus, *in marg.* Utroque autem vocabulo tales significari contendit Henricus Spelmanus, *Eq. Anglo-Britann. in Glossar.* Sed enim vocabulum Baronis, quomodo hodiè usurpatur, Romanis transcribere originibus, aut ab illis natales ejus arcessere, supervacuum erit; feudale enim cum designet munus, & totum jus feudale à barbaris originem suam habeat, ad illorum potius recurrendum erit idioma.

XVI. In veteribus autem, quæ extant, Saliorum, Longobardorum, Alemannorum & Ripuariorum legibus Baronis nomen virum denotat, *Limn. l. 4. c. 5. n. 3.* à bar vel var, unde varigildum, i. e. precium hominis, deducit Spelmanus, *d. l.* siye ut nos hodiè pronunciamus Wergeldum. Quamquam enim Glossa Germanica, *ad art. 65. lib. 1. Land R.*

vocabulum hoc deducat *von wehren / ibi: Und es heisset darumb ein Wehrgeld / daß man sich darmit aller Klagen erwehren mag;* non inepta tamen, & fortè etiam melior videtur Spelmanni derivatio, præsertim cum istud Wergeldum aliàs etiam dicatur *Manngeld /* quia sc. de Jure Saxonico competit tantum agnatis, necem occisi vindicantibus. *Carpz. in pr. crim. part. 1. qv. 34. n. 4.* Unde Baro quandoque simpliciter pro Viro in contradistinctione foeminae, quandoque pro homine libero, quandoque pro viro forti, quandoque etiam pro satellite usurpatur. In feudalibus Baro quandoque pro Vasallo capitali majore quovis, h. e. pro Duce, Marchione, Comite, Vicecomite, & simplici Magnate, quandoque verò specialius, & strictius sumitur, de quibus omnibus copiosè & eleganter agit Spelmanus. Add. *Gerh. Joh. Vols. de vit. serm. l. 2. c. 3. voc. Baro. Besold. in thesaur. voc. Freyherr. Marqv. Freher. ad Pet. de Andlo, c. 12.*

XVII. Hodiè Baronatus dignitas præcipuum quendam nobilitatis atque libertatis gradum denotat. Duplex autem potissimum in Imperio hodierno invenitur Baronum differentia. Aliqui enim solo titulo gaudent; alii immediatè non, tantum Imperio subsunt, sed de cer-

to etiam Baronatu sunt investiti. Ultimis his applicari potest definitio, quam ex Baldo petunt Feudistæ, quòd Baro sit, qui merum mistumque Imperium habet in aliquo castro ex concessione Principis. Quæ tamen ipsa, nisi quid insuper addatur, latior videtur esse suo definito. Ut cuique enim aliquis investitus sit de castro cum mero & mixto imperio, & cum omnimodâ jurisdictione, nisi tamen id factum fuerit in titulum Baronis, propriè non est Baro. Don Garf. Mastrill. *decis. 219. num. 31.* Et hic quidem Fulvius Pacianus, *lib. 2. de probat. c. 37.* & Carolus Molinæus, *in consuetud. Paris. §. 20. n. 4.* negant, feudum Baronis annexam habere dignitatem regalem. At Regnerus Sixtinus, *l. 1. de regal. c. 4. n. 41.* in Germania id attendendum non esse, benè monet. Add. Rosenthal. *de feud. cap. 2. conclus. 1. num. 4. 5.*

XVIII. Qui verò Comitatum aut Baronatum ex certo numero baroniarum aut Castellaniarum æstimant, ex specialibus alicujus regni institutis loquuntur. Ant. Perez. *ad Cod. de dignitatib. n. 19. 20.* Limnæus, *l. 4. c. 4. n. 20. Et c. 5. num. 10.* Nec enim pro regulâ habendum est, quòd aliqui comminiscuntur, Imperatorem, ut talis sit, oportere habere quatuor Reges, Regem quatuor

Duces, Ducem quatuor Comites, Comitem quatuor Barones, Baronem quatuor Castellanos, Castellatum quatuor feuda. Limn. *l. 4. c. 3. n. 21. seq.* Nicol. Bell. *tom. 4. rer. polit. discurs. 13.* præsertim cum alii duodecim requirant Comitatus, ut Ducatus inde constituatur, frustra tamen, & repugnante experientiâ. Henr. Spelmann. *in Glossar. vocab. Dux §. sed de numero comitatuum, & c.* Cæterum qualem Reges, Duces, Comites, Barones observent differentiam in gestandis coronis, prolixè hic recensere opus non est. Vid. Limnæus, *l. 2. c. 4. n. 19. Et in not. ad l. 4. c. 3. n. 35.*

XIX. Illud insuper monendum, antiquioribus temporibus Principes & Comites inter statûs Imperii fuisse, & jus suffragandi habuisse, nunc tamen plurimos creari sine ullâ suffragandi potestate, dignitate tamen non minori, sed iisdem axiomatibus instructâ. Ita usque ad annum trigesimum sextum à solo Ferdinando II. Imperatore creatos Principes viginti duos, Comites plusquam sexaginta, Barones ultra centum viginti memorat libellus, cui titulus: *Status particularis regiminis Ferdinandi II.* Illos tamen inter Ordines Imperii relatos, aut jus suffragandi accepisse, ex hâc solâ creatione non licet colligere, cum
sepa-

separata sint, esse Principem, & esse civem Imperii.

XX. Restat, ut de NOBILIBUS pauca addamus. Et reperiuntur quidem aliqui usque adeo ignorantes atque inconsiderati, ut principum suæ nobilitatis nullum admittant, sed æternam illam esse, aut quasi à naturâ in sanguinem, nec tam ex particulari Regum gratiâ ac privilegio, quàm ex creatione aliquâ supernaturali divinâque originem traxisse arbitrentur. Jan. Huarthes, *in scrutin. ingen. cap. 16.* Illi, uti nimii sunt & absurdi, ita alii iniqui rursus & invidi, qui nobilitatem omnem eliminari debere, eamque naturali nativitati repugnare, & ex mero hominum instituto ortam esse contendunt. Quamvis enim inter omnes homines una & eadem sit conditio, & naturalis æqualitas, omnesque eandem habeant ingenuitatem; ut tamen sit aliqua personarum distinctio, respectusque earundem habeatur, ratio naturalis apud omnes gentes constituit. Ita nempe in civitate, cum aliquis animosus evadit ac fortis, multis virtutibus præditus atque opulentus, videntur eum reliqui numero suorum concivium accensere, rati contumeliam hanc fore, ac dignum esse, ut in altiore dignitate existat, quod ille talis in libertate vivere, nec

in proletariæ plebis censum referre mereatur. Qui si eximatur deinceps, & evehatur ab eo, qui potestatem in Republica habuerit, naturali id rationi repugnare nemo dixerit, præsertim, cum apud plerasque gentes receptum id esse, historiarum prodant monumenta.

XXI. Jure igitur ab Germaniæ Regibus Nobilium ordini inferuntur ii, qui virtute suâ dignitatem eam promeruerunt. Imò verò, ut filiis etiam & nepotibus, & qui longâ serie descendunt, idem habeatur honor, & eadem tribuantur privilegia, nihil est, quod prohibeat, tum quod spes sit inesse iis paternæ virtutis semina, tum quod primi acquirentis etiam in degeneribus posteris grata sit recordatio, quamquam ipsi illi similes sint magnificentissimis ædibus, ex quibus præter latrinam nihil ruina, aut incendium fecit reliquum. Christoph. Forstner. *in lib. 3. annal. Tac. p. m. 291.* Adscribam verba Johannis Barclaji, ex *Euphorm. part. 1. Ferunt olim*, inquit, *nobilitatem à plebe non aliter, quàm virtutis nota discriminatam. Hinc Magnates constituti, hinc honores & cultus in ipsos delati ab iis, qui ad eam sanctum splendorem obstupecebant. Hoc præcis temporibus unicum remedium erat emergendi è latebris vulgi,*
l. 2 *cum*

cum omnes initio pares esse natura jusisset. Si quis ingenio & prudentiâ pacaverat incitata multitudinis violentiam, si quis exteris gentibus svasisset aut societatem, si integra, aut servitutem, si nonnihil attritis rebus affligebantur, illi statim merita nobilitatis insignia publici consensus deferebant. Illum disciplina militaris, illum machinarum peritia, virtus omnis probebat. Inde etiam filii nobilium honor habitus primùm à paternis clientibus, deinde ab omnibus, qui inesse in iis semina paterna claritudinis arbitrabantur. Sed jam Homericis temporibus non erat novum, filios degenerare à paternis institutis, &c.

XXII. Gregorius Nazianzenus *orat. 28.* quatuor facit nobilitatis genera. 1. quod supernè originem traxit, 2. quod à carne proficiscitur, 3. quod à virtute aut vitio agnoscitur, 4. quod in diplomatis atque edictis principum consistit. Horum singulis suam addit *Prologus.* Primâ, inquit, nobilitatis specie omnes sumus peræquè nobiles, quippe ad imaginem Dei creati. De alterâ sic censet, nescire se, an ejus ratione quisquam dici nobilis possit, cum constet corruptione. Tertiam demum speciem, ait, amplecti debete, quisquis verè sapiens & Philosophus fuerit, ejusque vel magis, vel mi-

nus nos fieri participes, quatenus reliquias imaginis divinæ vel conservaverimus, vel destruxerimus. Quartum verò genus non ante se in aliquo precio habiturum, quam pietam quoque pulchritudinem duxerit laudandam, & simiam cœperit venerari pro Leone, ob id, quod Leo esse ab aliquo jubeatur, cum sit simia. Verùm hæc ad æquivocationem vocabuli enodandam ferè pertinent. Ultima tamen species, cum in primo impetrante præsumptionem faciat virtutis, insignem nomini comparat splendorem & ornamentum; In posteris autem nullitati numerorum arithmeti corum similis est, quæ nullitas in se & ex se nihil valet, nec summam aliquam conficere potest. Verùm si alii numero jungatur, eum oppidò exauget, atque extendit. Jan. Huarthes *in scrutin. ingen. d. l.*

XXIII. Eleganter hæc de re disserit Julianus Augustus *orat. 2. de Constantii Imp. reb. gest. Sed quemadmodum dixi,* inquit, *nos ita de iis persvasos oportet in illorum nobilitatem inquirere. Adeoque quicumque præclaros parentes sortitus fuerit, & eorum ipse similis fuerit, hunc audacter nobilem esse pronunciemus. Quisquis verò parentes habuit, virtute minime præditos, cujus ipse possessionem sibi vindicaverit, ejus parentem &*
auto-

autorem generis esse Jovem existimandum est; nec ei minus, quam iis deferendum, qui, cum parentibus bonis nati essent, illorum virtutem imitati sunt. Sed qui malus & depravatus à bonis ortum accepit, hic inter illegitimos seu spurios habendus est. Nec qui, ex pravis orti, illorum similes sunt, eos unquam nobiles appellare debemus, tamen si decem millia talenta in bonis habeant, aut majorum suorum quamplurimos principes percenseant, aut certe Tyrannos viginti, aut Olympicas, aut Pythicas victorias, &c.

XXIV. Ut maximè autem aliquis virtute inter concives suos emineat, & ex hinc magnam sibi in Rep. auctoritatem comparet, major tamen ea & spectata magis evadet, ubi ejus, qui in *κέρω* obtinet, accesserit declaratio, & conspicua aliqua ex plebeorum numero exemptio. Hoc sc. est jus istud Majestatis, de quo nunc agimus, multam & Principi, & ipsi toti Reip. salutem conferens atque communicans. Præterquam enim quod Principis illud personam augustiorem facit, & magis colendam, etiam vinculum, quod imperantem inter & subditos est, arctius reddit, & subditos denique ipsos ad virtutem, & veræ fortitudinis studium excitat. Nec tamen obtinere finem istum poterit Princeps, nisi

parcior fuerit in dignitatibus ejusmodi conferendis, & jure hoc utatur minus prodigè. Haud vulgare debet esse meritum, cui tanta fieri debet retributio, nec cuivis virtuti adplicandum id, quod virtuti debetur non nisi eximie. Facit enim verò nimia Principum munificentia, ut contemptui exponatur, ut splendorem amittat ipse totus ordo, cui aliquis nullo suo merito inferitur. Et tamen tam copiosa hodiè istiusmodi hominum est seges, tantaque frequentia nova nascuntur nomina, ut migrationem gentium in hæc terras factam fuisse haud vanè quis opinari queat. Eleganter in hanc rem stylum acuit supra citatus Euphormio. *Rara sunt, inquit, hæc ætate prima illius & sincera nobilitatis reliquia. Dominorum ac bellorum vices, & adeò ipsa fors, quæ familias extulerat, eas plerumque aut depressit, aut extinxit. Nascuntur indies cognomina, & statim primo atatis die transcribuntur in senium. Quotusquisque est, quem avisui non pudeat? pace tuâ dixero, sæpè de sterquilinio surgunt, & vix dum lotis manibus Rerum publicarum negotia tractant. Rara sunt & valdè incerta vestigia, quæ ducant ad venerabiles antiquitatis stirpes. Plerosque intrusit vel in familias casus, vel error in cognomi-*

438 LIB. I. CAP. XXVIII. De Jure conferendi dignitates civiles,
na: & si benè rationem ponis, vir-
tutis jam opus agunt nummi. Ut
quisque ad decies centena pervenit,
facillimè de plebis tabulâ nomen suum
eruit, & vel emptis fascibus colitur,
vel indigno conjugio superbit, & il-
lustrem sanguinem fœdâ rusticitate
maculat, &c.

XXV. Ex eo autem, quod inter
Majestatis jura refertur potestas cre-
andi nobiles, disceptant inter se Do-
ctores, utrum Electoribus etiam,
Ducibus, & aliis Principibus Germa-
niæ ea competat, cum etiam illis
aliqua propria sit Majestas, saltem a-
naloga. Vid. quæ diximus *capp. an-
tecedentibus*. Unde in diverbium
ferè abiit, Principem tantum posse
in suo Principatu, quantum Imper-
ator in toto Imperio; id quod pas-
sim nostri sine omni condimento
suggerunt Jcti. Vid. quos magno
numero citat Schrader. *de feud.
part. 2. p. 9. princ. sect. 10. n. 36. &
part. 10. sect. 1. n. 33*. Verum cum
ipsum hoc multam patiaturs restri-
ctionem, uti videre licet apud Lam-
pad. *de Rep. Rom. Germ. lib. 2. c. 3. n.
19. 20*. Dn. Parentem p. m. *ad aur.
prax. Calvol. §. Landsasfi conclus. 1.
n. 108. seqq.* non est, quod ex eo fir-
mum sibi quis promittat argumen-
tum. Sunt igitur, qui potestatem

hanc Principibus Germaniæ tribue-
re verentur, inter quos præcipuas
hodiè agit partes Limnæus, *lib. 6. jur.
publ. c. 1. n. 36. seqq.* tum quod gene-
rali concessione feudi, Ducatus, Co-
mitatus &c. regalia majora conces-
sa non intelligantur, tum quod in
Auræâ Bullâ concedantur aliqua
Principibus Electoribus singulari-
ter, quâ speciali concessione opus
non fuisset, si regalia omnia indi-
stinctè iis competere, tum deni-
què, quod Austriacis jus nobilitandi
peculiari privilegio concessum sit,
quod supervacuum esset, si illis hoc
ut Principibus competere. Ego
hic nihil definitio, præsertim cum
tale quid ab aliquo Principe Ger-
maniæ usurparum hæcenus fuisse,
non constet.

XXVI. Cæterum cum plures sint
in hoc terrarum Orbe, qui subjecti
nemini, inter suos primi sunt, & o-
mnium maximi, sive, ut clariùs di-
cam, qui summa tenent Imperia,
conveniens est, ut, quemadmodum
alter alterius Majestatem comiter
habet & observat, ita Nobiles quo-
quæ ab altero factos in suo territo-
rio pro talibus agnoscat. Planè
quod *arg. l. ult. ff. de jurisdict. &
l. 12. §. pen. ff. de reb. aut. jud. poss.*
inferunt nonnulli, extra territo-
rium

rium Principis, nobilitatem conferentis, omnem eam expirare dignitatem collatam, adeoque desinere esse nobilem in Imperio Romano, qui extra illud ab alio, quam Imperatore creatus fuerit, non mutuam tantum Regnorum reverentiam tollit, sed etiam incivile planè est, & injuriis obvium. Trita est Juris regula: Quod quisque juris in alium statuit, eodem ut ipse jure utatur, l. 1. §. 1. ff. quod quisque juris &c. Aut ergo Princeps nobiles, ab alio aequè summo Principe creatos, in suo quoque territorio pro talibus habeat, aut ut suis quoque, & à se creatis contingat idem contemptus in alterius Principis territorio, expectet. Posterius qui elegerit, injuriosum est in se ipsum, nec suam satis observat Majestatem, quippe quæ inter externos quoque splendorem emittere, sequè conspicuam reddere haud inutiliter sæpè contendit.

XXVII. Quandoquidem autem omnis nobilitas à supremâ conferatur Majestate, nec aliunde suos habet natales, ipsi etiam accepta referenda est tota, ut maximè modus conferendi non sit uniusmodi. Quod enim Feudistæ ex nobili, quod vocant, feudo nobilitatem parari ajunt, id si rectè intelligatur, nihil

habet, quod sententiæ nostræ adversum esse queat. Quia enim feudum nobile esse nequit, nisi ex potestate & voluntate concedentis, vel ipsum hoc ostendit, concurrere debere Majestatis vim, ut nobilis aliquis ex feudo nobili fiat, adeoque modum nobilitandi hic consistere in concessione rei sub certâ qualitate, ita ut secundum voluntatem Majestatis consequatur nobilitatem is, cui illam rem in feudum dat. Soli enim verò personæ, non rei propriè inest nobilitas, nec à re, sed à personâ dependet. Ipsa igitur concessio nobilitatis necesse est fiat à personâ, quæ potestatem nobilitandi habet, cuidam personæ, quam illa vult esse nobilem. Neque enim res & possessiones homini, qui longè illis preciosior est, afferre dignitatem possunt, cum minimè rebus homines, sed hominibus res accedant, l. 44. ff. de edil. edict. Ant. Peretz. ad sit. C. de dignit. n. 40. Nec proinde dignitas ita feudo cohæret, ut cum eo ad quemcunque accipientem semper transeat, quanquam negari nequeat, connexa tùm esse rei sive feudo jura quædam, quibus uti licet cuique de feudo isto investito. Unde fit, ut si illi, qui sunt ex nobili familia, succedant, vel acquirant feudum nobile, sine dubio & ratione pos-

possidentis, & ratione jurium, rei in-
 hærentium nobilitas præstò sit, Sin
 verò persona ignobilis acquirat feu-
 dum nobile, ipsa quidem verè non
 fiat nobilis, sed tamen, quæ ratione
 nobilitatis semel rei annexa sunt, ju-
 ra cum ipso feudo consequatur. Dn.
 Struv. in *syntagm. jur. feud. disp. 3.*
n. 8. Ita potest aliquis de Ducatu
 aut Comitatu investiri, qui tamen
 propterea Dux aut Comes non di-
 citur, sed tantum Possessor Duca-
 tûs aut Comitatus, *Inhaber des*
Fürstenthums oder Graffschafft.
Rosenthal. de feud. c. 2. concl. 2. n. 9.
 Et ex hoc dubia mihi redditur sen-
 tentia eorum, qui putant, quando
 Imperator, aut alius potestate nobi-
 litandi præditus, feuda ex consuetu-
 dine nobilia, veluti Ducatum, Co-
 mitatum, Baronatum alicui conce-
 dit, quod in dubio voluntatem quo-
 que conferendæ nobilitatis habuis-
 se censeatur. *Mascard. de probation.*
conclus. 1094. n. 5. quodque is pro-
 pterea titulum statumque Ducis,
 Comitis aut Baronis consequatur,
 quam opinionem latè defendit Ca-
 spar Bitschius, *ad jus feud. lib. 2. tit.*
10. Id enim non facillè concesserim,
 nisi consuetudo regni ita observet,
 ut Ducatum non nisi Dux, Comi-
 tatum non nisi Comes, habere &
 possidere titulo Vasalli queat. Add.

Vultej. *de feud. l. 1. c. 8. n. 10.* Pere-
 grin. Jannin. *de citat. reali l. 2. c. 11.*
rum. 15.

XXVIII. Illud restat ut videamus,
 quatenus per conjugium nobilitas
 comparetur. Jure Romano nobi-
 litantur uxores plebejæ genere ma-
 ritorum, *l. 13. C. de dignitatib. lib. XII.*
 ita ut nati ex iis nobiles sint & dican-
 tur, cum filius semper familiam, di-
 gnitatem & genus patris sequatur,
l. 36. C. de decur. l. 10. ff. de Senator.
 nec proinde talis à successione feu-
 di repelli potest, nisi contractum
 fuerit ad Morganaticam, *2. F. 29.* Vi-
 ce versâ foemina nobiles, si plebejis
 nupserint, nobilitatem perdunt, *l.*
8. ff. de Senatorib. foeminis enim di-
 gnitatem mariti tribuunt, aut si ma-
 ritatæ nondum fuerint, parentes
 tamdiu, donec plebeji nuptiis fue-
 rint copulatæ, *d. l. 8.* Nihil igitur ho-
 noris Viro ex honore & dignitate U-
 xoris accrescit, sed ex contrario uxo-
 res maritorum conditione tenentur,
l. 3. & l. 7. C. de murileg. & Gynaciar.
lib. XI. Ita Virginia, cum esset Pa-
 tricia, per nuptias facta est Plebeja,
Liv. lib. 10. Atque hinc solita fuerunt nu-
 ptæ prius consulari Viro impetrare
 à Principe, ut nuptæ iterum mino-
 ris dignitatis Viro nihilominus in-
 consulari manerent dignitate, atque
 di

id Anton. Augustum Juliae Mammae Consobrinae suae indulgisse refert Ulpian. *l. ult. ff. de Senat.* Europaei reliqui, Romanos hanc in re secuti, eandem servant consuetudinem, nec ullibi admittunt, ut maritus plebejus, ex conjugio foeminae nobilis, & ipse nobilitatis particeps fiat. De Tricassinis tamen, aut Tricassinis, qui eam partem Galliae, quae nunc Campania dicitur, tenuerunt, memorant, receptum apud eos fuisse, ut sive plebejae nobilibus, sive nobiles plebejis nupserint, filii melioris parentis conditionem sequerentur. Cujac. *de feud. lib. 4. tit. 32.* idque Ludovicus Guyon inde cepisse scribit, quod bellis quibusdam universae nobilium familiae perierint, solis foeminis superstitis, quae Viris qualibuscunque, etiam plebejis & famulis suis nupsérunt, fuitque postea decretum, ut hi nobilitatis privilegiis fruerentur, quod essent, qui arma, (quae more Gallico penes solos nobiles) militiamque tractarent. Eoque pertinet, quod de Iliensibus, Ponticis & Delphicis refert Ulpianus, *in l. 1. §. 2. ff. ad municipal.*

XXIX. Consuetudo verò ista, in exemplum trahi possit, sed frustra disquiritur, utrum

probanda ea sit, & num statuto quoque tale quid sanciri queat. De jure civili consuetudo ista planè improbata videtur, per *l. 36. C. de decurion. lib. X.* Si tamen extra jus Romanum de tali consuetudine, aut statuentium potestate quaeratur, non desunt, qui eam probare fatagunt. Francisc. de Amaya, *ad l. 36. C. de decurion. num. 58.* Jacob. Gothofred. *ad l. 51. Cod. Theod. de decur.* Nos, ut paucis rem expediamus, statui quidem id posse non dubitamus, naturae tamen ordinem immutari atque interverti, & hunc observari magis à legibus Romanis, persuasum habemus. Quod enim totum nobilitatis splendorem juris civilis opus & inventum esse censent nonnulli, in eo adversum sibi habent & dissentientem Limnaeum, *lib. 6. jur. publ. c. 1. num. 20. seq.* praesertim cum nulla ferè tam barbara gens inveniatur, quae non praemium aliquod virtuti ponat, & ex hoc civibus maximè claros caeterorum ordine eximat. Naturae autem magis conveniens est, ut Uxor radiis coruscet mariti, quam ut vice versa maritus Uxoris splendore enitescat. Nam per matrimonii conjunctionem cum quacunque Uxor efficitur de familia Viri, non autem Vir de familia Uxoris, cujus caput

442 *L.I.C.XXVIII. De Jure conferendi dignit. civ. creandi sc. Duces, &c.*
semper est maritus. Accedit, quòd
masculus sexus in omni genere
sit principium & perfectior creatu-
ra. Gœdd. *ad l. i. ff. de V. S. num. 64.*
atqve hinc meritò Vir præfectori-
us fœminæ Consulari præfertur,
quòd major sit dignitas in sexu vi-
rili, uti loquitur Ulpianus, *in l. i. ff.*
de senator. Nec igitur quicquam
facit, si dicas, dignius non cedere
viliori, sed id, quòd vilius est, si ad-
iunctum fuerit digniori & precio-
siori, ab eo quasi transmutari, *arg.*
§. 34. Inst. de R. D. Duplex enim
hic intercedit dignitas, sexus alte-
ra, altera existimationis & virtu-
tis. Utra alteri cedere debeat, di-
judicari potest ex eo, ut videat-
ur, utra substantiam magis affi-
ciat. Certè marem esse aut fœmi-
nam, plus afficit hominem, quàm
esse nobilem aut ignobilem. Et
ergò si qua nobilis quidem sit, sexu

autem fœmina, cedere debet ea in
conjugio marito ignobili. Id ta-
men hodiè passim observatur, ut
illustres fœminæ, Comitissæ & Du-
cissæ copulatæ maritis ignobiliori-
bus splendorem ex se largiantur.
Antonius Perez. *Cod. de dignit. na-*
mer. 50. Quòd ideò fieri existimo,
quia plerumque illæ in Ducatibus
aut Comitatus suis multis regali-
bus ornatae sunt, & potestate terri-
toriali imperium exercent. Quem-
admodum igitur Consilarii, & ii,
qui lateri Principis adhærent, splen-
dorem aliquem ex ejus Majestate
acquirunt, *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.*
ita Conjugem Ducissæ aut Comi-
tissæ, Uxoris radiis coruscare, po-
tior adhuc ratio svadet; quànquam
Ducem eum aut Comitem ex-
inde fieri, necesse non
sit. Perez. *d. l.*

n. 51.

CAP.

CAPUT XXIX.

De
Jure constituendi Magistratûs.

SUMMARIA.

- Magistratûs sunt necessarij in Rep. 1.
 Magistratus habet se, respectu superiorum & inferiorum, ut genus subalternum. 2.
 Magistratûs potestas tota dependet à Majestate. 3.
 Atq; idè confirmatio Principis requiritur. 4.
 Quilibet Magistratus certos habet fines, extra quos pro privato habetur. 5.
 Magistratus an leges excedere possit? 6.
 Princeps, qui constituit Magistratum, potest eundem iterum removere. 7.
 Non ergò potest Magistratus alterius Principis potestati se submittere. 8.
 Jurisdictio quid? 9.
 De iis, quæ specialiter conceduntur. 9. 10.
 Jurisdictio criminalis an rectè dicatur? 10.
 Jurisdictio an cumulativè an privativè concedatur. 11. 12. 13.
 Potest Princeps in jurisdictione, à Magistratu exercendâ, partes suas interponere. 12.
 Jurisdictio radicaliter in ipso est Principe. 13.
 Quomodo intelligendum, Magistratum suo jure habere jurisdictionem? 14.
 In homagio Magistratibus præstando præmittitur persona Principis. 15.
 Magistratus non habet jurisdictionem mandatum. 16.
 Non obstante jurisdictione Magistratum, Principi in subditos suos potestas salva est. 17.
 Commissarius utitur jure committentis. 18.
 Magistratus à civibus constitui nequit. 19.
 Nec removeri à civibus potest Magistratus. 20.
 Potest Princeps ampliare & limitare jurisdictionem Magistratûs, quosdam etiam ab eâ eximere. 21.
 De militum foro privilegiato. 22.
 Utrum miles propter delictum puniri possit à Magistratu loci. 23. seqq.
 Sententia Wittebergensium. 30. 33.
 Ordinatio Electoralis Saxonica super eâ re. 34.
 Miles non est exemptus à judicio ordinario in causis matrimonialibus. 35.
 Sententia Wittebergensium. 36.
 Solum Principi est eâ de re statuere. 37.
 Dari potest casus, quo ab ipsâ civitate, sine præscitu Principis, constitui potest Magistratus. 38.
 Prescriptione quomodo acquiratur jurisdictio? 39. 40.

Kkk

Nemo

Nemo potest esse judex in propria causâ, neq; sibi adeò jus dicere debet, neq; uxori. 41.

Nec ergò geradam Uxoris sus fisco delatam acquirere potest. 42.

Sententia Wittebergensium. 43.

Jurisdictione concessâ nemo abutatur. 44.

I.

Post dignitates illustriores, quas vel ex necessitate, vel ex utilitate & in splendorem Reipublicæ Ecclesiasticæ aut civilis, introductas hactenus consideravimus, de jure Magistratum constituendi, ut aliqua nunc in genere addamus, operæ erit præcium. Non potest enim imperantium & parentium consensus, per quem felicitas civilis comparatur, in laxiore Republicâ haberi aliter, nisi imperium per plures, veluti canales, diffundatur, & cum superesse rebus omnibus illi, qui *τὸ κέρως* obtinent, nequeant, alii in partes vocentur, quorum ministerio curas publicas faciliores reddere liceat. Jacob. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. p. 1. num. 49.* Uti enim in ampliore familiâ dividere rem Oeconomicam, & alios aliis præficere solet Paterfamiliâs, quos tamen vicissim omnes suo moderamine coercet: ita ubi plures coiêre familiæ, non possunt illæ inter se benè disponi, nisi per aliquem imperantium ordinem, Majestati subnexum, & ab eâ defluentem.

II. Hinc igitur, uti in Logicis subalterna genera duplicem inferunt habitudinem, alteram quidem generis, quâ diriguntur in subjectas species, & ad illas referuntur, dum illarum genera dicuntur; alteram verò speciei, quâ considerantur in respectu ad suprâ posita genera, & ad illa referuntur, ut eorum nunc fiant subjicibiles species, adeò ut ratione summi generis semper sint species, & ne dicenda quidem sint genera: ita & Magistratus habent quidem aliquam potestatem, & vim *ἀναγκαστικῆς*, si considerentur ratione inferiorum sibi subjectorum; at si cum summâ conferantur Majestate, protinus omnis evanescit potestas, & in ejus respectu non aliter se habent, atque reliqui cives privati. Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. cap. 4. num. 6.* cumq; aliâs, si inferiores, aut merè subditos, aut non pari potestate præditos spectes, superiores & Magistratus rectè dicantur, quàm primùm eos Majestati supposueris, omnis profus cessat superioritas, &

& ipsum quoque Magistratûs nomen, ita ut tam creatio, quam jurisdictio Magistratuum intuitu Majestatis passiva sit, & dependens. Jacob. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. part. 1. numer. 14.* Majestas autem ipsa perinde, ut genûs generalissimum, ita summa est & dicitur, ut nulli alii subjei possit & debeat, sed reliquos Magistratûs omnes superet & transcendat.

III. Patet hinc, omnem Magistratûs potestatem tum quoad originem suam, tum quoad latitudinem, tum denique quoad totum suum esse & operari, à Majestate dependere, & nunquam quicquam sine ejus, qui summum imperium tenet, tacito vel expresso consensu efficere posse. Quod enim originem attinet, certum est, neminem Magistratûs partes sustinere posse, nisi qui in eam rem à Principe fuerit constitutus, *l. 1. in pr. ff. de de L. Jul. ambit.* adeo ut Majestatis crimen incurrat, qui privatus pro potestate, Magistratûve quid sciens dolo malo gesserit, *l. 3. ff. ad L. Jul. Majest.* id est, qui falsum Magistratum sibi vindicaverit, uti cum Græcis interpretatur Anonius Conti-
tius *ad d. l.* Quin si id fecerit quis animo hostili & imperium affectante, non simplex tantum Majestatis

crimen is committet, sed perduellionis, quod eò atrocius est, quo perniciosiore conatu ipsam Reipublicæ summam impetit, & oppugnat. Anton. Matth. *de crimin. tit. de les. Majest. c. 2. num. 17.* Et ne constitutionem Magistratûs leve aliquod Majestatis *ἀξίωμα* putes, videbis id à plerisque civilis prudentiæ Doctoribus inter prima haberi, & inter ea, quibus carere planè nequit Resp. perfecta. Vid. Arist. *l. 4. Polit. c. 14.* & *l. 1. Rhetor. c. 4.*

IV. Atque ita observari hodiè in benè constitutis provinciis plerumque solet, ut Magistratûs nullus præfectus intelligatur, nisi accesserit confirmatio Principis, quippe in cujus arbitrio est electionem, in municipiis factam, vel approbandi vel improbandi, prout visum ei ex Reipublicæ bono fuerit. Sæpè enim parum inter se conveniunt, qui eligendi potestatem habent, dumque mutuis contentionibus & partium studiis certant, ipsum totum electionis actum ita implicant, & perplexum reddunt, ut nullus planè inde successus, aut *δοτέλεσμα* sperari queat. Sæpè etiam largitionibus, æmulatione, invidiâ, indignatione, malevolentia, aliisque vitiis corrupti, talem eligunt, qui & probro communitati, & contemptui populo fu-

turus sit. Sapè etiam præteritur ille, cui maximo suo merito honoriffimus debetur, quique sine injuriâ negligi non debuisset. His igitur in casibus quis dubitet, Principis hoc esse officium, ut suam interponat autoritatem, & si aliter fieri nequeat, ipse, quem velit, Magistratum constituat? Ita ad consultationem Serenissimi cujusdam Principis respondit Collegium Witteb., mens. Febr. 1664. Sind bey dem Rathe zu B. sowohl in dem sitzenden Rathe / als in dem Mittel / so wieder aufzutreten sollen / die Ober-Bürgermeister verstorben / und es hat bey der Neuen Raths-Wahl der noch vorhandene Bürgermeister / durch seine erste Stimme / den in dem Mittel so wieder zu erwehlen gestanden vorhandenen Unter-Bürgermeister / dergestalt vorgeschlagen / daß Er Ober-Bürgermeister werden sollte. Es haben aber Richter / und Cämmerer / ungeachtet sie an der fürgeschlagenen Person nichts zu tadeln gehabt / solcher des überbliebenen Bürgermeisters Stimme nicht beypflichten wollen / sondern an demselben eine andere Person / nach ihren Willen / zu benennen begehrt / und als Er solches nicht thun können / noch wollen / Ihm sein Wahlrecht entzogen / und eine andere Person / wider vor erwehnten Bürgermeisters / und endlich anderer des Raths Willen / erwehlet / auch Eur.

Fürstl. Durchl. solche / unter dem Nahmen Bürgermeister und Rathmanne / zur Confirmation übergeben / nach mehrern Inhalt des uns zugeschickten Berichts / und der Beslagen. Ob nun wohl sonst bey dergleichen Raths-Wahlen / secundam pluralitatem Votorum, der Schluß gemacht wird / und so denn derjenige / welcher die meisten Stimmen vor sich hat / vor erwehlet zu achten ist; Dennoch aber und die weil bey dem Rathe zu B. dieses durch hergebrachte Observanz eingeführet ist / wenn eine Ober-Bürgermeister-Stelle vaciret / daß der überbleibende sein Collega, und anderer Bürgermeister / eine Person darzu benennen mag / und daferte wider dieselbe einiger Tadel nicht fürgebracht wird / daß sie so denn vor erwehlet zu achten / würde aber dieselbe tadelhaftig erkant / daß so dann der Bürgermeister einen andern fürschlagen / und benennen solle: Und aber / in gegenwärtigem Fall / wider die von dem Bürgermeister vorgeschlagene Person nichts tadelhaftiges fürgebracht / noch einige Ursach / warum sie darzu nicht tüchtig seyn sollte / vorgewendet worden. So ist E. Fürstl. Durchl. / die wider solche Observanz vorgenommene Wahl zu cassiren / und hingegen die von dem Bürgermeister vorgeschlagene Person zu confirmiren / darneben die Urheber / und Anstifter solcher unordentlichen Wahl / umb eine

eine leidliche Geldbuße / ihren Vermögens nach / zu straffen wohl befugt / W. R. W.

V. De latitudine potestatis cujusque Magistratūs videant illi, qui ad individua decurrunt, & specialia cujusque territorii jura enucleant. Nobis hic in genere sufficiat nosse, ordinem inter plures unius provinciae Magistratūs oppidō esse necessarium, nec debere permitti, ut extra limites, sibi assignatos, quisquam jurisdictionem exerceat, *l. fin. ff. de jurisdic. l. 239. §. territorium. ff. de V. S. c. 13. X. de judic. Clement. quavis, de for. compet. Sigm. Finckelthaus, Observat. 49. num. 11. 12. 13.* tūm ne confusio fiat jurisdictionum, nec Rei de eādē causā pluribus litibus vexentur, tūm ne, quod à pluribus expediri potest, ab omnibus, invicem se expectantibus, planē omitatur. Atque hinc rectē Magistratūs extra suam provinciam pro privato habetur, *l. fin. ff. de Offic. Praefect. Præs. l. 1. ff. de offic. urb. l. 3. ff. de offic. Procons. Herm. Vultej. ad l. 1. C. de jurisdic. num. 26.* Jac. Aleman. *consult. 5. p. 193.* Et quilibet Magistratūculus, quantumcunque minimus, in suā provinciā major est quolibet majore extraneo, uti post Felinum loquitur Matthias Coler. *de process. executiv. p. 3. c. 7. num. 33.* Nec verō locis tantum, sed causis

etiam & personis limitari haud raro solet Magistratuum potestas, ut nec promiscuē de omnibus, nec omnibus reddere jus possint, sed secundum modum praescriptum, sive pro suā jurisdictione, uti dicitur in *l. 2. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 3. ff. de postul. l. 16. §. 1. ff. de minor.* aut secundum jurisdictionem, ut est in *§. sed hoc jure 4. Instit. de Actil. tut.* aut secundum Jus potestatis suae, uti habetur in *l. un. ff. si quis jus dicenti non obtemp. add. Vultej. ad l. 1. de jurisdic. omn. jud. num. 15. seqq.* Qui sanē limites à nullo alio poni aut possunt aut debent, quā ab eo, qui *τὸ νόμιον* tenet in Republicā, hoc est, ab ipso illo, qui Magistratūs constituit regendae Reipublicae causā, & ut beatis esse liceat civibus.

VI. Pertinet hūc quæstio, utrum Magistratibus liberum sit, leges transgredi propter enormitatem facinoris? quam affirmant nonnulli de Magistratibus majoribus, sed negant de minoribus. Non malē, dum tamen per Magistratūs majores intelligant eos, qui legum ferendarum potestatem habent, h. e. ipsos illos, qui summum tenent imperium, quibus vocabulum Magistratūs haud raro tribui solet, *l. 2. §. 14. ff. de Orig. jur.* quanquam ita intellecta quæstio ad præsentem rem nihil faciat. At etiam minoribus id lice-

re,

re, dummodò ne extra jurisdictionis suæ spheram vagentur, statuit Fernandus Vasquius, *l. 1. contr. c. 35. num. 24.* sed admodùm impropiè, & eodem prorsus modo, quo dispensandi Jus alio loco ipsis attribuit. Vid. quæ in hanc rem diximus suprâ. Dum enim non verba, sed mentem legis attendi, & secundùm hanc poenas decerni oportere contendit, ecquid hoc aliud est, quàm legem per applicationem thesios ad hypothésin interpretari, & in ipsâ intentione legis subsistere. At hoc qui facit, transgredi eam non videtur. Id tamen rectè addit Vasquius, judicem, qui non habet gladii potestatem, non posse facinorosum etiam propter enormitatem criminis ultimo supplicio afficere, non magis, quàm alter homo privatus. Ratio est, quia excederet complexum suæ jurisdictionis.

VII. Diximus denique ipsam totam Magistratûs potestatem tùm quoad esse, tùm quoad operari, à summâ dependere Majestate. Potest enim idem ille, qui Magistratum constituit, eundem iterum remove, & in privatorum ordines redigere, potest ejus potestatem amplio-rem reddere, angustio-rem, subli- miorem & inferiorem, prout ipsi libuerit, invito etiam Magistratu, cui ne hiscere quidem adversus e-

jusmodi decreta licitum est. Quod tamen tùm ferè obtinet, ubi simpli- citer concessa jurisdictionis fuit. Ubi autem Jure feudi, aut per alium contractum eam Princeps conces- serit, non poterit tam facilè remo- veri Magistratus, dum tamen offi- cio suo benè fungatur. Thom. Mich. *de jurisd. concl. 134.* Cæterùm in om- nibus suis actionibus ita adstrictus est Magistratus ad Principis volun- tatem, ut nec id quidem peragere possit, quod Princeps præsumptivè nollet. Dependentiã enim pote- statis dum statuimus, perpetuam simul inferimus harmoniam, quæ conservari aliter nequit, nisi in Prin- cipis & Magistratuum consensu. Nam omnis facultas gubernandi, quæ est in Magistratibus, summæ potestati ita subijcitur, ut quicquid contra voluntatem summi impe- rantis faciant, id defectum sit eã fa- cultate, ac proinde pro actu privato habendum. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. c. 4. n. 6.*

VIII. Et ex hoc facilè determina- ri potest quæstio, utrùm Magistra- tus, consentientibus licet civibus, alterius dominio, vel potestati, in- præjudicium veri domini se submit- tere, eiq; fidelitatem jurare queat. Id enim non posse, vel exinde patet, quia hâc ratione Magistratus vincu- lum subordinationis & consensus

rum-

rumpit, quippe quod ita comparatum non est, ut desultoriâ quâdam levitate pro lubitu Magistratûs huic vel illi Principi offerri possit, adeo, ut Magistratus, vel civitas alterius potestati in præjudicium veri domini se submittere, rebellis dicatur, Matth. Cun. *de pact. l. 1. c. 22. n. 136.* nisi fortè dominus Ordinarius subditos hosce suos contra vim externam tueri vel nolit vel non possit, quo casu Magistratibus vel in clientelam se committere, vel omnimodâ subjectione, si aliter id fieri nequeat, rebus suis & civitatis consulere ipsa jubet necessitas. Dn. Parens *ad Calvol. §. Landsassii conclus. 1. n. 85. 98.* Conf. Andr. Gerhard. *decad. 16. in præp. y.*

IX. Cæterùm potestas, quæ Magistratui in subjectos competit, communiter jurisdictionis nomine venire solet, quo tamen ipso admodum ambigè utuntur J Cui. In significatu famosiore ea tantùm complectitur, quæ Magistratui, quatenus est Magistratus, seu quia Magistratus est, & jure Magistratûs competunt, *l. 1. pr. ff. de offic. ejus.* Ita enim jure Magistratûs competere dicuntur ea, quæ quisquæ Magistratus ex naturâ officii sui habet, sive ob id, quod propterea ab initio creatus est; quatenus sc. data potestas in abstracto consideratur, & ut subje-

cto speciei communi, non individuo existentia assignata; atquæ ista talia naturâ suâ insunt jurisdictioni. Arnold. Vinnius, *ad §. 4. Inst. de Attil. Tut.* Illis opponuntur, quæ specialiter lege aliquâ vel constitutione Magistratui concessa dicuntur, *d. l. 1. ff. de offic. ej.* ubi tamen necesse non est, ut persona exprimat; quæquam enim ab initio personæ individua, huic vel illi Prætori in concreto, & quatenus personæ diligentia electa fuit, committi cœperint; Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. l. 3. c. 15. n. 30.* quia tamen etiam indefinitè Magistratui aliquid specialiter concedi potest, quod non conceditur jurisdictioni, cum & tunc electa videatur industria personæ, *l. un. §. 1. ff. de offic. præf. prætor.* Vid. Hillig. *in Donell. enucl. l. 17. c. 8. lit. Mm.* ista quoque, quæ personæ antea specialiter commissa fuerunt, officio deinceps specialiter tribui cœperunt, ita ut Magistratus ea non ex naturâ officii haberet, sed ex novâ & adventitiâ autoritate, quæ ad officium & jurisdictionem Magistratûs, cui tributa sunt, necessariò non pertinet. Arn. Vinn. *d. l. Franzk. ad tit. de offic. ej. n. 4.* Sutholt. *de jurisdict. num. 137.*

X. Utcunquæ verò ista distingui ita à se invicem communiter soleant, in eum in primis finem, ut, quid

mandatâ jurisdictione transeat, sciri possit; non tamen dissimulo, ea quæ initio speciatim personæ dari solita fuerunt, postquam sensim omnibus eodem officio fungentibus concedi cœpissent, in ipsas tandem officii partes commigrasse quodammodo, ac in Magistratûs potestate coadunata fuisse, manente licet quoad jurisdictionem mandatam jure pristino. Nec enim talia fuerunt ea ab initio, ut in se & sui naturâ jure Magistratûs competere nequiverint, cum defectus hic solius voluntatis, nullus potentia in Majestate occurrat, & tam Magistratûs officio connecti, quàm specialiter concedi omnia ista liberè potuerint. Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. l. 3. c. 15. n. 30.* Atque hinc jurisdictionis vocabulum quandoq; etiam ea comprehendit, quæ specialiter concedi diximus, *l. 2. 3. l. 7. §. 2. de offic. ProC. & legat. l. 8. §. 18. ff. de trans act. l. 1. C. de Offic. Præf. Vinnius, de jurisdict. c. 5. n. 3.* Imò verò ab aliis etiam ad criminales causas extenditur, quibus propterea solenne est, jurisdictionem in criminalem & civilem dividere, jure Romano tamen non suffragante. Vid. Bachov. *in Treutl. vol. 1. disp. 3. tb. 1. lit. 4.* Anton. Merend. *l. 5. controv. c. 1. n. 10. 11.* Hahn. *Obs. in Wesenbec. tit. de jurisd. n. 2.* Obrecht. *de jurisd. c.*

1. n. 19. M. Lyclama, *5. membran. 1. §. 4. & 5.* Sutholt. *de jurisdict. n. 103. & 388.*

XI. Quantaunque verò tandem Jurisdictionis vocabulo involvantur, omnia tamen illa potestatem aliquam supponunt, & cum eâ simul quandam *ca. 190. b.* At quicquid est potestatis in aliquo territorio, idomane provenit ab eo, qui summum tenet imperium, & ad eum reflectitur. Unde etiam jurisdictiones apud Principem tanquam apud fontem esse dicuntur, ita, ut ab eo fluant & refluant, sicut flumina ad mare. Ludovic. à Pegver. *decis. 36. n. 1.* Disputatum hinc fuit non unis vicibus, cumlativè an privativè Magistratibus concessa dicatur jurisdictionis? Ad posterius inclinat Dn. Carpzovius, *in Process. tit. 2. art. 2. n. 39.* & *in Ip. forens. part. 1. const. 27. def. 11.* quoad Terras Saxonicas. Alii distinguunt, utrum ita concedatur jurisdictionis, ut simul utile dominium transeat, quod per infeudationem fieri solet, an verò nudè exercenda, tanquam Magistratui committatur; Illo casu privativè, hoc cumlativè concedi volunt. Bachov. *in Treutl. vol. 1. disp. 3. tb. 6. lit. F.* Dan. Moller. *l. 4. semestr. c. 46. inf.* Alii etiam tum privativè concessam intelligunt, quando ex alio contractu atque titulo oneroso jurisdictionis alicui est ac-

est acquisita. Lud. Schrader. *tr. feud. dal. part. 10. sect. 1. n. 128.* Dn. Carpzov. 2. *Respon. 11. n. 10. seqq.* Nec defunt, qui id privativè rùm quoq; fieri contendunt, quando in formâ privilegii concessa fuit jurisdiction. Menoch. l. 2. *præsumt. 18. n. 23.* Add. Sixtin. de Regal. p. 1. c. 5. n. 55. Berlich. 1. *concl. 2. n. 3. 4. seq.* Coler. de *process. execut. l. 2. c. 1. n. 150. seq.*

XII. Mihi distinctio ista in hâc materiâ semper visâ fuit suspecta. Privativè enim concedi quandoqve dicitur illud, quo planè nos abdicamus, non tantùm quoad actûs exercitium, sed etiam quoad ipsam facultatem. Taliter autem jurisdictionem concedi, nunquam mihi persuadere potui. Utcunqve enim ille, qui summum tenet imperium, Magistratûs suos in concessâ jurisdictione turbare nolit, vel etiam pro renatâ non possit, non tamen, propterea omni se exuit facultate, sed verum adhuc manet, Magistratum, omne id quod agit, agere ad nutum & voluntatem concedentis. Ecce enim dum leges præscribit Princeps, secundùm quas jus dicere debet Magistratus, dum causas, tempus, locum determinat, ubiqve abs se potestatem istam dependere subinnuit, nec tam abdicasse se potestate istâ, quàm exercitio abstinere voluisse clarum reddit. Interest verò

Reip. jurisdictionem Magistratuum à Principe non impediri, non tantùm propter faciliorem conventionem, & quòd longius quandoqve à litigantibus absit Princeps, sed etiam propter ordinem, & ut unicuiqve instantiæ seorsim sua constet autoritas, quas profectò, ubi inter se misceri contigerit, minus promptè expedire licebit. Sed in ipsâ tamen primâ instantiâ Principem, partes suas quandoqve interponere debere constans Doctorum, etiam eorum, qui privativè concessam jurisdictionem statuunt, est sententia. Vid. Petr. Ant. de Petra, de *potest. Princ. c. 8. n. 64. seqq.* Joh. Yanez Parlador. *rer. quot. l. 2. c. 1. n. 16. seqq. in primis n. 26.* præsertim ubi negligens fuerit Magistratus in administrandâ justitiâ, etiamsi jurisdictionem habeat jure feudi. Sigism. Scaccia, de *judic. l. 1. c. 66. n. 5.* item si justitiam deneget, vel in suspicionem probabilem corruptionis aliorumqve affectuum pravorum incidat, tunc enim per superiorem excitari, vel modum certum, secundùm quem procedat, & tempus etiam, intra quod causam decidat & finiat, adjuncto quoqve interdum, illi alio iudice, præscribi, aut causam quoq; avocari posse æquitas suadet, & communis praxis docet. Franzk. l. 1. *resol. 18. n. 28.*

XIII. Hoc concedo, jurisdictionem penes Principem non esse formaliter ita, uti est penes Magistratum. Magistratus enim, quia instrumentum est Majestatis, etiam agit ut instrumentum in jure dicendo. At ita non agit Princeps, qui summum tenet Imperium, cum nemo sui ipsius instrumentum esse possit. Per consequens jurisdictio Principi non competit jure Magistratus, quemadmodum competit Magistratui. Imò verò, si usum vocabuli juridicum spectes, jurisdictio, quia Magistratui propria est, planè non competit Principi. B. Butholt. *de jurisd.* n. 193. 196. Radicaliter tamen si consideres jurisdictionem, & fundamentaliter, aut virtualiter, quatenus scilicet de ipsius origine quæritur, non potest ea ab alio peti aut accipi, quam à summâ Majestate. Strauch. *differt. ad jus Justin.* 20. n. 10. Bernh. Sutholt. *de jurisdict.* n. 182. & 187. *seqq.* Et sic Princeps jus dicit, ut causa Principalis, à seipso habens eam potestatem propter summum Imperium, quod tenet, sibi competentem. Quà ratione jurisdictio etiam in eâ Rep. exercetur, ubi Majestas, pro paucitate civium, Magistratum non indiget. Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ.* l. 3. c. 15. n. 4. Malim igitur ad præsentem quæstionem respondere, nec privativè, nec cumu-

lativè Magistratibus concedi jurisdictionem, sed subordinatè, cum Dn. D. Struv. *disp. feud.* VI. n. 18. Neque enim censetur Princeps alicui adeò plenam jurisdictionem concessisse, ut non majorem penes se retinuerit. P. Heig. *part. 1. qu. 9. n. 18.* à quo certè jurisdictionem abdicari, perinde est, ac si ignis desineret esse calidus. Lampad. *c. 16. n. 3.* Conf. Leipold. *de concurrent. jurisd.* qu. 1. Anton. Fab. *Cod. l. 3. tit. 12. def. 17.*

XIV. Nec est, quod quisquam nobis objiciat, Magistratum ordinarium non alieno, sed suo jure jurisdictionem habere, *l. 5. ff. de jurisdict.* indeque eam propriam dici, *l. 4. ff. de offic. ej.* Suo enim jure habere jurisdictionem dicitur ille, qui habet jure Magistratus. At ipsum vocabulum Magistratus semper dicit dependentiam ab aliquo superiore, quæ dependentia non actus tantum exercitium, sed ipsam etiam ejus substantiam, & totam facultatem sive potestatem afficit. Per consequens non pugnant in ordinario Magistratu, suo jure habere, & ab alio habere. Dum enim constituitur quis Magistratus, accipit potestatem juris dicendi, quomodo non semper expressè, & mentione factâ jurisdictionis, sed proprio jure, eo ipso, quia Magistratus est, cū nec

nec concipi possit Magistratus sine jurisdictione. At interim, quia Magistratus ab alio constituitur, non nomen tantum & dignitatem, sed omnem simul suam potestatem accipit ab alio. Eodem modo propria dicitur jurisdictio, quam habet Magistratus, non eo modo, quo res, quæ sunt in dominio nostro, quibus uti & abuti possumus, eas in alios transferendo, & pro derelictis habendo; sed quia officio cohæret, nec avelli ab eo potest, & ipsam Magistratus essentiam constituit. Osvald. Hillig. in *Donell. enucl. l. 17. c. 7. lit. C.* Bernh. Sutholt. *de jurisd. num. 124.* Conf. Elbert. Leonin. *lib. 2. emend. c. ult. num. 14.* Merend. *l. 5. c. 1. num. 14.*

XV. Inde est, quod in juramento, Magistratui à civibus præstando, præmitti solet persona Principis, cui primario & principaliter homagium debetur, & post hunc demum Magistratui obedientia promittitur. Sic enim se habet formula juramenti, à Civibus Lipsiensibus præstandi, prout eam publico programma edidit Senatus ejus loci, d. 25. Febr. 1614. Ich schwere/das Ich Hrn. Johann Georgen/Herzogen und Churfürsten zu Sachsen/xc. meinem gnädigsten Herrn/vor sich/und Herrn Augusten/Herzogen zu Sachsen/xc. Seiner Churf. Gn. geliebten Herrn

Brudern / meinem auch gnädigen Fürsten und Herrn / und derselben allerseits künfftigen Männlichen Leibes Lehns-Erben / und nach gänzlichem Abgang des Churfürstlichen Männlichen Stammes/welches doch Gott gnädig verhüten wolle / denjenigen / auf welche in den Häusern / Sachsen und Hessen / vermöge Ihrer Fürstl. Gn. allerseits Erbverbrüderung/sämlicher Belehminge / und aufgerichteter Verträge / die succession dieser Lande kommen wird/und auf alle Fälle dem Rathe zu Leipzig / getreu/hold/gewertig und gehorsam seyn / Ihrer Chur- und Fürstl. Gn. Ehre / des Raths und gemeiner Stadt Leipzig Nus und Bestes fördern / schaffen/thun/ und werben / und mich allen billigen Ordnungen des Raths / so albereit aufgerichtet / oder noch aufgerichtet werden möchten/ gehorsam erzeigen wil. Und ob Ich Ihrer Chur- und Fürstl. Gn. des Raths und gemeiner Stadt Leipzig Gefahr/ Schaden und Nachtheil erführe / den wil Ich / nach meinem besten Vermögen / getreulichem warnen/melden und offenbahren/ und ein gehorsamer Bürger seyn/ auch Ihren Chur- und Fürstl. Gnad. und E. E. Rathe schuldige Dienste und Pflicht willig leisten / und sonst alles anders thun / was mir / als einen getreuen Unterthanen und Bürger / von GOTTES/ auch Gewohrheit und

113

Rechts

Rechts wegen / zu thun und lassen ge-
bühret. Als mir Gott helffe durch
JESUM CHRISTUM / un-
serm Herrn.

XVI. Et ex his intelligi haud dif-
ficulter potest, Magistratum, à
Principe creatum, non habere ju-
risdictionem mandatam, in sensu
specifico, & ex usu juris acceptam.
Mandarius enim, seu is, qui man-
datam jurisdictionem habet, pro-
prium nihil habet, *l. 1. §. 1. ff. de off.
ejus, cui mand. l. 13. ff. de offic. Pro-
conf. sed aliena, i. e. mandantis ju-
risdictione utitur, d. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de
off. ej. & vice ejus, qui mandavit,
fungitur, d. l. 3. l. 16. ff. de jurisd. ad-
eò, ut ipse mandans jus dicere cen-
seatur, arg. l. 5. §. 3. ff. de admin. &
peric. tut. Quæ omnia, etsi inter
Politicos etiam de Magistratu dici
commodè possint, Jacob. Lampad.
*de Republ. Roman. Germ. c. 16. num.
5. 6.* inter Juris Consultos tamen non
licet, quippe quibus jurisdictione ju-
re Magistratùs competens propria
illius Magistratùs dicitur, non alie-
na, per consequens nec mandatam.
Atque id etiam porrò ex eo liquet,
quòd à Magistratu appelletur is,
qui Magistratum constituit; at ab
eo, cui mandata est jurisdictione, non
provocatur is, qui mandavit, sed
ille, qui provocaretur ab ipso man-
dante, *l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell.**

Sic & morte mandantis, finitur ju-
risdictio mandata, *l. 6. ff. de juris-
dict. Duaren. ad l. 5. eod.* At mor-
te constituentis Magistratum, Ma-
gistratùs potestas non finitur. Et
hæc res movit Doctores, ut ductu
dictæ l. 6. accuratè discernerent
phrases, dare, item deferre aut con-
ferre jurisdictionem, & mandare
eandem. Illam jurisdictioni pro-
pria, quæ Magistratùs jure com-
petit, tribuerunt, hanc jurisdic-
tioni alienæ, seu mandatæ. Bocer. *de
jurisd. c. 6. n. 3.* Carpzoy. *in Pro-
cess. tit. 2. art. 1. num. 22.* Vultej. *ad l. 3.
C. de jurisd. n. 13.*

XVII. Cæterum ex eo, quod dixi,
jurisdictionem Magistratui ita con-
cessam esse à Principe, ut ille majo-
rem penes se retinuerit, prono al-
veo fluit, Dominis territorialibus,
& summo Principi in suorum Pro-
vincialium & Vassallorum subditos
illibatam manere potestatem, *l. 24.
ff. de judic. l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.
l. 3. C. de quadr. prescript. l. 26. §. fin.
ff. ex quib. caus. maj.* Matth. Welsen-
bec. *conf. 97. num. 2. p. 2.* ita ut absq;
literis mutui compassus jus in eos
exercere Principi liberum sit. We-
senbec. *d. l.* Matth. Steph. *de jurisd.
lib. 2. p. 1. cap. 3. membr. 2. n. 15.* Infe-
riorum enim dominorum & Ma-
gistratuum potentia omnis quiescit,
quoties is, à quo fluit jurisdictione,

eandem exercere intendit. Johann. Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. 10. num. 163.* Scipio Gentil. *de juris diction. lib. 2. cap. 28.* Siquidem apud eundem semper manet jurisdictio inseparabiliter. Johann. Yannez Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. 1. num. 7.* Carol. Molin. *ad Consuetud. Paris. §. 2. gl. 4. num. 9.* Paurmeister, *de jurisdict. lib. 2. c. 4. num. 20.* Andr. Knichen, *de Saxon. non provoc. jur. verb. DUCUM. c. 1. num. 3. 4.* Atque hinc, etsi per modum investituræ vel privilegii concessa alicui fuerit jurisdictio, Princeps tamen sibi semper majorem potestatem reservasse intelligitur. Matth. Coler. *de process. executiv. p. 2. c. 1. num. 127.* Jac. Menoch. *lib. 2. prafume. 18. num. 1.* Mynsing. *lib. 6. Obs. 99. num. 3. 4.* Alexand. Trentacinq. *lib. 1. resolut. tit. de jurisdict. resolut. 1.*

XVIII. Sequitur hinc porrò, judices delegatos sive Commissarios, quoad causam commissam, uti potestate sui delegantis, ita, ut quicquid in causâ illâ facit delegatus, dicatur fieri à Principe ipso delegante, *l. solet*, ubi Alexander notab. *l. ff. de jurisdict.* Stephan. Gratianus, *lib. 1. forens. cap. 167. num. 57.* Est enim delegatus Principis superior quovis ordinario Magistratu, *c. pastoralis l. §. l. X. de offic. ordinar.*

c. sanè l. X. de offic. deleg. & potest ille per edictum citare, *novell. 53. cap. 4.* neque ei exceptio incompetentiæ objici potest. Scipio Gentil. *d. l. 2. c. 27.* Potest etiam ipse exequi sententiam à se pronunciatam. Id. Gentil. *cap. 30.* adversus quam, si restitutio fieri debeat, petenda ea est à solo Principe delegante, *l. 18. §. penult. ff. de minor.* Quæ omnia sufficienter probant, jurisdictionem Magistratui competentem Principis potestati ita subiectam esse, ut ab eâ omne ejus exercitium dependeat, cum nunquam Majestatis suæ tam prodigus Princeps præsumatur, ut omnem à se jurisdictionem, quæ in superioritate fundatur, abdicare voluerit. Conf. Franzk. *lib. 1. resolut. 18.* Nec enim superior aliàs esset, nisi hoc sibi in ipsos Magistratus tenuisset imperium. Nec Magistratus intelligeretur, nisi is haberet superiorem, à quo jurisdictio & officium ejus dependeret.

XIX. Quæ diximus hætenus, perspicue satis evincunt, omnem Magistratus potestatem à superiore aliquo provenire, nec posse idcirco Magistratum ullum à privatis constitui. Optimè in hanc rem Diodetianus & Maximianus Imp. *l. 3. C. de jurisdict. omn. jud. Privatorum*

rum consensus judicem non facit eum, qvi nulli præst judicio, nec quod is statuit, rei judicata continet auctoritatem. Quamquam enim constitutio ista Judæos concernat, quibus compromissarios ex gente suâ Judices eligere interdicit, uti observat Joh. Selden. *de Synedr. vet. Ebr. lib. 1. cap. 7.* non ineptè tamen eam sub generali conceptu proponunt Interpretes. Jurisdictio enim quia publica est, & publicâ auctoritate constituitur, privatorum consensu conferri nequit. Unde etiam Magistratûs ipsi, ut maximè aliàs personæ sint publicæ, quoad conferendam jurisdictionem pro privatis habentur, ita ut non magis jurisdictionem dare aut conferre alicui possint, quàm vilissimus quisque civium. Vultejus, *ad d. l. C. de jurisdic. num. 16.*

XX. Consequitur inde, non esse in civium potestate Magistratûs officio remove, quem ipsi indignum judicaverint. A Principe omnis ista eminentia provenit, & uni isti accepta referenda est, nec disputare adeò de principali judicio oportet. Sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator, *l. 3. C. de crim. sacrileg.* Quod si etiam ille interea, dum officio præest, à priore degeneret integritate, atque in perditissimos deflectat

mores, nego tamen adhuc, civibus eâ de re aliquam competere cognitionem; tantum abest, ut de vitâ & honestate ejus, qui Magistratum gerit, judicandi potestatem plebi aut populo largiar, præsertim cum fallax sæpè sit, & pro inhonesto habeat sæpè, quod indifferens est, quodque mores aut existimationem haudquam afficit. Accidisse id meminimus, & responsum à Collegio nostro ad consultationem Vogts und Schöppen der Stadt-Berichte zu G. mens. Nov. 1659. hunc in modum: Seynd anno 1656. bey euch in die 1400. Menschen an der Pest gestorben/ welches ein Todtengräber/ Namens Adam Hennig/ durch erlernte Teufels-Kunst veruhrsacht/ und es ist derselbe/ nachdem ihr ihm deshalb mit der scharffen Frage angreifen lassen/ von dem bösen Feinde/ in wâhrender Tortur/ auf und nieder geschwungen/ darbey mit Zerreiſſung und Zerbrechung der Fessel ihme dermassen geholfen worden/ als wenn alles in Stücken springen solte. Darbey den euer Vogt/ als damahliger Richter/ den inquisiten auf die Brust geschlagen/ und zu dem bösen Feind gesagt: Hebe dich weg/ Satan / du hast kein Theil an ihm/ sondern ich wil ihn straffen lassen/nach seinem Verdienst / und darauf aus der Kirchen gewenhetes Wasser und Kräuter hohlen lassen. Nachdem nun

zu Fortstellung solcher scharffen Frage niemand zugegen gewesen / als der Stockmeister / und sein Knecht / welche aber an dē inquisito gnugsam zuhalten gehabt / hat der Voigt dem inquisiten mit dem Wasser besprenget / auch das Pulver / so bey ermelden inquisiten gefunden worden / ihm auff dem Kopff gestreuet / undes hat endlich derselbe / vermittelst der scharffen Frage / befand / auch darauff seine verdiente Straffe erlitten / nach mehren Inhalt eures Berichtes / und der Beylagen. Wenn nun gleich euer Voigt bey solcher gehaltenen scharffen Frage inquisiten auf die Brust geschlagen / ihm mit dem Wasser besprenget / und mit dem Pulver bestreuet / auch dem bösen Feinde / daß er ihn verlassen solte / zugeredet / dennoch aber und dieweil er keine Henckers-Instrumenta gebraucht / noch dem armen Sünder peinlich angegriffen / sondern oberwehnte Actūs zu dem Ende verrichtet / damit ihn der böse Feind seiner Meynung nach desto eher verlassen möchte / welches er auch außer der scharffen Frage thun können. So ist vorbesagter euer Voigt deswegen vor einen Hencker / oder dergleichen Mann / welcher in Zünfften und Zechen nicht zu dulden / auch kein ehrliches Officium zu bedienen würdig / keines weges zu achten / noch deswegen seines Amtes zu entsetzen / V. A. W.

XXI. Consequitur porro, posse

Principem limitare, restringere, ampliare & extendere pro lubitu jurisdictionem Magistratūs à se constituti, posse etiam aliquos, qui in iisdem habitant & existunt pomœriis, jurisdictione ejus prorsus eximere, & per speciale privilegium immunes facere. Illustre ejus rei exemplum in Academiis observare licet, quarum pleræq; ab Magistratūs oppidani jurisdictione prorsus exemptæ sunt, ut nec statutis ejus obligari, neqve judiciis oppidanis adstringi queant, sed planè separatum Magistratum, separatumqve & singulare forum, ubi cives ejus conveniantur, habeant. Vid. Virgil. Pingizer, *qv. st. 29. n. 23. seq.* ubi dissentientem à se Matth. Colerum *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 232.* refutat. Add. Carpzov. *part. 3. const. 12. def. 16.* & in *Ip. Consist. lib. 3. def. 8. n. 18.* Sicut igitur Academici per statuta Magistratūs oppidani obligari nequeunt, ita vicissim neqve uti illis possunt, ut aliquod inde emolumentum percipiant. Et huc facit Responsum Wittebergenſe an Gottfried Stahlin / und Michael Heber / mens. April. 1661. Ist eure Schwägerin / Catharina Heuzin / D. Michael Heylands Eheweib / als sic kaum vierzehn Tage mit ihm in Ehestande gelebet / todes verblichen / und zu ihrer hinterlassenen Gerade / nach Sächsischen

M m m

Nech-

Rechten/eure Eheweiber/als ihrer Leiblichen Mutter Schwestern verlassen/welche aber der überlebende Ehemann/euch abfolgen zulassen/ sich verwegert/nach mehren Inhalt eures Berichts. Wenn er nun gleich vorwendet/das/vermöge der Stadt Leipzig Statuten, in Ermangelung leiblicher Kinder / die Gerade nicht auf des Weibes Schwestern und Spielmagen/sondern den Ehemann falle/dennoch aber/und die weil solch Statutum, ohne vorbewußt und Consens der Universität Leipzig/und der selben Verwandten/von der Stadt Obrigkeit allein vor sich auffgerichtet/beliebet/und von der hohen Landes Obrigkeit confirmiret worden/ auch unstreitig/das D. Michael Heyland ein Universitäts Verwanter/niß kein Bürger ist/und der Rath keine jurisdiction über die Universität / und der Mitglieder exerciren kan/ auch kein actus angezogen / noch vorgebracht werden mag/ das der Universität Leipzig/ oder der derselben Verwandten/iemahls solch Statutum approbirt / oder sich desselben gebrauchet / die Statuta auch stricti juris, und extra territorium, niß jurisdictionem statuentis, nicht zu extendiren/bevorab da in dem Statuto weder der Universität/ noch deren Verwandten gedacht/ und daher auch auff sie/ als nicht benennete / ohne ihre ausdrückliche Einwilligung/ nicht gezogen werden kan/ so mag auch D. Mi-

chael Heyland sich solches Statuti gegen euch nicht gebrauchen/ sondern ist dessen ungeachtet eueren Eheweibern die Gerade abfolgen zulassen schuldig/ B. N. B.

XXII. Ad eundem modum etiam milites exempti sunt, quippe qui & ipsi suum specialem Magistratum habent, suum proprium iudicem, suum forum privilegiatum, aded ut jure Romanorum nec Praesidi provinciae, (qui tamen omnium aliorum Magistratum jura atq; cognitiones potestate atq; jurisdictione sua continebat, l. 10. § 11. ff. de off. pr. as. quiqve majus Imperium in ea provinciâ habebat omnibus post Principem, l. 4. ff. eod. quiqve propterea non in sua tantum provinciae homines, sed etiam in extraneos quosqve, si quid commisissent, Imperium gerebat, l. 3. ff. eod.) potestatem istam suam in milites exercere liceret, l. 1. C. de offic. Magistr. mil. Poterat quidem ille militem, in provinciâ delinquentem, sub custodia constituere, l. 1. C. de exhib. & transmitt. reis, l. 13. C. de re militar. audire etiam & notionem aliquam instituere, l. 3. ff. eod. sed eum cum elogio ad Ducem seu Magistrum, sub quo militabat, remittere oportebat, d. l. 1. C. de exhib. & transmitt. reis d. l. 3. ff. de re mil. l. 9. ff. de custod. & exhib. reor. Sed quia in hac materia pugna-

pugnare inter se nonnulli in jure Romano textus videntur, & Doctores ipsi hic quodammodo dissentiunt, haud paulò accuratius ea nobis erit pertractanda,

XXIII. In civilibus causis nemo est, qui ambigat, coram Duce aut Magistro, sub quo militat, militem conveniendum esse propter *l. 6. C. de jurisdic. omn. jud. l. fin. C. de re militar.* dum tamen ne causa ipsa privilegiata sit, uti infra dicemus. Sed de criminalibus causis non una omnium est sententia. Ante omnia autem repetendum est *ex l. 2. ff. de re militar.* quòd militum delicta sive admissa, aut propria sint, aut ceteris communia, quorum ratione etiam persecutio aut propria, aut communis est. Communia sunt, quæ etiam in reliquos homines cadunt, ut homicidium, adulterium, furtum, &c. Propria, quæ milites, ut milites, admittunt, quæque adò specialem militiæ rationem includunt. Talia plurima referuntur in *l. 3. ff. eod.* Sic enim delinquit defensor, emanfor, qui in exploratione emanet, qui à fossato recedit, qui stationis munus relinquit, qui ab excubatione desistit, qui ad diem comearus non venit, qui ad hostem confugit, qui in bello arma amittit, vel alienat, qui vallum transcen-

dit, aut per murum castra ingreditur, & similes alii. Conf. Alexand. ab Alexandro, *Genial. dier. lib. 2. c. 13.* Tiber. Decianus, *tract. crim. lib. 7. c. 15.*

XXIV. Quod si ergò de crimine militari quæritio fuerit, consentiunt adhuc omnes, ad Magistrum militum, aut judicem militarem ejus coërcitionem pertinere, propter *l. 1. C. de exhibend. & transm. reis.* Nec mirum, militaribus Viris concessam esse judicandi facultatem, cum videamus, alios homines, qui alicujus rei peritiam habent, de eâ ferre sententiam. Ant. Perez. *Cod. de re milit. n. 51.* Ita enim quotidiè praticari solet, ut quoties in judiciis emerferit dubium, quod ex scientiâ, vel peritiâ artificum decidendum fuerit, ad peritos illos recurratur, & eorum judicium requiratur. Francisc. de Amaya, *ad l. 2. C. de jur. fisc. num. 13. seq.* Poterit ergò ipsis etiam illis peritis Princeps hanc potestatem dare, ut sententiam ferant judicalem in tali causâ, quæ ad ipsorum professionem spectat. In quem finem militares hodiè judices in plerisque omnibus exercitiis, imò singulis legionibus, & praesidiis constitui solent, quibus unicum hoc incumbit, ut *militarem* conservent atque tueantur disciplinam,

nam. Atque iidem illi, non minus atque alii quivis, omnem suam potestatem à Principe, aut ejus auctoritate concessam habent, quam idcirco etiam ad Principis præscriptum, & secundum leges militares exercere debent, ne sibi plus licere ferocius aliquod ingenium arbitretur. Et hæcenus dubium nullum est, ad judices istiusmodi militares delictorum militarium punitionem spectare.

XXV. Sed si delictum commune à milite perpetratum fuerit, maxima semper inter Doctores fuit controversia, ad quem judicem ejus coercitio pertineat, quod diversa & contraria sæpenumerò in jure Justinianéo eà de re inveniuntur dogmata. Qui cessare dicunt privilegium militare, & judici loci ordinario delinquentem militem subjiciunt, non contemnenda ex quæ plurimis textibus proferunt argumenta. Quid enim est, quod dicit Arrius Menander, in l. 2. ff. de re milit. communis delicti communem esse persecutionem, proprii propriam? Persecutionis namque vocabulum judiciale est, & judicii ordinem respicit, qui communis dicitur, si nullus fuerit privilegii, quod alias obtendere quis posset, usus. Quid est porro, quod ait Modestinus, in l. 3.

pr. ff. eod. desertorem auditum ad situm Ducem mittendum esse, præterquam, si quid gravius ille desertor in eà provinciâ, in quâ repertus est, admisit? ibi enim eum plecti pœnâ debere, ubi facinus admissum est. Ex hoc namque sequitur, desertorem, ut talem, à Præside puniri non debere, quia scilicet delictum istud militare est, à militari judice coercendum; verum si quid commiserit ille in super aliud delictum communitæ, & gravius in aliquâ provinciâ, remitti eum ad Ducem suum non debere, sed in ipsâ illâ provinciâ à Præside puniri posse. Quid est tandem, quod dicit Papinianus in l. ult. ff. de accusat. alterius provinciæ reum apud eos damnari oportere, apud quos crimen contractum ostenditur, idque ipsum etiam in militibus observandum esse? Militem dum exceptum non vult, eo ipso negat ei privilegium fori competere. Cum lari in hanc rem solent alia plura, quæ militibus fori præscriptionem adimunt, quod & Justinianus discretè fecit, in novell. 8. cap. 12. ut adeo, dubitari nequeat, in crimine communi ex principiis hæcenus positus nullum allegari à militibus posse privilegium.

XXVI. His tamen repugnare videtur, quod separata planè constituan-

tuantur fora, in *l. 1. C. de off. magistr. mil.* quodq; militibus in provinciis, & vicissim amplissimæ præfecturæ in Viros militares omnis denegetur potestas; & quod porro constitutum sit, militarem reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse, nec, si in culpâ fuerit, coërceri, *l. 6. C. de jurisdic. omn. jud.* Accedit, quod generaliter & indefinitè legatur, in *l. 1. C. de transm. reis*; militem, qui in provinciâ publicum commiserit crimem, ad magistrum militum remittendum esse. Quæ autem sententia verbis itidem generalibus habetur, in *l. 9. ff. de custod. reor.* Et quod ita generaliter constitutum est, cur limitari, & ad certam speciem restringi debeat, nulla adhuc tum urget ratio.

XXVII. Ut dissidium istud componatur, & pugnantes inter se leges concilientur, hæc utitur distinctione Antonius Matthæus, *de criminib. tit. de accusat. num. 12.* Militem, qui in castris est, non posse accusari extra vallum, nec remitti ad Præsidem ejus provinciæ, in quâ crimen admisit; at si derelictis signis à Præsidente deprehensus fuerit, Præsidis esse animadversionem, nec cogi eum, remittere deprehensum ad ducem suum cum elogio. At profectò non videtur ad textum, in *l. 1. C. de exhib. & transm. reis*;

accommodari posse ista distinctio. Extra vallum in istâ facti specie deliquerat miles, & tamen ad magistrum militum remitti eum debere censuerunt Imperatores. Aliiter distinguit Johannes Faber, uti per compendium notat, & perstringit Anton. Mornacius, *ad l. 6. C. de jurisdic. omn. jud.* Fabri tamen sententiam maximâ ex parte multò antè, & priusquam Faber nasceretur, proposuit glossa, *ad l. 6. C. de jurisd. omni jud.* & sequitur Vincent. de Franchis, *p. 1. decis. 88.* Frid. Hiltrop. *in process. part. 1. tit. 2. n. 99.* Idem tenet Georg. Acac. Enekelius, *de privileg. mil. lib. 2. privil. 5. n. 4.* In crimine communi, inquit, siquidè id leve sit, seu mediocre, cognitionem quidem habere præsidem provinciæ, coërcitionem verò magistri esse militiae; quod si verò enormius sit, & gravius delictum, præsidem loci, ubi crimen admissum est, & cognitionem habere & coërcitionem. Enekelii verba longo ordine recenset, & suppresso nomine exseribit Ant. Perez. *Cod. de re milit. n. 53.* Add. Camill. Borell. *p. 1. decis. 43. n. 150.* Carpz. *part. 4. const. 9. def. 11.* Hug. Donell. *l. 17. c. 20. in f.* Car. Tapia, *de const. Pp. part. 1. c. 5. n. 9.*

XXVIII. Ego verò pugnantes istas Imperatorum & Jurisconsultorum sententias conciliari posse, minime puto, sed eum Jacobo Go-

Gothofredo, *ad l. 2. Cod. Theodos. de exhib. & transm. reis*, sentio, variasse jus constitutum, & modò concessam fuisse militibus fori præscriptionem, modò ademptam. Scilicet ademèrunt Severus & Antoninus Impp. *l. fin. ff. de accusat. l. 3. pr. ff. de re mil. reddiderunt alii*, quorum constitutiones habentur *in l. 1. C. de sicar. l. 2. C. Theod. de exh. reis l. 2. cod. de jurisdic. excepto crimine adulterii, l. ult. C. Theod. de adult. ademit rursus Theodosius junior, novell. de amotà mil. for. præscript. l. 2.* Hæc ita Gothofredus, haud paulò enucleatius, quàm H. Vultejus, *ad d. l. 6. C. de jurisd. omn. jud.* Et in tali ademptione persistit Justinianus, *Novell. 8. c. 12.*

XXIX. In tantâ juris constituti varietate, impossibile erit in unam consonantiam id redigere. Et propterea satius erit, jus novum constituere, & quatenus fori privilegium militibus competere debeat, ab Legislatoribus expectare. In Frisiâ delictum commune ab Magistratu loci puniri, observat Johannes à Sande, *lib. 1. def. 4.* In Galliis attendi scribit Mornacius, *d. l.* utrùm inter milites admissum sit crimen, atque à milite in militem, an verò à milite in non-militem; priore casu Ducem militum, posteriore judicem Regium cognoscere & punire. In

Hollandiâ præventioni locum facit Simon à Grøenevvegen, *ad l. 5. C. de jurisd. omn. jud. & l. 1. C. de exhib. reis*, ita, ut si miles à fisci procuratore generali captus sit, ad magistrum militum frustra ab eo provocetur. In Regno Neapolitano discrimen hoc observatum fuisse scribit Vincentius de Franchis, *decif. 88. num. 6.* utrùm in expeditione fuerit miles, an minus, ita ut posteriori casu rectè à Magistratu loci puniatur miles ab eo captus. Alibi aliter observari notat Julius Clarus, *sentent. l. 5. qv. 35. num. 24.*

XXX. Ego, si distinctio adhibenda fuerit, interesse putaverim, num apud signa reperiatur miles delinquens, an minus. Prius id non in castris tantum, & in expeditione, sed in præsidiis etiam, & hibernis contingere solet; posterius hoc varias habet causarum figuras, quas omnes sub eundem censum refero, etsi cum licentiâ sui Ducis ab signis discesserit. Priore casu animadvertio in delinquentes Magistro militum competit, sive in castris illi fuerint, & in expeditione, sive in præsidiis, aut metatis. Ratio est, quia tunc præsentem habent Ducem, aut judicem militarem. Hucq; refero sententiam Dominorum Scabinorum Lipsiensium an Rathmann/Meister der Jmaung und Gemeinheit der

der Stadt Halle/Mense Jul.1674.expositam, his verbis : Innassen Ihr auch wider E. G. etwas vorzunehmen nicht befugt/sondern die angerügte Begünstigung seiner ordentlichen Obrigkeit zu denunciiren schuldig. Et in hunc sensum responderunt etiam nostri Wittebergeneses an Bürgermeister und Rath der Stadt Magdeburg/mensl. Maj.1640. Ist wegen der Römischen Käyserl. Majest. und des Heil. Römischen Reichs euch eine Besatzung eingelegt/gleichwohl aber euch euer Bestungs-Recht/ nebenst denen Ober- und Nieder-Gerichten gelassen worden/ und es wil nunmehr/ circa cognitionem delictorum Militum, Streit und Irrung vorkommen/ nach mehrern Inhalt eures Berichtes/und der Beulagen.

Wann nun gleich zu recht in gemein verordnet/ daß ein Verbrecher von der Obrigkeit/da die Verbrechen geschehen/ zu gebührender Straffe gezogen werden könne/ und esliche Rechts-Lehrer/ qvoad Milites, einen Unterscheid inter delicta militaria & communia machen/ und dafür halten wollen/ daß in Krieges-Verbrechungen den Kriegs-Rechten; In gemeinen/ und sonderlich in Peinlichen hohen Verbrechen aber/ der ordentlichen Obrigkeit desselben Orthes die Bestrafung zusiehe/ Ihr auch iederzeit in Exercitio der Ober- und Unter-

Gerichte gewesen/ solches ohne mahnigliches Einrede continuiret/ und über diß von vorigen Römischen Käysern mit dem Bestungs-Recht privilegiert/ welches auch von ichtiger Römischen Käyserl. Majestät Allergnädigst confirmiret/und der Pragerische Frieden-Schluss dieses Inhalts: Daß durch Einlegung Käyserl. Besatzung keinem Stande an seinen Obrigkeitlichen Rechten Eintrag geschehen soll; Innassen auch sonsten/Inhalts Eurer Willführ/wider die jenigen/ so den sitzenden Rath/ oder die/ so zum Rath gehörig/ injürtren/ per modum inquisitionis zu verfahren/ euch nachgelassen/ und vor weniger Zeit wegen Müller Joachims die cognitio bey euch gewesen. Dennoch aber/ und dieweil die Kriegsleuthe in Rechten absonderlich befreyhet/ daß sie so wohl in Bürgerlichen/ als auch Peinlichen Fällen vor keinen andern Richter/ als ihrer Krieges Obrigkeit/ belanget werden können; Auch des Heiligen Römischen Reichs Anno 1570. zu Speyer aufgerichtete Fußknechts-Bestallung in unterschiedlichen Articuli/nicht nur allein von Bestrafung der Krieges-Verbrechungen/ sondern in gemein von allen Lastern/ als von Fluchen/ Gottlosen Worten und Wercken/von Böllerey/von Sauffen unter der Preddigt/ Item von Raub/ Mord/ Diebstahl/ Verrätherey/ und dergleichen/

redet;

redet; Wodurch dann/ wie auch sonst/ in den beschriebenen Kayserslichen Rechten die gemeine Rechts-Regul/ daß ein Verbrecher an dem Ort/ wo er die That verübet/ seinen ordentlichen Richter habe / quoad Milites ausdrücklich limitiret / und der obenangeführten Distinction inter delicta militaria & communia, von bewehrten Rechts-Lehrern / aus andern Rechts-Gründen / und insonderheit / wegen der darwider eingeführten kundbahrn Gewohnheit/widersprochen wird/und dahero das von euch hergebrachte/und continuirte exercitium der Ober- und Unter-Gerichte / wie ingleichen das allegirte / und von iewiger Römischen Kayserslichen Majestät allergnädigst confirmirte Bestungs-Recht / uf das aniso daselbst in Besatzung liegende Regiment / so von euch nicht erworben / noch euch mit Pflichten zugethan / nicht zu ziehen. Gestalt auch dem Pragerischen Friedens-Schluss zuwider / euch an euren Exercitio Jurisdictionis, und Obrigkeitlichen Rechten / kein Eintrag geschiet / in dem solche eure Jurisdiction, wie auch eure Willkühr/auf die Krieges-Knechte / so von euch nicht erworben / noch in Pflicht genommen / sich nicht erstrecken mag ; Und euch wider eure Unterthanen/ Innhalt gedachter eurer Willkühr / per modum inquisitionis zu verfahren / nochmahls un-

benommen. Auch do gleich wegen Müller Joachims / so einen Soldaten ermordet / Ihr cognitionem causa gehabt / dennoch aus solcham præjudicio, zumahlen/ do der Delinquent kein geworbener Soldat gewesen/ nichts beständiges geschlossen werden mag. So erscheinet daher allenthalben so viel / daß bey so gestalten Sachen / und in deme das daselbst in Besatzung liegende Regiment / uf Kaysersliche / und des Heiligen Römischen Reichs Verordnung / dahin gelegt worden / dem Commendanten / und Obersten die Cognition und Bestrafung seiner untergebenen Soldaten / in deren Verbrechen ohne Unterscheid / wie auch in Bürgerlichen Sachen / zusehe. Und sind demnach ihr und eure Bürger in denen Fällen / do ihr wider die Soldaten etwas zu flagen hättet / dieselben für eure Gerichte zu ziehen nicht begründet / sondern solches bey dem Obristen zu suchen schuldig ; Inmassen auch die Soldaten / so sie wider einen Bürger Elägers Stelle vertreten / solches bey euch / als der ordentlichen Obrigkeit vorzubringen / und Erkänntniß zugewarten / verbunden sind / V. R. W.

XXXI. Posteriore autem casu, si ab signis discesserit miles, puto, à quocunqve Magistratu, sub cujus jurisdictione is deliquerit, cognitionem & coërcitionem institui, & ex-

expediri posse. Remissiones enim hodiè necessariæ ampliùs non sunt, nec iudex domicili, vel ubi reus est deprehensus, ad remissionem est obstrictus. Carpzov. *prax. crim. qvæst. 110. num. 54.* Sed nec olim quidem jure Digestorum necessariæ illæ fuerunt, uti notat Antonius Matthæus, *de crimin. tit. de custod. reor. num. 2.* Milites tamen ex speciali causâ remitti ad Ducem suum oportebat, ne quisquam temerè ab signis avelleretur, & quia pro desertoribus haberi poterant, qui discessissent, ut ad signa redire cogerentur, relicta tamen nihilo minus Magistratibus loci potestate supplicium sumendi de maximè facinorosis, *l. 3. ff. de re milit.* Accedit, quòd multò adstrictior & severior olim fuerit disciplina militaris, neque tanta apud Romanos ad furta, rapinas, adulteria, & alia quævis militum delicta, etiam atrocissima, indulgentia & impunitas audita fuerit, quanta hodiè apud nostros esse solet. Hactenus ergò etiam eo casu, quando apud signa delictum commissum fuit, si Dux belli animadvertere nolit in ejusmodi facinorosos, ad Magistratum loci spectabit eorum coercitio, cum intersit Reip., ne delicta maneant impunita.

XXXII. Quod si in super attendatur, jurisdictionem hodiè ubique

ferè in patrimonio haberi, certisq; limitibus circumscriptam esse, neq; jus evocandi alteri alicui absq; speciali titulo competere, vix erit, ut privilegium militare extra castra, aut locum, ubi signa habentur, extendere liceat. Multa & per ampla privilegia concessa sunt illis, qui bonis artibus & literis operam navant, nec illi, nisi in foro privilegiato conveniri possunt. Sed forum tamen illud privilegiatum ad Academias restrictum est; extra easdem, si quis deliquerit studiosus, juri communi subiectus est, nec revocare tum forū poterit. Non alia videtur esse ratio militum, nisi quòd jurisdictio militaris non ita loco affixa sit, uti est jurisdictio Academica. Affixa tamen illa est signis, & cum his, quoties opus est, locum mutat, ut adeò non malè mihi videantur sentire, qui extra castra, aut locum, ubi signa habentur, privilegium militare extendere nolunt. Et poterit igitur Magistratus loci, ubi delictum commissum est, adversus milites reos inquisitionis processum formare, eosdemq; supplicijs afficere, sive enorme id fuerit, quòd commissum est, flagitium, sive aliquod delictum, leviusculum, tale tamen, quòd poenam meretur.

XXXIII. Atque hoc eò magis obtinebit, sicubi per delinquentes milites

N n n

lites

lites jurisdictionis Magistratus loci violata, ejusq; apparitores, Viatores, Accensi, Executores, Officiales, & alii, qui publicæ tranquillitati tuendæ constituti sunt, injuriis affecti fuerint. Poterit enim tum Magistratus injurias sibi illatas vindicare, & jurisdictionem suam, quæ immediatè læsa est, justâ animadversione tueri, *c. 1. de pæn. in 6.* Atque interest sanè Magistratus illius, ut ex suâ jurisdictione pœna decernatur, ne apud subditos suos autoritas, quam illi ita conculcatam, & despiciatui habitam vident, vilescat, neve illi inde exemplum capiant, & simile quid moliantur. Quocirca, cum superioribus annis consulti fuissetus super tali militum delicto, in hunc modum respondere placuit, an H. G. V. W. mens. Mart. 1668.

Haben wir längst beyrn Jahrmarkt des Städtleins P. etliche von den E. Neutern nicht allein in dieser anaeordnet/ in Trauerzeit die Trompeten blasen lassen / sondern auch andere Thätigkeiten verübt / in dem sie mit blossen Degen / und zum Schuß fertigen Pistolen / die zu Verhütung Unfugs von dem Herrn bestellte Wache angefallen / auch dan einen die kurze Wehre aus der Hand geriffen / wannenhero zwey derselbe Freveler von dem Herrn / als Obrigkeit des Orts / in Arrest gebracht worden / nach mehrern Innhalt der uns zugeschickten Frage. Wenn

num gleich der Capitain Lieutenant von der Compagnie solche in Arrest behaltene Neuter arfordert / und dieselben zu bestraffen sich erbeuth / auch das dem Herrn über dieselbe einige Vothmaßigkeit zustehet / nicht einreumen will. Dennoch aber / und die weil die von solchen Neutern verübte Begünstigungen keine delicta militaria seyn / und sie derselben halber auf ihr privilegiertes forum sich nicht zu beruffen / sondern nach Verordnung der Rechte / von eines ieden Orts Obrigkeit / wo die Verbrecher ergriffen worden / abgestrafft werden können; So ist der Herz wider seinen Willen / solche Freveler dem Capitain Lieutenant absolgen zu lassen / nicht schuldig / sondern dieselben / als des Orts Obrigkeit / zu bestraffen wohl befugt / B. N. W.

XXXIV. Postea verò, quàm hæc scripsi, die 26. Martii, Anno 1673. edita & promulgata est ab Serenissimo Electore Saxonix nova circa hanc rem constitutio, sub tit. Ordonnance, wie es hinfürò in denen Quartieren / wo Ihrer Churf. Durchl. Soldatesca zu Ross oder Fuß logiret / mit denen Servitien / auch denen Zehrungen bey March und Remarchen / ingleichen mit visitation der Quartire / und dann in zutragenden Fällen mit apprehension und Aufstellung der delinquenten / welche sonst unter die miliz gehörig / gehalten werden solle.

In quâ paragraphus quartus & ultimus ita se habet: Endlich und 4. wollen seine Churfl. Durchl./und befehlen hiermit / daß wenn ein Soldat gewaltsame Abnahme auff der Straffen / Nothzucht / Mord / oder andere grobe öffentliche delicta begienge / die Obrigkeit selbiges Orts ihn zur Hafft zu bringen / Zeugen / wie er über dem facto betreten / summarisch und endlich darüber abzuhören befiigt / so daß Seiner Churfl. Durchl. alles unterthänigst berichten / und den delinquenten auff erfolgten Befehl / dem jenigen / so hierzu befehlichet werden möchte / folgen zu lassen / und bis dahin / ohngachtet des Officirers Abforderung zum Regiment / vermahlich zu behalten / die jenigen aber / so keine Obergerichte haben / in die Aemter es zuberichten / und den delinquenten dahin zu remittiren / schuldig seyn s. llen.

XXXV. Cæterum, quod supra dixi, in causis civilibus milites privilegiato Ducis sui gaudere foro, nisi natura & qualitas causæ repugnet, quæ speciale aliquod forum exigat, id abundè declarari potest ex eo, quòd in causis matrimonialibus non satis conveniens videatur iudicium militare. Non quidem propterea, quòd causæ matrimoniales inter spirituales, & graviorès quidem, referri debeant, uti volunt Canonistæ, Prosp. Farinacius, *lib. 1. tit. 1. q. 8. num. 20.* quas proinde iudicio Episcopali re-

servatas volunt Augustin. Barbosa, *de offic. & pot. Episc. part. 3. alleg. 84.* Joh. Aloys. Riccius, *decis. 1154.* sed quòd causæ ejusmodi conscientias sæpè afficiant, & ad eas dijudicandas requirantur homines, in jure divino & Ecclesiastico probè exercitati. Quamquam autem negari nequeat, diversas in ejusmodi causis sæpè occurrere quæstiones, & tales quidem, de quibus iudici etiam seculari pronunciare fas est, de quibus videri possunt Annæ. Robertus, *lib. 3. rer. jud. cap. 5.* Didac. Covarruvias, *de matrimon. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 10.* Prosp. Farinac. *d. l. n. 25.* Doctores tamen penè omnes in hoc consentiunt, quæstiones de ipsâ substantiâ & vinculo matrimonii non nisi apud iudices, singulariter eam in rem destinatos, disceptandas esse. Cumq; adèd occurrere soleat in istiusmodi causis, quæ aliquando ad forum Ecclesiasticum, aliquando ad forum seculare pertinent, causæ ipsæ matrimoniales inter mixtas referri solent. Carpzov. *in Ip. Consist. lib. 2. def. 1.* Atque idèd in Terris Protestantium talia etiam iudicia constituta sunt, quæ utriqve negotio sufficere possint, Consistoria scil. Ecclesiastica, ex personis Ecclesiasticis simul & politicis consistentia, ut adèd in illis tantum ventilari quæstiones matrimoniales oporteat. Ut maxime igitur miles forum suum militare &

privilegiatum habeat, in causâ tamen matrimoniali ad id provocare non poterit; sed necesse est, Consistoriorum sententiam ut expectet, quorum proinde cognitionem nequaquam sufflaminare licet Ducibus & Officialibus.

XXXVI. Atque sic responderunt Domini Wittebergenses an Johann Nathleb zu Pärcheim/mens. August. 1678. Seind vergangenen Winter über etliche Fußvölcker bey euch einquartiret gewesen/und es hat unter denselbē ein Musqveter, Nahmens Hans Zischte / sich mit einer Dirnen/Esther Schwabin/dergestalt bekant gemacht/ daß er/unter Versprechung der Ehe/sie zu seinen Willen gebracht / und geschwängert. Und dieweil der Soldat solches geständig seyn müssen/ auch die Geschwängerte/ wenn sie nur die darzu benötigten Mittel / insonderheit 4. Thal./ so dem Hauptmann der Compagnie von einem jeden Musqveter, umb Zulassung der Verhelichung/ gegeben werden müssen/ schaffen könnte/ ihm antrauen zulassen sich erkläret/hat genannte Schwabin sich auch darzu willig finden lassen/und das geforderte Geld/ zu Befriedigung des Hauptmanns/hergegeben. Nach dem aber der Soldat seinem Versprechen nicht nachgekommen / sondern sich an eine andere Dirne gehencket / ist die Geschwängerte bewogen worden/ bey dem Fürstl. Consistorio deswegen klag-

bar zu werden/welches darauff eine requisition, den Soldaten entweder zur Priersterlichen Copulation mit der Geschwängerten anzuhalten/ oder denselben vor das Consistorium zustellen/ an den Hauptmann abgehen lassen/ deren keines aber der Hauptmann verwilligen will / 2^e. Wenn nun gleich der Hauptmann vor sich anführet/ daß iedweder Kläger den Beklagten vor seinen ordentlichen Richter zubelangen schuldig / und die Soldaten in den gemeinen Rechten ein forum privilegiatum der gestalt erlanget / daß sie vor keinen andern/ als vor ihren Officirer zustehen verbunden sind / auch da sie gleich in andern Gerichten verbrochen/nichts minder an ihre Officirer verweisen werden müssen/hierüber durch Kriegs-Gebrauch eingeführet/ daß ein Soldat ohne seines vorgefesten Officirers Consens so wenig/ als ein Sohn ohne seines Vaters Einwilligung/ zu heyrathen befugt/ unendlich der Fürst und Herr der Compagnie über seine gesamte Kriegs-Völcker/ und iedweden darunter befindlichen Soldaten/ die vollkommene Gerichtsbarkeit/ auch in Ecclesiasticis, zu exerciren/ solche auch ferner zu delegiren berechtiget. Dennoch aber indieweil die Ehesachen in allen wohlbestellten Policereyen pro privilegiatis und exemptis gehalten/ und absonderlichen darzu deputirten Richtern anbefohlen werden / worzu insonderheit

die jenigen / so der Göttlichen Rechte erfahren/ und mit Gewissens-Sachen/ die gemeinlich mit unterlauffen/ unzuguehen wissen / zuziehen/ daher auch ernalte Ehefachen ie und allezeit pro Ecclesiasticis geachtet werden/ und in dergleichen. causis exceptis das absonderlich darzu destinirte forum nothwendig angegangen werden muß / ob gleich beflagter sonst in andern Sachen gar einer andern jurisdiction unterworfen / welches denn nicht weniger bey den Soldaten zu observiren / inmassen derselben privilegirtes forum, so sie bey ihren Officirern/ oder den Kriegs-Rechte haben/ auff die causas Ecclesiasticas und matrimoniales nicht zu ziehen/ hierüber des Officirers dissensus ein wohlgetroffenes Ehegelöbniß eines untergebenen Soldaten nicht hinterziehen kan/ auch derselben Consensus weder in Göttlichen noch weltlichen Rechten nothwendig erfordert wird / und derowegen auch dem väterlichen Consense nicht gleich zu achten/ wie denn gleichfalls nirgend bescheiniget worden/ daß der Fürst und Herr der Armee denen Officirern die causas Ecclesiasticas und matrimoniales unter ihren Soldaten zu decidiren anbefohlen/ und hierbey wohl zu erwegen/ daß Hans Zischke annoch an dem Orte/ da er der Dirnen die Ehe versprochen/ sich aufhält/ und also das forum Ecclesiasticum selbigen Ortes zu agnosciren verbunden. So erscheint

dañenhero so viel/ daß der über die Soldatesque commandirende Hauptmann obengedachten Hans Zischten/ dieser Ehesache halber vor das Fürstliche Consistorium zu stellen/ und das darauf erfolgte Erkänntnis auf beschehene subsidiarische imploration zu exequiren schuldig/ B. N. W.

XXXVII. Hæc ita prolixius aliquantò tractare oportuit, quòd quidem multa sæpè eà de re agitur controversia. Maximum autem totius causæ momentum consistet in decisione Principis, cujus solius est, uti Magistratum constituere, ita & jurisdictionem ejus circumscribere, cujusq; adeò iusta in cognitione vocare nefas erit. Rectè apud Tacitum eques ille Romanus, M. Terentius, dicebat: *Non est nostrum estimare, Caesar, quem supra ceteros, & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum iudicium Dii dedere. Nobis obsequii gloria relicta est.* Manet enim, quod supra dixi, omnem Magistratum & quoad constitutionem, & quoad actionem atq; executionem officii sui, unice ab eo, qui Majestatem habet, dependere, nec posse adeò subditos, nõ requisito Principe, sibi præficere, quibus obediant.

XXXVIII. Si tamen Magistratus, aut Rector Civitatis, à Principe constitutus, mortem obierit, interim dum Princeps alium mor-

Nun 3 tuo

tō suffecerit, potest Decurionum Collegium aliquem sibi præficere, qui Magistratus vices gerat. Didac. Covarruv. *pract. quest. c. 4. n. 3.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 1. n. 8.* non quidem propterea, quod ita translatum sit imperium à populis in Principem, ut nihilominus apud ipsos populos maneat illud Jus naturale constituendi sibi Rectorem, vacante Magistratu, à Principe constituto, uti philosophatur Covarruvias, sed quod id fiat ex præsumptâ voluntate Principis, quod sub aliquo qualicunqve regimine populum esse malit, quam sub nullo. Quod si verò Princeps aliquis tam iniquus in subditos suos fuerit, ut, cum præsens iis moderari nequeat, Magistratum etiam, nec rogatus quidem, constituere nolit, poterit etiam tum populus, urgente necessitate, sibi ipsi Rectorem præficere; & in hoc tamen populum Jura Majestatis involare non dixerim, non magis, quam si milites, occiso Duce, in ipsâ acie alium sibi elegerint, quem sequantur. Est enim hoc non privatorum tantum, sed integrorum etiam universitatum proprium, ut sui conservationem, quantum fieri potest, procurent; ac conservari universitas sine regimine nequit. Fernand. Vasqv. *in præfat. ad illustr. quest. n. 123.* & per consequens deser-

tus à Principe populus permisivè hoc accipit, ut sibi ipsi Rectorem eligat, qui tamen Principi non minus subesse debet, ac si ab ipso illo constitutus esset, nisi fortè Princeps respectu istius populi omni planè regimine se abdicaverit. Breviter: Populus eo casu non tam Magistratum constituit, quam propter urgentem necessitatem alicui obedientiam promittit, ad conservandum scilicet ordinem, sive quo nulla unquam consistere potest universitas. Pone etiam, Magistratui eum quam proximè accedere, & Magistratus officio fungi, non erit id à populi potestate alienum, quippe qui eò casu simpliciter privatorum loco haberi nequit, cum omnis universitas sibi relicta, & quatenus non est prohibita, jurisdictionem in suos exercere possit. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 8. n. 19. 20.* Sitchard. *ad l. 2. C. de constit. pec. n. 8.* Vultejus, *ad l. 3. C. de jurisd. n. 18.*

XXXIX. Est verò adhuc alius modus acquirendi jurisdictionem, qui tamen à Principe procedere, aut ad eum reflecti non videtur, quando scilicet præscriptione ea comparata est. Et de illo ut breviter aliqua hic dicamus, non erit insubidum. Primum probè tenendum est, Juri Romano modum istum in hac materiâ prorsus fuisse incognitum, quippe

secun-

secundum quod jurisdictio nunquam fuit in bonis, nec per consequens in commercio, nec idcirco præscriptibilis. Dn. Hahn. *observ. ad Wesenbec. tit. de Jurisdic. n. 9. verb. præscriptione.* Deinde distinguendum est inter privatum & Magistratum. Privatus non potest esse subjectum habile, cui acquiri possit jurisdictio per præscriptionem. Id enim etiamnum obtinet, quod is, qui pro potestate Magistrature sciens dolo malo se gesserit, committat crimen læsæ Majestatis, l. 3. in f. ff. ad L. Jul. Maj. Magistratus vel simplex est, & hic itidem præscribere nequit, nisi fortè ratione officii, arg. l. 8. C. de divers. off. lib. XII. sed quam ipsam præscriptionem nullius momenti æstimat Bachovius, disp. 3. in Treutl. tb. 7. lit. C. eò quod à Principe infringi, & everti possit pro lubitu: vel talis, qui jurisditionem in patrimonio jure perpetuo & transmissibili habet, qualiter hodiè ut plurimum haberi solet. Francisc. Duaren. *tit. de judic. sub rubric. de for. comp.* & hic præscribere potest, non quidem adversus regalia & superioritatem Principis. Leipold. *de concurrent. jurisdic. qv. 2. circa fin.* sed adversus jurisditionem alteri competentem, ita ut non tam jurisditionem novitet

acquirat, quam suam antè à se possessam dilatet & ampliet.

XL. Verum enim verò, quemadmodum se habet expressa jurisditionis in patrimonium concessio: ita etiam ejus præscriptio. Utcunque enim de jurisditione una cum feudo quis investitus fuerit, nunquam tamen summus Princeps in concessione feudorum tam largus censetur, ut omnem à se jurisditionem abdicet. Quin potius, licet nihil nominatim exceptum, imò concessio etiam cum translatione omnium Imperii & potestatis facta sit, semper tamen superioritas facta tecta remanet, adeò ut etiam si Princeps aliquid concedat inferiori de reservatis, intelligitur tamen hoc facere non cum plenitudine concedentis, sed eo modo, quo is exercere potest. Andr. Knichen. *de sublim. & reg. territor. jur. c. 1. num. 127. 132.* Franzk. *1. res. 18. num. 36.* Pari modo, dum quis præscriptione consequitur Jurisdictionem, non exemptam consequitur, & ab imperio Principis planè liberam, aut talem, quæ planè non veniat ex dispensatione Principis; sed illam ipsam sibi hoc titulo comparat, quam ab initio in patrimonium concessit Princeps, h. e. illam ipsam, quam à se recognosci voluit, cujusq; ipse est fons & ori-

go.

go. Per consequens præscriptio est medium & modus consequendæ jurisdictionis, non ejus causa efficiens.

XLI. Antequam hinc abeam, id mihi adhuc monendum est, quod scribit Ulpianus, in *l. 10. ff. de jurisdictione dist.* *Eum, qui jurisdictioni præest, neq; sibi jus dicere debere, neq; Uxori, &c.* Idq; speciali constitutione prohibuit Gratianus Imp. in *l. un. C. ne quis in sua caus. jud.* De Uxore, quod ait Ulpianus, oppidò notandum est, quandoquidem circa quosdam effectus juris non magis discernitur Uxor à marito, quam idem à seipso. Quemadmodum igitur nihil in seipsum agere potest, ita neque unus idemq; eodem respectu poterit esse Magistratus simul & subditus, nemo simul judex & pars litigans. Atque idcirco subest quidem Uxor imperio mariti, non tamen ejus jurisdictioni. Illud domesticum est, & cum tantà potestate, quanta in patrem familiam cadere potest. Hæc civile nomen est, & obsequium in ordine ad civitatem exigat. Illud privatum magis, hoc publicum officium spectat. Nec proinde, qui jurisdictionem habet, exercere eam poterit in Uxorem.

XLII. Consequens hinc est, neque commoda quidem, quæ jurisdictionem sequuntur, hoc casu pertinere ad eum, qui jurisdictioni

præest. Finge, decessisse Uxorem ejus, qui Magistratum gerit, & geradam reliquisse nunc vacantem, atque fisco delatam. Num putabimus, acquiri eam marito, qui jurisdictioni præest, cuiq; merum competit imperium, quippe cui talis gerada aliàs defertur, Carpzov. *p. 2. const. 14. def. 61.* Id verò ex antè dictis non videtur asserendum; sed quia maritus aliud planè forum suam jurisdictione superius agnoscit, & uxor forum mariti fortitur. Petr. Frider. *de process. lib. 3. c. 19. num. 40.* ejus etiam gerada acquiritur illi, qui foro isti præest. Ex quo sequitur porro, neque matris defunctæ geradam vacantem ad filium, qui jurisdictioni post Patris obitum præest, devolvi. Retinet enim illa, dum vidua est, forum mariti defuncti, & adhuc in priori matrimonio esse reputatur. Dan. Moller. *ad constit. 27. part. 4. num. 5.* Carpzov. *in process. tit. 3. art. 1. num. 54.*

XLIII. Et in hunc sensum responderunt Wittebergenses an Herrn F. Frhn von B. / mens. Maj. 1657. Hat Sempronia von ihrer Gerade/vermittelt einer donation, nichts verordnet / sind auch keine Freunde/ denen solche gebühret/ oder dahin selbige hingefolget werden solte/ verbunden / daher die Frage entstehet / ob solche vacirende Gerade dem

dem Landes-Fürsten / oder Titio dem Sohne / anheim fallen sollte. Wenn nun gleich Titius an dem Orte/da seine Mutter Sempronia gewohnet / auch die jurisdiction hat; Dennoch aber / und die weil der Sempronia Eheherr / des Titii Vater / ein unmittelbarer Stand des Landes gewesen / und sein forum für dem Landes-Fürsten gehabt / dessen Witwe auch solches forum nicht verändert / sondern in dem Widwen-Stande verblieben / So wird die des Orts übliche und verordnete Gerade dem Landes-Fürsten nicht unbillig gefolget / D. R. W.

XLIV. Est verò insuper probè attendendum, ne quisquam jurisdictione sibi concessà abutatur, neve limites positos, & ab initio constitutos egrediatur. Nec enim cuiusvis semper omnimoda jurisdictionio, sed limitata sæpè, sæpè etiam certa tantùm species, aut certo modo confertur, cui propterea modum istum & fines præfixos egredi haudquam licet. Id enim si fecerit, non tantùm nihil agit, sive frustra agit, ut impunè ei non parere liceat, *l. ult. ff. de jurisd.* sed etiam hoc agit, ut exinde læsa censeatur autoritas & potestas concedentis, qui proinde inhibere illi tales actus, & usurpatam jurisdictionis speciem quovis

tempore potest. Quam in rem adscribam aliud JurisConsultorum Wittebergensium responsum, an S. B. T. zu H. / mens. Mart. 1664. Befindet sich bey euch ein Käyserliches freyes weltliches Stifft / welches vor langen Jahren einen vornehmen Herrn zum Advocato armato erkieset / und demselben in compensationem Advocatiæ die criminalem jurisdictionem, oder Blut-Bann bey sich überlassen / iedoch aber / daß hierdurch das Stifft in seinen sonst habenden Hoheiten / und unmittelbaren Reichs- und Erzh. Standes-Gerechtigkeiten unbeeinträchtigt bleibe / inmassen solches auch dergleichen Hoheiten / und jura territorialia, bißhero geruhig besessen / und noch exerciret. Und es ist bey diesem Stiffte vor 30. und mehr Jahren ein Amtmann bestellet gewesen / der viel Jahr nach einander die Haußhaltung in acht genommen / die Einkünfften in Rechnung gebracht / und sich iedesmahl also verhalten / daß die Stiffts-Personen einen Gefallen daran gehabt / und Ihn über die vorgelegten Rechnungen beständig quittiret. Alß auch bey letzt regierenden Abtiffin erwühnter Amtmann / wegen eingefallenen Verhinderungen / nicht allezeit mit seinen Rech-

nungen gehört werden können / und hierdurch dieselben auf etliche Jahr zusammen gehäufft / hat endlich die Abtissin / zu Abnehmung solcher Rechnungen / nicht allein ihre / sondern auch des Capituli hohe Ministros , wie auch wegen einer hievor zwischen dem Stiff / und dessen Advocato abgehandelten Capitulation, des Advocati hlerzu Deputirte nieder setzen lassen / welche die Rechnungen durchsehen / und defecten daraus gezogen / die auch der Amtmann hernach dergestalt justificirt / daß die Bevollmächtigte ferner nichts daran zu desideriren gehabt / sondern er darauf vollständig quittiret worden. Nachdem er nun zeithero der Rechnungen ganz entnommen / und Ihme an stat der Ober - Amtmannschafft die Justitien - Sachen aufgetragen / auch ein anderer Amtmann an seine Stat zur Rechnung bestätigt worden / hat jüngsthin des Stiffis Advocatus armatus an seinen Drossen / und judicem substitutum criminalem einen Befehl ertheilet / über mehr ermelten Amtmann / dessen geführte actiones , und administration eine inquisition zu formiren / inmassen auch solche so ferne fortgestellt / daß allbereit unterschiedliche Zeugen Articuls-

Weise darüber vernommen worden / nach mehren Inhalt / etc. Wenn nun gleich dem Advocato armato ermelten Stiffis die juridictio criminalis durch eine richtige capitulation überlassen worden / und er hierdurch / auf die Verbrecher gebührende inquisition anzurordnen / wohl befugt ist. Dennoch aber / und die weil des Amtmanns Verbrechen / welches in die inquisition gezogen wird / bey der gehaltenen Verwaltung / und abgelegten Rechnungen begangen seyn sol / welches / dem Ansehen nach / keine Peinlichkeit nach sich ziehen dürfte / auch ehe man dessen gewisse Anzeigungen hat / von dem Advocato armato , deme nur die peinlichen Gerichte und Blut - Bann überlassen worden / darinnen nichts vorgenommen werden kan / der Advocatus auch sich selbst anheischig gemacht / das Stiff an seinen sonst habenden Hohen / und unmittelbaren Reichs - und Erzbischoffs Standes Gerechtigkeiten nicht zu beeinträchtigen / inmassen auch der Amtmann vor seine Person / wegen solcher Rechnungen / und daher rührenden actionen / nicht dem Advocato , sondern einzig und allein der Abtissin des Stiffis / welche jedesmahl / ohne des Advocati zuthun / vor sich alleine die Quittungen

gen aufstellet / pflichtbar ist / und
 der Advocatus / wegen seiner zu
 Abnehmung der Rechnungen de-
 putirten Personen / in einem diß-
 falls aufgerichteten Reccesse auß-
 drücklich versprochen / daß solche
 Verordnung der Abtstirn an ih-
 rem Regiment ohne Schaden /
 Eintrag / und Verhinderung / und
 allein dahin gemeinet seyn und
 bleiben solle / daß es dem Stifte zu
 guten Aufnehmen gereichen möch-
 te / die Abtstirn aber mit allen dem /
 was der Amtmann / zeit wahren-
 der seiner Verwaltung / vorgenom-
 men / und mit allen seinen Rech-
 nungen gar wohl zu frieden; So ist
 das Stift / wegen solcher wider
 den Amtmann angestellten in-
 quision / sich gegen den Advoc-
 tum zu beschwehren wohl befugt /
 und der Advocatus bey so gestalkten

Sachen die inquisition einzustel-
 len schuldig / W. R. W.

XLV. Et hætenus de potestate
 Magistratûs , qvatenus in jurisdic-
 tione versatur , dicta sufficiant , ex
 quibus duo imprimis notari volu-
 mus : Primò , qvòd non sit Magi-
 stratus , qui non habeat jurisdic-
 tionem , neqve jurisdic-
 tio sit penes ali-
 qvem , qvîn is continuò sit Magi-
 stratus . Deinde , qvòd omnis ea pò-
 testas à Majestate veluti fonte atqve
 origine proveniat . Dixi autem su-
 præ , non fluere tantum hanc pote-
 statem à Majestate , sed etiam ad
 eandem refluere , veluti flumina
 ad mare . Id , qvomodo intelli-
 gendum sit , clarius exponi neqvit ,
 qvàm brevi aliquo de extremâ pro-
 vocatione commentariò , quem
 nunc subjungimus .

CAPUT XXX.

De

Extremâ Provocatione ,

SUMMARIA,

- Per appellationem sæpè corrigitur sententia. 1.*
Appellatio non debet fieri per saltum , omisso iudice intermedio. 2.
Appellatio semper fit ad superiorem. 3.
Donec ad summum perveniat , à quo nulla restat appellatio. 4.
Non admittenda appellatio à Principe , malè informato , ad meliùs informandum. 5.
À sententiâ tamen , ad rescriptum Principis lasà , appellari potest. 6.
Cessante appellatione locum habet revisio. 7.
Formula , appellatione remotâ , quid significet ? 8. 9.

- Judex, à quo tenetur recipere appellationem. 10.
 Princeps quatenus rejicere appellationem possit? 11.
 Privilegium de non appellando quatenus subdito concedi possit? 12. 13.
 Prohibita appellatione locus datur supplicationi. 14.
 Et quæstioni nullitatis. 14.
 Jus non appellandi utrum per prescriptionem acquiri possit? 15.
 Saxonicum de non appellando privilegium utrum lacum relinquat supplicationi? de
 ductioni nullitatis? 16.
 Sinito an tolli possit appellatio ad superiorem? 17.
 Lege potest tolli appellatio. 18.

I.

Magistratus in Jure dicendo hoc est officium, ut causam cognoscat, sententiam conformem pronunciet, eamque, ubi vires rei judicatz acquisiverit, executioni mandet. Sed cum nemo litigantium tam æquus rerum sit arbiter, quin suæ causæ faveat, atque protinus iniquè secum actum existimet, ubi causâ ceciderit, inter ipsos etiam Magistratus sæpenumerò inveniuntur, qui vel rerum minus sunt periti, vel affectibus nimium indulgent; & leges insuper perversæ interpretationi quandoque subjaceant; provocationis hoc remedium introductum fuit, per quod illi, qui apud inferiorem Judicem causâ cecidit, eam denuò apud superiorem proponere, atque aliam sententiam petere licet. Unde appellatio dicitur injustæ sententiæ theriaca, Curt. cons. 163. num. 8. Inventa enim est, tum ad iniquitatem & imperitiam Judicis corrigendam, l. 1. ff. de

appell. tum ad supplendum id, quod in primâ instantiâ, vel per Judices, vel per Advocatos, prætermissum est, l. 6. §. si quid autem. C. eod. Quem admodum autem inter summum & infimum gradus dantur intermedii: ita in nonnullis Rebuspub. inter Principem, & Judicem primæ instantiæ, dantur adhuc alii, ad quos appellationis Jure causa devolvi potest, eamque devolutionem tandem iterare licet, donec perveniatur ad eum, à quo nulla amplius restat appellatio, eò quod superiorem non habeat, cui propterea Jus hoc Majestatis, quod extremam provocationem dicunt, competit.

II. Notandum autem hic est, ad supremum illum non licere provocare, omisiss intermediis, sed appellationem fieri debere gradatim ad superiorem proximum, quorum si plures fuerint, unus post alium adiri debet, l. 21. ff. de appellat. Ludovic. à Pegvera, decis. 191. per rot.

Nicol. Calvol. *in prax.* §. *appellatio, conclus.* 3. Ratio est, quia confundi Jurisdictiones non debent, *l. 4. C. de Jurisdic. omn. jud.* Et videtur hoc in favorem ipsorum appellantium constitutum, ne dum forsân à supremo deteriore ferant calculum, ab omni sint exclusi appellationis auxilio ulteriori. Dominic. Arumæ. *in Pand. disp. ult. n. 6.* Dantur tamen aliqui casus, quibus, omisso Judge intermedio, ad superiorem appellare licet, ut si intermedius palàm justitiam deneget, si suspectus sit in causâ, si sit inhabilis, &c. de quibus Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 29.* Sigism. Scaccia, *de Appellat. qu. 7.* Joh. Pelsii *in process. judic. tit. 44. n. 71 seq.* Speckhahn. *cent. 2. class. 4. qu. 37.* Gail. *1. Obs. 119. n. 2.* Mynsing. *cent. 1. obs. 67.* Joh. Aloyf. Ricc. *decis. 903.* Elbert. Leonin. *emendat. l. 7. c. 6.* Berlich. *1. concl. 50. n. 71. seqq.* De eo tamen adhuc dubium est, utrum in casibus non exceptis, si appellatio per saltum facta fuerit, & appellatus non exceperit, utrum, inquam, subsistat appellatio ita interposita, & Judex, ad quem appellatio facta est, procedere possit in causâ? Affirmant Petr. Gregor. *de appell. l. 4. c. 3. n. 1.* Andr. Vallens. *ad tit. X. de appellat. §. 6. n. 4.* Anton. Perez. *ad tit. C. de appell. n. 16.* Autor appendicis ad process. Joh. Pelsii *de jurisd. Episcopor. Germ. tit. 41,* quia sc. partes liti-

gantes prorogare in se Jurisdictionem alterius Judicis, etiam sine consensu Judicis prioris, possint, quibus add. Nepot. à Montalbano, *tr. de exc. art. 24. n. 12.* Sed rectius, meo iudicio, negant Sigism. Scaccia, *d. qu. 7. n. 16.* Besold. *de appell. c. 4. n. 13.* Dominic. Arumæ. *d. l. propter l. 21. ff. de appellat. quæ eò usque tantum appellationem sustinet, ut remitti possit, ad quem debuit fieri ex imo ordine, scil. si ex errore ad majorem Judicem appellatio facta fuerit, l. 1. §. 3. ff. eod.* Malitiosè ergò si quis ad superiorem, omisso medio, appellaverit, intercidere appellationem, & prorsus non valere verius videtur. Besold. *d. l. Jure Canonico à quolibet inferiore Judge in causis fori Ecclesiastici, vel etiam secularis, quoad eos, qui subsunt temporali Jurisdictioni Ecclesiæ, ad summum Pontificem immediatè, omisis Judicibus intermediis, appellare licet, c. se duobus 7. c. de priore 31. c. ad audiendum 34. c. dilecti 52. X. de appellat. Vallens. ibid. §. 6. n. 3.* Rationem ridiculè & ambitiosè quærunť Pontificii in potestate supereminente, quæ Papa Romanus Principes omnes superet. Rectius Hilligerus in nimia & infatiabili Pontificum cum ambitione, tum avaritiâ, *Donell. enucl. l. 28. c. 7. lit. H.* Conf. Petr. Svav. *bisf. Concil. Trid. p. 372. 373.*

III. Gradatim autem quia de jure civili appellatio fieri debet, facile inde colligi potest, illum ad quem appellatur, semper esse superiorem. Superioris enim est corrigere factum seu errorem inferioris, non contra, *c. cum inferior X. de majorit. & obed.* adeo ut putent aliqui ne consuetudine quidem induci posse, ut ad minorem vel parem fiat appellatio. Anton. Perez. *Cod. de appell. n. 2.* Pet. Gregor. *de appell. l. 1. c. 3. n. 2.* propterea scilicet quia jus appellationis signum est superioritatis. Rutger. Ruland. *de Commissar. p. 4. lib. 2. c. 3. n. 18.* & emendatio prioris sententiæ majorem requirit auctoritatem. Perez. *d. l.* Nec obstat, plurimas civitates ad peregrinum judicem, & à quo non dependet jurisdictio judicis à quo, appellare. Ita scilicet Noriberga agnoscit Windsheimum, & Weissenburgum, oppida: Reutlinga Ulmam, Eslingam, Gemundam Suevicam: Venedici soli præstantissimæ quæque urbes Lubecam hodieque provocant à sententiis suorum Magistratum. Et olim Polonica, Bohemica, Misnica & Lusata Urbes complures, convocarunt ad Magdeburgi, & Hallarum Saxonicarum, amplissima quondam in id instituta, tribunalia. Non obstant, inquam, ista & similia exempla. Proclamationes enim istas si propius in-

spexeris, non tam appellationes, quam consultationes & prorogationem jurisdictionis dixeris. Neque in iis quicquam imperii capit, aut sibi tribuit judex, ideoque nec compulsoriales, nec inhibitiones emitit, sed per subsidiales & requisitionales cuncta expedit. Dav. Mev. *ad jus Lubec. quest. pralim. 2. n. 19. 20.* Et videntur ista judicia per modum compromissi à civitatibus eo inprimis tempore electa, quo parum præsidii in Imperatoribus erat, & tum Missi Regii, tum Ducës, quorum ea erat cura, desierant. Dn. Herm. Conring. *exerc. de judic. Reip. Germ. n. 93.* adeo ut non oppidis tantum judices sibi quærere necessum esset, sed ipsis etiam Principibus, qui Austregas sibi eo tempore constituerunt.

IV. Fieri autem quandoque solet, ut duo existant judices superiores, quorum concurrens est jurisdictio, & tum electio est penes appellantem, ad utrum eorum devolvi velit causam. Ut ecce in Electorali Saxoniam Curiam provinciales concurrentem habent jurisdictionem cum aula Electorali, & judicio appellationis, introductam non ideo, ut Electorali vel Principali dignitati præjudicium fieret, ejusque auctoritas minueretur, sed ut molestiarum judicialium sarcina dividere-

tur, &

tur, & sic in Serenissimi Electoris favorem, uti loquitur Matth. Berlichius, *part. 1. conclus. 3. n. 18.* Poterit ergò tùm, qvi gravatus est, vel ad Curiam provincialem, vel ad aulam Electoralem pro arbitrio suo provocare, ita scil. ut non præteriri tantùm Curia Electoralis securè queat, sed etiam si vel maximè ejus cognitioni causa subjecta fuerit, nihilominùs ab ejus sententiâ adhuc ad judicium appellationis, ut superius, provocare liceat. Ita etiam in Episcopatibus, qvi in territorio Serenissimi Electoris Saxonix continentur, receptum est, ut non modò ad Cameram Imperialem, sed etiam ad aulam Electoralem appellatio interponi queat. Carpzov. *process. tit. 18. art. 1. n. 63.* Et in tali casu disquisitum memini, utrùm valeat appellatio alternativa, non denominato statim, nec electo giudice appellationis. Dubium movebatur ex eo, quòd incerta planè esset appellatio, quoad judex ad quem incertus esset; incertitudo autem rei vitiet actum, seu dispositionem. Augustin. Barbos. *axiom. lib. 9. cap. 28.* Quòd facit, quòd statuunt Doctores, alternativam petitionem non esse admittendam, per *l. 10. ff. de stip. serv. l. 7. §. 4. ff. de injur.* Nisi ergò ante decendum effluxum electio judicis ad quem facta fuisset, credebatur appellatio deinceps nullius planè esse

momenti. Putavimus tamen, nihil adhuc vitii subesse, sed subsistere talem appellationis modum alternativum, tùm quòd sufficeret, si quis stante pede simplex verbum APPELLO pronunciaffer, ut maximè nihil addidisset, nec judicis ad quem mentionem fecisset, *l. 2. ff. de appellat.* tùm verò, quia deinceps, ubi impetrandi fuerint Apostoli, tempestivè de judice, ad quem devolvi appellatio debeat, certiorari poterit judex inferior. Vid. Joh. Pelsius, *in process. tit. 44. n. 94.* Atque sic respondimus ex Collegio Facultatis jurid. Wittebergensis, mens. Sept. 1680. An Hn. Cansler/ und Ráthe zu N. Wenn gleich aus der von Beklagten eingewanten appellation nicht erscheinet/ an welchen Richter eigentlich die Sache devolviret seyn soll/ in deme er derselben zwey benennet/ und Ihme darbey die election vorbehalten/ ob er bey dem Keyserl. Ratumer-Gerichte/ oder Churfl. Durchl. zu Sachsen/ unsern gnädigsten Herrn/ dieselbe introduciren wolle; Dennoch aber/ und dieweil bey interposition der appellation nicht eben nothwendig ist/ daß der judex ad quem deutlich benennet werde/ sondern das Urteil von seiner Rechts-Krafft aufzuhalten gar genug ist/ wenn schlechter dings/ daß der Beschwehrte von demselben appelliret haben wolle/ eingewendet wird/ dem appellanten auch bis auf den vorgesetzten Tag/ da

er die Apoffeln ablöfen foll/sich zuerklären frey ſtehet/zc. So mag bey ſo geſtalteten Sachen die von Beklagten eingewante appellation weder vor unzuläßig/noch deßhalbē/ daß er binnen zehn Tagen den judicem ad quem nicht nahmhafftig gemacht/ vor deſert erkant werden/V. N. W.

V. Cæterum, quanquam alius alio superior, & hoc iterum superior alius, esse possit, superioritatem tamen omnem in uno aliquo summo terminari tandem necesse est. Ad istum summum ubi pervenerint provocantes, cum altius assurgere non possint, suas ibi lites ultimò definiri sciant. Stultum enim est, illud admonere, à Principe appellare fas nō esse, cum ipse sit, qui provocatur, l. 1. ff. à quib. appell. non lic. At hinc tamen nec supremi quidem judicis sententia aliquam justitiæ demonstrationem inducit. Jan. Huarth. in *scrutin. ingen. c. 14.* cum eadem illa, quæ inferiora judicia transversum abripiunt, & propter quæ appellationes introductas dixi, etiam supremum illud, quod penes Principem est, & facilius quandoq; occupare possint. Neq; enim utiq; melius pronunciat, qui novissimus sententiam laturus est, inquit Ulpianus, l. 1. ff. de appell. & solet quandoq; judex inferior meliori intellectu præditus esse, quàm superior, ita ut opinio ejus rationi & justitiæ propius accedat. Num.

igitur, si muneribus aut affectu corruptus, aut etiam errore inductus Princeps, iniquam sententiam pronunciaverit, nullum amplius supererit remedium, quo reformari ea in melius possit? Pontificii Doctores hoc casu ad Papam suam recurrunt, sed irritò planè conatu, & contra omnem rationem, uti ostendit Just. Zinzerling. *disp. de appellat. n. 59. vol. 1. disp. Basil. Limn. de jur. publ. l. 2. c. 9. n. 94. seq.* Alii provocationem concedunt à Principe, malè informato, ad eundem melius informandum. Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. 10. n. 136.* cui rei inserviunt exempla, quæ refert Besoldus, *de appell. c. 2. n. 10.* Limn. *d. l. n. 108.* Sed vereor ego ut sententia hæc probari satis possit. Dum enim ab inferiore ad superiorem appellatio fieri debet, utiq; fieri non potest ad eundem. Nec enim fingere poteris, Principem, melius informatum, superiorem esse se malè informato. Sed & periculosum est dicere, Principem, tot Proceribus Imperii præsentibus, & Consiliariis adhibitis, inconsultè sententiam protulisse. Gail. *lib. 1. Obs. ult. in fin.* Ubi enim in præsentia talium causa examinata, partes auditæ, & in sacro auditorio sententia lata est, quis Principem incuriæ aut negligentia arguet? cum & aliàs conatus tantum terminatam quæstionem ex-

quisito suffragio refricare volentis puniatur, l. 2. C. Ut lit. pend.

VI. Quicquid verò sit de rigore juris, annon æquum saltem erit ejusmodi appellationem admittere? cum etiam Consiliarii in sacro Auditorio, & unà cum eis ipse Princeps errare possint. Sanè cum error non præsumatur, & eum alleganti probatio incumbat, non videtur Reip. proficuum, appellationes ejusmodi concedere. Et quis verò, ubi causà in Appellationis negotio ceciderit, non illicò Principem malè informatum causabitur? Quod quancumque judici inferiori nullam inferat injuriam, l. 20. C. de appellat. Belsold. de appell. c. 1. n. 6. Principis tamen judicio tam honorificum, fortè non est, ut non sine ratione, tam in Camerà Imperiali, quàm in Aulà Electorali Saxonicà semper repulsæ sint preces eorum, qui ad hoc genus Appellationis convolare aucti sunt. Gail. d. l. Heig. d. l. n. 52.

VII. Quod si verò ad consultationem Judicis inferioris Princeps Rescriptum dederit, & Judex secundum istud Rescriptum pronunciat, ut cunctæ sententia ab ipso Principe lata videatur, ad Principem tamen ab eà appellari potest. P. Heig. d. q. 10. n. 23. Cornel. Benincas. de constitut. q. 6. n. 28. Thom. Grammatic. decis. Neopol. 35. n. 2. Anton. Gabriel. tit. de appellat. conclusi. Si-

gism. Scaccia, de appell. qu. 16. limiv. 1. n. 130. seqq. Univerfa enim Rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet judicem manaverint, sub eà conditione proferuntur, si preces veritate nituntur, l. 7. C. de divers. rescript. Quid igitur si in consulendo judex mentitus fuerit? de quà re extat Rescriptum Divi Pii ad Communitatem Thracum, quo ostenditur, provocari oportere. Verba Rescripti ita se habent: *Si scripserit quisquam ad nos, & illi aliqua rescripserimus, volenti ad sententiam nostram provocare, permissum erit. Si enim docuerit, vel falsò, vel non ita se habere, quæ scripta sunt, nihil à nobis videbitur judicatum, priusquam contra scriptum fuerit, quemadmodum aliter se res habeat, quàm nobis insinuatum sit, l. 1. §. 1. ff. de appellat.* Et hoc casu non ab ipso Rescripto appellatur, sed ab interpretatione, applicatione & executione ejusdem. Gothofred. ad. l. 2. C. si contr. jus vel util. sive potius à sententià, secundum Rescriptum, per consulentis calliditatem impetratum, lata. Cornel. Benincas. d. l. quomodo aliquin contra mandata & rescripta principalia, exceptiones sub & obreptionis solent boni & moderati Principes æquis animis audire, l. 34. C. de appell. P. Heig. d. l. n. 24.

VIII. Quemadmodum autè multa pietatem, humanitatem, libera-

P p p. litatem,

litatem, justitiam ac fidem exigunt, quæ tamen extra publicas sunt tabulas, ut ait Seneca, *de ira l. 2. c. 27.* ita dubium non est, posse etiam talem appellationem à Principe, male informato, ad melius informandum, modo quodam irregulari, & sub specie supplicationis admitti, præsertim si petatur, ut alii in eam rem adhibeantur Assesores & Consilarii; quod tamen, quia irregulare est, rarerè fieri debere existimo. Ita namque condi potest statutum, ut à sententiis litis per Judices ordinarios possit appellari ad eundem Judicem, & quòd ille Judex in causâ appellationis declarare teneatur, mutato tamen Adessore. Ludov. à Pegvera, *decis. 191.* quod quæquam in Judicibus inferioribus facilius admittatur, non inutiliter tamen quandoque in supremo etiam peti potest judicio, pro ratione cujusque territorii. Quin et si iidem semper maneant Adessesores, potest tamen, ubi gravior aliqua occurrit causa, ab iisdem cognitio repeti, & per modum revisionis sententia denuò pronounciari, ut eò minus inveniatur partes, quòd de injuriâ & iniquitate conqueri possint. Add. Dn. Carpzov. *l. 4. Respons. 125. per tot. Hillig. Donell. enucl. l. 26. scomm. 6. lit. Z. Lancellot. Conrad. in Templ. omn. jud. l. 1. c. 1. §. 4. sub rubr. sentent. in appellab. n. 8.* Aliàs certum

est, nec ipsum quidem appellationis remedium temerè esse concedendum. Ventur. de Valent. *in Parthen. Litig. l. 2. c. 14.* quemadmodum & C. Caligula nimias appellationes inhibuit. Alexand. ab Alex. *l. 8. gen. dier. c. 20.* nedum extraordinarium hoc & irregulare post appellationem subsidium.

IX. In Decretalibus Pontificum epistolis sæpissimè legitur, delegatos judices causam decidere debere, *appellatione remotâ, vel appellatione cessante.* Quæ verba ipse explicat Pontifex Innocentius III. *in c. 53. X. de appellat.* nempe non frustratoriâ tantum per istam clausulam inhiberi appellationem, sed quamvis aliam, quæ à jure non indulgetur expressè; ut mirer adeò, Doctores haud paucos istam clausulam restringere ad solam frivolam appellationem, uti videre licet apud Aug. Barbosam, *claus. 9. n. 15.* Nicol. Rodriguez Fernosin, *ad c. 71. X. de appellat. n. II.* Sed quid est, quod ait Pontifex, eam etiam appellationem prohibitam intelligi, quæ à jure non indulgetur expressè? Id verò optimè interpretatur Cujacius *ibid.*, eam scilicet appellationem removeri, quæ jure publico specialiter approbata non est, veluti appellationem interpositam morandi tantum & frustrandi causâ: vel appellationem, cujus nulla justa causa est, vel quæ nul-

lo gravamine interveniente, vel imminente, præfente vel præterito, vel futuro interponitur: vel quæ interponitur, antequam vocatus quis fuerit ad eum iudicem, à quo appellat; non si iusta fuerit appellationis causa. Conf. Petr. Gregor. *de appellat. lib. 2. c. 20.* Christoph. Befold. *de appell. c. 2. num. 18.* Just. Zinzerling. *disf. Basil. de appellat. num. 47.*

X. Et est sanè hæc communis doctrina, quam ipse suggerit Pontifex, in *c. 9. X. de sentent.* per clausulam istam non prohiberi appellationem à sententiâ, quæ manifestam continet iniquitatem, etsi universaliter dictum fuerit: *omni & quacunq; appellatione remotâ.* Marta, *de claus. part. 1. claus. 12. num. 8.* Nec enim censetur voluisse delegans, ut manifestè iniqua sententia in causâ commissâ ab iudice delegato feratur. Hinc etiam porrò neque nullitatis quæstionem, neque revisionis remedium per istiusmodi clausulam tolli, post alios rectè statuit Andr. Gail. *l. 1. obs. 135.* cum appellatio, & revisio, & nullitatis querela maximè inter se distent, multumque differant, ut aded per exclusionem unius non intelligantur exclusæ simul reliquæ, uti mox dicam.

XI. Aliàs verò, si talis nulla adjecta fuerit clausula, iudicibus appellationis recipiendæ necessitas im-

posita est, *l. 24. C. de appellat.* & qui non deferunt, illis pœna constituta est, *c. 31. X. de appellat.* Jure quidem Pontificio, si causâ fuerit criminalis, iudex deponitur; sin verò civilis, arbitrariè punitur; at jure Cæsareo, si criminalis agitetur causa, pœna arbitraria decerni; si civilis, triginta auri pondo exigi solent, *l. 21. C. de appell.* Nicol. Ant. Gravatius, ad Octavian. Vestrii praxin, *l. 7. c. ult. n. 21.* Sigism. Scaccia, *de appell. q. 13. num. 100. seq.* Conf. *l. 33. l. 51. l. 58. l. 59. l. 60. Cod. Theodos. de appellat.* & ibi Jacob. Gothofred. In nostro foro specialis in hanc rem anno 1670. edita est Constitutio Electoralis his verbis: *Wollen demnach hiermit/ uñ in Krafft dieses/ anfänglich und vors erste/ wenn bey dem Unter- Richter appellation eingewendet wird / daß derselbe darauf entweder Apostolos reverentiales, oder aber / wenn er die gravamina vor unerheblich befindet / refutatorios an den Ober-Richter / binnen Monats-Frist/ wenn der Part/ seiner Schuldigkeit nach / darumb angesucht / mittheilen / einen gewissen Tag zu Abforderung derselben / gegen Erlegung der in der Tax-Ordnung gesetzten Gebühr/ bestimmen / nicht aber den Appellation-Zedel mit einer Signatur oder Rejection-Scheine / wie bißhero von etlichen geschehen wollen / zurück geben/ vorgesehtes alles auch in dem Fal-*

le beobachten solle / wenn Leuterung und zugleich eventual-appellation eingewendet wird / weszu in solchem Fall / da die Leuterung / nach Besindung / zwar abzuschlagen / dennoch wegen der zugleich in hunc eventum mit ergriffener appellation / die Ehre des Ober-Richters zu beobachten / und der Unter-Richter nicht weniger refutatorien oder Bericht zu ertheilen hat / alles bey gesetzter Straffe zehen Gulden / so oft darwider gehandelt wird. Ratio est, quia iudex inferior attendere hic debet honorem superioris, & ex reverentiâ totam causam ei submittere, non tantum, ubi certum est, appellationem ipsam fore probabilem, sed etiam ubi dubitatur, an sit probabilis. Sig. Scaccia, de appell. d. l. n. 101. Quid & eo casu, ubi frivola prorsus est appellatio, non videtur amplius permissum esse in his terris iudici inferiori, ut eam rejiciat, uti permissum olim fuit jure Canonico, per c. 5. de appell. in 6. sed facienda est iudici superiori relatio, ut ille decernat, quid facto opus sit. Nec aded attendendâ amplius sunt in foro nostro subtiles illâ distinctiuncula, quas circa hanc materiam congescit Casar Contardus, de momentan. possessor. quast. 1. n. 20. seq.

XII. Quid verò, si vice versâ Princeps in comitiis promiserit provin-

cialibus suis, nolle se sufflaminare iudicium appellationis, neque processibus ad id devolutis quâvis ratione fibulam injicere, numquid putabimus, derogatum esse hâc promissione potestati Principis, ut appellationes omninò frivolâs rejicere nullatenus deinceps possit? Id verò indignum prorsus esset Majestate, quam gerit, præsertim cum ad eum principalis hâc spectet consideratio, utrum recipi debeat appellatio, an minus? Et utique summa hic est inter Principem & iudicem inferiorem differentia. Hic enim obligari potest lege, ne ullam appellationem rejiciat; Ille neque per conventionem quidem obligari potest, ut omnes promiscuè appellationes recipiat, quia hâc ratione non decederet tantum haud exigua portio potestatis regalis, sed etiam justitiæ vis inferretur, id quod in benè constitutâ Rep. admittendum non est. Et in hunc sensum responderunt Juris Consulti Wittebergenses, an Herzog A. S. zu W. Fürstl. Gn. mens. Jul. 1654. Wenn nun gleich in denen von E. Fürstl. Gn. und dero Herrn Bruder / Herzog H. A. Christfel. Andenckens / dero Ritter- und Landschaft / unterm dato G. den 23. Febr. 1621. gnädig ertheilten reversalien enthalten / daß den Appellationen ihr unbehinderter starcker Lauff nach / wie vor /

vor / gelassen werden solle ; Dennoch
 aber / und die: eil dasselbe von denen
 appellationen / so zu recht beständig
 und nachgelassen / allein zu verstehen/
 seines wegen aber auf diejenige / welche
 manifeste, frivole, & malitiose ein-
 gewendet / und in allen Rechten vor
 unzulässig und verwerflich gehalten
 werden / zu ziehen / So seynd E. F.
 Gn. in Befindung solches muthwilli-
 gen Beginnens die verbotene und un-
 zulässige appellationes zu verwerffen/
 und denselben seines wegen zu defe-
 riren / sondern / was recht ist / exequi-
 ren zu lassen / Lands-Fürstl. Amts
 und Obrigkeit halber wohl befügt / V.
 N. W.

XIII. Caterum cum inter præci-
 pua Majestatis ἀξιώματα referatur
 extrema provocatio, dubitari cœ-
 pit inter Doctores, utrum commu-
 nicari ea inter subditos alicui posi-
 sit, salvâ Majestate? Sanè appel-
 lari à Senatu non posse Principem,
 Oratione Divi Hadriani effectum
 est, & interdum Imperator ita so-
 let Judicem dare, ne liceret ab eo
 provocare, l. 1. ff. à quib. non lic.
 Sic & inter prærogativas Præfecti
 Prætorio refertur, quòd ab ejus
 sententia nulla reliqua sit prvoca-
 tio, l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. prætor.
 l. 17. ff. de minor. l. 16. Cod. de appell.
 Cujac. l. 12. Obs. 3. Nec minus in Im-
 perio Romano Germanico hodieq;

sunt, quibus ea prærogativa com-
 petit, uti exemplo tum aliorum,
 tum inprimis Serenissimorum,
 Principum Electorum & Ducum
 Saxonie manifestum reddi potest.
 At si jam ipsum illud, de quo agi-
 mus, ἀξιώματα consideres, neutiquam
 videtur illud à Majestate separari
 posse, quippè quòd ipsum summum
 dicit imperium. Hoc autem uti
 subjectionis terminos notissimos
 excedit, & subdito convenire ne-
 quit, ita neque extremam quidem
 provocationem tali alicui tribui
 posse, dicendum erit. Vid. Jac. Lam-
 pad. de Rep. Rom. Germ. part. 1. n. 51.
 Tantum abest, ut salvâ Majestate
 Imperantis exerceri id Jus per mo-
 dum beneficii possit.

XIV. Cum verò nihilominus ex-
 empla præstent in contrarium, fe-
 cit attentior eorum consideratio,
 ut statueret Bodinus, per conces-
 sionem hujus privilegii detrahi ali-
 quid superioritati Imperantis, i-
 psamque Imperii Majestatem ener-
 vari, lib. 1. de Repub. c. 10. Sed enim
 salvam eam nihilominus consistere
 posse, non est, quòd dubitemus,
 præsertim, cum adstricti sint illi,
 quibus tale privilegium competit,
 secundum leges, à Principe latas aut
 confirmatas, sententiam dicere,
 quòd, cæteris paribus, & propter ex-
 cellentiam Judicium perinde est, ac
 si ipse

si ipse Princeps sententiam dixisset. Optimè in hanc rem Aurelius Arcadius Charilius, *l. 1. §. 1. ff. de offic. prator. Credit enim Princeps, inquit, eos, qui ob singularem industriam, exploratâ eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientiâ, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret judicatuus.* Nec verò ex eo, quòd ab alicujus sententiâ appellare non liceat, illicò efficies, Jus Majestatis ipsi communicatum esse, cum & privati ita inter se convenire possint, quòd à sententiâ Judicis appellare nolint, *l. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic.* nec tamen privati propterea Jus aliquod Majestatis conferunt. Et imò, quando subditis Jure aliquo uti permittitur, quod in Principe Majestatis rationem habet, non permittitur id sub specie Majestatis, aut ut pars ejus, sed sub specie privilegii, aut alio quodam, qui in subditum cadere potest, respectu.

XV. Et ut certior evadas, per concessum privilegium de non appellando non imminui Majestatem Imperantis, aliud adhuc subest à *ξίωμα*, propter quod causa ad Principem devolvitur. Nempè, ut cunqve appellatio ab aliquo inferiore ad superiorem prohibita sit, non tamen prohibita etiam est supplicatio, *l. un.*

C. de sentent. pr. et et. prator. Camill. Borell. tom. 2. decis. tit. 34. n. 110. quæ inter alia in hoc differt ab appellatione, quòd in appellationis instantiâ liceat non deducta deducere, supplicatio autem ex iisdem actis sit justificanda. Bachov. *in Treutl. volum. 2. disput. 33. tbes. 3. in f.* Alias differentias habet Rob. Maranta, *in specul. aur. p. m. 577.* Cæf. Contard. *de momentan. possess. quæst. 8.* Anton. Perez. *Cod. de sentent. præs. Pr. Berlich. part. 1. concl. 60.* Justus Meyer, *in Colleg. Argent. tit. de appellat. num. 17.* Quòd autem supplicatio potius admittatur, quàm appellatio, est, quòd appellatio iniquitatem sententiæ arguat, supplicatio non item. Henr. Zoëf. *ad tit. Cod. de sent. præs. Præs.* Don Garf. Maltrill. *decis. 157. num. 7.* Et aliàs ferè ubiq; ubi locum non habet appellatio, supplicatione uti licet, aut certè imploratione ad revisionem. Cæf. Contard. *d. l. Jacob. Menoch. de arb. Jud. quæst. cas. 70. n. 22. seqq.* Alvar. Valasc. *consult. 51. n. 40.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 4. n. 149. & 152.* Sigism. Scaccia, *de appell. quæst. 19. remed. 3.* Paris de Puteo, *de Syndicat. verb. appellat. vers. an si statut. n. 6.* Don Garf. Maltrill. *decis. 158.* Joh. Aloyf. Riccius, *decis. 255.* quemadmodum etiam nullitatis quæstio institui potest, appellatione remotâ, per

per ea, quæ habet Gail. 1. *obf. 135. Sebast. Vant. de null. process. rubr. qvis poss. aic. de null. num. 33. seq.* Quid differant autem revifio & supplicatio, latè docet Alvarus Valaic. *diff. consult. 51. num. 57.*

XVI. Admittendum igitur hic temperamentum Hugonis Grotii, quod addidit sententiæ suæ, cæteroque non satis liquidæ, *l. 2. de jur. bell. & pac. c. 4. num. 13.* dum ait: *Subditos esse videmus, qui præscriptione acquisierunt, ut appellari ab iis non possit: Ita tamen, ut semper aliqua ab eis sit provocatio, per supplicationem scilicet, vel alium modum. Nam ut ab aliquo nullâ ratione possit provocari, cum persona subditi repugnat, ac proinde ad summum imperium aut partem ejus pertinet, &c.* Optimè se habet hæc limitatio, quoniam de propositione præmissâ, quæ per præscriptionem jus non appellandi acquiri vult, dubitare adhuc liceat, quam propterea non satis liquidam dixi. Adducit pro sententiâ suâ Grotius Didacum Covarruviam, *ex Relect. in c. possessor. p. 2. §. 2. n. 12. 13.* sed sub istis duobus numeris Covarruvias non agit de jure non appellandi, verùm de aliis reservatis Principis. Numero 10. autem disertè contrarium statuit, jurisdictionem supremam per præscriptionem acquiri non posse. Ei ad stipulatur Paulus

Laymannus, *in theol. moral. libr. 3 tract. 1. c. 8. num. 6.* ex nostris Boceus, *de Regalib. c. 2. num. 234.* Et meo quidem judicio rectius. Quia enim privatus se pro Magistratu gerere nequit, & Majestatis crimen incurrit, qui sciens dolo malo gesserit, *l. 3. ff. ad L. Jul. Majest.* utique etiam Magistratus, qui in respectu Principis pro privato habetur, jus non appellandi præscribere nequit. Nec est, quod mihi regeras, jurisdictionem hodiè per præscriptionem acquiri posse. Præterquam enim, quod à quovis id fieri nequeat, uti supra ostendimus, etiam in eo differentiam adhuc cernere licet, quod jurisdictionis hodiè patrimonialis facta territorio ferè annexa sit, id quod de extremâ provocatione, aut jure non appellandi dici non potest, quippe quod familiis tantum certis, aut Officio certo concessum videtur. Nec verò video, quâ ratione jus istud præscribi contra Imperantem possit, nisi subditus prohibuerit Imperantem recipere appellationem, quod, annon sit subditum Imperanti præficere, videant Rerumpublicarum scrutatores. Add. *Befold. de appell. c. 2. n. 15.*

XVII. De Saxonico verò non provocandi jure disceptatur, an etiam in illo supplicatio, ac nullitatis deductio locum inveniat. Etenim

nim si verum est, quod diximus supra, appellatione remota nihilominus superesse remedia supplicationis, revisionis, nullitatis & alia, quibus retractari, aut in melius verti possit sententia definitiva, sanè obtinebit istud etiam in Terris Saxonis, aut si non obtinet, ratio istius rei erit reddenda. Et obtinere putavit olim Dn. Carpzovius, *ad Leg. Reg. Germ. c. 9. sect. 7. num. 10. seqq.* itemq; in *Jurispr. Forens. part. 1. constit. 20. def. 24. 25.* Sed eam sententiam deinceps mutavit, atqve tum supplicationem, tum nullitatis deductionem per privilegium Saxonicum excludi, post alios asseruit, *in dissertat. peculiari de jure ac privileg. Sereniss. Pp. Elect. & Duc. Saxon. de non app. num. 68. 69.* Nobis pugnam istam, quæ inter Cameram Imperialem & Aulam Saxonicam vertitur, componere in Cathedrâ non licet. Hoc tamen affirmamus, privilegium non appellandi cum exclusione omnium aliorum remedium Principibus Germaniæ facilius concedi posse, quàm aliis merè subditis. Principes etenim Germaniæ non simplices Magistratûs sunt, sed Domini terrarum, & qui in suis territoriis supremum jus, idq; perpetuum & transmissibile, & simul proportionem quædam regalia

habent. Bachov. *in Treutl. volum. 1. disp. 3. tb. 6. lit. E. & disp. 23. tb. 1. lit. C.* ita ut illis Majestas quædam analogæ rectè adscribatur, quæ ut plurimum hodiè jus superioritatis dici solet.

XVIII. Illud adhuc superest, ut paucis explicetur, utrùm scilicet statuto tolli possit appellatio ad superiorem? Negat Bachovius, *in Treutl. volum. 2. disp. 33. lit. A. verb. Unde & statuto, & c.* Budel. *de monet. l. 1. c. 22. num. 42. pag. 109. Mev. 1. decis. 222. & rectè.* Quicquid enim vergit in præjudicium superioris, id ab inferiore per statutum disponi nequit. Nec est, quod regeas, privatorum pactis tolli posse appellationem, *l. 1. ff. à quib. non lic. appellat.* Ergò multò magis statuto. Statutum enim directè disponit adversus jus superioris, pactum autem magis adversus jus paciscentis. Et quanquam statutum mihi posueris, quod per modum pacti Universitas sanciverit, adhuc tamen istud probare nequeo. Litigantes enim singulares, qui appellationi renunciant, ad hoc & nunc, ad certam scilicet causam, respiciunt, quam non respiciunt, qui statutum conficiunt, sed in genere omnem in universum appellationem prohibent; hæc autem prohibitionem superiori magis, quàm sibi

de-

detrahere voluisse præsumuntur. Potest tamen appellatio per statuta limitari, veluti ut appellaturus, vel qui appellavit, de calumniâ juret, ut caveat de præstandis impensis, &c. Mynsing. 1. *Obs.* 6. quia tùm non substantia appellationis mutatur, sed extrinsecus aliquid disponitur, quod appellationi inservit. Flamin. Carthar. *de Execut. sentent. cap. 3. n. 46. seqq.* add: Arumæus, *disput. in Pandect. ult. num. 1.* Befold. *de appell. cap. 2. num. 15.* Camill. Borell. *tom. 2. decis. tit. 33. n. 1221. seqq.*

XIX. Lege autem quæ in appellatione tolli possit, dubium non est, & ex suprâ dictis clarum evadit, dum

tamen non negetur omnis facultas conqverendi apud superiorem de manifestis injuriis Magistratum inferiorum. Bachovius, *d. l.* Aliàs autem quod appellationem speciem defensionis faciunt, quæ defensio juris naturæ sit, & à Principe tolli nequeat, vereor ego, ut satis consideratè dicatur. Nec enim judex injuriam facere, aut adversâ fronte pugnare præsumitur, ut hæc in parte contra eum defensio institui debeat. Et vix est, ut per defensionem, quæ juris naturalis esse dicitur, explices eam, quæ pro famâ & bonis suscipitur. Vid. Bachov. *d. l.* Befold. *de appellat. c. 2. n. 15.*

CAPUT XXXI.

De

Jure habendi Comitiorum.

SUMMARIA.

Imbecillitas humana non patitur, ut quis omnibus numeris sit perfectus in prudentiâ civili. 1.

Idcirco à Principe Consilarii adbibentur. 2.

Utile verò & necessarium est, ipsos quandoq; in deliberationibus audire subditos. 3.

Comitia à quibusdam temerè reprehenduntur. 4.

Comitiorum utilitas. 5.

Eorum usus apud plerasq; nationes. 6.

Imperatorum Romanorum olim cum Senatu deliberationes, easq; comitantes orationes.

Non refugerunt illi Comitia totius populi. 9.

(7. 8.)

Comitia celebrari debent autore Principe. 10. 11.

Collegia cur prohibita olim? 12.

Quæ de re in Comitii deliberari soleat? 13. 14.

In Comitiiis utrùm etiam de legibus ferendis admittenda deliberationes Statuum? 15.

Alexandri Severi & aliorum laudabile exemplum. 15.

Per consultationes istas non minuitur Majestas Principis. 16.

Præcipua materia in Comitibus consistit in tributis, & collectis à subditis faciendis. 17.

Sapè etiam de præcedentiâ Ordinum inter se disceptiones instituiuntur. 18.

Pessimi ea res exempli est in conventibus Ecclesiasticis. 18.

In Comitibus civilibus non minima inde fluunt incommoda. 19.

In Comitibus Saxonis provincialibus, mota Academia, tandem Electorali decisione composita fuit. 20.

Quæ in Comitibus definiuntur, obligant non subditos tantum, sed etiam Principem. 21.

Principes in contractibus utuntur jure privatorum. 22.

Obligantur subditi universi ex eo, quod major pars decrevit. 23. 24.

Subditi haud gravatè ferunt, quod suorum suffragio in Comitibus constitutum fuit. 25.

Comitia olim ex duplici Senatu constabant, Ecclesiastico & seculari. 26. 27.

I.

Quemadmodum impossibile est, ut unus in Republicâ, quantumcunque ea sit, omnia agat ipse, quæ ad beatitudinem ejus facere possunt; sed, uti hætenus exposuimus, alienâ & ministrâ manu hic rem gerere necesse habet Princeps; ita etiam ex se ipso cognoscere idem omnia, atque ita comprehendere, & dijudicare vix potest, ut nullo prorsus indigeat, qui consilio suo præstet sit, & auxilietur. Bernh. Sutholt. *dis. de jurisdict. num. 80. 90.* Est enim verò tantâ humani intellectus imbecillitas, tantaque voluntatis pravitas, ut quod optimum fuerit, aut non eligere possit, aut trepidè admodum, & cum quâdam diffidentia, sibi asserere soleat. Quod si quis de re benèsecum perpensâ, & excogitatâ, nimium sibi blandiatur, temerarii is nomen vix evitabit, aut

ex vitio saltem aliquid contraxisse tantam ejus fiduciam, plerique sibi persuasum habebunt. In publicis autem rebus gerendis majore perspicaciâ, prudentiâ sublimiore, judicio maximè subactò, & experienciâ planè singulari opus est, quibus vix est, ut unus aliquis ita præstet, ut non identidem hominem se esse animadvertat. *Non sempre gli buomini savii discernono, o giudicano perfettamenteemente. bisogna, che spesso si dimostrino segni della debolezza dell' intelletto humano,* inquit Franciscus Guicciardinus, *hist. Ital. l. 1.*

II. Quocirca, si vel maximè Principem mihi dederis, omni virtute & summâ mentis acie eximie ornatum, quantum scilicet humana hominè natura patitur, non nego quidem, multa præclare ab eo gestum iri, nec subditis grave futurum ejusmodi

modi regimen, omnia tamen semper ad votum perfici, aut etiam perfici posse, & non feliciter quandoque expediri, si plurimum in eam rem suffragia & consilia explorentur, de eo dubitare mihi licet haud frustra. Est enim hoc majorum nostrorum institutum, ac diurnam experientiam perceptum & cognitum, plures consilio communicato melius ac certius, quam singulos judicare. *Bodin. de Rep. lib. 4. c. 4.* Et habent singuli quasdam prudentiam particulas, quae simul collatae unam excellentem conficiunt. *Id. ibid.* Unde id demum integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, *c. prudentiam 21. X. de offic. deleg. Octav. Cacheran. in prefat. de c. Pedemontan. c. 7.* Et si enim ex multitudine consentientium, quod melius est & aequius, iudicandum semper non sit, cum possit unius, eiusque deterioris sententia, & multas & majores in aliqua parte superare, ut ait Justinianus, *in §. sed neque 4. de concept. Digest.* solet tamen, quod pluribus ita placet, plerumque probabilitatis speciem inducere, & praesumptionem eius, quod optimum est, facere, aut saltem ubiorem rei, de qua agitur, disquisitionem suggerere. Id certum est, bonorum Consiliariorum inopia, vel Principum, eos audire renuentium, confi-

dentiam potentissimos Principatus corruisse, aut gravem ex se iacturam fecisse. Omnia enim regna, ut Salustius ait, civitates, nationes prosperum eorumque imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuerunt; ubi gratia, timor, voluptas, avaritia, consilia corruperunt, statim imminuta sunt opes, deinde ademptum imperium, postremo ipsa servitus imposita fuit. Et ex hoc sc. etiam optimum & sagacissimum Principem Consiliariorum operam non omnino carere posse, prudentes conficiunt, cum praesertim, in suo plerumque negotio hebetiores sint homines, & minus oculati, quam in alieno. *Vid. Besold. de consil. polit. c. 1. Autor conclus. de jure principatus n. 80.*

III. Non sufficit autem singulare aliquod Consiliariorum Collegium instituere, qui in partem curarum veniant, & de negotiis publicis sententias communicent, sed necesse est, ut ipsos etiam quandoque subditos suos deliberantes audiat Princeps, ex iis certos ordines faciat, & per hos civitatem quandam representativam sibi constituat, quam, ubi salus publica exigit, in commune vocet consilium, atque se per eorum suffragia de Reipublicae statu & conditione accuratius erudiri patiat. Quamquam enim Consiliariorum,

Qq q 2 rum,

rum, à Principe adscitorum, hæc imprimis cura esse debeat, ut maxima minima, quæ ad usum communem facere possunt, explorata habeant, atque ea Principi quasi in compendio exhibeant; fieri tamen sæpè solet, ut aut prorsus nesciant ea, aut non rectè percipiant, quandoque etiam prætextu consilii dandi sibi tendant, privatasque spes agitent sine publicâ curâ. Quin & istud contingere sæpè solet, ut natura atque institutio Consiliarios, cæteroquin minime malos, transversos agat, & ut quisque moribus tristior aut solutior, ita severitati aut indulgentiæ faveat, atque hinc consilia sua sibi attemperet, causæ tribuens, quod ab ingenio suo mutuatur. Quod cum metuendum non sit ex consiliis Ordinum & Statuum, in Comitibus congregatorum, facile patet, Senatuum hunc pluris æstimari, ejusque consilia magis attendi debere, quàm Consiliariorum, mercede conductorum. Scilicet hæc indoles est etiam Musicorum, ære conductorum, ut ad placitum cantent eorum, quibus inserviunt, aliter cantaturi, si mercenarii non fuerint.

IV. Sunt quidem, & fuere semper, qui ejusmodi Ordinum conventus averfati sunt. Nec tamen fuere alii, quàm ipsi illi, quibus iusta sunt, quæcunque Principibus allu-

bescent; quique, sibi tantum ut bene sit, Principum gratiam aucupantur, & eorum mores, cæteroquin non malos, foedissimâ adulatione pervertunt. Hinc igitur per Comitibus populi Principum Majestatem imminui, & fulmenta lectum scandere comminiscuntur; communes ejusmodi consultationes ex Principe subditum facere: nefas esse Legislatori leges ponere: nefas oblectari ei, qui Imperio præest: subditorum bona ipsius Principis esse, nec alia eorum propria esse, quàm quæ ultrò concesserit amor, quæ impetraverit obedientia: indecens fore subditorum libidini subjacere, cui omnium Imperia, Regem: salvum esse jus regni, cum legem subditi subeunt, qualem Rex dicit: Regem uti jure suo, quo Rex est: nosse eum jam satis, quid ex utilitate fuerit rei publicæ, neque ullius magis interesse, quàm Regis, salvi ut sint subditi, & quæ sunt ejusmodi alia. Neque heri primum, aut nudius tertius exorta fuerunt ejusmodi disceptationes, sed etiam superioribus seculis semper extiterunt, qui Principi suo ut placerent, istas fecerunt fabulas. Graviter verò eos reprehendit Philippus Cominæus, *comment. l. 10.* dum ait: *Non deerant id temporis imperiti quidam, & tenuis conditionis, ac nullius usus homines, qui dicebant*

bant, ejusmodi conventus ad crimen laesæ Majestatis pertinere, quod Regum imminuatur eo ipso potestas. Verum qui sic loquuntur, scelere se polluant, gravissimèq; dubio procul & DEUM & Remp. offendunt. Nam ejusmodi voces solum spectant ad privatam utilitatem eorum, qui nullo suo merito vel virtute autoritatem obtinent, qui ad nullam rem honestam idonei, clandestinis susurrationibus Principum aures demulcent, & gratiam eblandiuntur, qui conventus idcirco metuunt, ne ipsorum detegatur improbitas.

V. Graviter etiam Michael Hospitalius, Galliarum Concellarius, Vir civili prudentiâ & omni togatâ virtute insignis, eosdem illos in ipsis Galliarum Comitibus reprimit, dum inquit: Eum comitiorum usum esse, ut Rex cum populis, imperio suo subiectis, quasi in familiare colloquium descendere videatur, ut de Rep. in commune consulat, nec non privatorum querelas atque res, ut verè habent, citra fucum intelligat, quod per suorum fraudes ac dolos plerumq; non licet. Igitur minimè audiendos esse, qui Regem infra dignitatem facere ajunt, cum conventus habet, quò videlicet magis regium, quàm jus suum cuiq; tribuere? aut qui fieri illud commodius potest, quàm cum facultas datur omnibus mala sua, incommoda, que-

stus liberè ac publicè, ubi fuco ac fraudi locus non est, expromendi? sic enim fieri, ut reges officii sui admoneantur, & populos antiquis tributis levent, nova non imponant, nimis & damnosis sumptibus abstineant, munera publica ac Magistratus minimè venales habeant, ad Episcopatus, ac cetera sacerdotia, non nisi dignos promovendos curent, quæ hodiè pravo usu negligantur: quippe cum Reges non nisi alienis oculis & auribus videant & audiant, alieno arbitrio vivant, & de summâ rerum statuunt, à suis veluti fraudulentâ indagine tincti, & qui alios ducere debeant, ipsi ducantur. Nec verò metuendum esse ne nimiam familiaritatem per comitia, cum populis contracta, vilescant Principes, aut à suis contemnuntur. Nam Regis, in solio æquâ decernentis, fastigium supra contemptum positum esse, nihilquè illi deesse, præter suorum amorem, qui familiaritate illa adultus vigorem accipit, & justitiæ opinionem postremò coalescit, &c. apud Thuanum, lib. 27. Atque istum generalium Comitiorum usum nascenti Gallorum regno penè coætaneum esse, notat Gramondus, hist. Gall. lib. 1.

VI. Et sic quidem apud plerasque nationes invaluit, ut à subditis ad indictionem eorum, qui tunc magis tenent, certo tempore haberentur

Comitia, atq; in iis de summâ rerû, deq; negociis, totam Rempubl. concernentib9, deliberationes instituerentur, quanquam modi deliberandi non sint uniusmodi, & Statûs plerumqve, in certos ordines distincti, separatim primûm, & conjunctim deinceps suffragia ferre soleant, quod quidem Comitiorum naturæ nihil omninò derogat. Quando autem unaquæqve gens talia apud se Comitia instituerit, nec investigari poterit facilè, nec ad rem præsentem multûm faciet. De Angliâ suâ refert Johannes Stous, *in vit. Henrici I. Hoc anno MCXVI. die 19. Aprilis Rex Henricus omnes Regni Ordines, Prælatos, Proceres, & plebem, Sarum ad Concilium vocavit, ut de bono Reip. regimine, & de gravissimis Regni negociis consultarent: quod Concilium, nomen suum à Gallis accipiens, Parliamentû appellatur. Atqve hoc primum in Angliâ fuisse Parliamentum Historici observant, & quod Reges ante hoc tempus nullum ex populo, aut plebe, ad consultandum, aut leges condendas, convocare consueverant. Quâ ratione autem istud coeperit primûm, utrûm à liberâ Regis concessione, vel à Republicâ, Regiam potestatem determinante, vel à nudâ subditorum petitione, aliis discutiendum relinquo. Probabile tamen est, & constat ferè*

inter omnes, qui gentium nationumqve historias, Regnorum initia & progressus, non oscitanter perscrutati sunt, Optimates, qui ex populo plerumq; sumuntur, non Regibus à populo datos, sed à Regibus ipsis sponte suâ in consiliûm fuisse adscitos, ut scilicet eorum vicariâ, in Regno gubernando, fide & operâ uterentur. Ita Romulus, distributo in ordines populo, compositoqve totius Reip. statu, Consiliarios ex Patribus sibi delegit, ut haberet, quorum consilio Remp. administraret. Dion. Halicarnass. *lib. 2. antiq.* Nec aliter sanè Comitia primûm habitantur. In Scotiâ per novem Reges ducentis circiter annis regnatum fuit, sine ullâ consilii publici mentione: ac tandem Finnanus, Rex decimus, legem tulit, populo nihil tale aut rogante, aut expectante, ne publica Regni negocia sine Procerum consultatione & consilio tractarentur, uti refert Hector Boëth. *in bist. Scot.* Et hanc necessitatem Rex sibi ipse imposuit, non à populo obtrusam accipere coactus fuit, ut adeò credibile sit, simili modo in quamplurimis aliis Regnis Comitâ primûm coaluisse, quanquam negare nolim, diversum aliquando alibi obtinuisse.

VII. Ipsi Principes & Imperatores Romani olim, qui absolutissimam

nam Monarchiam affectabant, sapissimè Senatum solebant in consilium vocare, & oratione habità persuadere eidem, ut de ea re, quæ in deliberationem venisset, Senatùs consultum conciperetur. Celebris est in jure nostro Oratio Divi Hadriani, de petitione hereditatis in *l. 20. §. 6. l. 22. l. 40. pr. ff. de hered. petit.* Ejusdem Hadriani, de non appellando à Senatu, *l. 1. §. 2. ff. à quisp. appell. non lic.* Divi Antonini Pii, de liberalium studiorum Professoribus, *l. 4. c. de Profess. & med.* Divi Marci, de alimentis, *l. 8. pr. ff. de transact.* alia ejusdem, de nuptiis filia senatoris cum libertino, *16. ff. de rit. nupt.* Divi Pertinacis, de testamentis infirmis, *7. Inst. quib. mod. test. infirm.* Imperatoris Severi, de prædiis pupillorum rusticis non distrahendis, *l. 1. pr. ff. de reb. eor.* Antonini Caracallæ, de donationibus inter Virum & uxorem, quam ante excessum Divi Severi patris sui in senatu habuit, *leg. 32. pr. ff. de Donat. int. V. & U.* (quæ propterea etiam Divo Severo adscribitur, *l. 3. C. eod.*) & alibi. Orationes autem istas de scripto recitatas fuisse quandoquæ, argumentum nobis præbet *d. l. 20. §. 6. ff. de hered. petit.* ubi libellus appellatur, aut libello comprehensa dicitur oratio Divi Hadriani, quæ tamen oratio adhuc dicitur in *l. 22. & l. 40. ff. eod.*, sed & moris tum fuit,

quæquam præsentem scripto adire. Tacit. *l. 4. anal.* Sveton. in *August. c. 84.* Recitatas autem istas orationes fuisse non ab ipsis semper Imperatoribus, sed plerumque à Quæstoribus illis, qui Candidati Principis dicti fuerunt, patet ex *l. un. ff. de offic. quæstor.* Vid. Cujac. in *paratitl. Cod. de offic. quæstor.* Marcell. Donat. ad *Sveton. Neron. cap. 15.* Et tum, ubi recitata oratio fuisset, in æs eadem incidebatur, Lips. in *Tac. lib. 13. annal. p. m. 336.* atq; in ejus sententiam Senatùs consultum concipiebatur; *l. 16. ff. de rit. nupt.* Tacit. *lib. ann. 11. c. 25.* Unde ipsæ etiam hæ Principum orationes quandoque Senatùs consulta dictæ fuerunt, uti fit in *l. 8. pr. ff. de transact.* junct. *l. 23. §. 2. ff. de condict. indeb.* item in *l. 1. ff. de reb. eor.* junct. *l. 7. C. de præd. minor.* aut potius, quod illic orationibus Principis adscribitur, hic de Senato consultis affirmatur. Franzk. ad *§. 5. Inst. de J. N. G. E. C.*

VIII. Qualis verò cunq; tandem Principum in ejusmodi orationibus fuerit intentio, sive quòd, specie Aristocratici imperii, Senatum populumque Romanum demulcere cupientes, illis ramum ejus potestatis concesserint, ejus radicem ab iis acceperant, uti post Stephanum Foreatulum loquitur Arthurus Duck, de *antor. jur. civil. lib. 1. in conclus. n. 2.* sive quòd crederent, non satis

arjvum esse, populo aliquid sine decreto Senatûs imponere, & hoc ipso boni Principis nomen affectarent; id tamen certum est, in ejusmodi rebus deliberationes, in Senatu factas, & in suffragia itum fuisse, Ita enim disertè Hadrianus Imp. in oratione suâ: **DISPICITE, PATRES CONSCRIPTI, NUMQVOD SIT ÆQUIUS,** &c. *l. 22. ff. de hered. petit.* Dispexerunt illi deinceps, & **VERBA FECERUNT DE HIS, QVÆ IMPERATOR LIBELLO COMPLEXUS PROPOSUIT, QVID FIERI PLACEAT, DEQVE EA RE ITA CENSUERUNT,** &c. *l. 20. §. 6. ff. eod.* Non igitur sine præviâ deliberatione, nudo & cæco assensu voluntati Principis semper paruit Senatus, quanquam per foedisissimam adulationem id factum haud rarò fuisse non negem. Et tamen, quicquid ita per SCRUM decretum fuit, id ipsum soli Imperatori, quòd principatum teneret, adscribebatur. Unde Julius Capitolinus, in *Pertinac.* orationem Pertinacis, cujus mentio fit in §. 7. *Instit. quib. mod. test. inf.* aliquando legem, mox etiam Senatûs Consultum, ab ipso Pertinace profectum, nominat: *Legem sanè tulit,* inquit, *ut testamenta priora non prius essent irrita, quàm alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet.* Et paulò post: *addiditq; Senatûs Consulto,* &c. Im-

perator addidit, non Senatus, quanquam Senatus in deliberationem venisset, & consultum edidisset.

IX. Sed nec ipsa tota populi Romani Comitia refugerunt Imperatores primi, quorum tamen in potestate erat, iis prorsus interdicere, nisi quòd crudâ adhuc servitute omnia in universum simul & semel evertere vererentur. Sanè Cæsar, qui inchoavit imperium, jus Comitiorum non in totum populo ademit, sed cum eo *partitus est, ut exceptis consulatûs competitoribus,* quos sibi inprimis reservavit, *de cætero numero Candidatorum pro parte dimidiâ,* quos populus vellet, *pronunciarentur, pro parte alterâ,* quos ipse dedisset. Sueton. in *Cæs. c. 41.* Augustus deinde Imperii formator, uti eum vocat Tertullianus, in *apologet. c. 34. comitiorum pristinum jus,* à Cæsare sc. institutum, & per bella civilia abolitum, *reduxit.* Sueton. in *August. c. 40.* Tiberius verò, fractis jam & servitio satis aduētis, *Qviritiû animis, comitia è campo ad patres transtulit.* Tacit. *l. 1. annal. h. e.* jus omne sibi & Senatui, nullo habito ampliùs respectu populi, sumpsit. Ex eo igitur tempore expers planè fuit suffragiorum populus, donec Cæjus tentavit, Comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Svet. in *Cæs. c. 16. sc.* Tiberii instituto omisso, Augusti revocato. Vid. Lips. in *l. 2. Anal. Taciti.*

X. Patet ex his, nihil decedere Majestati Imperantis, ut maximè ex subditis nonnullos deliberare secum faciat de rebus communibus. Non enim coisse sine Imperatorum consensu, aut conniventia saltem & indulgentia, istiusmodi Comitiorum, certus sum. Et pependisse ad eò ex eorum voluntate & arbitrio totum istum conventum pleno ore profitentur Historici, dum *particos* eos cum populo jus Comitiorum, *reduxisse* jus Comitiorum, *transfuisse* ad Patres, populo suffragia *reddere voluisse* scribunt. Nec decet aliter eum, qui summum in Republica tenet Imperium, quippè cujus interest, conventiculis civium modum præscribere, neque ea promiscuè tolerare, nec titulo Collegii ad nullius non facinoris societatem coeant, ut loquitur Svetonius, in *Augusto*. Et si igitur congregatio hominum ad civitatem faciendam, permilla sit, & approbata de jure gentium, non possunt tamen deinceps cives, aut unius civitatis, aut plurium invicem simul foederari & colligari, aut de publicis rebus consultationes instituere, sine superioris autoritate. Nic. Lof. *de jur. univers. part. 1. c. 2. num. 72*. Quin ipsa adhuc liberà Republica quantoperè conventus atque coitiones civium timuerint Romani, docet Livius,

lib. 39. c. 15. Majores vestri, ne vos quidem, nisi cum, aut vexillo in arce posito, comitiorum causâ exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliqui ex Magistratibus ad concionem vocassent, fortè temerè coire voluerunt, & ubique, multitudo esset, ibi & legitimum multitudinis rectorem censebant debere esse.

XI. Mandatis deinceps principalibus præceptum fuit Præsidibus provinciarum, ne paterentur esse sodalitia, neve milites collegia in castris haberent, *l. 1. ff. de colleg. & corp.* Ejus prohibitionis causam primam Cujacius, *lib. 1. observ. 30.* dicit fuisse non tam factionum, quàm comessationum & comotationum intemperantiam, quippè quæ deterima, inutilissima & nefandissima quæque ex se pariat. Id verò uti de aliquibus collegiis negare non auserim, ita de omnibus statui id debere, valdè mecum dubito. Jam antè Livii testimonio ostendi, quàm providi fuerint Romani, ne temerè inter se coirent cives. Curam autem eam solas comotationes & comessationes, aut principaliter eas attinuisse, nemo dixerit. Imperator Trajanus quæsitus fuit à Cajo Plinio, num ad incendia compescenda apud Nicomedienses collegium aliquod fabricorum constitui debeat? id

Rrr

enim

enim ex utilitate videbatur publicâ. Sed respondet Imperator, provinciam istam, & præcipuè eas civitates, ab factionibus esse vexatas, satius itaque esse, comparari ea, quæ ad coercendos ignes auxilio esse possint, &c. Plin. lib. 10. ep. 42. 43. Non erat ergo causa principalis hujus collegii non admittendi, quod nimiam ex eo metuerentur helluationes, sed quod ad seditiones maximè pronæ essent Nicomediæ civitates. Et si comestrationes principaliter causam prohibitionis facere oportet, durior videtur pœna, quam refert Ulpianus, in l. 2. ff. de colleg. & corp. Disertè ibi: *Quisquis illicitum collegium usurpaverit, eâ pœnâ tenetur, quâ tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse judicati sunt.* Id est, vel pœnâ legis Juliæ de vi, uti Duarenus explicat ad istum tit. & Ritterh. in LL. XII. tabb. class. 2. c. 8. vel pœnâ legis Juliæ Majestatis, quâ sc. tenentur, quorum operâ factum est, ut armati homines loca occupent, vel templa, l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. Vid. Colleg. Argentorat. tit. de colleg. & corp. n. 15. Pœna autem hæc proportionata videtur esse seditionibus, non computationibus. Et ergo propter seditiones potius, quam computationes prohibita sunt ab Imperatoribus collegia. Ant. Matth. de crimin. ad tit. de colleg. n. 5.

XII. Quandoquidem igitur ipsa etiam Collegia & hæterix, quæ tamen pauciore numero quandoque constabant, Principis regimini succumbunt, fortiore hinc argumento integra totius provinciæ Comitiam, & omnium Ordinum conventus eidem substernemus. Quamquam enim de tali cœtu, qui universos representat subditos, non præsumatur ulla aliqua consultatio, quæ Reipubl. salutem non concernat, quia tamen civitates unius provinciæ ita subjacent Majestatis regimini, ut neutra in alteram quicquam imperii habeat, nec proinde autoritative convocare reliquas possit, quia etiam fieri potest, ut in ipsis deliberationibus æmulationes, injuriæ, tumultus oriantur, quibus reprimendis totus ipse confessus impar esse posset, eccui magis tum convocandorum, tum moderandorum, tum dissolvendorum denique Comitiorum curam tribuimus, quam ipsi illi, qui toti provinciæ cum Imperio præest? Applicanda enim etiam hic sunt, cæteris tamen paribus, ea, quæ de convocandis & moderandis Conciliis in rebus sacris diximus supra. Quod si subditi sine Principis jussu aut cōsensu coierint, aut, eo rennente, Comitiam prorogaverint, tantum abest, ut à Principe tolerari id debere dicam, ut potius

ma-

maiore eos poenâ dignos esse existimem, quàm qui collegia tantum & hæterias cogunt. Notam istâ ut evitarent superioribus annis Hugonotæ in Galliis, habendi conventus potestatem ab Rege sibi per Forcæum petierunt, & impetrârunt. Sed cum Rex deinceps animum mutâset, quòd conventum istum minus sibi commodum animadverteret, dissolvi eum voluit; si diutius persistèrent, habendos non aliâ causæ cognitione pro quietis publicæ perturbatoribus, in quorum capita & bona impunè grassari fas sit. Proterantibus autè illis exiit mox diploma, quo conventus illegitimus, perduellesq; habiti, quicumq; adhæserint, uti refert Gramond. *Hist. Gall. lib. 6.*

XIII Diximus hæctenus, soli Principi, aut ei, qui in regno tenet, in quavis societate, competere jus convocandi Comitiorum. Proximum nunc est, ut videamus, quâ de re in illis agere & deliberare deceat. Hic verò & Principis & subditorum spectandæ sunt partes. Principis, ut proponat ea, quæ statui publico vel conservando, vel in melius convertendo conducere videntur, simul pericula exponat, quæ imminet, suæ autem propriæ utilitati quæ inserviunt, parcè & sine imperio addat. Subditorum hoc est officium, ut de rebus propositis deliberent, sententias conferant, remedia quarant, simul

morbos suarum civitatum & quærelas exponant, & hinc sibi quoque tum ab ipso Principe, tum à reliquo cœtu universo consilia petant. Utrumque complexus est Jacobus VI., Magnæ Britannia Rex, oratione habitâ inunte hoc seculo in conventu Ordinum suorum: *Ego, inquit, hoc orbe teste profiteor, nihil me unquam ad vos relaturum, quòd non æquè Reip. commodis possit, quàm meæ ipsius utilitati servire, & iis nunquam decretis intercessurum, quæ utilitati publicæ, cujus ego procuranda causâ in hoc fastigium sum erectus, aliquid conferre videbuntur. Vos autem ut hic de iis negociis deliberaturi sedetis, quæ à Rege in hunc Senatam afferentur, ita quæcumq; necessaria videbuntur, sive ad fines illos, quorum gratiâ hos Ordines coire manuimus, sive ad indicanda patriæ vulnera, quæ iis involucris obteguntur, ut, nisi aperiens vobis, non possint in Regis cognitionem ac veluti conspectum venire, ea communi discutienda consilio proferre debetis.*

XIV. Varia igitur, nec ea tantum, quæ universæ provinciæ salutem concernunt, sed ista etiam, quæ unamquamque civitatem, & communitatem singulariter afficiunt, in disquisitionem veniunt. Quoties Princeps vel ætatis, vel mentis imbecillitate regimini satis idoneus non est, quoties de successore controversia nascitur,

quoties principat9 generali censurâ indiget, quoties bellum gerendum, fœdus ineundum, collectæ indicendæ, & si quæ alia magni momenti, totumq; Reipub. corpus, ejusq; singula membra concernentia, in Rep. vel corrigenda vel introducenda fuerint; quoties porrò civitates monopolii, contributionibus, & aliis oneribus gravari se sentient, quoties annona flagellatur, commercia impediuntur, nervi cujusq; Reip. attenuantur, quicquid deniq; universitatibus vel commodo vel detrimento esse potest, ea omnia in Comitibus agitari & deret, & usitatū est. Quin & ea, quæ Religionem, & externā in primis Ecclesiæ disciplinam concernunt, disceptantur, in eum in primis finem, ne quid detrimenti capiat Resp. Id verò ad primè notandum, quæ universum regimen concernunt, quæq; magis necessaria toti provinciæ existunt, semper præmitti debererebus minùs necessariis, & singularum civitatum gravaminibus, adeoq; iniquū prorsus est Statuū quorundam postulatum, quo, antequam de capitibus, universum Imperium concernentibus, deliberetur, de suis specialibus causis cognoscendum esse contendunt, nec se teneri rem communem promovere prius, quàm sibi subventum fuerit. Bernh. Bertram, de comit. ap. Arum. discurs. 9. n. 71.

XV. Circa leges ferendas, utrūm adhibendum sit Principi consilium Procerum, multa inter Doctores lis est. Qui potestatem legislativam uni & soli Principi, aut illi, qui summum tenet Imperium, competentem attentius considerant, negant, ad condendam legem Procerum & sapientum Regni convocationem esse necessariam, & valere legem, ut maximè nulla cum iis intercesserit communicatio. Nos valere quidem non inficiamur. Quia enim potestatem ~~viam~~ Principi tribuimus, cum effectu eam tribuimus necesse est. Effectus autem principalis est, ut Lex aut Constitutio, ab eo promulgata, subditos obliget, sine quo lex nulla, potestas etiam legislativa prorsus inutilis esset. Sed enim ad legem condendam nullum necessarium esse consilium Procerum Imperii, tam temeraria mihi videtur assertio, quàm est ea, quæ Principem sine Consiliariis rem omnem benè gerere posse, contendit. Digerenda primū est materia legis, & probè concoquenda, antequam promulgetur, & subditorum obedientiam exigat. Sed ubi potior eà de re deliberandi erit opportunitas, quàm in conventu ordinum? Audiet ibi Princeps, utrūm utilitati publicæ satis comoda fuerit lex, quàm meditata, qui-

quibus limitationibus, quibusque circumstantiis promulgari eam oporteat, ne fraudes infecuturae eam impugnent & evertant, quæ poenâ transgressoribus sit constituenda, ne si levior ea fuerit, lex contemnatur; si rigidior, justitiæ vim faciat; & eiusmodi alia plura. Atque ita à Principibus bonis plerisque omnibus perpetuò observatum plurimam nos docent monumenta. Alexander Severus Imperator nullam sacrasse dicitur legem, sine viginti Jurisperitorum, & quinquaginta disertissimorum consilio: Lamprid. *in Alex. Sev.* Alexand. ab Alexandr. *l. 6. gen. dier. c. 23.* Et ut alia exemplâ taceam, celeberrima est in jure nostro constitutio Theodosii II. & Valentiniiani III. Imperatorum in *l. 8. C. de Legib.* quam; quia ad institutum nostrum facit; integram hinc legere non pigebit: Sic autem illi

Impp: THEODO. A. & VALENTIN. Caesar ad Senatium.

Humanum esse probamus, si quid de cetero in publicâ privatâve causâ emerferit necessarium, quod formam generalem, & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea, tam proceribus nostri palatii,

quam gloriosissimo cœtu vestro, patres conscripti, tractari, & si universis tam judicibus, quam vobis placuerit, tunc legatâ (legendum fortè: LEGE FACTA, h. e. in legis formam redactâ) dictari, & sic ea denud collectis omnibus recenseri, & cum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis Consistorio recitari, ut universorum consensus nostrâ serenitatis autoritate firmetur. Scitote igitur, patres conscripti, non aliter in posterum legem à nostrâ clementiâ promulgandam, nisi supra dicta forma fuerit observata. Bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperii, & ad nostram gloriam redundare. Dat. XIV. Kal. Novembr. Aetio III. & Symmacho Coss.

XVI: Ad exemplum horum Imperatorum plurimi Monarchæ legislatôriam suam potestatem temperarunt, quod de Regibus Hispaniæ & Lusitaniæ testatur Augustinus Barboza, *ad d. l. 8. C. de LL. de Regibus Galliæ* Andr. Tiraquellus, *l. 1. de nobil. c. 20. n. 26.* de Regibus Angliæ Thomas Smith. *de Rep. Angl. l. 2. c. 2. & 3.* Quod si etiâ consuetudo aliqua in Galliis recepta emendanda aut reformanda fuerit, ipsa quoque ea non aliter nisi cum consensu

Rrr 3

Ordi-

Ordinum probè antea discutitur, & tùm demum autoritas regia interponitur, uti totum procedendi modum refert Annæus Robertus, *rer. judicatarum l. 2. c. 1.* Nec est quòd regerere quis velit, Principem ex quâdam urbanitate requirere consilium suorum Procerum, non verò de necessitate, uti post alios distingvit Augustinus Barbosa, *d. l. Antonius de Padilla, in l. si universi n. 10. C. de divers. rescript.* Add. Cornel. Benincas. *de Constitut. Pp. quæst. 7.* Non enim videntur mihi, qui ita statuant, Principis & Procerum partes satis ab invicem secernere. Diximus suprâ, multùm distare inter se, circa leges conficientes, *δύναμις* & *ἐξουσία*; Illa intellectus est, hæc voluntatis: Illa competit viro prudenti, & legum formandarum perito, etiam homini planè privato, & infimi Magistratus jurisdictionem agnoscanti; hæc non nisi illi, qui summum in Rep. tenet imperium. Aliud igitur est ferre legem, h. e. jubere eam & autoritate publicâ, ut lex esset, præscribere, quod ejus tantùm est, qui *ἐξουσία* habet, ex Majestate proveniente; aliud comminisci, invenire, describere & concinnare legem, quod est ejus, qui *δύναμις* habet. Possunt legem scribere, materiam digerere, de utilitate

& effectu ejus deliberare, qui *ἐξουσία* non habent. Atque adeò poterit negocium, de quo lex ferenda est, in Comitibus à Proscribis, & toto coetu TRACTARI, & tùm demum, consentientibus omnibus, autoritate Principis FIRMARI atq; PROMULGARI, uti hisce vocabulis suas & Procerum partes exactè distingvunt Impp. supra citatâ *l. 8. C. de LL. Add. Franzk. ad tit. de constitut. Pp. n. 15. 16.* Quin imò, qui consilium dant, & de faciendâ lege deliberant, nihil quicquam faciunt ad essentiam legis constituendam, nisi quatenus materiam fortè aptam reddunt & disponunt, quæ tamen ut lex sit, protinus non facit; nec ergò quicquam decerpunt illi de potestate legislatoriâ. Et potest Princeps, etiam si lex scripta jam & concinnata sit, nihilo minus autoritatem suam denegare, & hoc ipso efficere, ut lex nunquam fiat, nullamque unquam vim obligandi acquirat. Quod etsi fieri facile non debeat, eò quòd ad beatitudinem Imperii, & ad Principis gloriam redundet, si quid ita cum consilio Procerum fuerit ordinatum, *d. l. 8.* certum tamen præbet argumentum, vanum esse inanem merum eorum, qui putant involari per ejusmodi consilia Majestatem Imperantis. Maxima boni Principis

virtus

virtus est, quando non ex suo tantum arbitrio, sed aliorum adhibitis sententiis leges condit, eademque his, aut similibus verbis promulgat: **PLACET RATIONABILIS CONSILII TENORE PERPENSO, &c.** uti exemplum præbent, Honorius & Theodosius, Imp. in *l. s. C. de Ss. Eccles.* De usu & praxi aliorum Imperatorum recentiorum videri poterit Goldastus in *repl. pro Imp. c. 11. p. 105.*

XVII. Vulgatissimum autem & præcipuum negocium, quod in Comitibus hodiè agitari ut plurimum solet, faciunt nova, quæ postulantur, tributa, quæ sanè in immensum singulis diætiis excrescunt, ut ferè nomina nunc deficiant, quibus propter nimiam multitudinem & varietatem discriminari à se invicem queant. Proximum ab his caput in defensione populi consistit à vi, quæ metuitur, externà. Imò verò solet sæpè hæc in speciem prætexi, & multum exaggerari causâ, ut quæ propterea necessariæ creduntur, collectæ, liberaliùs conferantur, nunquam tamen deinceps fini isti erogandæ, sed in luxum potiùs, & in pessimos quandoq; adulatores aulicos profundendæ. De utroque hoc capite si à Principe solo extra Comitibus aliquid statuatur, & tyrannicum istud videbitur, & principa-

tui ipsi parùm utile, dum hæc ratione subditis excarnificatis ad seditionem ansa, & veluti canibus famelicis latrandi & mordendi præbatur occasio. Nemo est omnium Principum, inquit Philipp. Cominæus, *comment. lib. 10.* qui jus habeat vel teruncium unum exigendi à suis, præter constitutum annum censum, nisi populus assentiatur. Dicat aliquis fortasse, nonnunquam incidere tempus aliquod, ut non sit integrum, agere conventus aut conscribere populum, eò quòd ejusmodi mora & conjuncta sit cum periculo, & belli rationes impediatur. Nihil hoc certè ad rem facit. Nam ut bellum suscipiatur, gravi quâdam & maturâ opus est deliberatione, neque subito, vel præcipitanter aliquid in eo fieri debet: deinde quando Reges de communi populi consensu rem gerunt, & sunt potentiores, & ab hoste magis metuuntur, &c. Hætenus Cominæus. Et propterea Hispaniæ Reges non aliter nova vectigalia ac tributa Regno imponunt, quàm si, Comitibus ex more convocatis, Regni procuratores, plebisque Tribuni id probent, & ratum habeant, referente Joh. Parlador. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. n. 13.*

XVIII. Sæpè etiam de sessione, & præcedentiâ in Comitibus non lis tantum, sed jurgia etiam, & graves contenti-

tentiones, imò & pugna oriuntur, quas in ipsis Comitibus vel à Principe solo, vel à Principe & Statibus componi publicè interest. Quanta n. ex affectata ista proëdria dissensiones & turbæ sæpenumerò inter Proceres exorta fuerint, omniù temporum & populorù historiæ referunt. Neq; in Comitibus tantùm secularibus, sed Ecclesiasticis etiam, quæ Concilia vulgò dici solent, inter ipsas personas Ecclesiasticas, maximo sæpè cum scandalo, eà de honoris prærogativâ pugnatum fuit. Nec continere me hic possum, quin ridiculum ejusmodi contentionis exemplum ex antiquitatibus Ecclesiæ Cantuariensis, quas Matthæus Parkerus evulgandas curavit, hic inferam. Contigit id tempore Richardi Archiepiscopi Cantuariensis, & recensetur his verbis: *Legatus in Angliam à Papâ venit, nomine Hugocio, Henrico Rege id postulante, tam ut Reginam Eleonoram divortio à se separaret, quàm ut primatûs inter Cantuariensem, & Eboracensem Archiepiscopos controversiam componeret. Hic Concilium Westmonasterii in infirmorum monachorum Ecclesiâ coëgit, quò ab utriusq; provincie Clero confertim conventum est. Cumq; dies inchoandi Concilij aderat, Legatus, in sublimi sedens folio, dexteras Cantuariensi Archiepiscopo concessit.*

Sed Eboracensis, Regem sibi, quàm Cantuariensi propitiorem sperans, sinistras respicit, & impudentissimè, inter Legatum & Cantuariensem natibus innitens, sedere, tandem in primatûs sui gremio rescidit. Vix tandem umbone suo, quo ad medium locum obtinendum decertavit, Cantuar. attingerat, cum à plurimis tam Episcopis, quàm Clericis atq; Laicis turpiter reprehensus esset. Ministri Cantuariensis Archiepiscopi facinoris indignitate, & justæ correctionis vehementiâ incitati Eboracensem, è Domini sui gremio creptum, humi degeētū, pedibus conculcant, & Archiepiscopalis insignibus contumeliosissimè detractis, atq; laceratis, pugnis contundunt. At Cantuariensis cum suos, tantâ irâ percitos, advocare, & continere non poterat, saltem ut discessu suo secum abduceret, concilio exiit. Ministri, Dominum secuti, Eboracensem, humi prostratum, vestibusq; disceptis obstitum, relinquunt. Tandem Eboracensis anhelitu frequenti respirans semianimis surgit, &c. Idem refert Franciscus Godvvinus, in vit. Richardi. Pudet referre disidium inter Bezelinum, Hildesheimensem Episcopum, & Wideradum, Abbatem Fuldensem, quod Goslariæ tantas accepit vires, ut strictis mucronibus uterq; neutrum deprecari sustinere auderet. Videri

deri poterit Lambertus Schaffnaburgensis, *sub anno 1063. Aventinus, lib. 5. pag. 548.*

XIX. Redeo ad Comitias secularia, de quibus in ore vulgi scomma circumfertur, Germanos in suis Comitibus ferè nil aliud agere, quàm ut de sessionibus digladiantur. Ejusq; autor perhibetur fuisse Johannes Zamolcius, magnus Poloniae Cancellarius. Herm. Kirchner. *l. 2. de legat. c. 5. n. 78.* Neque id quidem negari potest, cum plurima ejus contentionis vestigia in haud paucis Imperii recessibus adhuc extent. Et quod ita in universalibus Imperii totius Comitibus contingit, idem etiam in cujusque provinciae particularibus conventibus usu venire solet. Istiusmodi autem contentiones maximà saepe cum jacturâ temporis acerrimè continuantur, multaque & infinita deliberationibus publicis dant impedimenta. Principis igitur tùm hæc erit cura, ut controversiæ istæ ante omnia decidantur, & decreto aliquo sessiones ordinentur, adhibitis quandoque ipsis etiam Statibus, si res alicujus fuerit momenti.

XX. Non fuit tanti controversiæ, quæ superioribus annis in Comitibus harum provinciarum agitabatur, dum Prælati, & Comites, Academicarum Deputatis locum apud se

dare nolebant; Decreto tamen suo nihilominus intercessit Serenissimus Saxoniae Elector, & noluit, ut inter se, qui ad Comitias vocati essent, qualicunq; ratione, & quacunq; ex causâ minus convenirent. Detretum tale est: *Den Durchlauchtigsten Churfürsten zu Sachsen/ und Burggraffen zu Magdeburg/ etc. Ruhe in gnädigsten Andencken/ was bey jüngst gehaltenen Landtage zwischen der Stiffter/ und Graffen Abgeordneten an einem/ der Universitäten/ Leipzig und Wittenberg/ gewollmächtigten anders theils/ wegen der Station bey Anhörung der Landtags proposition fürgelauffen/ und wie seine diesen nicht gestatten wollen/ zualeich mit in die Schrancken zu treten. Was dann Ihre Churfl. Durchl. aus der Prælaten/ und Gräfflichen Abgeordneten/ diesfalls eingegebenen Schrifften gnugsam Befugnis zu ergriffener contradiction nicht wahr nehmen können/ auch dieselben weder einen andern Ort/ wohin die Abgeordneten der Universitäten sonst hinzustellen/ an Hand geben / noch bey dem Churfl. Sächsischen Oberhoffmarschall- Amte davon einige Nachricht zu finden; Als ist höchstgedachter Ihrer Churfl. Durchl. Gnädigster Wille un Befehl/ daß hinfüro bey Landtügen die Abgeordneten der Universitäten/ Leipzig und Wittenberg/ ihre Stellen/ wie unlangst*

bey der am 5. Martii eröffneten Proposition geschehen/unterhalb denen Prälaten haben und behalten./ iedoch wie bißhero / als auch forthin ihre sonderbare sessiones und deliberationes anstellen/und diesfalls zu denen Prälaten/ Grafen/ und Herren sich nicht eindringen sollen. Wornach sich dieselben zu beyden theilen zu achten/ Churfürstl. Durchl. Gnädigsten willen hierinnen zu erfüllen/ und als Glieder dieses Churfürstenthums und Lande einander freundlich zu begegnen wissen werden. Urfkündlich unter mehr Höchstgedachter Ihrer Churfürstl. Durchl. eigenen Hand Unterschrift/ und vorgedrucktten Chur-Secret. Sign. Dresden/ den 13. April. 1666.

XXI. Cæterum, quæ ita in Comitibus inter Principes & Ordines utrinque definiuntur, aut conventionione adprobantur, illa non subditos tantum, sed ipsum etiam Principem eodem nexu & vinculo obligant. Cum enim inter contrahentes relatio aliqua sit, sicubi hoc agitur, ut *διπλευρῶς* sit contractus, iniquum erit dicere, Principem non obligari, alterum autem, qui cum Principe contraxit, obligatum esse. Petr. Peck. *ad c. decet 16. num. 2. de R. J. in 6.* Pone Titium emisse à Principe centum jugera. Numputabimus, Titium ad solutionem precii teneri, Principem non tene-

ri ad traditionem rei venditæ? Atqui sic neque contractus quidem dicendus erit, cum emptio venditio intelligi non possit, nisi ut contractus ultrò citroque obligatorius. Ita & in aliis. Imò verò adeò valida est obligatio, per Principem ex conventionione contracta, ut nec ipse, nec illius successor, sive per electionem, sive per successionem possit contractum suum, vel sui prædecessoris infringere, vel aliter ab eo recedere. Marc. Ant. Peregrin. *de jure fisc. lib. 1. tit. 3. num. 45.* Joh. Petr. Surd. *decis. 326. num. 5.* Ant. Gabriel. *in commun. conclus. tit. de jur. quasit. conclus. 5.*

XXII. Vetus jam, & in scholis maximè frequentata est doctrina, Principem in contractibus suis haberi ut privatum, & jure privatorum uti, quæ res movit nonnullos, ut non naturaliter tantum ex contractu suo obligatum dicant Principem, sed civiliter etiam, quos secuti sumus ipsi, *cap. 1.* Et neque nunc quidem diversum statuimus, ut maximè fuerint, qui concoquere istud nequicquam valuerint. In illis sane contractibus, quos Princeps cum aliquo, ut privatus, inquit, cum vendit, emit, locat, conducit, pignori obligat, &c. natura justitiæ commutativæ hoc requirit, ut quo vinculi nexu obligatum sibi habere velit se-

cum

cum contrahentem, eodem ipse quoque illi obligetur, cum iustitiæ commutativæ hæc sit natura, ut respectum personæ planè non admittat. Sicubi igitur contrahentem cum Principe civiliter obligari dixeris, neque aliter Princeps obligatus erit; ita ut etiam actio adversus Principem proponi possit, non quidem ad eum cogendum, sed per iudicis sententiam, declarantis jus creditoris, ut de eo iuridicè constet, qui in conscientia tenebitur illam admittere, & secundum naturalem æquitatem sponte pati executionem. H. Zoef. *ad tit. ff. de Legib. n. 33.* Atque hinc optimè faciunt Principes illi, qui de contractibus suis, cum subditis celebratis, sicubi de illis litigiū aliquod exortum fuerit, coram Consiliariis suis aut Commissariis, in hanc rem peculiariter cōstitutis, experiuntur, & ab iis, fide suâ, quâ Principi tenentur, tantisper liberatis, sententiam expetunt. Tales verò contractus à Principe celebrari posse, etiam in ipsis Comitibus, cum toto & universo suo populo, dubium non est, nec minus tamen ille tunc privati personam sustinet, ut maximè, habitâ relatione ad populum, Regis aut Principis vultum gerat, posito sc. contractum ejusmodi etiam inter quosvis privatos iniri posse. At ubi Princeps, ut Princeps, in Comitibus cum subdi-

tis suis de negotio & causâ statûs aliquid egerit, & de tali aliquâ re convenerit, ad quam leges civiles extendi nequeunt, obligari dico utrumque, & Principem & populum, eo jure, cui ea conventio substat, ut nihilominus propter modum conventionis par utrumque nascatur obligatio. Id enim certum apud me est, in conventionibus ultrò citroque obligatoriis parem esse, quoad jus & vim obligandi, utriusque conditionem, & hinc utrumque eodem vinculi nexu teneri, non obstante, quòd cogi alter queat, alter nequeat, cum ea diversitas non ex modo obligandi, sed ex personarum qualitate, ortum habeat. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 14. n. 6.* Dn. Hahn, *Obs. in Wesenbec. tit. de constit. Pp. in fin.*

XXIII. Vicissim ipsi etiam inter se obligantur, & idem conclusum observare tenentur, subditi, etsi non omnes uno consensu in idem placitum convenerint, sed expressâ disensione in alia omnia iverint. Propter naturalem enim hominum ad dissentendum libidinem, quam perstringit Jctus, in l. 17. §. 6. *ff. de recept. arb.* multa salutaria consilia interciderent, neque exitum consequerentur, nec ullâ speranda esset concordia, nisi minorem pars major vinceret, & pluralitas

vororum prævaleret. Dan. Otto de
jur. publ. c. 13. Vulgatum est axio-
 ma: Major pars concludit; ideo
 scil. quia, quod à pluribus decernen-
 dum est, major pars, quod facit, id
 cæteri quoq; fecisse intelliguntur, &
 pro eo habetur, ac si omnes egerint,
l. 19. ff. ad municip. Id verò et si in qui-
 busdam, & illis præcipuè negociis,
 quæ singulos tangunt, fallat, ex quo
 etiam, collectas & tributa non, nisi à
 consentientibus, deberi, nonnulli
 perperam concludunt, ut dicemus
 infra tractatione singulari, suum ta-
 men retinet valorem in illis, quæ fi-
 eri debent à pluribus, ut ab omnibus,
 quæq; pertinent ad universos non
 jure suo, sed ut Tutores, curatores,
 Decuriones, &c: Befold. *in Thef.*
pract. vocab. meiste Stimmen.

XXIV. Ut, quæ dixi, plenior
 habeant interpretationem, addu-
 cam Responsum Facultatis juridicæ
 Wittebergensis an Gräffliche N.
 Beampte zu N., mens. Januar. 1672.
 Hat anno 1669. der Durchlauchtigste
 Fürst und Herr/ r. bey dem damah-
 ligen Landtage in Abwesenheit Ihrer
 Gräffl. Gn. von S. mit dem sämtli-
 chen Ständen einer gewissen Land-
 tags-Ordnung sich vereinigt/ und da-
 rinnen dergestalt disponiret, daß mit
 der location und Session bey Landtä-
 gen auff die Herrschafften/ und deren
 hergebrachte Ordnung/ keines wegcs

aber auff personalem dignitatem ein
 Absehen genömmen werden solle. Wo-
 durch denn/ weil der Herr Graff von
 P. wegen der Herrschafft S. Ihme
 dem Hn. Graffen von S. vorgezogen
 werden wollen/ dieser letztere sich be-
 schwehret befunden/ und anfänglich
 zwar schriftliche protestationes, wel-
 che iedoch nicht angenömmen worden/
 eingeben lassen/ nachmahls aber so viel
 erhalten/ daß disfalls eine Verhör in
 der Regierung angezett worden/ r.
 Wenn nun gleich der Herr Graff von
 S. als ein Reichs-Graff/ dessen Her-
 ren Vorfahren diese dignität von un-
 dencklichen Jahren her geführt/ billich
 zu respectiren/ er auch die possession
 vel quasi der præcedentz, darinnen er
 und seine Vorfahren/ über Menschen
 gedencken/ sich befunden/ auszufüh-
 ren vermag/ sonst auch nicht zuleug-
 nen/ daß die bloße Inhabung einer
 Herrschafft keinen zum Herrn macht/
 uñ die anno 1666. publicirte Landes-
 Ordnung pro sententiâ & re judica-
 tâ eben nicht zu achten/ r: Dennoch a-
 ber/ uñ dieweil von den Landtags- schluß-
 sen zu præsumiren/ daß dieselben zu des
 Landes Besten aufgerichtet/ und die
 Stände solche also einzurichten rechtmä-
 ßige und gnugsame Ursache gehabt/
 ein Stand alleine auch dieselben durch
 seine contradiction zu hinterziehen
 nicht vermag/ sondern sich den andern
 auch mit seinem Schade zu conformiren
 schuldig

ren schuldig ist/ in Erwegung/ daß der Landes-Fürst/ nebenst den versamleten Ständen/ aus dringenden Ursachen/ und befundenen Umständen/ einem andern Stande die habende Berechtigkeiten zu nehmen/ oder zu ändern/ wohl befugt. So erscheinet daraus alenthalben so viel/ daß der Herr Graff von S./ mit der angeführten possession, und anderen Berechtigkeiten/ wider den publicirten Land-Tages-Schluss/ gestalten Sachen noch/ nicht zu hören/ **B. N. W.**

XXV. Atque sic quidem per Comitiorum intrinsecus conservari Republicam, arctiusque in iis reddi vinculum, tum inter Imperantes & subditos, tum etiam inter ipsos subditos, nemo est, qui negat. Spes enim placendi, & aliquid utrinque impetrandi, mutuam necessitudinem insinuat inter Regem ac populum, eaque presentissimum coagulum est, quo ambo inter se conglutinantur, quoque illius dignitas, & huius salus maximè continetur. Quod si durius à Principe sit imperatum, iustum tamen ac rectum subditis, vel unicà istà de causâ, videbitur, consilio si factum sit Ordinum deputatorum, cum præsertim ea sit hominum natura, ut lubentius dent petenti, quàm aliquid permittant vi eripienti. Subditorum autem inter se querelæ si in Comitibus audiantur,

aut si civitas civitati, quæ ad invicem habent, gravamina exponat, dubium non est, removeri hæc ratione multa invidiæ, æmulationis, odii, & inimiciæ semina, atque sic facilius transigi aut componi rem posse, quàm si iudicio contendere unaquæque penes se constituat.

XXVI. Illud obiter addo, fuisse jam olim receptum, ut Comitiorum Imperii sive Regni ex duplici Senatu constarent, nimirum ex ordine sacro sive Ecclesiastico, & ex Statu seculari. Utrique plenâ cum potestate præsidebat Rex sive Imperator, neque decretum aliquod validum erat, nisi id ratum habuisset ille. Atque hinc in quæ plurimis Comitibus legimus, relationem factam fuisse ad Regem tum de iis, quæ in Senatu Ecclesiastico conclusa fuerant, tum quoque, quæ inter Status seculares. Meminit Hincmarus, Remensis Archiepiscopus, in epist. ad Proceres Regni pro institutione Carolomanni cap. 12. libelli, de ordine Palatii, ab Adalhardo conscripti, ex quo refert, deliberationes ejusmodi, quæ statum publicum concernunt, institutas fuisse in generali utriusque Senatûs congregatione, & Regium deinceps consensum expetitur. *Consuetudo, inquit, tunc temporis talis erat, ut non sæpius, sed bis in anno, placita duotenerentur. Unum, quando ordina-*

bat^{ur} Status totius Regni, — —
 in quo placito generalitas universorum
 majorum tam Clericorum, quam
 Laicorum conveniebat. Et post multa:
 Procures verò prædicti, sive in hoc,
 sive in illo præfato placito, quin &
 primi Senatores Regni, ne quasi sine
 causâ convocari viderentur, mox
 auctoritate Regiâ per denominata &
 ordinata capitula, quæ vel ab ipso
 per inspirationem DEI inventa, vel
 undiq; sibi nuntiata per eorum abs-
 cessum præcipuè fuerant, eis ad con-
 ferendum vel ad considerandum præ-
 refacta sunt. Quibus susceptis, in-
 terdum die uno, interdum biduo, in-
 terdum etiam triduo, vel amplius,
 prout rerum pondus expecebat, ac-
 cepto ex prædictis domesticis palatii
 missis intercurrentibus, quæq; sibi
 videbantur interrogantes, respon-
 sumq; recipientes, tamdiu ita nullo
 extraneo appropinquante, donec res
 singula ad effectum perducta glorio-
 si Principis auditui in sacris ejus ob-
 tutibus exponerentur, & quicquid
 data à DEO sapientia ejus eligeret,
 omnes sequerentur, &c.

XXVII. Idem obtinuit in Hispaniâ, uti fidem facit proœmium Con-

cilii Coyacensis his verbis: *Decreta
 Ferdinandi Regis, & Sancia Regina,
 & omnium Episcoporum, in diebus eor-
 um in Hispaniâ degentium, & omni-
 um ejusdem Regni Optimatum, Erâ
 millesimâ octogesimâ octavâ. In no-
 mine Patris, & Filii, & Spiritus S.
 Ego Ferdinandus Rex, & Sancia Re-
 gina, ad restaurationem nostræ Chri-
 stianitatis fecimus Concilium in Ca-
 stro Coyaca, in diœcesi scil. Ouetensi,
 cum Episcopis, & Abbatibus, & to-
 tius Regni nostri Optimatibus. Si-
 mile proœmium legitur in decre-
 tis Synodi Zabolchianæ, sub Ladis-
 lao Rege Hungariæ, anno 1092. ha-
 bitæ: Regnante Creatore, & Salva-
 tore Domino nostro Jesu Christo, an-
 no incarnationis ejus MXCII. 3. Ka-
 lend. Junii, in civitate Zabolchii, san-
 cta synodus habita est, presidente
 Christianissimo Hungarorum Rege
 Ladislao, cum universis Regni sui
 Pontificibus & Abbatibus, nec non
 tunctis Optimatibus, cum testimonio
 totius Cleri & populi, in quâ sanctæ
 synodo canonicè & laudabiliter
 hæc inventa sunt de-
 creta, &c.*

CAPUT XXXII.

De

Jure mittendi Legatos.

SUMMARIA.

- Jus mittendorum Legatorum ad Regalia pertinet. 2.*
Legati æquivocè quandoq; dicuntur. 2.
Jure Digestorum etiam illi dicuntur Legati, qui à subjèctâ civitate mittuntur. 3.
Pontificis Romani Legati quotuplices? 4.
Papa Legatos suos mittit sub specie Ecclesiastici regiminis universalis. 5.
Regimen istud nullibi fundatum, sed & impossibile est. 6.
Ut excipiantur in Hispaniâ & Galliâ Legati Pontificis. 7.
Civitates Hansica an Legatos mittere queant? 8.
Quid si Resp. aliqua in partes scindatur, utri earum competet jus Legationis. 9.
Legatus mittentis repræsente Majestatem. 10.
Legatus non temèrè est repellendus. 11.
Legatus an possit muneribus corrumpere ministros Principis, ad quem missus est. 12.
Legatus est inviolabilis. 13.
Quomodo se hic gerere debeat tertius, cujus fines transeunt Legati? 14.
Acerbè vindicavit Benedictus XII. Papa in ministris suis violationem securitatis, Legato debite. 15.
Legati delinquentes utrùm puniri queant? 16. 17.
Quid de Principe in alieno territorio delincente? 18. 19.
Quale sit delictum, si injuriâ afficiatur Legatus? 20.
Comites & ministri Legatorum à quo puniendî? 21. 22.

I.

Vidimus hætenus, quibus domi
 Respublica confirmetur, tum
 ut subsistat in se, tum etiam, ut
 splendorem aliquem ex se reddat.
 Proximum nunc est, ut dispiciamus,
 quæ necessaria ei sint, ut erga alias
 Respubl., sive vicinæ eæ fuerint, sive
 longiùs disitæ, pacis belliq; tempo-
 ribus statum suum tueatur, suamq;

compagem conservet. Est ubi ei in-
 sultat vicinus, & vim facere atten-
 tat; est ubi ipsa sibi non sufficit, sed
 vel auxilia aliena implorare, vel
 merces aliundè sibi advehere cogi-
 tur; est denique, ubi amicos sibi fa-
 cere, & factos comiter appellare ne-
 cesse fuerit. Hinc bellum, induciæ,
 pax, foedera, commercia, & omnia

ca,

ca, quæ ex alienâ manu dependent aut rogantur. De quibus cum in sequentibus capitibus agendum sit, non erit hic alienum, si præmittamus aliqua de Legationum Jure, quòd per Legatos plerumque illa vel conficiantur, vel expetantur.

II. Jus mittendi Legatos ad Regalia majora pertinere, aut pertinuisse olim, plurimi ambigunt, moti in primis, quòd jure civili etiam inferioribus & municipiis istud tributum inveniant, *tot. tit. ff. & Cod. de Legat.* Sed enim ex eo, quòd nomen alicui tribuitur, ad ipsam rem concludere, semper non licet. Difertè Livius jus Legationis externo, non civi comparatum esse scribit, *lib. 6. c. 17.* Possunt quidem etiam municipia mittere Legatos, sed qui tales non sunt, nec eodem jure mittuntur, quales sunt, & quo jure mittuntur à Principe. Sufficit, quòd generis quandam communionem habeant, & propter ministerii similitudinem Legatis Principum comparentur. Ita Reipublicæ nomine plerumque illa insignitur universitas, quæ summum in se, & penes se tenet Imperium; quâ ratione publica appellatio ad populum Romanum respicit, & civitates reliquæ privatorum loco habentur, *l. 16. ff. de V. S.* Et tamen municipia etiam quandoque Reipublicæ nomine veniunt, *l. 13. §. 1. ff. de publican. l. 4. ff.*

de administr. rer. ad civit. pertinent.

Quapropter nec civibus, nec subditis jus mittendi Legatos eo modo, quo Principi competit, & qui ita mittuntur, non Legati hodiè dicuntur, sed Deputati & Syndici. Anton. Perez. *Cod. de Legat. num. 18.* quem admodum & illi, qui à Principe ad subditos mittuntur, rarò hodiè Legati, ut plurimum Commissarii dicuntur. Qui verò à minoris conditionis Principe ad majorem destinantur, Agentes seu Residentes appellantur. Perez. *ibid. n. 1.*

III. Differunt etiam illi, de quibus in Digestis agitur, à Legatis, qui jure Majestatis mittuntur, multis modis. Illi enim à civitate subjecta ad sacrarium Principis mittuntur, *l. 18. §. 12. ff. de muner.* Hi à Principe aut Republica, nulli subjecta, ad alios Principes aut Respublicas, nulli subjectas. Illi jure civili reguntur, hi jure gentium, quòd inter gentes est diversas. Hug. Grot. *de jure bell. & pac. lib. 2. c. 18. num. 2.* Illi plures, quàm terni, mitti non poterant, *l. 4. §. fin. ff. de Legat.* Horum constitui potest numerus pro lubitu. Illorum ordine unusquisque munere legationis fungi cogebatur, & non aliàs compellendus erat munere legationis fungi, quàm si priores, qui in curiam lecti erant, functi essent, *d. l. 4. §. 5.* Horum nullus est ordo, & poterit Princeps, cui voluerit, istud

munus deferre. Illi vicarios dare poterant, *d.l.4. §.4. l.ii. ff. b.t.* Hi vicarios dare nullo modo possunt. Illi ut subditi agunt, & civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum exponunt, *l.ult. C. Theod. de Legat.* Hi ut pares Principum suorum causas agunt. Plures differentias jam non addo, cum ex iis, quæ adductæ sunt, ipsa satis pateat vocabuli Legationis latitudo, & quod Legati municipales Legatis Principum haudquaquam pares dici queant. Ipsum etiam Legationis, & Legatorum nomen apud Scriptores interdum quamlibet personam designat, cui obeundi muneris aliquis, foris præsertim, officium delegatur, uti post Zuingerum notat Elbertus Leoninus, *l.6. emendat. c.9. num.1. & l.7. c.8. num.1.* Vid. omnino Petrus de Marca, *de concord. sacerdot. & imp. l.5. cap.1.*

IV. Quia autem inter jura Majestatis Principum hæc potestas refertur, nec Pontifici quidem Romano, quippe quem & ipsum Majestatem potentem esse, diximus supra, ea deneganda erit. Et certè nemo Principum Legatorum suorum classes tam curiosè distingvit, quam Pontifex Romanus. Alii enim dicuntur emanare ab ipso fonte, alii non emanare, sed constitui, alii nec emanare, nec constitui, sed officium habere

dignitati connexum. Primi specialiter dicuntur Legati à latere, quod scilicet de latere Papæ, cui semper assistunt, mittantur. Atque id nomen solis competit Cardinalibus. Secundi, quia non sunt Cardinales, adeoque nec de latere Papæ, vocantur Nuncii Apostolici, quorum tamen nonnullos mittere solet Pontifex, adjecta in ejus facultatibus hæc clausula: Cum potestate Legati à latere; quæ de stylo Curie Romanæ consuevit adjici mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, seu qui ab eo mandatum vivæ vocis oraculo receperunt, uti loquitur Speculat. *tit. de Legat. §. sequitur in pr.* Tertii dicuntur Legati nati, quia cum dignitate, quam acquirunt, fiunt ipso jure Legati, qualis fuit olim Archiepiscopus Cantuariensis, *c.1. X. de offic. Legat.* item Eboracensis, *c.1. X. de appellat. Bituricensis, in Aquitaniâ superiori, & Rhemensis in Franciâ, de quibus videri potest Augustinus Barbosa, jur. Eccles. lib.1. c.5. n.2. seqq.* Fulv. Paccian. *de probat. l.2. cap.33.*

V. Possent verò tales distinctiones suorum Legatorum Pontifici Romano, quatenus in territorio certo summam tenet Majestatem, non invideri, nisi eas intuitu Ecclesie, cujus caput sese jactitat, affectaret. Dum enim Patriarcham aut

Episcopum Oecumenicum se dicit, talem se credi vult, à quo ceteri omnes ita debeant, ut quicquid habeant Episcopalis potestatis, id totum illi acceptum ferant, & teneant tantum, quantum ille concesserit, & usque dum revocaverit. Atque hinc in Legationibus sedis Apostolicæ Barbofa, *d. l. n. 15.* dicit, verti utilitatem publicam omnium Ecclesiarum, & agi de recognitione subjectionis, & de compensatione sollicitudinis, quam omnes Ecclesiæ debeant Apostolicæ sedi, ac subindè, ne Legationes impediatur, meritò ab omnibus Ecclesiis procuraciones solvi. Est enim hoc solenne Pontificibus Romanis, ut sub specie Ecclesiastici regiminis, in aliorum Principum provincias & territoria, ejusmodi suos Legatos mittant, atque per eos gubernationem Ecclesiarum, quæ ad ipsos Principes spectat, sibi vindicent, Principibus planè exclusis, & nequicquam reclamantibus. Unde etiam Legatum definiunt Canonistæ, judicem missum ab Apostolicâ sede, cui aliqva provincia, vel terra regenda committitur in spiritualibus & Ecclesiasticis. Barth. Carthagena, *exposit. tit. X. de offic. Legat. Observ. 4.*

VI. Verùm enim verò, uti Regibus & Principibus suas in Ecclesiâ

partes vindicavimus suprà, ita unio sive omnium Ecclesiarum, sive omnium & singulorum Christianorum sub unico aliquo Pastore mortali, non tantum inane est commentum, sed etiam contra institutionem Ordinis Ecclesiastici, nedum ut ad communionem internam membrorum cum capite & inter se necessaria sit, sive ex naturâ rei, sive ex lege positivâ DEI. Ad præcavendum enim schisma membrorum in toto corpore, subordinationem multorum Doctorum ad invicem, non multorum dependentiam ab uno, dicitur DEUS instituisse. Dn. D. Hülsemann. *in Breviar. cap. 17. num. 16.* Add. quæ diximus *cap. 27.* Nec verò rationi satis conveniens est, si dicas, uni homini committi debere, aut commissam esse decisionem controversiarum, quæ circa successiones Episcoporum & Præbendas, & dignitates atque officia Ecclesiastica, hinc inde in Ecclesiâ per universum Orbem exoriuntur. Præterquam enim, quòd id factum fuisse nullo idoneo testimonio adstruatur, etiam impossibile istud videtur, quin & minus utile, cum plerumque tum felicius, tum citius, tum minore tædio, & sumptu alibi, quam Romæ, finiri possint ejusmodi controversiæ. Atque id intelligentes optime

con-

constituerunt Patres Africani, ut domi & inter suos judicia Clericorum terminentur, appellatione ad transmarina planè interdicta. Vid. *Can. 125. in Cod. canon. Eccles. African. à Christophoro Justello edito.*

VII. Talis ergò, cùm & rectæ rationi & utilitati Ecclesiarum repugnet Monarchia, & in se tota tyrannica sit, atqve adversus jura Regum & Principum affectata, quid de Legationibus Pontificis, quas non ut par, sed ut superior, instruere attemptat, sentiendum sit, nemo non videt. Atqve hinc etiam apud illos Principes, qui Papam adhuc colunt, & venerantur, Legatorum papalium valdè acceditur potestas. In Hispania & Belgio, priusquam Legati seu Nuncii Apostolici recipiantur, illorum potestas seu facultas examinatur, ut moneri illi possint, quibus uti conveniat dispensationibus & commissionibus, ne quid fiat in Reipublicæ dispendium: nam cùm plerumqve Legati Apostolici sint exteri, nec satis norint, quæ sint præcavenda, facile possent falsis suggestionibus decipi, aut abuti suâ potestate. Similiter in Galliâ nulla est potestas Legato Apostolico utendi facultatibus suis, nisi ex die, quo à Rege receptus promissit, se nihil adversus Ecclesiæ Gallicanæ libertatem usurpaturum, neqve limita-

tiones, quæ in curiâ Parlamenti fieri solent, excessurum. Anton. Perez, *Cod. de Legat. num. 7.* Sic enim longo usu invaluit, ut Legatus Pontificis officium Legationis exercere nequeat, nisi facultates, ei à Pontifice concessæ, Senatoribus in Curia Parlamenti prius exhibitæ, atqve ab iis examinatæ, Arresto Curia ad modum & temperamentum redigantur; ac deinde diplomate Regio confirmetur. Conditiones præscribi solitæ referuntur à Thuanò, *lib. 3. histor.* Et hæc de Legatis Pontificis.

VIII. Civitatibus Hanseicis, sive Hanseaticis, quo jure olim competierit Jus Legationis, dubitare merito licet, cùm non ipsæ tantum inter se, sed etiam cum aliis Principibus, & Principes vicissim cum illis istud exercuisse, passim inveniamus. Vid. Matth. Stephan. *de jurisdic. l. 2. c. 3. num. 3.* Breviter dicimus, Legationis Jus, uti supra id explicatum est, iis competere non videri, tum quòd nulla eis conjunctim sumptis competit Majestas, tum quòd non nisi ob commercia suam societatem contraxerunt. Etsi enim Imperiales nonnullæ civitates, quibus Regalia denegari nequeunt, fœdere eo contineantur, simul tamen continentur eo civitates aliæ municipales, aliorum Imperio subjectæ,

quæ neque Regalia habent, nec quicquam de Majestate participant. Commercia autem, propter quorum utilitatem primùm ejusmodi fœdus coaluit, faciunt, ut pro simplici, & tantùm non privato fœdere, per quod scil. privatorum potius, quàm communis aliqua utilitas quaesita fuit, haberi queat. Rutger. Ruland. *de Commissar. p. 2. l. 5. c. 4. num. 58.* Sanè approbatum id à quàmplurimis Principibus, Dominisve, patet exindè, quòd Urbes suas, dum omni commerciorum genere florentissimas esse cuperent, nomen ei dare permiserint. Ex quo tamen Majestatis aliquam stricturam ei communicatam fuisse, dicere non ausim. Et imò in vitio habetur seculi, quòd ingens adèd societas colerit nullà autoritate publicà, factumq; id creditur eo tempore, quo perturbatissima Imperii ratio, & attrita maximè fuit dignitas Imperatorum. Vid. Dn. Conring. *disp. de Urbib. German. num. 98. seqq.* Limn. *de jur. publ. l. 7. c. 1. num. 59. seqq.*

IX. Contingere autem solet haud rarò, ut in partes æquales scindatur civitas, quarum utraqve summum affectat Imperium, ut dijudicari vix possit, utri istud comperat, & quæ superior haberi debeat. Hic verò, quoad in ambiguo res hæret,

utramque earum, dum *τὸ κοινόν* affectat, etiam Legationis jus affectare, nullus dubito. Et si ad externos Principes ab alterutrâ earum, aut etiam utrâque seorsim destinati aliqui fuerint, qui de rebus agant publicis, illos Legatorum nomine honorari debere arbitror, cum præsertim fieri possit, ut nunquam deinceps in unum populum redeant, & coalescant, sed pro unâ gente duæ posthac semper maneant, quarum unaquæq; absoluto Imperio, & regimine Majestatico polleat. Quod si verò ad invicem inter se communicare per internuncios partes ita divisæ velint, cum neutra induci facilè possit, ut alterius Majestatem agnoscat aut observet, difficile etiam erit præscribere alteri, ut Legationum jura mittentibus tribuat. Et tamen, quia, uti modò dixi, fieri potest, ut nunquam restitatur regimen pristinum, saltem propter istum incertum eventum, & quia periculum est, ne idem in suos statuatur, quod ipsi adversus alios decernunt, utilis videbitur, Legatorum honore eos dignari, & eorum postulata audire, quàm superbâ aliquâ responsione dimittere. Idem dicendum erit, quando, cum jure admodum controverso, de regni successione duo decertant. Vid. Hug. Grot. *de jur. B. & P. l. 2. c. 18. n. 2.*

X. Cæterum, qui Legati munus obit, mittentis ille Majestatem, quanta in comparatione ad alterius Majestatem intelligi potest, repræsentat. Dixi supra duplici modo considerari posse Majestatem Imperantis, vel in respectu ad subditos, vel in respectu ad parem, simili Majestate instructum, & hinc diversimodè etiam se habere Regalia. Qui igitur Legati suscipit munus, Majestatem gerit communicatam, non simpliciter quidem & plenè, cum ad subditos mittentis ea minimè se diffundat, sed secundùm eum modum, quo Majestas Principis se habet ad aliam Majestatem æqualem. Consequitur hinc, eodem prorsus loco habendum esse Legatum in territorio ejus, ad quem mittitur, quo haberetur, si ipse veniret, mittens. Quemadmodùm igitur Majestati ægrè faceret, qui adventantem Principem peregrinum repelleret, aut ipsius personam, Comitatum & vasa violaret: ita non minus faceret contra Majestatem, qui Legatum Principis externi repelleret aut violaret. Et profectò, qui ita alterius Majestatem contemnit, nec suam quidem satis observare videtur. Cum enim ipse quoque apud externos videri & observari velit, conveniens est, ut alterius quoque Majestatem comiter habeat, ne, quod i-

psè in aliis statuit, idem quoque in suis ut statuatur, velle censeatur, cum difficile sit, absque mutuâ Regnorum inter se reverentiâ, Rempublicam factam tectam conservare, & ab insultibus externis custodire. Vid. Alberic. Gentil. *de Legat. l. 2. c. 6.*

XI. Non igitur temerè rejiciendus est Legatus, sed admitti utique is debet, nisi causa aliqua justa subsit, quæ in diversam sententiam moveat. Causas istas deducit Hugo Grotius ex eo, qui mittit, ex eo, qui mittitur, ex eo, ob quod mittitur, *lib. 2. de jur. bell. & pac. t. 18. n. 3. & Anton. Perez. Cod. de Legat. num. 9.* Quod mittentem attinet, non satis justa videtur esse causa, quod hostis ille sit, & jam armatus, bellum vel inferens jam, vel propediem illaturus. Nec enim magis necessarium videtur Legatorum commercium, quàm inter belligerantes; cum non aliter impetrari possint induciæ, nec aliter iniri concordia: incidunt sæpè & alia in bello negocia, quæ, nisi per Legatos, hinc inde missos, transigi non possunt. Hugo Grot. *d. l. n. 6.* Justa igitur rejectionis causa erit, si quis invasor fuerit alieni Imperii, & cum legitimo Domino de rerum summâ adhuc disceptet; aut si illi, qui mittit, alterius, ad quem mittit, Legatos antehac rejecit ipse, aut si

callidâ Legationis simulatione sapè antehac decepit admittentem, & similis deceptionis metuatur artificium. Ex parte ejus, qui mittitur, non videtur sufficere, si arguatur vitia personæ, cum autoritate publicâ, & Majestaticâ suffultus omnis veniat Legatus, nec propterea ex privatis qualitatibus æstimari debeat. Nec etiam justa erit causa vel rejiciendi, vel etiam detinendi, si ab hoste venerit Legatus, qui eorum, ad quem mittitur, quondam fuit subditus. Vid. Dn. Strauch, *exercitat. exoter. 7. n. 5.* Justa autem erit causa, si infesta nimis aut odiosa fuerit venientis persona, si crimine in admittentis territorio commisso notata, si perfida in Principem fuerit, ad quem mittitur, aut si contumeliis eum antehac prosciderit, & quæ evenire possunt alia. Ratione negotii, ob quod mittitur Legatus, rejici poterit, si notorium fuerit, non id agi, quod aperte profitetur Legatus, sed id potius, ut in seditiones atque defectiones concitet multitudinem; it: si explorandi tantum animo venerit, aut ut vanâ spe pacis ineundæ factâ securum reddat Principem, & ejusmodi alia. In quibus tamen omnibus admodum providum esse jubeo Principem, ne temerè quicquam in tali negotio statuat, cum impossibile sit, istam pru-

dentia civilis partem præceptis, aut legibus præscriptis ita includere, ut non aliqua subindè occurrant, quæ pro re natâ diversam planè sententiam exigant.

XII. Illud autem probare neutiquam possum, quod confidenter asserit Antonius Perez. *Cod. de Legat. n. 9.* posse Legatos, salvo jure divino aut gentium, muneribus ac largitionibus tentare Ministrorum ejus Principis, ad quem mittuntur, fidem, et si jurata ea sit, & expiscari, quid adversus suum Principem iniquè machinentur alii. Enimverò, quòd curiosi sint Legati in territorio alieno, ut explorent, quid Principi suo ex istis provinciis expectandum sit, non improbo, cum id fidum Ministrum maximè deceat; sed quòd id liceat eo modo, ut muneribus sollicitetur fides aliena, difficile erit defendere. Imò verò tum quoque violari jus gentium putat Tiberius Decianus, quando ii, ad quos mittuntur Legati, procurant, ut vino nimio inebriantur Legati, & ab eis ebriis arcana discantur, *tract. crim. lib. 7. c. 5. num. 11. in fin.* Quanto minus igitur probandum id erit, sicubi datis muneribus vel Legati vel eorum, ad quos mittuntur, Ministri corrumpantur. Ultimum Decalogi præceptum disertè prohibet concupiscere servum aut mini-

ministrum alterius; quæ concupiscentia non eo solum absolvitur actu, quo totum nostrum facere discupimus servum alienum, sed imò tum etiam concupiscimus, quando muneribus corrumpimus servum alienum, ut ille à Domino suo alienior factus animum suum nobis addicat, & Dominum prodat, ut maximè ejus ministerio corporali non avellatur. Haftenus igitur id repugnat juri divino. Idem etiam de gentium jure dico, quod nunquam ab jure divino aut naturali discedit, & ipsum quoque ex se omnem perfidiam damnat. Dabant Romani de servo corrupto actionem adversus eum, qui servum alienum sollicitasset ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè, *l. 1. §. 3. ff. de serv. corrump.* quique ei svalisset verbis sive precio, ut rationes dominicas intercideret; adulteraret, vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret, *d. l. 1. §. f. eod.* Id autem nequaquam meri est juris positivi, sed fundamentum suum in ratione naturali habet, quæ abstinendum ab eo, quod ad alterum pertinet, dictitat. Et hinc rectè colligit Ulpianus, magis eum delinquere, qui non servum, sed liberum putans, corrumperet, *l. 5. §. 1. ff. eod.* Fecitque eadem ratio, ut edictum Prætoris etiam ad filios filiasve familias

corruptos extenderetur, quoniam sc. interest nostrà, animum liberorum nostrorum non corrumpi, *l. 14. §. 1. ff. de serv. corrump.* Esti autem istiusmodi actio, qualiter eam jus civile informavit, adversus Legatum Principis locum non inveniatur, excusatus tamen propterea ille, si cubi Ministrum alterius corruperit, dici nequit. Manet enim adhuc, delinquere corruptorem, *l. 1. §. 3. l. 5. §. 1. ff. de serv. corr.* & dolo facere eum, qui servum deteriore fecerit, *l. 1. pr. l. 3. ff. eod.* Delinquere autem non adversus jus civile tantum, sed etiam adversus jus naturale aut gentium, cum etiam hoc jure dolus omnis redarguatur, tantum abest, ut, salvo jure divino aut gentium, Ministrum Principis extranei corrumpi posse statui queat.

XIII. Ex eo, quod Legatum Principis sui personam repræsentare dixi, fluit etiam alterum ejus idioma, quod sit inviolabilis, adeò ut offendere, occidere, contumelià aut damno afficere eum non magis liceat, quam ipsum Principem. Ita etiam, si hostis sit Princeps extraneus, qui Legatos mittit, non tamen magis lædendi fuerint ejus Legati, quam Princeps ipse, si amicè collocuturus in hosticum veniret. Eo ipso enim, dum amicum colloquium expetit, exuisse personam hostis videtur, aut

sepo.

seposuisse saltem tantisper, donec ad suos redierit. Hoc tamen caveat hostis collocuturus, ut Principis alterius congressum prius expetat, & colloquium, quod intendit, denunciet, quam se in hosticum contulerit. Hostem enim quia interficere licet, arg. l. 3. in f. ff. ad L. Cornel. de sicar. vix tutus erit ille, aut vitæ suæ satis securus, nisi, quo animo veniat, antea declaraverit. Nec sufficiet, si tum demum, cum in hostium jam est potestate, intentionem suam exponere velit, quod simulatò id agi videatur plerumque, & in eum tantum finem, ut vel captivitatem evitet, vel dolo circumveniat adversarium. At talis denunciatio necessaria non est, ubi Legatos mittere decrevit, quippe quos ipsum Legati officium, dum tamen de eo constet, inviolabiles ex communi gentium consensu reddit, non obstante, quòd ab hostibus veniant. Si quis Legatum hostium pulsasset, inquit Pomponius Jctus, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur Legati: & id id, si, cum Legati apud nos essent gentis alicujus, bellum cum iis indictum sit; responsum est, liberos eos manere, id enim juri gentium conveniens esse, l. 17. ff. de Legat. Singulare hic statuit Pomponio in Legatis, quos non fieri servos scribit, sicubi, bello subi-

tò exorto, apud hostes repente factos deprehendantur, cum tamen alii, qui pervenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum servi efficiantur, l. 12. pr. ff. de captiv. & postl.

XIV. Securitas autem hæc, & integritas Legatorum inter eos inprimis observari debet, qui commercio isto Legationis continentur, ut est ille, ad quem Legatio decernitur. De tertio, cujus vel fines transeunt Legati, vel in eum aliàs incidunt, nunc videamus. Et quidem si certum est, ire eos ad hostes tertii, aut ab hostibus ejus venire, aut alioquin hostilia moliri, non intercipi tantum, sed etiam interfici eos posse, plurimi contendunt. Hugo Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 18. n. 5. Sed id non omni prorsus caret dubio. Quid enim, si ad hostes quidem eant tertii, sed ut ad concordiam eos, & pacem ineundam disponant? quid si ab hostibus quidem veniant, sed ut intercessores quarant & mediatores, qui tertium sibi reconcilient? utrobiq; hæc cessat præsumtio, quæ violationem aliàs svadere possit, nempe in tuum damnum vel injuriam Legationem susceptam esse. Quocirca si amicus aut foederatus tuus ad hostem tuum mittat, Legationis jus nequaquam violandum esse arbitror, cum multis aliis de causis,

causis, & vel in rem tuam Legatio suscepta esse possit. Sed è contrario, si hostis tui Legatus ad amicum, aut confœderatum, missus fuerit, cum id in mandatis habere possit, ut amicum sollicitet, & in te concitet, facilius admiserim securitatis violationem. Omnino autem ut hostes persequendos statuo eos, de quibus manifestum est, quod adversus tertium istum Legationem gerant, vel ut auxilia ab aliis petant adversus tertium, vel ut eos in simile bellum concitent.

XV. Acerbè sæviit in Ministros suos Benedictus XII. Pontifex Max. postquam illi, ut Eduardi Regis Angliæ Legati, Avenioni subsistentes, in vincula conjicerentur, & captivi in Franciæ Regnum ducerentur, opem auxiliumque præstiterant, ut sanè dubitem, num ista tanta crudelitas tam sanctum Patrem deceat. Eam describit, in ipsius vitâ autor, quem anno 1632. edidit Franciscus Bosquetus, his verbis: *Ad dictum, Papam præfatus Odoardus, Rex Angliæ, ortâ jam guerrâ inter ipsum, & Philippum Regem Francia memoratum, misit certos Nuncios, qui Avenioni existentes de nocte clam & occultè fuerunt capti, per certos Officiarios dicti Regis Francia, & ultra Rhodanum ad partes Regni Francia captivi adducti, scientibus, consentientibus,*

imò etiam faventibus aliquibus Officialibus Papa, & specialiter Marefcallo suo. Quod cum ad noticiam ipsius pervenisset, sibi summè displicuit, reputans, se ex eo offensum, cum Curia Romana debeat esse omnibus communis & secura, & ob hoc pro honore sui juris dictæ Romanæ Ecclesiæ conservatione statim fulminavit sententias, suosq; fecit processus contra captivatores & detentores dictorum, Nunciorum, supposuit Ecclesiastico inter dicto omnia loca, in quibus essent, aut ad quæ eos contingeret declinare, sicq; viriliter in hoc processit, quòd intra paucos dies Nuncii prædicti deliberati fuerunt, & Avenionem reducti. Ipse etiam volens de suis, qui in hoc delinquentes extiterant, justitiam facere, omnes illos, qui de eo fuerunt culpabiles inventi, duris carceribus fecit mancipari, statui seu conditioni nullius deferendo, quorum aliqui demum fuerunt ante valvas hospitii, à quo dicti Nuncij fuerant extracti, suspensi, alij verò alibi, seu aliàs trucidati, & idem, ut dicitur, fieri mandaverat de dicto suo Marefcallo, sed in carcere detentus præ nimio dolore præmortuus est, se ipsum interimendo, fuitque palàm, publicè lata sententia contra ipsum, jam mortuum, tanquam culpabilem, decretumque ordinatum, ut cadaver suum Ecclesiasticâ sepulturâ ca-

U u

reret.

reret, fuitque adpositum in campis, in loco, ubi apponuntur malefici, inclusum in unâ thecâ ligneâ, inter duas tignis appensâ, ad terrorem aliorum.

XVI. Disceptari hinc consuevit porro, numquid securitate suâ excidat Legatus, sicubi in territorio admittentis crimen aliquo perpetraverit, quod in subdito publicam meretur vindictam. Et quidem variè eam rem definitam esse notat Grotius, *d. l. num. 4.* Qui tamdiu Legatos incolumes esse oportere contendunt, quamdiu ipsi Legationis suæ officium servaverint, nimii mihi videntur, & Majestatem, quæ in personis Legatorum effulget, nõ satis attentè considerare. Sed nec illud placet, Legatum non ab injustâ tantum, sed justâ etiam vi tutum esse debere, cujus quidem effati rationem hanc reddunt, quod alias nihil in eo magni esset, nihil præcipui, cum tamen inter privilegia referenda sit eorum securitas. At enim, ut maximè concedamus, privilegiis accenseri debere Legatorum hanc sanctitatem, quanquam eâ de re dubitari ideò posset, quod à Majestate profiscatur communicatâ, non ex privilegio, si quid eximii Legatis competit; videtur tamen adhuc privilegium istud præcipuum aliquid continere in eo,

quod hostium Legati inviolabiles sint, qui sc. occidi aliàs impune possent, nisi Legati essent. Et ergò privilegium istud maximè se exferit in Legatis hostium, quos in primis muniri tali sanctitate oportuit, quod aliàs nemo esset, qui propter periculum munus istud in se susciperet. Imò verò, si dicendum, quod res est, non aliâ de causâ mihi videtur istud ita inter gentes constitutum esse, nisi ut necessarium inter ipsos hostes sustentaretur commercium. Quod enim amicorum aut confœderatorum Legati violari non debeant, ex alio principio manat, & præter Majestatem, quam in Legatis reverenter habere decet, etiam amicitiam, societatem, aut aliam conjunctionem ponit, quam iniquum planè esset injuriis, aut violentiæ exponere.

XVII. Ut verò tandem explicemus nostram sententiam, puto distinguendum esse inter delicta levia & atrocia: Si leve fuerit à Legato delictum commissum, dissimulandum id erit, aut è finibus jubendus ille excedere. Quod ultimum tum demum locum habere videtur, quando per delicti ejusmodi perpetrationem persona Legati vilescit, ut turpe sibi putet Princeps cum ejusmodi homine aliquod habere commercium, quanquam, si habeat, nullam

nullam sibi contrahat inde turpitudinem. Si atrox fuerit delictum, interesse videtur, utrum id directò lædat statum Reip. aut dignitatem Imperantis, an verò principaliter in privatorum vergat injurias & damnum. Posteriore casu remittendus erit Legatus ad eum qui misit, cum elogio & postulato, ut eum puniat, aut dedat, atq; hoc ipso Legati personam exuat. Priore casu, quando hostili conatu Legatus in statum civilem fertur, in caput Regis, apud quem degit, conspirat, populum concitat, & sic pessima adversus Principem & Remp. molitur, dubium mihi nullum est, puniri eum posse, & occidi etiam pro ratione delicti commissi ab ipso illo Principe, ad quem missus est. Sed hic tamen præsupponimus, crimen istud, cujus arguitur Legatus, tam esse manifestum, ut vel negare id nequeat, vel apertis convinci possit testimoniis. Suspiciones enim vix sufficientes erunt, ut hinc in virum Majestatem insignem animadverti queat.

XVIII. Sed hic nobis obstare videtur illud, quod supra diximus, Legatum Principis sui personam sustinere, & Majestatem quandam communicatam habere, atq; idcirco non minorem ei honorem habendum esse, quam ipsi Principi. At

Principem nemini subjeci, nec propter summum imperium, quòd tenet, condemnari ab ullo posse; pari in parem nullum esse imperium, nullum judicium: nec subjeci Principem Domino territorii, ut maximè in ejus territorio inveniatur: nec proinde etiam subjeci ejus Legatos. *Omninò ita censeo*, inquit H. Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. c. 18. n. 4. *placuisse gentibus, ut communis mos, qui quemvis, in alieno territorio existentem, ejus loci territorio subjecit, exceptionem pateretur in Legatis, ut qui, sicut fictione quòdam habentur pro personis mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium.* Et ex hinc vitio vertitur ab nonnullis Elisabethæ, Angliæ Reginae, quòd Mariam, Scoticam mortis supplicio subjecerit, quippè in quam nullum planè illi jus fuerit; quòd pertinet Epitaphium istud, quod Cambdenus, *part. 3. hist. Elisabeth. in anno 1587.* à non nemine confectum memorat, his verbis:

Maria, Scotorum Regina, Regis filia, Regis Gallorum vidua, Regina Angliæ agnata, & hæres prima, virtutibus regis, & animo regio ornata, jure regio frustra à sæpius implorato, barbarà ac tyrannicà crudelitate ornamentum nostri sæculi, & verè regium lumen extinguitur; Eodemque ne-

fario iudicio & Maria, scotorum Regina, morte naturali, & omnes superstites Reges plebeji facti civili morte mulctantur. Novum & inauditum tumuli genus, in quo cum vivis mortui includuntur. Cum sacris enim divæ Mariæ cineribus omnium Regum, atq; Principum violatam, ac prostratam Majestatem hic jacere scito, & quia tacitum regale satis superq; Reges sui officii monet, plura non addo viator.

XIX. Sed enim non refragamur quidem, Principem, in alterius territorio consistentem, suam adhuc retinere Majestatem, nec propter discessum ex provincia suâ alterius fieri subditum. At quando Princeps ille hostem se præbet in alterius territorio, hostilia molitur, & populum in conspirationes & seditiones concitat, confidenter assero, occidi eum posse, si non ut subditum, saltem ut hostem. Maria Scotica, foemina prociæ & turbulenta, cum in Angliâ multa machinaretur in caput Elisabethæ, & statû publicum vehementer affligeret, si vera sunt, quæ refert Metteranus, *hist. lib. 13.* id tandem promeruit, ut pro hoste haberetur, & mortis supplicio plecteretur; quænam sint, qui supplicii genus detestentur, & in eo peccasse Elisabetham contendant, quod carnificis manu id irrogaverit, apud Th. Lanf. *orat. contra Britann. p. m. 688.*

Quemadmodum igitur hostem publicum aut occidere, aut capere, & victoris arbitrio subicere licet, ita & Principem, peregrè adventantem, & hostilia apud hospitem suum molientem, ita & Legatos Principis extranei similia perpetrantes. Quo ipso cadit fictio Grotii, quâ Legatum extra territorium comminiscitur. Imò verò, quia jure belli captivi omnes ita subjiuntur victori, ut iudicia eorum nequaquam declinare possint, sive in civilibus, sive in criminalibus, non alia erit fortuna Regum & Principum captivorum, qui ipse qui per captivitatem Majestate omni exuuntur, ut pro arbitrio victoris iudicium ejus subire teneantur.

XX. Quamdiu igitur Legatus salutem publicam non labefactat, nunquam sine præsentissimo metu securæ vindictæ contemni ac violari poterit. Quod si autem injuriâ afficiatur, quæritur, quo delicti nomine id judicandum veniat. Aliqui inter Doctores eum, qui Legatos offendit, sacrilegium committere statuunt, quos refert Tiberius Decianus, *tract. criminal. l. 7. c. 5. n. 11.* moti ex eo, quod sancti dicantur Legati, *l. 17. ff. de Legation.* Verum id parum facit, quandoquidem crimen sacrilegii multa alia habet requisita, quæ hic nullum inveniunt locum. Vid. Anton. Matthæus, *de criminib. sub tit. de sacrileg. num. 1.* Quare

autem sancti dicantur Legati, optime explicatur in *l. 8. ff. de divis. rer. ibi*: Sanctum est, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est, sanctum autem dictum est à sagminibus. Sunt autem sagmina quaedam herbae, quas Legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, sicuti Legati Gracorum ferunt ea, quae vocantur cerycia. Alii ergo, teneri offendentem Lege Julia de vi publicâ, scribunt, pro quibus facit *l. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Sed quia sæpè unum delictum in plura incidit judicia publica, dubitari coepit, num & Majestatis crimen committat ille, qui Legatos violaverit? Et quidem distingunt aliqui, utrum læsio illata fuerit à subdito mittentis, an verò à subdito ejus, ad quem mittitur Legatus; & ab illo quidem Majestatis crimen committi, concedunt; ab hoc verò committi aut committi posse, negant. Fundamentum suæ sententiæ ponunt in eo, quòd crimen Majestatis non committatur, nisi à subdito. Vid., quæ dixi *cap. 2.* Tiberius Decianus tamen, *d. l. num. 12.* de utroque asserit, & à subdito, & à non subdito committi hinc crimen læsæ Majestatis, cujus ego sententiam, si rectè intelligatur, non improbo. Quia enim crimen Majestatis illud est, quod adversus securitatem Rei-

publicæ committitur, *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majestat.* & in hoc securitas Reipublicæ multum periclitatur, sicubi Legati extranei Principis violentur, propter vindictam scilicet, quæ ut plurimum suscipitur, videtur sanè ille, qui Legatos offendit, securitatem Reipublicæ vehementer læcessere. In eodem textu dicitur etiam is Majestatis crimen committere, cujus operâ dolo malo consilium initum erit, quo obsides injussu Principis interciderent. Atque id argumentum probat, non minus eum, qui Legatos offendit, quàm qui obsides liberat, crimine hoc inodari. Tamen enim Legati, quàm obsides publico nomine veniunt; tam illi, quàm isti inter duas Respublicas agunt, & ab utrisque securitas Rerumpublicarum profiscitur. Quocirca non malè statuit Decianus, etiam eum crimen læsæ Majestatis committere, qui alterius Principis Legatos lædit; verum istud ille tamen committit non in istum Principem, cujus sunt Legati; sed in proprium Principem, cui ipse subiectus est, cujus adeò securitatem violat. Confer Dominic. Arum. *de jur. publ. discurs. 12.*

XXI. Quod de Legato dixi, in violabilem eum esse, idem dico de ejus comitibus, ministris, & famulis; adversus quos tamen si quis deli-

qverit, Majestatis crimen protinùs committi non dixerim, quòd si verò in contemptum Legati tale quid factum fuerit, & ut Legatus per obliquum contumeliâ afficiatur, ipsa Reipublicæ securitas simul concuti & labefactari videtur, quòd facile non passurus sit Princeps, Legatum suum injuriis exponi. Ceterum, si quis inter comites & ministros Legati delictum commiserit, disquiritur, ad Principem territorii, in quo Legatus degit, an ad ipsum Legatum publica spectet vindicta? Qui Principi territorii vindictam tribuunt, eo in primis nituntur fundamento, quòd ille solus in territorio suo jurisdictionem, merum & mixtum Imperium largiatur, & quòd idcirco territorium violare, extraneus videatur, qui in eo jurisdictionem affectare velit. Knichen, *de sublim. & reg. territor. jur. c. 4. num. 1.* cum & aliàs in loco delicti forum quis sortiatur, per ea, quæ colligunt Dd. ad *l. 1. C. ubi de criminib.* E contrario, qui Legato eam potestatem tribuunt, id maximè urgent, quòd Legatus Principem referat, qui nunquam sine imperio sit. Habere ergò dicunt ipsum etiam Legatum potestatem puniendi domesticos suos, nec necesse proinde esse, ut vel domum reuertat, vel

peregrino judicio condemnare faciat eosdem.

XXII. Priorem sententiam duas ob causas probare nequeo. Primo, quòd præsupponat, non consistere posse jurisdictionem sine territorio, cum tamen territorium nihil faciat ad essentiam jurisdictionis. Optimè in hanc rem Hugo Grotius, *lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 3. num. 4.* Imperium duas solet habere materias, sibi subjacentes, primariam, personas, quæ materia sola interdum sufficit, ut in exercitu Virorum, mulierum, puerorum, quæ erente novæ sedes; & secundariam, locum, qui territorium dicitur. Si quis igitur Dux exercitus delinquentes in alterius territorio coërceat, & ultimo supplicio in eos animadvertat, militaris illa jurisdictio Domino territorii ordinario non prejudicat. Knichen, *d. l. n. 8.* Ita igitur etiam Legato, dum tamen aliàs potestatem puniendi habeat, exercitium ejus potestatis frustra denegatur ex eo, quòd in alieno territorio consistat; nisi ipse fortè prohibuerit ejus territorii Dominus. Eo enim invito, tale quid peragi posse nolim asserere. Deinde sententia prior idè mihi non satis commoda videtur, quia indistinctè asserit, posse Principem unumquemque in territorio suo quomodo-

modocunqve delinquentem punire; cum tamen ista regula facile exceptionem patiat in Legatis. Enimvero, quia Legatus Principis sui personam refert, uti sapè dixi, & par in parem non habet imperium, Legatus etiam idè alterius Principis territorium non ingreditur, ut vel se, vel suos, illi Principi subiciat, non magis poterit Princeps territorii in Legati comites animadvertere, quàm posset in ipsius Principis mittentis comites, si præsens adesset.

XXIII. Nec etiam posterior sententia satis firma est. Refert quidem Legatus, & repræsentat Principem suum, sed non in omnibus. Suprà enim dixi, Majestatis quandam stricturam Legato communicatam es-

se, non tamen aliam, quàm quæ directa est ad Principem extraneum, quantam scilicet Princeps ipse, in comparatione ad Principem alium, sibi parem ostentare potest. At ipsam totam Majestatem unà cum imperio in subditos communicatam esse, inde non sequitur. Sic igitur censeo, posse Principem Legato, præsertim longius iter confecturo, & ad remotas regiones missò, etiam imperium in comites, & pedisequos suos, concedere. Id si factum, posse Legatum ubivis locorum, nisi à Domino territorii prohibeatur, iudicium exercere; si non factum, Legatum ex nudà collatione Legationis imperium tale non consequi, sed tùm delinquentes domum remittere teneri.

CAPUT XXXIII.

De Jure Belli.

SUMMARIA.

- Legationum diversi sunt fines. 1.*
- Bella quomodo jure gentium introducta? 2.*
- Bellorum origo num ex dominiorum distinctione? 3.*
- Communio bonorum primæva ex communi Doctorum sententiâ. 4.*
- Repugnat Scriptura Sacra. 5.*
- Atqui tamen, non obstante dominio, communionem adhuc adstruunt. 6.*
- Adamus utrùm cum dominio etiam possessionem simul acceperit. 7.*
- Proprietas rerum fuit ante usum communem. 8.*
- Mortuo Adamo, liberi ejus in dominium succedebant. 9.*
- Nec placuit illis & posteris reliquiæ communio. 10.*
- Uti nec Noachæ. 11.*

- Falsum igitur est, communionem primaviam omnem exclusisse proprietatem.* 12.
Bella ex jure gentium suam non habuerunt originem. 13.
Bellum hodiè id tantum dicitur, quod inter diversas gentes geritur. 14.
Bellum tale utrum resolvere liceat in singulare duorum aut plurium certamen. 15.
Duellum utrum licitum sit? 16.
Excusari nullo modo potest, & quamplurima comprehendit delicta. 17.
Moralistarum impia de duellis sententia. 18.
Jussus & consensus Principis duellum non facit licitum. 19.
Purgatio vulgaris, jure Canonico improbata, continebat etiam monomachiam. 20.
Duella aliquando neq; in judiciis Ecclesiasticis improbata fuerunt. 20.
Imò etiam ab Ecclesiasticis Viris suscepta fuerunt. 21. 22.
Monomachia non est modus componendi controversias. 23.
Monomachia bellica non omninò improbanda. 24.
Bellum publicum quid? 25.
Bellum civile an pro publico habendum? 26.
In eo non habent locum jura Belli. 27.
Belligerendi potestas Magistratui non competit. 28.
Atq; illa originem suam non debet juri civili, uti putat Grotius. 29.
Subditi, ne quidem si Magistratùs sint, potestatem habent Bellum gerendi adversus Principem suum. 30.
Nisi limitata sit Principis potestas. 31.
Defensio, à Magistratu & subditis adversus hostem suscepta, licita est & laudanda. 32.
Privatis jus belligerendi non competit. 33.
Tentanda prius omnia, quàm Bellum decernatur. 33.
Quod & Batavi anno M DC LXXIV. Specis consuluerunt. 34.
Dubius enim est Belli eventus. 35.
Privata olim Bella in Romano Imperio admodum erant frequentia. 36.
Prodiit tandem Constitutio de pace publicâ, quæ privata illa Bella efficaciter coercuit. 37.
Secundùm eam sententia Wittebergensium. 38.
Cognitio de pace publicâ violatâ an præter Imperatorem & Cameram aliis etiam Principibus Imperii competat? 39.
Sententia Wittebergensium. ibid.
De pænâ violata pacis publicæ. 40.
Sententia Wittebergensium. 41.
Pontifici Romano & Prælati an competat Jus Belli? 42.
Clerico quatenus armis uti permissum sit? 43.
Inde non malè colligitur, quid Papa liceat. 44.
Potestas Papa spiritualis & temporalis nullo fundamento vititur. 45.

- Clericis Imperia politica parùm conveniunt.* 46.
Mulcò minùs Jus Belli. 47.
Bellum non suscipiendum sine causâ. 48.
Inter causas ut plurimum prætenditur Religio. 49.
Causa Bellum defensivum justum facere potest, quæ offensivum facit injustum. 50.
Publicum Bellum tractum aliquem habet, & continuari potest, & in hoc differt à Bello privato. 50.
Causa Belli, quod Hispani intulerunt Americanis, investigantur ex sententiâ Francisci à Victoriâ. 51.
Papam non esse dominum temporalem totius Orbis, nec ex ejus potestate justum reddi Bellum, Americanis illatum. 52.
Propositiones alia, à Victoriâ prolata. 53.
Prohiberi quò potest provinciâ, ne ingrediatur. 54.
Commercia num prohiberi possint? 54.
Propagatio Religionis an sit justus titulus, ut quòs invadere possit alterius provinciâ. n. 55.
An propter Religionem assistere liceat alterius provinciâ subditis? 56.
Princeps infidelis an possit exui Imperio propter subditos fideles? 57.
Infideles propter delicta contra legem naturæ an possint Bello infestari? 58.
Barbari, à Principibus suis deficientes, utrùm recipi debeant, & bello defendi? 59.
Quatenus Barbaris, inter se Bella gerentibus, assistere liceat. 60.
Bellum, Americanis illatum, admodùm fuit cruentum. 61.
Utrùm propter negatum exercitui transitum justum inferatur Bellum? 62.
Principi causa Belli debet evidens esse. 63.
Bellum ex utraq; parte justum videri potest. 64.
Justum aliquando Bellum degenerare potest in injustum. 65.
Subdito non licet cum Principe Bellum, notoriè injustum, inire. 66.
Quid, si dubium sit, causa justa sit, nec ne? 67.
Digitos sibi amputabant olim nonnulli, ut inhabiles essent ad Bellum. 68.
Christiano utrùm liceat Bella gerere? 69.
Intellectus Canonis XII. Nican. 69.
Salmasii de eo sententia. 70.
Milites hodierni quales? 71.
Aureliani Imp. Leges militares. 71.
Quousq; Bellum liceat continuare? 72.
Acquisitio bellica ut se habeat in rebus soli. 73.
Res mobiles quatenus acquiruntur Bello. 74.
Sententia Donelli. 75.
Distinctio Grotii. 76.

Bello, semel indicto, singulis adversus singulos pugnare licet. 77.

• *Explicatio §. 17. Inst. de R. D. 78.*

Res, ab hostibus capta, quando acquisita dicitur? 79.

Navis capta quando acquisita verè sit? 80.

Agri quando belli acquisiti sunt? 81.

Occupatio bellica plenum tribuit dominium. 82.

Agrum qui postliminio recipit, utrum repetere possit, interim à possessore perceptos? 83.

I.

Quæ de Legatis diximus hætenus, pleraque omnia ad jus mittendi pertinent, postquam de eo solo agere nobis constitutum fuit. Ex finibus autem, propter quos Legationes decernuntur, exserunt sese nonnulli, qui singularia Majestatis jura constituunt, quique propterea incensum exercitationum nostrarum veniunt. Non enim una est Legationum conditio. Aliquæ suscipiuntur ex officio, aliquæ propter negotium, aliquæ honoris gratiâ. Legatio propter officium est, ad quam quis obligatur, ut est Legatio Hispaniarum Regis ad Pontificem recens creatum, ratione regnorum Siciliae & Neapolis. Legatio propter negotium est, quæ ad matrimonium contrahendum, vel auxilium petendum, foedus ineundum, & ejusmodi alia suscipitur. Honoris causâ Legatio decernitur ad gratulandum, vel condolendum. Anton. Perez. *Cod. de Legat. n. 2.* Ubi obiter moneo, Legationem ex officio plerumque deberi propter vasallagium, nec

proinde verâ Legationis nomine venire, quod scilicet non ut à Principe, sed ut à Vasallo mittatur. Legatio autem propter negotium plura complectitur, quemadmodum ipsa quoque negotia varia sunt. Præcipua sunt illa, quæ non nisi Principi conveniunt, ut bellum indicere, inducias facere, foedus inire, pacem condere. Et hinc igitur totidem jura Majestatis se exhibent, quæ consideranda nunc sunt paulò plenius.

II. Bella jure gentium introducta esse dicit Hermogenianus Jurisconsultus, in *l. s. ff. de just. & jur. de* cujus mente tamen adhuc multum disceptant Interpretes. Communiter præsupponunt, etiam dominiorum distinctionem jure gentium, introductam esse, cum eodem Hermogeniano, *d. l.* post eam distinctionem malitiam hominum, & habendi libidinem magis magisque excrevisse, insecuta deinceps fuisse bella, atque sic bellorum jura introducta, eadem scilicet necessitate, quâ primum dominia fuerint distincta. Dicunt

cunt igitur, bella inventa esse non dispositivè, sed causativè & casualiter, quia jus gentium non statuit bella, sed ex quo distincta fuerint dominia rerum, insurrexisse etiam bella, uti post Portium loquitur Ferrandus Vasquius, *l. 1. contr. c. 9. n. 5.* ubi deinceps cum Philosophis contendit, felicem fore civitatem, in qua meum & tuum non audiatur, præsertim cum dominium ex quodam factu & libidine dominandi ortum habeat,

III. Et si autem non diffitear, plurimum facere ad bella excitanda dominiorum distinctionem, cum ista hominis corrupti naturalis sit indoles, ut aliena appetat, & suis nunquam contentus vivat bonis; tria tamen circa sententiam eam explicandam assumuntur Doctorum placita, de quibus dubitare adhuc licet non sine ratione. *Primum* est, fuisse ab initio, quoad usum, communia omnia, proprietatem fuisse omnino nullam, atque eo tempore vixisse homines vitam omnium optimam & beatissimam. *Secundum*, proprietatem rerum coepisse demum, multiplicato genere humano, postquam scilicet in gentes istud excrevit. *Tertium*, tum demum etiam bella exorta esse, cum nec aliter juri gentium attribui queant, nisi præsupponas gentes, quæ ad invicem bella gerere possint.

IV. Priora duo his verbis exponit

Hugo Donellus, *comment. lib. 1. c. 7.*
Fuit in initiis hujus mundi tempus, cum ad tuendam vitam nihil dominis, aut rerum distinctione opus esset. Cum enim duo homines primò conditi essent à DEO, ac diu multò post pauci fuissent, tantum fuit vacui in hoc orbe, & in rebus conditis, tanta utilium & bonarum rerum ubiq; affluentia, ut singuli homines de communi sumere possent, quantum vellent, sine alterius injuriâ & offensione. At postquam terra multitudine hominum frequentari cœpit, recta ratio usu & experientia confirmata docuit, aut diu stare non posse genus humanum, aut in eis, quæ colerentur, suum cuique constituendum, quod quisque privatim sibi coleret, quodque aliis sine voluntate domini pervenire non liceret. Communionem enim manente, alterutrum futurum erat, aut ut terra, propter quorundam desidiâ & cessationem, ab aliis quoque negligeretur, ac neglectu inculta jaceret, aut ut quibusdam colentibus & laborantibus alii, qui nihil attigissent, in partem commodorum venirent, & alienis laboribus sine ullo suo damno aut periculo fruerentur. — — Eventurum hoc quoque, ut qui ex parte coluissent, se essent cupidi & potentes, facile majorem partem ad se advocarent, imbecilliores egerent, & opprimerentur. — — Quapropter post il-

iam hominum frequentiam fuit hoc primum recta rationis & iudicii opus, & lex inter homines, ut esset aliquid suū cuiusq; quod, ut dixi, ut suo labore quisq; coleret ac procuraret, ita caderet sibi, ne in id alius quisquam posset invadere sine injuriā. Hinc primum dominia, hinc rerum & dominiorum distinctio, &c. Similia habent Doctores passim, sed, quæ referre hic tædiosum foret, & planè supervacuum. Loquuntur autem ita non Jcti tantum, sed Philosophi etiam, & Theologi Moralistæ complures, quorum omnium communis hæc est assertio, divisione & occupatione primum natam esse rerum proprietatem, & quidem ita aucto genere humano, ut communio retineri amplius non posset, ante istud tempus nec meum, nec tuum fuisse, sed communia omnia.

V. Ego verò repugnare ista puto ipsissimis verbis Scripturæ S., quæ dominium rerum omnium, & proprietatem illicò post creationē homini à DEO concessam, disertè testatur. Ita enim DEUS ad hominem, *Genes. 1, 28. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animantibus, quæ moventur super terram.* REplete, inquit, non solum generatione & habitatione, sed cum primis imperio, cultu & usu: Verbo, SUB-

JICITE, non modò potestas hominis, sed & terræ in obediendo promptitudo significatur. Georg. Zeemann. *de imag. DEI cap. 8. art. 8.* Subjiciendi autem istam potestatem dominium præsupponere & innuere, patet ex eod. cap. *Gen. vers. 26.* ubi dicitur: *& præsit* (h. e. & dominetur, ut plerique explicant. Vid. Junius & Tremellius, Lucas Osiander, Sebastianus Castalio, Cornelius à Lapide, & alii) *universa terra.* DEUS igitur, cum hominem creare statuisset, simul eum omnium rerum dominum facere decrevit; & cum hominem jam creasset, ei dominium istud actu ipso contulit, per quod scilicet factus fuit dominus universæ terræ. Istudq; dominium primis duobus hominibus ita in solidum concessit, ut, si præter eos fuisset adhuc alius, nihil quicquam de dominio isto citra injuriā vindicare sibi potuisset.

VI. Agnoscunt id hodiè omnes illi, qui inter Jurisprudentes philosophari didicerunt; in explicatione tamen plurimi eorum ejusmodi aliquid addunt, quod à nobis probari nequit. Aliqui enim, inter quos Hugo de Roy, *lib. 1. de eo, quod justum est, tit. 5.* non obstante isto dominio, nihilominus communionem adserunt, latissimum scilicet fuisse terrarum campum, copiosissimam omnium rerum affluentiam,

exiguum autem hominum numerum, nullam igitur extitisse necessitatem, quæ hominem ad discernenda rerum dominia impelleret: Unumquemque jure proprio ac merito naturali ad suos usus occupasse, quæcunque communis natura ad vitam sustentandam produceret: habere se mundum hunc instar theatri, in quo, licet commune istud sit, rectè tamen dicatur, eum locum ejus esse, quem quisque præoccupaverit: vulgatum istud dogma, jure naturali omnia esse communia, ita accipiendum esse, videlicet, omnia in creatione & naturali ortu primævoque statu, huic illivè individuo distincta, propria non esse, sed pariter ac communiter omnibus hominibus, & quæ sunt alia. At perfectò, qui ita sentiunt, non satis attentè considerant, ab initio, quo donatio hujus universitatis cortigit, non fuisse plures homines duobus, quomodo igitur huic illivè individuo distinctio & assignatio certæ partis fieri potuisset? Aucto autem genere humano, cœperunt sine dubio, qui nati ex illis erant, uti domestici, & ejusdem familiæ liberi, communi mensâ frui, & iisdem frugibus, quæ parentibus in escam datæ erant, unâ cum illis vesci & nutrirî; sed quàm parùm ista communio observata fuerit, distinctum primorum

fratrum vitæ genus ostendit, *Genes. IV, 2.* Nec potuerunt tamen primi isti fratres, invito Adamo parente, vero rerum omnium domino, quicquam seorsim possidere, aut occupare, uti mox dicam.

VII. Alii Dominium quidem, à DEO primo homini concessum, largiuntur, de possessione tamen adhuc disputant, quando ea cœperit. Dicunt enim, dominium istud esse tantum potentiale, idque consistere in potestate occupandi & possidendi, nec aliud esse, quàm dominium in actu primo, per quòd in possessionem, & à possessione in dominium, quod est actu secundo, venit. Ex quo deinceps conficiunt, terram hanc universam nunquam ab uno homine possessam fuisse. Ego verò pace eorum simpliciter assero, Adamum per donationem ejusmodi & dominium universæ terræ actualem, & possessionem ejusdem actualem simul nactum fuisse. Non enim necesse est corpore & tactu apprehendere semper possessionem, sed etiam oculis ea & affectu adquiri potest, quemadmodum columbæ, quæ propter magnitudinem ponderis moveri non possunt, pro traditis habentur, si in re præsentî consenserint contrahentes, *l. 1. §. 21. ff. de acq. vel amitt. poss.* Ita si vicinum mihi fundum mercato vendi-

Xxx j

ditor

ditor in meâ turre demonstret, vacuamque se possessionem tradere dicat, non minus possidere cœpi, quàm si pedem finibus intulisset, *l. 18. §. 2. ff. eod.* Quod si jam consideres, DEUM ter opt. Max. non minus ostendisse homini hunc terrarum Orbem, quod tamen sufficere potuisset ad traditionem & acquisitionem possessionis, sed in re præsentî donationem perfecisse, & ideo eum in hunc mundum introduxisse, ut Dominum eum & possessorem faceret universi terrarum Orbis, fateberis tandem, non aliter fieri potuisse translationem possessionis. Nec enim transferendæ possessionis rerum immobilium modus occurrit magis naturalis, quàm si quis in fundum ipsum introducatur, & animo sibi habendi eum occupet. Dicis, ob stare magnitudinem & tantum non infinitum hujus universi tractum, ut impossibile videatur, occupari istud posse ab uno aliquo homine uno apprehensionis actu. Ego verò nihil adhuc moveor, ut diversum quid sentiam. Ad possessionem enim adipiscendam, sufficit pedem finibus intulisse, *d. l. 18. §. 2. ff. de acq. vel am. poss.* qui fines plerumq; extremam oram conficiunt; Necesse igitur non est, ut, qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet, sed sufficit

quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente & cogitatione hæc sit, uti totum fundum usque ad terminum velit possidere, *l. 3. §. 1. ff. de acq. vel am. poss.* Atqui DEUS ita donavit primo homini orbem hunc terrarum, ut quantum quantum esset, posthac animo Domini ab eo possideretur. Nihil igitur restat, nisi ut dicamus, unâ cum dominio ipsam, etiam possessionem totius hujus universi translata fuisse titulo donationis in Adamum.

IX. Sic igitur ostendimus, proprietatem rerum fuisse, antequam usus communis in familiâ inciperet. Iste autem usus sine dubio fiebat, consentiente, & volente Adamo. Quemadmodum enim unusquisq; pater familiâs liberis suis & universæ familiæ alimenta debet; ita etiam Adamum liberis suis, qui in dominio rerum successuri erant, dare oportuit ea, quæ vel necessaria vel utilia videri poterant. Quod si quis eorum proprii aliquid habuit, uti Caino suos fuisse agros, Abeli suas oves memorat scriptura, *Genes. IV. 2.* non aliunde id habere potuit, quàm ex voluntate Domini sive Patris, qui ista talia, ut Romanorum verbis loquar, in peculium concesserat, aut donaverat. Quin imò credibile est, Adamum maximam partem Orbis terrarum, quod ei utendo ipse

unus

unus cum familia non sufficeret, pro derelicto habuisse, atque adeo sive à liberis ejus, sive ab nepotibus ex familia egressis, certas portiones occupatas fuisse, quâ ratione ipsi quoque Domini rerum occupatarum effecti sunt, §. 46. *Inst. de R. Di.* Concurrit tamen etiam hæc voluntas Domini, qui partem istam Terræ suam amplius non vult, eamque ainitio non habendi deseruit.

De Mortuo Adamo alius sese exerebat modus domini adipiscendi. Ratio enim naturalis, quasi lex quædam tacita ejus hereditatem liberis addicebat, velut ad debitam successiõnem eos vocando, l. 7. ff. *de bon. damnat.* Omnes igitur ejus liberi, quotquot ille reliquerat, domini fiebant rerum hereditariarum, sed quia plures erant, dominium juris intellectu, non divisione corporis obtinebant, l. 68. §. 2. ff. *de leg. 2.* Incidèbant enim illi in communionem, quæ terram hanc patri donatam omnibus communem faciebat, non singulis totam, sed pro partibus utique indivisis, ut intellectu magis partes haberent, quam corpore, l. 5. ff. *de stip. serv.* Habebat scilicet & acquirebat unusquisque partem, sed quæ non continebatur regione certâ, verum per totum fundum fusa erat, ita ut quælibet gleba deinceps esset Sæmi, quælibet

etiam Caini, nec vel pulvisculum esset, in quo non esset communio pro indiviso, quemadmodum ita etiam in quantitate nummorum, communium singula corpora communia dicuntur, l. 13. ff. *de R. C.*

X. Et hæc quidem ratione inducta fuit quædam rerum communio, sed quæ diversa est ab eâ, quam jactant Scriptores. Nec dubito, fuisse jam tum vivente Adamo plurima talia, quæ ipse pro derelicto habuit, ab liberis ejus occupata, quæ propterea in hereditatem non erant connumeranda, sed Dominis suis propria manebant. Fuerunt sine dubio etiam alia itidem pro derelicto habita, nondum tamen à quoquam occupata, quæ similiter ad hereditatem non pertinebant, quod ea omittentis esse desiissent, l. 2. ff. *pro derelict.* Quin & ipsam illam communionem non adeo diu durasse arbitror, tum quod assveti jam essent liberi Adami peculiare, aliquid seorsim habere, tum quod communio plerumque discordias & lites excitare soleat, quibus declinandis unicum familiæ heriscundæ remedium facere potest, tum denique quod post diluvium, reviviscente rerum natura, similem divisionem fecerit Noachus, qui inter filios suos terrarum orbem ita distribuisse legitur, ut Semo Asiam,

Chamo

Chamo Africam, Japeto Europam, & aliquam Asiæ partem colendam & rectè gubernandam assignaret. Vid. Joseph. *lib. 1. antiqu. jud. cap. 6. & 7.* Jacob. Middendorp. *de Aca-dem. lib. 1.*

XI. Noachi hujus temporibus alia inducta fuit communio, dum scil. ille & tres filii ejus Semus, Chamus, & Japetus ex donatione Numinis divini, Domini pro indiviso universi terrarum Orbis facti sunt, *Genes. IX, 2.* Sed enim inter ejusdem familiæ homines facilius consistere potuit communio, præsertim si quam proximè patrem familiæ attingant, uti fuerunt tum Noachidæ, quòd multa sustineantur ex reverentiâ, quæ aliàs facilè litigia parere possent. Nec tamen putandum est, nihil omninò tum fuisse privati, & unum cunctis patrimonium fuisse, sed imò credibile est, Adamitarum primorum exemplo huic sua fata, illi sua pecora & compascua fuisse. Credibile etiam est, Noacho, ut familiæ patri, communem administrationem & dispensationem ab non invitis filiis relictam fuisse, cujus rei argumentum est, quòd ipse deinceps distributionem privati cujusque domini fecerit, limites posuerit, & partes pro indiviso in partes pro diviso resolverit. Ipse etiam, si credendum Eusebio & Cedreno,

divisionem illam testamento firmavit, atque moribundus illud in Semi filii primogeniti manus tradidit, cunctosque simul monuit, ne quis eorum fratris fines invaderet, nec injuriâ alter alterum afficeret: quoniam inde, ut discordiarum atque bellorum intestinorum causa oriretur, foret necessum. Selden. *in mari claus. lib. 1. cap. 4.*

XII. Patet hinc, falsum esse, quod creditum tamdiu fuit, res omnes olim, exclusâ penitus proprietate, partuisse promiscuo usui, dominia autem divisione denarium & occupatione esse exorta. Et tamen, quia passim ea res credita est, nec quisquam contradicere ausus fuit, vitio non erit vertendum Hermogeniano, quod *l. 5. ff. de just. & jur. domini* orum distinctionem ex jure gentium ortam dicit. Magis autem succensendum est Pseudo-Clementi, cujus *c. dilectissimis 12. qu. 1.* hæc habentur verba: *Communis usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est divisio. Denique, quidam Græcorum sapientissimus, hæc ita sciens, esse communia debere, ait, amicorum esse communia omnia. In omnibus autem sine dubio sunt & conjuges, &c.* Hæreticum hoc est, & ipso Bellarmino,

de

de bon. op. l. 3. cap. 11. fatente, ab Nicolao Hæresiarchâ profectum, communes esse debere Uxores. Quod verò fingit, per iniquitatem demum dominiorum distinctionem introductam esse, id nullâ planè nititur ratione, & ex superioribus conuelli facilè potest; quanquam non negem, propter iniquitatem hominum, aliena semper cupientium, incubare magis cœpisse unumquemq; rei propriæ, & attentius eam sibi custodivisse, cum aliàs natas sibi fruges includere opus non haberet.

XIII. Quid ergò dicemus de eo, quod itidem creditum hactenus fuit cum Hermogeniano, d. l. s. ex jure gentium bella introducta fuisse? Hoc enim tertium est, quod negatum iuimus supra. Enimverò, cum nondum in gentes excrevisset genus humanum, & unicâ tantum, eâq; admodum tenui adhuc familiâ contineretur, jam tùm inter se bella meditabantur illi, & alter alterius odio inflammatus mortem intentabat, uti de Abèle & Caino memorat Scriptura sacra. Et hinc igitur omnis repetenda est origo bellorum, ita ut ab initio singuli, postea familiæ, hinc civitates, & tandem integræ gentes se invicem persequi cœperint. Quod ipsum etiam quodammodò indicat vocabulum belli. Dictum est enim bellum ex voce duellum, sicuti alia etiam vocabula ita-

immutata sunt, ut duonus & bonus, duis & bis, dvidens & bidens, duellona & bellona. Optimè Scaliger, l. 3. Poët. 90. Bellum dicitur, quia fuit ab initio duellum à duobus. Nam licet multi sint milites, dua tamen partes sunt, & inter duos tantum primū bellum fuit. Add. Hug. Grot. l. 1. de jur. bell. & pac. c. 1. num. 2. Quandoquidem igitur, eum primum inter duos fratres bellum exardesceret, nullæ adhuc tùm integræ extiterunt gentes, facilè hinc patet, jure gentium introducta bella dici non posse. Nisi ergò cum Hugone Grotio, d. l. 1. cap. 2. num. 4. Hermogenianum JCtum ita accipias, ut certam bellorum formam à jure gentium, introductam fuisse dicas, quam formam quæ habeant bella, ea peculiarè ex jure gentium effectus consequantur, causæ nihil erit, quin etiam hic ab communi sententiâ discessum faciendum existimem.

XIV. Placet tamen omninò sententia Grotii, eò, quòd nomen Belli in famosiore significato non duello amplius tributum est, sed illi dissidio, quod inter adversos exercitus habetur, imò verò illi tantum quandoq; quod publicum aliàs dicitur Bellum. Ita enim sapissimè nomen generis speciei, præsertim, excellentiori, adhærescit, quomodo in jure nostro vocabulum actionis tantum illi tribuitur, quæ est in-

personam, *l. 28 ff. de O. & A.* quomodo etiam cognationis vocabulum, restrictum est ad eos, qui per foeminas junguntur, §. 1. *Inst. de legit. agnat. tutel.* & vocabulum adoptionis arrogationi, quam tamen generali significato complectitur, opponi coepit, §. 1. *Inst. de adopt.* Hanc itaq; ratione bellum hodiè in sensu specifico non aliud est, quam quod inter diversas gentes agitur. Et quia nunquam ulla gens tam quietè possessione suâ uti potuit, ut non identidem vel à vicinis, vel à longiùs distitis lacefferetur, factum hinc est, ut gentes ferè omnes communi quasi consensu in leges quasdam convenerint, juxta quas bellum, si quod inter eas exortum fuerit, geri oporteret. Et hinc propter istas leges sive jura, quæ mero jure gentium nituntur, ipsum etiam bellum juris gentium esse non absurdè dicitur.

XV. Quibus ita præmissis, de Belli jure, quantum nostrum feret institutum, quasi per compendium dispiciemus. Sed quia bellum hodiè nihil aliud est, quam status duorum pluriumve populorum, armatâ vi se invicem infectantium, intelligi facile potest, duellantium jura, leges, aut consuetudines receptas ad jus belli non pertinere, nisi fortè bellum, quod inter populos jam ardet, in singulare duorum pluriumve certamen de summâ rei dimicantiû

resolvatur. Id enim, uti factum à quàm plurimis, historiarum nos docent monumenta, ita fieri nunquam debere prorsus nego, quòd hac ratione ingens, quæ utriq; populo imminet, clades paucorum sanguine expietur. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 23. n. 10.* Etli enim satius esset, quovis modo rem transigere, quàm desperatum ejusmodi & sanguinolentum remedium eligere; si tamen pax aliter impetrari nequeat, & commodior atq; clementior modus definiendi rem se non offerat, confugiendum erit ad id, quod haberi potest, quodq; inter duo mala censebitur minus perniciosum. Conf. Paul. Laymann. *theol. moral. lib. 3. tr. 3. part. 3. cap. 3. n. 5.* Istiusmodi tamen duellum pro privato haberi nequit, tum, quòd publicâ fiat autoritate, tum etiam, quòd publico nomine, & pro integro populo.

XVI. Possè tamen etiam à privatis sine peccato suscipi singularem dimicationem, contendit Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 1. n. 15.* primum, si invasor concedat alteri licentiam dimicandi, alioqui eum occisurus sine dimicatione: deinde, si Rex aut Magistratus duos mortem meritos inter se committat; quòd si fiat, illis quidem licere arripere spem salutis, jubentem tamen minus rectè suo officio fungi, cum satius fuisset, si unius suppli-

cium

cium sufficere videbatur, forte eligi moriturum. Ita Grotius. Quod primum attinet, nititur istud defensione naturali, quæ in vaso competit, ut maximè invadens nullam concesserit licentiam dimicandi. Sive ergo potestatem hanc dederit sive mino, poterit impetitus omnem vim à corpore, à capite, à vitâ suâ propulsare, & aggressorem etiam, si aliter periculum evitare nequit, occidere. In secundo exemplo Princeps utrumq; reum in alterutrum justitiæ ministrum decernit, ut justam mortis sententiam in ipsum exequatur, ei autem, qui prævenerit, vitam condonetur. Quod num deceat Principem, meritò dubitat Grotius, quod non minùs in hunc, quàm in illum animadverti ex justitiæ ratione oporteat; nec tamen magis consultum erit justitiæ, si, ut vult Grotius, sorti res committatur. Et fortè nec sufficit Principi unius supplicium, cum, certamine concesso, mutuis ictibus uterq; interfici possit. Id tamen non nego, posse utrumq; delinquentem conditionem oblatam acceptare, & feriendo alterum executoris, excipiendo autem & propulsando, defensoris partibus fungi.

XVII. Extra hos casus difficile erit monomachias defendere. Est enim provocatio, & mutua ad duellum oblatio, opus inexcusabilis au-

daciæ, quo sine necessitate homo se ipsum in discrimen vitæ & æternæ salutis conjicit. 2. intolerabilis feritatis, quatenus non in suam tantum, sed alterius etiam vitam aliquis cum rabie quâdam sævit. 3. extremæ injustitiæ, quatenus pro injuriâ interdum levissimâ, & à Viro cordato non æstimandâ, mortis exhibetur retributio. 4. inhumanis superbiæ, quatenus victor ex ruinâ hostis, imò verò proximi sui gloriam sibi quærit. 5. affectatæ inobedientiæ, quatenus quis ita Magistratûs sui auctoritatem spernit, & sibi ipsi jus dicere præfractè annicitur. Tanta igitur vitiatorum confluges cum in unico hoc delicto reperiatur, mirum est, non DEI, non Principum legibus, non pœnis, non mansuetudine flecti posse homines, ut ex gladiatoria palæstra transeant aliquando in mores Christianos. Vid. quæ in hanc rem disputant Fernand. Valqvius, *lib. 1. controv. illustr. cap. 12. & cap. 49.* Franzkius, *lib. 2. resolut. 23. & exercitat. 12. quæst. 6. in addit.*

XIIX. Quàm impii verò hîc sunt, & ab omni Christianâ religione alieni inter Pontificios Moralistæ, qui tantum abest, ut CHRISTI exemplo mansuetudinem & patientiam inculcent, ut potiùs certò casu licitâ faciant duella. Ita enim Paulus Laymannus, *Theol. moral. lib. 3. tr. 3. cap.*

3. num. 3. *sic loco res sita sit, ut miles in exercitu, Vir equestris in aula regia, officio & dignitate, Ducis aut Principis favore ob ignavia suspicionem, excidere debeat, nisi identidem provocanti se sistat, nō audeo damnare eum, qui mera defensionis gratiā paruerit. Alii adhuc longius progrediuntur, & methodo dirigendæ intentionis, uti vocant, invento verè diabolico, DEO & hominibus illudere non ducunt piaculo. Hac igitur arte etiam monomachias in genere licitorum ponunt, dum saltem animo abstrahatur à cupiditate vindictæ. Pone, inquit Petrus Hurtado, hominem nobilem ab alio provocari ad duellum, qui si illud recuset, non censetur illud recusare propter legem DEI, sed propter timiditatem, quia non benè audit de observatione legis, quia se facile projicit in alia peccata, vel certè aliā ex causâ censetur timidus, & ab aliis despicietur, apud quos semper erit inglorius, ex quo non levia damna & incommoda sequerentur. Est igitur questio, utrum in hoc casu possit provocatus exire in locum conductum, non cum absolutâ voluntate pugnandi, sed cum conditionatâ, si à provocatore prius petatur injustè. Provocati autem absolutâ voluntas est, tueri opinionem viri fortis, & depellere infamiam timiditatis, quæ objecta per se sunt honesta,*

necessaria viro nobili ad degendam vitam decorè inter suos, præcipuè militi, qui ab exercitu censetur gallina & non vir: media autem, quæ eligit ad hunc finem sunt indifferentia ad bonum & malum: nempe egredi in agrum, & in eo deambulare, quæ media honestantur ab eo fine: hæc absolutè vult provocatus, pugnare autem non vult. Si ab alio petatur injustè, vult sub eâ conditione se inculpate tueri, si aliâ ratione commodè non possit: in hac occasione videtur provocatus minimè peccare, neq; acceptare duellum: quia acceptatio duelli est voluntas deliberata seu absoluta, quæ homo iste caret. Euge verò, quid reliquum est, nisi ut exclamet Melicerta, perisse frontem de rebus: dum Principes ad excindendum hoc cacoëthes omnè suam potentiam conferunt, eodem tempore omnem intellectûs aciem eò conferunt Moralistæ, ut duella licita faciant & conservent. Quin eò tandem dilabuntur impudentissimi ardeliones, ut actorem, qui calumniæ causâ negocium facescit in iudicio, impunè sive per duellum, sive ex insidiis occidi posse statuunt. Ita enim se habent verba Sanctii, in Summ. l. 2. cap. 39. num. 7. Melius, alii dicunt, licere innocenti duellum acceptare & offerre ad vitam, honorem, & res familiares in notabili

quan-

quantitate tuendas, quando constat, omninò injustè, & per calumniam, actorem procedere, & certum est, omninò fore, ut hac innocens amittat, nec aliud sibi evadendi remedium suppetat: atq; optimè Bannes ait, licere innocenti in his casibus acceptare & offerre duellum; imò & non provocando ad duellum, occidere occultè actorem illum calumniosum, cum hac occisio sit vera defensio. Imò bene Navarr. num. 290. ait, teneri innocentem non acceptare duellum, nec indicare, si potest, occultè illum occidendo, id vitæ, honoris, rerum familiarum periculum evadere: quippe sic proprium vitæ periculum in duello imminens vitabit, & peccatum actoris offerentis, vel acceptantis duellum. Profectò, si quæ est pietas inter homines, multùm ita deteritur per argutias ejusmodi nefandas, & propudiosa commenta. Et tamèn videri illi volunt, qui isthæc excogitant, totius Christianismi velut æstimatores, & arbitri, digni, qui cum charitatis suis cacatis perpetuis tenebris offundantur.

XIX. Ut maximè autem accesserit jussus, aut consensus Principis, non magis tamen hinc licita fieri arbitror duella. Fuit quidem jam olim tum apud Germanos, tum alias nationes receptum, ut lites tam publicas, quam priyatas, armis diri-

merent, habitumq; id pro optimo litium abbreviandarum remedio. Ventur. de Valent. in Partben. litigios. lib. 2. cap. 2. Atque illæ tum monomachiæ non invitit illis, qui summum in Republicâ tenebant imperium, exercebantur, quiri & legibus, in eam rem latis, sustinebantur, quod de Frontone, Danorum Rege, refert Saxo Gramm. in hist. Dan. Et videri hæc de re possunt plurimæ Constitutiones, quas in Scotiâ olim promulgatas collegit, & edidit Johannes Skenæus, in libro, cui titulus: *Regiam Majestatem*; quibus addeere licet leges similes Germanorum, Hispanorum, Longobardorum, Gallorum, & gentium aliarum, quarum mentionem facit Petrus Gregorius, in *syntagm. lib. 48. cap. 16.* Qvò & pertinet Constitutio Philippi Regis Galliæ, quam refert & explicat Guido Pap. *decis. 617. seqq.* Conf. Anton. Mornacius, *ad l. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil.* Nec desunt hodie, qui postliminiò quasi reversurum istud remedium vaticinantur, plurimi exoptant. At enim immanem illam & barbaram probandi, & litem dirimendi consuetudinem, meritò profligârunt Imperantes, & salutari judiciorum ordine constituto, non armis ampliùs, sed legitimis probationibus, rem expediri voluerunt. Dn. Tabor, *de legit. arm.*

usu c. 2. num. 3. Quibus cum potestas nulla sit contra jus divinum, & rationem rectam, bonosq; mores dispensandi, nullo suo edicto, nullaq; permissione efficere possunt, ut armis congrediantur, & periculo duello de justitiâ causâ disceptent litigantes. - Et observatum est, graviter nonnunquam à DEO punitos fuisse Principes, qui pugnas ejusmodi privatas admiserunt. *Franzk. lib. 2. resolut. 23. n. 44.*

XX. Nec verò excusari aut approbari poterit monomachia exinde, quòd olim inter optimas, & ubi aliæ omnes deficerent, ferè solitarias probationes relata fuerit. Celebre adhuc nomen in Jure Canonico est purgatio vulgaris, ita dicta, uti Goffredus de Trano explicat, quòd vulgus eam sibi instituerit. Ejusq; præcipua species est duellum, in quo tam accusator, seu actor, quam reus, de veritate accusationis, & jure actionis in judicio prius propositæ, armis decertabant, ut secundum eum, qui vicisset, aut adversarium ad deditiorem coëgisset, judicaretur. Nec necessarium tamen erat, ut partes ipsæ eongrederentur, sed poterant illæ per procuratores, quos campiones vocabant, duello experiri. Et erat sanè modus ille probandi tam vulgaris, ut etiam in Ecclesiasticis judiciis non prorsus

improbaretur, licet hoc maxime caverent Episcopi, ne autoritate suâ duella decernerentur. Disertè Ivo, Carnotensis Episcopus, *epistol. 168.* cum mentionem fecisset causæ in judicio Ecclesiastico inter Vice-Comitem Carnotensem, & Comitem Rotrocum agitatæ, hæc annectit verba: *Quæ altercatio cum aliquandiu durasset, precipimus judicium fieri, judicatumq; est, quia hæc causa sine monomachia terminari non poterat, & judicium sanguinis nobis agitare non licebat, ut utraq; pars irent in curiam Comitissæ, ad quam talia judicia pertinebant, & decujus feudo ista tenebant, &c.* Expresè ait, causam istam sine monomachia terminari non potuisse, nec tamen illam decerni debuisse in judicio Episcopali, atq; idcirco remitti oportuisse causam ad judicium seculare Comitissæ. Et quanquam idem Ivo, *epist. 247.* vitio vertat Ecclesiæ Aurelianensi, quòd provocationem ad monomachiam judicio confirmaverit, & ei diem præfixerit, ipsam tamen monomachiam non improbat, sed in secularibus judiciis decernendum esse contendit. *Clerici, inquit, nostri retulerunt nobis, quòd quidam miles domini Radulphi quendam militem Comitissæ ad monomachiam provocaverit, & hanc provocationem Ecclesia vestra judicio*

con-

confirmaveris, & diem peragenda monomachia constituerit. Quod audientes valde mirati sumus, cum monomachia vix aut nunquam sine sanguinis effusione transigi valeat: iudicium verò sanguinis servanda patrum auctoritas prohibeat. — — Faciant hæc cincti (h. e. Laici, uti explicat Franciscus Juretus, ad epist. 241.) iudices, qui ad malorum vindictam gladium materiale portant, non qui contra nequitiæ spirituales gladio spiritus pugnant, &c.

XXI. Id verò vix fidem inveniret, quod etiam ab Ecclesiasticis & sanctis Viris, quales videri voluerunt, duella suscepta fuerint haud rarò, nisi Veterum hæc de re insignia adhuc extarent testimonia. Refert Petrus Abbas Cluniacensis, lib. 3. de mirac. cap. 8. quomodo se in iudicio gesserint Gerardus monachus, & quidam ejus Præpositus. Digna sunt, quæ hic adscribantur, nonnulla: Regebat, inquit, aliquando Gerardus, quod Nidernis habemus, sancti Salvatoris monasterium, sibi à sancto Patre Hugone commissum. Orta est lis inter eum, & quendam suum Præpositum, pro quâ, die agendi constitutâ, ad causam uterque convenit. — — Affedit prior Gerardus inter medios, reliqui eum undique ambiunt. Venit & cum suis Præpositus, contra il-

lam causam acturus. Aderant electi iudices, qui utriusque actione auditâ judicario ordine dirimerent. Rem, de quâ agebatur, nulla nominare necessitas cogit, erat tamen Ecclesiastica, multumque usibus monasterii necessaria. Hanc ille, quem dixi, Præpositus, quoniam valde lucrosa videbatur, summo studio sibi vindicare conabatur. — — Data est Gerardo loquendi copia, & coram cunctis, qui aderant, ut religiosum decebat, causam suam aperuit. Qui postquam finem dicendi fecit, is, qui ei adversabatur, falsa esse, quæ ab eo dicta fuerant, exclamavit. Jussus post hæc à iudicibus venire, & ea, quæ dixerat, comprobare, propius accessit, & iterans, quæ dixerat, ceptâ temeritate se vera dicere confirmabat. Cumque instaret, rursus ei iudices praeceperunt, ut secundum morem regionis illud, quod ipsi vocant gadium, rei videlicet ab eo probande argumentum, manu propriâ in ejusdem Gerardi Prioris manu poneret. Qui, velut ex bonâ conscientia audacter gadium in manu ejus ponens, ait: hujus, ut dixi, rei ego testis sum, aliis quoque testibus vel duello id ipsum probaturus, &c.

XXII. Disceptatum fuisse, ait Petrus, in iudicio de causâ Ecclesiasticâ. Iudicium ipsum sine dubio etiam

etiam fuit Ecclesiasticum, ex personis Ecclesiasticis constitutum, cum jure Canonico absurdum & plane piaculum sit, causam Ecclesiasticam ventilari, & decidi in judicio seculari. Personæ litigantes, & ipsæ ex Laicorum numero prorsus segregatæ & exemptæ fuerunt, Prior alter, alter Præpositus. Et tamen in tali judicio ausus fuit Præpositus duellum offerre, sive, uti Petrus loquitur, gadium manu propria in alterius manu ponere. Qui enim singulari conflictu, aut monomachia, jus suum defendere parati erant, gadium dabant adversæ parti, h. e. arrham sive sponsonem dabant, & coram judice, vel in curiâ, promittebant, sive cavebant de die pugnae vel conflictûs. Sed & Judices ipsi, uti non obscure innuant verba, præcepisse videntur hunc duelli conflictum. Tantum scilicet invaluerat prava ista singulariter decertandi consuetudo. Alia similia exempla refert Andreas Qvercetanus, *ad dictum Petri Abbatis locum*, & Franciscus Juretus, *in notis ad Ivoonis Carnotensis d. epist. 168.* Itemq; Franciscus Bosquetus, *ad Innocentii III. epist. 79. & 136.* Nec frustra proinde specialis Juri Canonico insertus est titulus: *de Clericis pugnantibus in duello*; qui ipse ostendit, fuisse hoc aliquando Clericis in usu, ut singula-

ri certamine pugnarent. Nec probari tamen propterea potest votum, quod nuncupasse Alachin Tyrannum refert Paulus Diaconus, *de gest. Longobard. lib. 5. c. 40.* Cum enim Zenonem, Diaconum Ticinensem, Regis Cuniberti armis indutum, interfecisset, Cunibertum se occidisse putans, detecto mox errore, votum hoc fecit, si sibi contigerit victoria, velle se puteum Clericorum testiculis replere. Plane barbaricum hoc vocat votum Claudius Espencæus, *digress. lib. 2. c. 5.* & rectè, cum fraudi esse non debeat toti ordini, quod ab uno aliquo perperam gestum est.

XXIII. Dubium autem non est, non Clericos tantum, sed omnes etiam in universum homines cruento isto jus suum persequendi modo prohiberi debere. Est enim monomachia, uti optimè ait Fridericus II. Imperator, *in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 33.* non tam vera probatio, quam quædam divinatio, quæ naturæ non consonans à jure communi deviat, æquitatis rationibus non consentit. Vix enim, aut nunquam duo pugiles inveniri poterunt sic æquales, ut vel in totum non sit alter altero fortior, vel in aliquâ parte sui vigore, majori & potiori virtute, vel saltem ingeniis alter alterum non excedat. Cæterum quantoperè aberrant illi, & finem suum haud-

haudquaquam assequantur, qui duello vel innocentiam suam probare, vel vindictam sumere, intendunt, quantumque Numinis divini iram in se concitent, nolo hic prolixè exponere. Videri poterunt acriter in ejusmodi duella declamantes Agobardus, Archiepiscopus Lugdunensis, in *lib. adversus Legem Gundobadi, Burgundionum in Gallia Regis*, quæ lites certamine singulari præceperat finire, ubi aliæ probationes deessent, ex recentioribus Guilielmus Amesius, *lib. 5. de casib. conscient. cap. 32.* & Episcopi Mompessulani oratio, apud Gabr. Barth. Gramondum, *hystor. Gall. lib. 1.* itemque Ventura de Valentiis, in *Parthen. litig. lib. 2. cap. 2.*

XXIV. De bellicâ autem monomachiâ fortè diversum statuendum erit. Intelligo autem talem monomachiam, quando ex utroque exercitu hostili solus aliquis cum solo congregitur. Fieri enim haud raro solet, ut prodeat aliquis ab exercitu hostium, & provocet, si quis singulari certamine secum experi velit. Cum illo, quia hostis est, committi posse militem, viribus suis confidentem, nullus dubito. Et imò fieri potest, ut absque tali provocatione, dum in castris juxta se morantur exercitûs, in confiniis singuli in singulos incidant, ibi tum

ego utrumque etiam absque consensu & præscitu superioris alterum invadere, & occidere posse, existimo. Quidni igitur adversus provocantem mittere liceat autoritate principali, qui cum eo pugnam ineat? præsertim cum toti exercitui id conducere videatur, ne per Thra-sonicam suam jactantiam nimium confidere sibi incipiat hostis. Eodem jure censenda sunt prælia tumultuaria, quæ per integras turmas conficiuntur, & scaramusæ, Scharmûsel vulgò appellantur, quæ si fiant propter bonum publicum, non minus justa sunt, quam est ipsum bellum, aut prælium, quantumlibet ingens, aut atrox. Fernand. Vasq. *l. 1. controv. cap. 49. n. 18.* Et solent ejusmodi velitationibus, præsertim si frequentiores sint, non vires tantum, sed etiam animi succumbentium frangi, quos deinde facilius erit componere, & pacis rogandæ cupidos reddere.

XXV. Sed hæc jam ad Belli publici jura pertinent, de quibus nostra nunc præcipua est cura. Antequam autem ulterius pergamus, operæ pretium erit exactius definire, quid Belli publici nomine intellectum velimus. Dicitur igitur Bellum publicum nobis illud, quod geritur autore eo, qui summum tenet in Republ. Imperium. Deficiente istâ

autoritate, Bellum pro privato est habendum. Contingere autem potest, ut ex unâ parte autoritas Imperantis, ex alterâ nulla talis interveniat, numquid publicum, an privatum id dicetur Bellum? Mixtum id dicit Grotius, *lib. 1. de jur. bell. & pac. c. 3. n. 1.* Ego nec bellum quidem id esse dixerim, nisi pari autoritate congregiantur exercitûs. Non enim in usu armorum tantum, & externâ vi consistit Bellum, sed etiam, & potissimum quidem, in jure. Jus Belli ergo quibus non competit, cum illis etiam non geritur Bellum; perinde, uti *cap. anteced.* illis tantum Jus Legationis competere diximus, qui summum tenent Imperium. Hâc ratione ex Reip. suâ usu optimè hostes definivit Ulpianus, quod sint, quibus Bellum publicè populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano, cæteri latrunculi vel prædones appellantur. Et idèd, inquit porro, qui à latronibus captus est, servus latronum non est, nec postliminiû illi necessarium est; ab hostibus autem captus, ut puta à Germanis & Parthis, & servus est hostium, & postliminiò statum pristinum recuperat, *l. 24. ff. de captiv. & postlim.* Disertè hîc Jus Belli negat competere latronibus, ut etiam facit Paulus, in *l. 19. §. 2. ff. eod.* non aliâ de causâ, quàm quòd illi nullâ autoritate pu-

blicâ coëant. Ille igitur hostis est, qui habet Remp, curiam, ærarium, consensum & concordiam civium, & rationem aliquam, si res ita tulerit, pacis & fœderis; reliqui, etiamsi exercitûs habeant, & milites atq; Imperatores se ferant, non pro hostibus, sed pro latronibus & Spartacis sunt habendi, uti contra Antonios, veluti contra latrones, discriet Cicero, *Philipp. 4.* Fieri tamen potest, ut per adeptionem publicæ causæ ex latrone, & latrocinio, in Ducem & in bellum evadatur, veluti quando quis à privato latrocinio, ad patriæ causam tuendam, se confert, quod exemplis confirmat Albericus Gentilis, *de jur. bell. lib. 1. c. 4.*

XXVI. Inter ipsos cives si arma capiantur, interesse videtur, num ita divisus sit populus in partes, ut dubium sit, ab utrâ parte stet Jus Imperii, dum utraqve Majestatem affectat; an verò tale quid non contingat, sed aliunde nascantur dissensiones. Priore casu, quia progressu temporis gens una in duas gentes scindi potest, non erit absolum dicere, utramq; partem jura Belli habere, & sic utrinque justum, hoc est, solenne censeri Bellum. Posteriore casu Belli jura locum non inveniunt. Quia enim illi, qui jura Majestatis tenet, cum seditioso pugnandum est exercitu, & cum sub-

dicitis

ditis suis, qui ejusmodi rebelliones excitârunt, agendum, dubium non est, prævalere hic inter arma Imperium, & ideò à Principe exercitum comparari, non ut pacem ab adversariis extorqueat, sed ut in ordinem cogat refractarios, & ad agnoscendum imperium suum vi adigat. Et huc pertinet, quod scribit Ulpianus, l. 21. §. 1. ff. de captiv. & postlim. In civilibus disensionibus, quamvis sæpè per eas Resp. ledatur, non tamen in exitium Reipubl. contenditur, qui in alterutras partes discedent, vice hostium non sunt eorum, inter quos jura captivitatum aut postliminiorum fuerint.

XXVII. Sive autem adversus latrones, sive adversus subditos arma capiantur, neutrubi Jus Belli valet, ne quidem ex parte capientis. Dum enim præsupponimus, Jus Belli ut locum habeat, ex utrâque parte pugnantium æqualitatem, facilè hinc patet, in civilibus disensionibus, & persecutione latronum, æqualitatem eam non inveniri. Ut maximè ergò Princeps Juribus Majestatis utatur, & exercitum cum potestate insolentissimâ, & cum apparatu plusquàm solenni mittat, non tamen utitur tum eâ Majestate, quam erga parem ostentare debet, & solet, sed Majesticum potiùs exercet Imperium. Quemadmodùm

enim Magistratus oppidanus in contumaces & refractarios cives, vi jurisdictionis, quâ tenet, variè animadvertit, eosq; per apparitores & executores plures, vel pauciores, pro re natâ ad obedientiam cogit, bona etiam subditorum, adversus fures & violentos invasores, pro modo jurisdictionis defendit: haud aliter Princeps vi Imperii, quod gerit, rebelles in ordinem cogit, & subditorum suorum bona ab invasione latronum secunda reddit. Quòd autem in eam rem integrum nonnumquam & copiosum exercitum conscribere opo habeat, id facit magnitudo periculi, & quòd non una tantum civitas, sed integra quandoque Provincia, aut saltem ipsius imperantis Majestas, adversariorum libidini exposita sit, quibus ut capistrum injiciatur, tanto interdum opus est apparatu.

XXVIII. Nescio tamen, utrum faciendum sit cum Grotio, qui lib. 1. de jur. bell. & pac. cap. 3. §. 4. scribit, si citra Leges civiles res spectetur, videri omnem Magistratum, sicut ad tuendam plebem, sibi creditam, ita ad exercendam jurisdictionem, si vis occurrat, jus habere belligerandi; sed quia ex bello tota civitas in periculum venit, ideò firmè omnium populorum legibus cautum esse, ne bellum geri possit, nisi

auctore eo, qui summam in civitate potestatem habeat. Enimverò vis illa, quæ occurrere & exercitium jurisdictionis impedire potest, aut externa, aut interna, h. e. aut extra civitatem, cui Magistratus præest, aut in ipsâ illâ sese exerit. Priore casu impedimentum contingit aut à privato aliquo, aut ab hoste publico. Cum illo ut bellum geratur, omnis ratio vetat, quippe qui coerceri nullo negotio potest, nisi id facit autoritate publicâ. Tum enim, quia sub augustiore clypeo occultatur, vertenda erunt arma in illum, qui est ejus rei causa prima & præcipua, ut tamen ipsi etiam instrumento, h. e. illi, qui immediatè vim infert, fibula injiciatur. Cum hoc armis quidem transigere necesse est, sed quia per impedimentum, Magistratum positum, ipse ille petitur, & contumeliâ afficitur, qui Magistratum constituit, ad illum potius spectat belli gerendj potestas, quàm ad Magistratum, aut si per Magistratum impedimentum removeri potest, non tamen id fieri debet sine præscitu & autoritate superioris, quippe cujus interest, rem benè, & cum emolumento geri. Posteriore casu poterit Magistratus ipse, vi jurisdictionis, quam tenet, contumaces coercere, habito eo ordine, quem præscribit Bart. Blarerus, *ad l. diffam.*

cap. 11. n. 11. Oldendorp. *class. 1. act. 2. n. 8.* ita ut manu etiam militari uti possit, si aliter obtemperare subditus nolit, *l. 68. ff. de R. V.* Hunc enim in finem Magistratus armatam manuum apparitorum præstò habet, qui muneris necessitate ad armorum gestationem adstringuntur. Dn. Tabbor, *de hoplophor. c. 3. n. 26.* Negotamen, hanc potestatem coincidere cum potestate belli gerendi, nisi Belli vocabulum Grotius tam latè capiat, ut qualemcunqve vim armatam, etiam eam, quâ Magistratus in subditos utitur, includat, sed quo ipso in meras æquivocationes negotium desinit.

XXIX. Nec magis verum est, quod ait Grotius, per Leges Civiles factum esse, ne Bellum geri possit, nisi auctore eo, qui summam in civitate potestatem habeat. Rectiùs, ni fallor, Augustinus apud Gratianum; *c. quid culpatur 23. q. 1.* cujus ipse etiam meminit Grotius: *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc postulat, ut suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes Principes sit.* Ordo iste naturalis ex eo imprimis resultat, quòd maximum Reipublicæ turbandæ momentum in bello consistat, quòd quæ tota salus communis ab exitu Belli pendeat. Et ex hoc capite Jus Belli tanti æstimat Bodinus, ut eo nullum ferè majus Regale

gale inveniri dicat, *lib. 1. de Rep.* At credo ego, Regalia ista, quæ ad Majestatem constituendam ab omnibus gentibus requiruntur, uti est jus belli gerendi, non demùm ex civili jure provenire, sed aliùs repetendam esse eorum originem. Aliàs autem non disimulo, etiam lege positivà, aut consuetudine aliquà Regalia constitui posse, uti suprà explicavi, sed quæ tamen apud omnes gentes ita non observantur aut custodiuntur, & abesse idcirco possunt à Principe quâ tali. Belli autem jus ideò abesse nequit, quia in eo non Reip. tantùm salus, sed ipsius etiam Imperantis Majestas periclitatur, sive hostes consideres, cum quibz pugnandum est, sive ipsas civium cohortes, quæ belli ingruentis colore ipsù facile imperantem impetere possint.

XXX. Quæ cum ita sint, fortiore argumento concludimus, non licere subditis adversus Principem, etiam pessimum & iniquissimum, bellum movere, aut armis resistere. Et dolendum planè est, inventos nostro seculo viros eruditos, qui contra sacras literas, contra rectam rationem, contra piæ antiquitatis sententiam, novo proculso dogmate, inferioribus quibusdam potestatibus adversus summam arma induunt. Ajunt, Magistratùs (de his enim principaliter quæstio est, cum de

privatis faciliùs admittant, eos adversus Principem insurgere non posse,) in partem curarum publicarum assumptos esse; potestatem igitur eis datam decernendi & disponendi ea, quæ ad publicam salutem faciunt; cumque salus publica obtineri nequeat, sicubi in Tyrannum degeneret Princeps, dicunt, habere Magistratùs ita constitutos potestatem removendi talem Principem, aut manu armatà cogendi, ut gubernaculis decedat. Sanè Petrus Apostolus docens, parendum esse Regi, i. e. summæ potestati, *ὡς Κύριον Χριστόν*, Præsidiibus autem, id est, inferioribus potestatibus, *ὡς δὲ ἀρχὴν κειμένην ἐν Χριστῷ*, tanquam misis ac ordinatis à summâ potestate, *1. Petr. II. 13. 14.* manifestè ostendit, omne inferiorum potestatum jus à summâ potestatum Imperiò pendere, & ab eo emanare. Ut maximè igitur Magistratùs isti rationè inferiorum superiores sint, & Magistratùs dicantur, summæ tamen potestatis ratione meri sunt privati & subditi. Uti enim in Logicis subalterna genera duplicem inferunt habitudinem, alteram quidem generis, quæ se habent erga subjectas species, & ad illas referuntur, dum illarum genera dicuntur; alteram verò speciei, quæ se habent erga suprà posita genera, & quæ ad illa referuntur, u-

dicantur eorum subijcibiles species, ita quidem, ut ratione summi generis semper sint species, & ne dicenda quidem sint genera: ita negare quidem non possumus, Magistratus inferiores, uti vocantur, habere aliquam potestatem, & esse personas publicas, si considerentur ratione inferiorum sibi subsectorum; si verò cum summâ, cui subsunt, conferantur Majestate, protinus omnis evanescit potestas, & in hujus respectu perinde se habent, ut alii privati. Majestas autem perinde ut genus generalissimum, ita summa est & dicitur, ut nulli alii subijci possit & debeat, sed reliquos Magistratus omnes transcendat, adeoque se à potestate eorum liberet. Hinc Marcus Aurelius, sapientissimus Imperator, eleganter dixit, Magistratus de privatis, Principes de Magistratibus, DEUM autem de Principibus decernere ac judicare. Neque aliter senserunt veteres Christiani, apud quos nulli Præsides, nulli legum duces contra impios, sævos, truculentos Imperatores armatâ manu quicquam moliri sunt, sed patientiæ gloriâ contenti, etiam decimari se quandoque passi sunt, nec aliam nisi dolendi, flendi, gemendi, orandi sibi sumpserunt potestatem.

XXXI. Sed hæc tamen omnia intelligenda sunt de eo Principe, qui

solus imperat, neque Ordinum decretis adstringitur, aut eos in partem Majestatis admittere tenetur. Quibus enim adstricta, & circumcisa, aliisque simul collata aut retenta est potestas, in illos, uti summum Imperium non tenent, ita arma ex Optimatum, tanquam superiorum, sententiâ sumi justis de causis possunt. Multi quippe Reges, etiam qui sanguinis jure succedunt, Reges sunt nomine magis, quam imperio, uti de Laconicis Regibus scripsit Æmilius Probus. Perpetuò autem hoc in nostris hisce exercitationibus observavimus, ut Principis vocabulo denotarem eum, qui Majestatem tenet, sive jam de Monarchiâ, sive de Aristocratiâ, sive de Politiâ disquisitione instituat, ita tamen, ut si de Monarchiâ quaestio fuerit, simplicem eam intelligamus, non mixtam, aut alio aliquo regimine temperatam. Hoc enim si factum fuerit, ipsa etiam jura Majestatis, quasi inter socios, divisa erunt, & sic ea ut exerceantur, plurium suffragia exigere necesse est,

XXXII. Ut de potestate Magistratus circa arma capienda caput absolvam, potest interdum ita præsens esse periculum, ut tempus non ferat eum consuli, qui supremum in civitate jus habet. Ut ecce aggreditur hostis aliquis externus civitatem,

tem, eamque obsidione cingit, idque tam præproperè, ut à Principe alibi degente nullum possit exquiri aut expecti mandatum. Hic verò necessitas except onem porriget, & poterit tùm Magistratus cives suos, etiam inconsulto Principe, ad defensionem sui excitare, iisque arma induere. Quin imò, quæ ita à civibus suscipitur defensio, ex præsumptivâ voluntate Principis videtur fieri, quòd malit civitatem quibuscunq; modis salutem suam procurare, ut in fide retineatur, quam ab hostibus cripi & occupari. Et quanquam talis præsumptio nulla adesset, aut etiam de contrariâ Principis voluntate constaret, poterit tamen civitas ita sibi relicta, & à Principe suo deserta, nihilominus armis resistere, & vim hostilem pro viribus repellere: redit enim tùm ipsi talis potestas ex jure naturali simplici, quo unumquodque conservationem sui quovis modo procurandi potestatem habet.

XXXIII. Extra hunc casum necessitatis, Majestatis crimen committit, qui injussu Principis bellum gesserit, delectumvè habuerit, exercitum comparaverit, *l. 3. ff. ad L. Jul. Majest.* Res enim mali exempli credita est, exercitu conscripto Remp. in periculum aut discrimen

conjicere. Atque hinc apud plerasque omnes gentes id demùm bellum, pro justo habetur, quod geritur auctoritate ejus, qui summum in Rep. tenet imperium. Quò etiam pertinet Lex Platonis, *lib. ult. de legib.* Si quis privatim sine publico scitu pacem bellumvè fecerit, capitale est. Et quomodo privato alicui tale jus competere dicamus, quippè qui judicia habet superioris, in quibus contendere cum adversario possit? Cur enim ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest jurisdictione suâ componere? *l. 13. §. 3. ff. de usu fruct.* Inter Principes autem ex necessitate bellum ideò introductum est, quoniam illi judicem superiorem non habent; neque inter eos fori disceptationes esse possunt, nisi inter volentes. Alber. Gentil. *de jur. bell. lib. 1. c. 3.* Hactenus ergò, dum ultima disceptatio non nisi per arma expediri potest, inter solos eos bellum justè geritur, qui sic summi sunt, ut publicorum appellationem mereantur soli. Ubi tamen simul id moneo, tentanda prius esse omnia, quam ad arma deveniatur. Tunc enim utile solùm est ad arma concurrere, cum locum apud adversarios justitia non potest invenire. Modos verò, quibus vitari potest, ne controversiæ in bellum erumpant, enucleatè tradit

Hugo

Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 23. num. 7. seq.*

XXXIV. Non malè hæc de re dis-
seruérunt Batavi in Responsione
suâ, quàm superiore ann. MDC LXXIV.
dedérunt Legato Svecico, cùm de
bello, ab eâ gente terris Brandebur-
gicis inferendo, fama percreuisset.
Ipsa eorum adscribam verba, quæ
naturalem, & omni gentium jure,
comprobatam, commendant æqui-
tatem, eaqve sic habent: Wann
nun unter allen / insonderheit Christ-
lichen Potentaten / von alters hero ie-
derzeit / umb unwidersprechlicher Ur-
sachen willen / gebräuchlich gewesen ist /
daß / wenn einer oder andere beleidiget
worden zu seyn vermeint / der beleidig-
te / ehe und bevor er zu den Waffen ge-
griffen / von dem jenigen / welcher die
Beleidigung Ihme zugefügt / satisfac-
tion begehret hat: So können Ihre
Hochm. zu höchstgedachter seiner Ma-
jestät sich keines andern versehen / als
daß dieselbe auch hierinnen einem so bil-
lichen Gebrauch statt und raum geben
werde / insonderheit / da Ihre Hochm.
und dero Allirte gegen S. Maj. sich er-
böthig machen / im Fall Dieselbe beleidig-
et seyn möchte / Ihre eine solche satis-
faction zu procuriren und zuverschaf-
fen / als von Recht und Billigkeit we-
gen begehret werden kan / &c.

XXXV. Idqve vel idèo maximè
complacere debet, quia nusquam

minus, quàm in bello eventus re-
spondet. Etsi enim mens rudis nil,
quàm secundos præfiguret exitus,
observatum tamen longâ experien-
tiâ fuit, plurima, quæ rectè consul-
ta videri potuissent, turpiter ceci-
disse, suosq; autores spe suâ defrau-
dasse. Atqve hinc prudenter Jo-
casta filio suo exuli incertos belli e-
ventus proponit, apud Senecam, in
Tbebaide act. 4.

- - nunc belli mala

*Propone; dubias incerti Martis
vices.*

*Licet omne tecum Gracia robur
trahas,*

*Licet arma longè miles a latè ex-
plicet*

*Fortuna belli, semper ancipiti in lo-
co est,*

*Quodcumq; Mars decernit: ex-
quat duos,*

*Licet impares sint, gladius: & spes
& metus*

Sors cæca versat, &c.

XXXVI. Cæterum privata in Im-
perio Romano bella, frequentia ad-
modum fuérunt olim, nec potue-
runt aliter injuriæ illatæ ex opinio-
ne quâdam inveteratâ expiari, nisi
per cædes & incendia. Duris scil.
& ferocibus exterarum nationum,
moribus invalescentibus, ferrum
lentis fori ambagibus & protractio-
nibus successit, & juri publico, quod
pacem

pacem & tranquillitatem imperaverat, pravâ consuetudine & privatâ vindictâ derogatum fuit. Tunc enim quisque suam suorumque injuriam non in jure coram judice, sed ferro manuque persequebatur: ad eò ut etsi his inimicitiis, quas Faidas vocabant, & Leges Longobardorum, & Capitularia Regum modum præscriberent, tamen ingravescente indies morbo, cædibus, deprædationibus & incendiis Respublicæ fœdissimè vastaretur. Tantas namque prava ista consuetudo acceperat vires, ut nec Principum Imperio, nec legum auctoritate, per sexcentos ferme annos, aboleri potuerit. Imò verò nec legibus quidem prorsus prohibita, sed certis tantum finibus coercita erat. Itaque qui unum aliquem ex nobili familia offenderat, is omnes ejus propinquos & conjunctos sibi adversos habebat, adeò ut si aliquis occisus, aut vulneratus, aut injuriâ aliquâ laceratus ab altero fuisset, continuo illius propinqui, affines & amici advolarent, junctisque viribus autorem cædis aut injuriæ adorirentur, suam & suorum injuriam armis vindicaturi. Factum inde, ut familiæ nobilissimæ quandoque penitus excinderentur, nullusque persecutionis privatæ finis esset, quamdiu aliquis superesset, qui injuriam posset

vindicare. Vid. Hieron. Bignon. ad *Marculsi form. pag. 569.*

XXXVII. Justa eâ de re querela invenitur in Capitul. Karoli M. *lib. 5. tit. 180. Nescimus quâ pernoxia inventione à nonnullis usurpatum est, ut hi, qui nullo ministerio publico fulciuntur, propter sua odia, & diversissimas voluntates pessimas indebitum sibi usurpant, in vindicandis proximis, & interficiendis hominibus, vindicta ministerium: & quod Rex saltem in uno exercere debuerat, propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium. Et putant sibi licere ob inimicitiarum vindictas, quod nolunt, ut Rex faciat propter DEI vindictam.* Sed quod obtinere legibus suis non potuerunt Principes ejus temporis, quibus hæc tantum gloria relicta erat, sicuti temperamentum à se positum & præscriptum observaretur, id deinceps felicior cum successu, patrum & avorum memoriâ, augustissimi Imperatores Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolphus II. tentarunt, scriptâ, & repetitâ in eam rem, de pace publicâ Constitutione saluberrimâ, quam eruditissimo commentario illustravit J. C. Crus celeberrimus, Andreas Gailius. Ejus hæc est sanctio, ut si quis armatis & coadunatis ho-

tis hominibus pacem publicam violat, in Bannum Imperii incidat. Est autem Bannum Imperii, uti describit Gailius, l. 2. c. 1. num. 20. judicialis censura, quâ violatoribus pacis publicæ aquâ & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè tam in personâ, quam rebus offendi possint. Quotiescunq; igitur vis publica & major, quam cui resisti potest, coactis scilicet & coadunatis hominibus, præviâ deliberatione, & ex *περσικῶν*, infertur, toties violatam pacem publicam, & Constitutioni huic locum esse, fatentur omnes, qui ejus contenta paulò accuratius observant.

XXXVIII. Nec dubitavimus proinde, ex Collegio Facultatis juridicæ Witteberg. ad consultationem. Bürgermeister und Rath zu S. mens. August. 1677. responderi debuisse hunc in modum: Ist anno 1676. zu besserer Aufbringung der Monatlichen Contribution, auf begehren der Bürger-schafft/ bey euch die Mahl-accise angeordnet/ und von dem Landes-Fürsten gnädigst confirmirt, auch/ darmit kein Unterschleiff geschehen möge/ ein Häußlein vor dem Visitator, an einem gelegenen Ort zusetzen/ anbefohlen worden. Worauff ihr/ gegen der Mühlen über bey der Brücken/ einen Platz

ausersehen/ und zu Auffrichtung des Häußleins albereit etwas von Bauholze anführen lassen. Welches aber die Schloß-Beampten nicht zulassen wollen/ sonderñ aus der H. Regierung einen Befehl/ mit dem vorhabenden Bau innezuhalten/ auszewirckt/ euch darauff de facto zu gefahren/ und etliche stücke Holz wezunehmen/ und auff das Schloß bringen lassen. Als Ihr nun mit eurer Nothdurfft darwider eingekommen/ ist darauff zu zweyen mahlen denen Beampten/ das sie euch das Holz restituiren/ und den Bau des Häußleins nicht hindern solten/ aus höchstermelter Regierung anbefohlen worden. Nach dem Ihr aber mit dem Bau fortgefahren/ das Häußgen zum stande gebracht/ und von dem Visitator zu seinen Dienste bewohnen lassen/ haben die Beampte/ welche solches alles gesehen/ und in die dritte Woche nichts darwider gesagt/ noch gethan/ ein neues Rescript, darinnen euch das Häußlein wieder einzureissen/ und in vorigen Stand zu setzen befohlen worden/ erlänget/ darmit aber noch nicht zu frieden gewesen/ sondern bey 300. bewehrte Amts Unterthanen zusamen gebracht/ dieselbe des Nachts durch die Schloß-Porte über das Schloß in die Stadt geführt/ die Gassen und Tore besetzt/ und das aufgeführte Häußlein in den Grund niedergerissen. Dieweil nun dadurch

eine

eine öffentliche Gewalt verübet worden / hat der Landes-Fürst der H. Regierung anfänglich euch wieder die Beampten zu schükren / nachmahls / daß zuörderst durch die Beampten die Sache in vorigen Stand gesetzt werden müste / und wenn solches geschehen / denen selbst die Justiz zu administriren gnädigst anbefohlen. Es haben aber die Beampten darzu sich noch nicht verstehen wollen / sondern von der H. Regierung eine Commission zur Ocular-inspection des Platzes / darauff das Häußlein gestanden / ausbracht / es ist auch darmit / eures einwendens ungeachtet / verfahren / und zur Eröffnung des Commissarischen Berichts / und irrotation der acten, termin anberaumen worden / 27. Weiß nun gleich die Beampten vorwenden möchten / daß sie bald anfangs per nunciacionem novi operis, un durch einen Regirungs Befehl euch in dem vorhabenden Bau einhalt gethan / dadurch Ihr denn davon abzusehen und zuörderst euer Befugnis auszuföhren schuldig gewesen / Ihr aber nichts desto weniger fortgefahren / auch / da euch das aufgebaute Häußlein wieder einzureissen anbefohlen worden / demselben nicht nachgelassen / un sie daher solchen Befehl zu exequiren wohl befügt gewesen / auch nunmehr das ganze Werck / durch d Commissarien eingeschickten Bericht / hauptsächlich de-

cidirt werden könne ; Dennoch aber / und dieweil die Beampten von dem Weg Rechtens / de sie durch Erhaltung des erste Regirungs Befehls ergriffen gehabt / selbst abgetreten / in deme sie das angeführte Bauholz hinregnehmen / und auff das Schloß tragen lassen / da sie doch die Sache in dem stande / wie sie tempore nunciacionis gewesen / hätten beruhen lassen sollen / die Regierung auch hernach diesen ihren Befehl revocirt, und euch den Bau fortzusehen nachgelassen / darneben / daß euch die Beampten daran nicht hindern / und das abgenommene Holz restituiren solten / anbefohlen / und ihr darauff mit guten Recht den Bau vollführet / die Beampten darzu still geschwiegen / und erst eine zeitlang hernach / da es nicht mehr res integra gewesen / zur wieder Einreißung solches Häußleins Befehl ausgewürckt / auch bald hernach / unerwartet / was ihr darauf zuthun euch resolviren möchtet / mit einer grossen Anzahl bewehrten Landvolcks das Häußlein in d Nacht angefallen / und niedergerrissen / und belantent Rechtens / daß ein spoliatus, ehe er völlig restituiret / zu antworten nicht angehalten werden mag ; So erscheinet dannenhero allenthalben so viel / daß diese zugefügte Gewalt vor einen Landfrieds-Bruch zu halten / und Ihr derowegen die Beampten aus d Constitution vom Landfrieden / und züfö-

derst auff restitution des niedergesessenen Häußleins zu belangen/ wohl befügt/ Es seind auch die Beampten euch in vorigen Stand zu setzen/ und vor allen dingen das Häußlein/ wie es gewesen/ auff ihre Unkosten wieder aufzubauen schuldig/ und wird bis dahin mit der Hauptsache/ ob das Häußlein dem Schlosse und Mühle zu nahe gesetzt/ und mit Eröffnung des Commissarischen Berichts/ in deme solcher in das petitorium gehörig/ billich in Ruhe gestanden/ V. N. W.

XXXIX. Szpius autem disquisitionum fuit antehac, neque adhuc in Collegiis cessat quaestio, utrum cognitio de pace publica violata, & secundum Constitutionem Imperii puniendâ, ad solum Imperatorem & Cameram Imperialem spectet, an verò etiam Electoribus, Principibus, & aliis Imperii Statibus competat? Qui affirmant prius, quorum antesignanus est Andreas Gailius, lib. 1. de pac. publ. cap. 6. multum praesidii quaerunt in ipsâ Constitutione, & argumentis quidem atque ratiocinationibus haud frivolis. Contrariam tamen sententiam rectius tuentur Nic. Reusner. l. 4. decis. 18. Daniel Mollerus, ad constitut. Elect. 13. part. 4. num. 6. seqq. & Carpzov. prax. crim. q. 36. quorum sententiam secuti etiam sunt nostri Wit-

tebergenses an Pancratium Meffisch/ mens. August. 1679. Wenn nun gleich Mevius einwenden wolte/ weil er wegen Ihrer Fürstl. Durchl. violirten jurisdiction in Anspruch genommen werden solte/ niemand aber in seiner eigenen Sache Richter zu seyn vermöchte/ daß auch wieder Ihn in dero Gerichten nicht verfahren werden könte/ zumahl/ da auch die action ex Constitutione de pace publicâ wieder Ihn/ als einen privatum, der nitr etlichen excess, un feinen eigentlichen Landfried-Bruch begangen/ nicht statt hätte/ allen falls auch solche vor Ihre Keyserl. Majestät/ oder Dero Kammergerichte angestellt werden müste; Dennoch aber/ und dieweil allenthalben in dem Heil. Römischen Reich eingeführet/ daß die Obrigkeit ihre Unterthanen vor ihren eigenen Gerichten belangen könne/ auch der von Mevio begangene excess, in dem er in Ihrer Fürstlichen Durchl. Gerichte mit starcker Folge un bewehrter Mainschafft/ dazu er auch einen Fürstlichen Unterthanen mit Gewalt gezwungen/ und zwar in die Kirche fürstlicher Weise eingefallen/ vor einen Land-Fried-Bruch billich zu achten/ dergleichen denn nicht marder von privatis, als publicis personis, verübet werden kan/ und endlich/ bewehrter Rechts- Lehrer Meinung nach/ aus der Constitution von Land-Frieden/ so wohl vor Römischer Key-

Käyserl. Majest. / und dero Kammer/
als auch anderen der Reichs-Stände
ordentlichen Gerichten / Klage ange-
stellet werden mag; So ist Titius in
seiner vorhabenden Klage / so wohl
quoad merita, als auch forum com-
petens, rechtmäßig gegründet / D.
N. W.

XL. Ceterum errare mihi viden-
tur illi, qui in dicta Constitutione
præter Banni pœnam, aliam adhuc
pecuniariam 2000. marcarum auri
decretam statuunt, ita ut conjun-
ctim aut divisim ad istas pœnas in-
fligendas agere liceat. Nec atten-
dunt illi, simul cum pœnâ Banni
confiscationem omnium bonorum
verbis disertis comprehendere, also in
die gemelte Acht gefallen zu seyn de-
clarirt und erkläret werden / ihr Leib
und Gut erlaubet seyn / und niemand
daran freveln/oder verhandeln sol oder
mag. Bona igitur universa si confi-
scatione auferuntur, non poterit dici,
quod mitior aliqua in eadem
Constitutione expressa sit, cum uti-
que ea, quæ 2000. marcarum auri,
non pertineat ad eos, qui pacis fra-
ctæ rei sunt, sed ad Principes & Sta-
tus Imperii, qui violatores pacis pu-
blicæ non puniunt, neque Constitu-
tionem hanc in provinciis suis ob-
servatam & custoditam cupiunt, uti
verba ipsa perspicue docent. Wir
befehlen auch allen und jeden Chur-

Fürsten / Fürsten / 2c. ernstlich gebie-
hend bey den Pflichten / Eyden / und
Gehorsam / die sie Uns / und dem H.
Reich / gethan haben / und zu thun
schuldig sind / und darzu einer Peen/
nehmlich 2000. Marck seines Gol-
des / — — daß sie solchen Frie-
den mit Ernst und treuen Fleiß halten/
und / wie vorgeschrieben siehet / hand-
haben/ 2c.

XLI. Quare cum de hac re quæsi-
ti fuissent Wittebergenses, ad eun-
dem Pancratium Menfisch respon-
derunt, Mens. Septemb. 1679. hunc
in modum: Begehret Ihr berichtet
zu seyn/ob auf den Fall/ da wider Me-
vium, seines Verbrechens halber/ in-
quisitorie verfahren / und er dessen
überführet werden solte / die in dem
Käyserlichen Land-Frieden determi-
nirte Geld-Straffe der 2000. Marck
löthiges Goldes stat habe / auch dem
Richter die election disfalls frey ste-
he? 2c. Wenn nun gleich in dem auf
dem Reichs-Tage zu Augspurg Anno
1548. erneuerten und geschlossenen Land-
Frieden/S. Wir befehlen/2c. von Peen
2000. Marck seines Goldes Erweh-
nung geschieht / auch / vieler Rechts-
Lehrer Meinung nach / solche Peen
auf die Fried-Brecher gezogen werden
wil / und es also das Ansehen haben
möchte / daß auch wider Mevium,
wegen seines Verbrechens / solche
Straffe stat haben könne. Diemeil

aber dennoch die in dem gedachten §. enthaltene Peen der 2000. Marck feines Goldes nicht auf die Fried- Brecher / sondern auf diejenigen Obriegkeiten / so nicht über den Land-Frieden halten / noch die Fried-Brecher zu gebührender Straffe ziehen / geordnet / die Peen der Fried-Brecher / und wie dieselben bestrafft werden sollen / in dem folgenden §. erst determiniret und gesetzt ist; So steht dem Richter nicht frey / Mevium in die Geld-Straffe der 2000. Marck feines Goldes zu vertheilen / *V. N. B.*

XLII. Quandoquidem igitur illi soli competit belli gerendi potestas, qui summum tenet in Repub. Imperium, eadem illa Pontifici quoque Romano, cujus Majestatem aliquoties contemplati sumus, & præter eum aliis quoque personis Ecclesiasticis, si quidem *το κύριον* in territorio aliquo obtineant, tribuenda videtur. Sed enim ingens eâ de re sese hic ingerit dubium. Antiquis enim Canonibus, quorum plurimos recenset Gratianus, c. 23. qv. 8. prohibitum est Clericis, arma movere, aut secularem militiam exercere. Istam Veterum disciplinam prolixè exponit Claudius Espencæus, l. 2. digress. c. 6. Et deplorat ibi statum Ecclesiæ hodiernum, quòd, dum Abbates, Episcopi, & ArchiEpiscopi simul Comites hodiè sint, Duces at-

que Principes, ea potius ab illis suscipiantur, & gerantur, quæ ad ampliandam provinciâ spectant, quàm quæ Ecclesiæ possint esse utilia. Simus sanè, inquit, Domini temporales simul & spirituales, Abbates, atq. Barones, Episcopi, Archi-Episcopi, Comitcs, Duces, Principes, Reges deniq. si quidem Dominus voluerit, Principum beneficio & largitate. Nihil enim vetat, alicujus civitatis aut provinciæ dominum creari, si idoneus reperiat, Episcopum. — — Sint hæc per me omnia Ecclesiastici, & sive ex hereditate, sive Principum liberalitate merum Imperium habeant, omnemq. jurisdictionem sive ipsi, sive eorum nomine alii exerceant. — Sed optandum, ea ne gubernatio à spiritali eos procuratione avertat, duplicem gerant personam, sed ne neglectâ propriâ functione profana, multò minùs vel potiùs omnium minimè cruenta & bellica tractent, nisi fortè necessitate plusquàm urgente, &c. Et post pauca: Ad tam itaq. multa, quæ Clericis omnia omninò arma bellica negant, scio cum Gratiano solitum responderi, propria quidem eos manu non debere arripere, sed alios, quibus hujusmodi officia commissâ sunt, ut ad oppressorum defensionem, & inimicorum DEI oppugnationem arripiant, Sacerdotibus hortari licere. — — Videotamen, veterem sanctio-

Et ioremq; Clerum ab armis & cædibus non manũs modò, sed animum quoq; cobivisse, &c. Et post aliquàm multa, cum enumerasset, in priore Ecclesiã non armis, sed precibus pugnatum fuisse ab Ecclesiã ministris, ita concludit: *Et tales quidem fuerunt in utroq; DEI populo Sacerdotum inermium, & pacificorum erga seculi dominos fideles & infideles, mi-tes & barbaros, victoria non minũs gloriosa, quàm incruenta: quibus non contenta posteritas veteris gentilissimi ritũ, togas in saga mutavit. Postquam enim exlex semel necessitas Clero ad prælia non tantũ animum, sed manum etiam exeruit, factum est, ut cum tempore, omnia deterente, eundem ludum exercerent, simul atq; receptum est, ut profanas cum sacris ministeriũ ditiones & tenerent, & gererent. Nec tantũ contra barbaros, & incredulos, sed ejusdem quoq; nunc sanguinis, nunc patriæ, aut certæ fidei, Principes, Domini nostri Dei pacis quidam minũs pacifici vicarii bella indicerent, & gererent, exemplo scandalis infinitis gravido, & nulla Scripturarum aut Canonum autoritate probato, &c.* Subjungit deinde historiam Pontificum Romanorum, qui bella vel ipsi gesserunt, vel hortatu suo aliis, ut gererent, autores fuerunt.

XLIII. Nolo hic disputare, quousque, & quibus conditionibus, Clerico armis uti permissum sit. Id enim jam olim præstitit Jctus famigeratissimus, Dn. Tabor, *de exarmat. c. 4. §. 12. seqq.* Id tamen notatum dignum est, quod sæpius decisum & practicum scribit Joh. Aloysius Riccius, *decis. Neapolitan. 48. num. 7.* tũ demum ob corporis sui tutelam insultatum Clericum armis uti posse, quando in actu defensionis aliunde arripit arma; secus verò, si ipse portavit arma, eisq; postea usus fuit in actu defensionis, nam tunc videri cogitasse de bello & rixã. Sed enim etiam hĩc fortè plus tributum fuit Clericis, quàm licuit olim per Jus Canonicum. Quæsitus enim Nicolaus Papa de his Clericis, qui se defendendo paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati, possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere, respondit: *Scito, nos nullam occasionem dare, nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominum QVOLIBET MODO occidendi:* Et svadet deinceps, ut Clericus, qui paganum se defendendo occidit, ab officio sacerdotali recedat, *c. 7. dist. 50.* In Canone antecedente 6. disertè dixerat idem Nicolaus Papa, discretos esse milites seculi à militibus Ecclesiæ

liz militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire.

XLIV. De Clericis in genere cum ita constitutum sit Jure Canonico, Sacerdotem summum, qualem se jactat Pontifex Romanus, cur exemptum dicamus, causæ nihil subest. Ut maximè igitur Majestatem tribuamus Papæ, propter provincias, quas summo & absoluto imperio gubernat, non videtur tamen exercere posse Jus Belli, quippe quod ex principiis Juris Canonici incompatible videtur cum Sacerdotio & Clericatu. Agnoscit istud discrimen potestatis civilis & Ecclesiasticæ ipse Papa Nicolaus, c. *cum ad verum* 6. dist. 96. ubi utramque potestatem suis propriis actibus, dignitatibus & officiis ita sejungit, & separat, ut neque potestas temporalis jura spiritualis potestatis, neque hæc illius usurpare sine injuriâ possit. De quâ re videri possunt uberiorius Rhenatus Choppinus, lib. 3. de *sacr. polit. tit. 3. n. 12.* Dorscheus, *disf. de Jur. Canon. sub Valent. Petr. Sacri nomine vulgata p. 46. seq.*

XLV. Nec quicquam facit commentum Pontificiorum de duplici Papæ potestate, temporali & spirituali, quam per duos istos gladios, ab Apostolis ostentatos, *Luc. XXII. v. 38.* innui, falsò jactitat Bonifa-

cius IIX. Papa, *extravag. unam sanctam de major. & obed.* Fatetur enim Franciscus à Victoriâ, *relect. 1. sect. 6. num. 19.* de duobus gladiis in sensu literali nihil ibi haberi, sed Christum ostendisse, Apostolos habituros contradictionem, & necesse esse, habere defensionem, ipsos verò errantes dixisse: Ecce duo gladii hîc, &c. Conf., quæ ex sententiâ Vice-Cancellarii Imperii Georg. Sigism. Seldii notat Ludovicus de Monte Sperato, *in vind. pacif. Osna-brug. num. 31.* Eleganter autem totum hoc de armaturâ Papæ & Clericorum, ex Lucæ verbis extractum, *νενομήτων* convellit Erasmi Moria, cujus verba hîc adscribere non erit alienum: *Magnus*, inquit, *Theologus*, (intelligit autem Nicolaum de Lyra,) *ex Lucæ verbis sententiam expresit, tam consentaneam animo Christi, quàm igni cum aquâ convenit. Etenim cum immineret extremum periculum, quo tempore solent Clientes maximè suis adesse Patronis, & quanta valent ope, συμμαχῶν, Christus hoc agens, ut omnem hujusmodi præsidiorum fiduciam eximeret ex animis suorum, percontatus est eos, numquid rei defuisset usquam, cum illos emisisset, adeò non instruitos viatico, ut nec calceis muniret adversus spinarum & saxorum injuriam, nec peram adderet adversus famem.*

famem. Ubi negassent, defuisse quicquam, adjecit: Sed nunc, inquit, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Cum tota Christi doctrina nihil aliud inculcet, quam mansuetudinem, tolerantiam, vitæ contemptum, cui non perspicuum, quid hoc loco sentiat? nempe, ut magis etiam exarmet suos Legatos, ut non tantum calceos negligant, & peram, verum & tunicam insuper abjiciant, nudique prorsus & expediti munus Evangelicum aggrediantur, nihil sibi parent, nisi gladium, non istum, quo grassantur latrones, & parricida, sed gladium spiritus, in intimos quoque pectoris sinus penetrantem, qui semel affectus omnes sic amputat, ut nihil jam illis cordi sit, præter pietatem. At videte, quæso, quorsum hac torqueat celebris ille Theologus. Gladium interpretatur defensionem adversus persecutionem; sacculum, sufficientem commeatus provisionem: perinde quasi Christus commutatâ in diversum sententiâ, quod oratores suos parum bædianus instructos emisisse videretur, superioris institutionis palinodiam canat, aut velut oblitus, quod dixerat, (beatos fore, cum probris, contumeliis, & suppliciis afficerentur, prohibens, ne quando resisterent malo; mites enim beatos esse, non fero-

ces,) oblitus, quod illos ad passerum & liliorum exemplum vocarit, nunc adeo noluerit eos absque gladio proficisci, ut cum vel tunicâ dividendâ jubeat emi, malitque nudos ire, quam non accinctos ferro. Ad hæc, quem admodum gladii nomine contineri putat, quicquid ad depellendam vim pertinet, ita marsupii titulo completitur, quicquid ad vitæ pertinet necessitatem. Atque ita divina mentis Interpretæ Apostolos lanceis, balistis, fundis, & bombardis instructos, educit ad prædicationem Crucifixi. Loculis item, vidulis, & sarcinis onerat, ne forte non liceat illis è diversorio discedere, nisi impransis. Nec vel illud commovit hominē, quod ense, quem tantoperè jusserat emi, mox idem objurgans jubeat recondi, quodque nunquam fando sit auditum, Apostolos ensibus aut clypeis usos adversus vim Ethnicorum, utique usuros, si Christus hoc sensisset, quod hic interpretatur.

XLVI. Cæterum omnis controversia in his duobus maximè consistit, utrum personæ Ecclesiasticæ, sacro officio destinatæ, rectè tribuatur Majestas civilis, & Imperium politicum: & positò, tribui eidem, utrum salvo statu suo Jus Belli exercere queat? De priori non multum laboravimus, cum ea sit seculi insolentia, ut se non patiantur ad pristinam & candidam simplicitatem

reduci. Si tamen dicendum, quod res est, arbitròr ego, divinis & Apostolicis institutis Clericorum Imperia politica minus convenire. Quod ne frustra dixisse videar, videri velim ea, quæ congesit Hugo Grotius, de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 22. num. 14. Celebris est in hanc rem Canon 83. inter vetustos illos, qui dicuntur Apostolorum, celebris etiã Canon 185. Synodi Chalcedonensis, quo utroque *spatium* interdicitur illis, qui semel in Clero cooptati sunt. Vocant autem *spatium* non militiam quidem armatam, aut præfecturam militarem, quãquam etiã hæc Clericis ut inconveniens prohibita sit, sed civilem militiam, h. e. Magistratum vel dignitatem, *de xlvj. a. l. i. a. v.* uti benè notat Christophorus Justellus, in *Observ. ad Cod. Canon. Eccles. African. p. 128.* Atq; ista cum probè secum ventilasset Georgius Wicelius, Vir, Sixti Senensis judicio, *l. 4. bibl.* variæ eruditionis, Hebraicæ, Græcæ ac Latinæ linguæ peritissimus, ingenio excellens, & sermone disertus, cum multa alia, tum hoc in primis reprehendit in Episcopis suæ ætatis, quod propemodum pudeat eos Episcopos dici, & audire tantum Principes gaudeant, imò quòd illorum aula non sustineat patienter audire, si quis roget, ubi Rev. Episcopus sit; præcisè dicendum

esse: ubi reperiam meum Gloriosum Dominum, & Principem. Dicit autem, rectè notari illorum opinionem, aut potius assentationem, qui commiscuerunt in Pontificibus ac Episcopis Ecclesiasticam pariter ac politicam potestatem. *Quid enim, inquit, choro cum foro? quid gladio spiritus cum gladio carnis? Profectò Apostolus de Apostolis, & horum successoribus aperte negat, arma illorum esse carnalia. Quæ est societas Christo cum Herode, aut Paulo cum Agrippa? Itaq; magnoperè probamus istud discrimen, sicut discrimen ponimus inter cælum & terram.* — —

Verùm dispusetur ad vivum investiganda veritatis ergò: utrum idem existere possit Pastor spiritualis, & miles plus quàm carnalis? Ac jure negestet alterà manu pedum Pontificale seu Episcopale, & simul alterà ensẽm cruentum, galeam, thoracemq; Martialem? Verùm hæc signa non aliter constant: tantò difficilius est, contra tractum fluminis niti, & cum suo depugnare seculo, &c. Vidsantur plura in libro, quem inscripsit Viam Regiam, *sub tit. ad artic. de potest. Eccl. Tã* parùm convenit institutis Ecclesiæ primitivæ, & ipsi verbo divino, potestas Papæ, & Episcoporum temporalis sive civilis.

XLVII. Sed fruantur tamen illi Imperio aliquo politico, & summo etiam,

etiam, quantumcunque in Rep. fingi potest; certum nihilominus hoc est, propriis suis principiis, Juri Canonico insertis, eos convinci, Jus Belli se exercere non posse. Et hinc monstruosum videtur Cardinali Baronio, *ann. 888. n. 2.* quod tam Episcopi, quam Abbates armati ad bella procederent, in hostes irruerent, caderent ipsos, & caderentur ab ipsis, tanquam sacrorum Canonum violatores, & muneris pastoralis & nominis desertores detestandi. Eodem modo Cardinalem Gvishum notat Gabr. Bart. Gramondus, *hist. Gall. l. 8.* quod ex purpura Romana & sacro caractere rara in eum laus, eo quod militiam affectaverit, impatiens sui. *Non miles*, inquit, *quia Cardinalis, non item Cardinalis, quia miles erat.* — — *Indebitum certe characteri, quod in Engeriacâ obsidione saepe ferrum in hostem strinxit, immemor Ecclesiam nescire sanguinem.* Nec aliud de Romano Pontifice, sicubi is bella gerere velit, aut potest, aut debet ferri judicium. Et certe Leonis IX. præterviam atque bellicosum animum gravi censura notavit Hermannus Contractus, *in Chronico*, & post eum Petrus Damiani, *in Epist. ad Firmum*, Vir, Bellarimini, *lib. de Scriptor. Eccles.* judicio, valde factus, & devotus, sed qui propterea à Baronio, *ad ann. 1053. num. 14.* hæ-

refeos notâ inuritur. Quam promptos se & alacres bello præstiterint Pontifices alii, res notior est, quam ut hic prolixius exponere oporteat, & vel ipsum hodierni Papæ, Alexandri VII., exemplum abundè ostendit; sed cui profectò impune non fuit, Lilia laceffere, & magni Galliarum Monarchæ iram in se concitare. Faceo jam Pontificum per sicarios procurata homicidia, de quibus videri poterit Marcus Antonius de Dominis, *de Rep. Eccles. lib. 9. cap. 9. num. 21.* Talis ergò cum sit Sacerdos summus, non alii erunt inferiores, ne minus sibi correspondere & consentire videantur caput, & membra. Scilicet, *Præsul ut amptruat, inde & vulgu redamptruat olti.* Sed destinamus tandem, camarinam istam ulterius movere. Sufficit enim, id observasse, statum Pontificis Romani Majestaticam minus convenire cum ejus officio sacerdotali, & adhuc minus potestatem belli gerendi. Cæteris omnibus, quibus Majestatem tribuimus, etiam Jus Belli, quod non minimam Majestatis partem constituit, tribuamus necesse est.

XLVIII. Proximum nunc est, ut, quibus casibus id exercere liceat, quasi per summa capita dispiciamus, cum in hoc articulo non unis vicibus erretur à Principibus, quibus

cum potentiam suam & robur intuentur, facile persuadetur, ut hostem sibi quærant, & bellum incipiant planè extra necessitatem, ex solâ animi libidine. Quandoquidem autem nihil tam naturæ adversum est, quàm vis externa, & in hac tamen belli illati moles quàm maximè consistit, ipsa ratio svadet, non eligendam esse, aut inferendam ejusmodi vim, nisi causâ vehementissimè urgeat, & aliud non suppetat remedium, quo declinari bellum possit. Hinc igitur bella, quæ absque causâ suscipiuntur, pro ferinis habentur, & mera dicitur insania, si quis in bella fertur, periculorum propter ipsa avidus. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. cap. 22. num. 2.* Quin nec justis quidem ex causis bellum semper gerendum esse, ostendit idem *cap. 24. ubi num. 7.* optimè cum Theologis concludit, Regem, qui ob causas leves, & non-necessarias, bellum suscipit, teneri subditis ad reparationem damnorum, quæ inde oriuntur. Romani equidem famam justitiæ in bellorum causis si non obtinuerunt, certè affectarunt. Certè quidem, inquit Rhodii ap. Livium, *l. 45. Vos estis Romani, qui ideò felicia esse bella vestra, quia justa sint, præ vobis fertis, nec tam exitue eorum, quòd vincatis, quàm principis, quòd non sine causâ suscipiatis,*

gloriamini. Et tamen iidem illi bella, sæpè manifestè injusta, susceperunt, uti de Bello in Sardiniam & Cyprum dissimulare ipsimet haud possunt. Vid. Flor. *l. 3. c. 9.* Polyb. *histor. lib. 3.* Add. Christoph. Forstner. *ad l. 3. annal. Tacit. p. 256. seqq.*

XLIX. Nec verò dubitari debet, aliam nonnunquam palàm proferri & prætendi causam, aliam reverà subesse. Illam justificam vocat Grotius, *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 22.* & cum Polybio *περὶ παυ;* hanc svasoriam, & *αὐτίαν.* Causa prima & præcipua plerorumq; bellorum est cupiditas, & habendi, aut fines dilatandi libido. Nec tamen ea unquam publicè profertur, sed prætextus aliundè sumitur, isq; tantò cum elogiò, ut justitiam strenuè mentiat. Quòd si nulla alia sese offerat causâ, ad Religionem confugiunt militantes, & omnium suarum actionū autorem DEUM faciunt, Religionis & justitiæ titulo ambitionem suam velantes. Suum quisque bellum sacrū prædicat, hostes quisque suos impios dicitur, suam quisque causam sanctam nominat. In ore omnium sanctum piusq; versatur: consilio, conatu, animo secus agitur. *Liceat, inquit Dn. Hülsemanus, p. m. in præfat. dialys. p. 54. hoc liberè mihi profiteri, me, si Davidem, si Salomonem hodiè in terra diventes, affir-*

affirmare audiam, se solo puroque ac nudo amore religionis movere hoc, aut illud bellum, & sumere arma in Nassum, Hanonem & vicinos Reges: submissè rogaturum deliberandi spacium, ad indagandum: prophesico an politico spiritu id affirmassent? &c. Tàm fallax scilicet hodiè est nomen Religionis, ut DEUS, pietas, cultus divini in speciem prætexantur. His enim sanctissimis nominibus multi non alio fine utuntur, quàm ut unius populi animos dividant, inimicos debilitent, in sociis Regnis sibi factiones parent, & animum atque amorem alii debitum, sibi furentur.

L. Quandoquidem autem multæ & variæ occurrunt belli causæ, universas illas & singulas exactè considerare nostrum non fert institutum. Nonnullas tamen earum, quantà fieri poterit, brevitate recensere. Et quidem cum bellum vel offensivum sit, vel defensivum, fieri potest, & plerumq; solet, ut causâ bellum defensivum justum faciat, quæ bellum offensivum planè injustum reddit. Quod enim quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimatur. Et cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse, l. 3. ff. de just. & jur. Nefas

est, alterum alteri insidiari, non autem nefas est, contra insidiantem se defendere. Itaque si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere, l. 4. ff. ad L. Aquil. Ita ergò Religionis, extensionis Imperii, opum cumularum causâ non licet bello alterum infestare, infestanti tamen, & invadenti ex eâ causâ, licet bello resistere, suamque Religionem, fines Imperii, bona & fortunas defendere. Et quòd probè notetur, multò latiorè habet ambitum defensio, quæ fit bello publico, quàm quæ privatis permittitur in aggressionè privatâ. In privatâ enim insultatione jus quasi momentaneum est, & cessat, simul atque judicem adiri res patitur. At publicum bellum tractum habet. Publica enim offensio semper in hoste præsumitur, & metuitur, etsi adhuc non sit in actu, imò ne quidem in potentia nocendi proxima. Justa ergò erit adversò hostes defensio, non ea tantum, quæ adhibetur nondum expectatâ offensione speciali, sed etiam ea, quæ hostem fugientem persequitur, propter violentiam scilicet successivam, quæ etiam in hoste fugiente justè metuitur. Quibus accedit porro, quòd in insultatione privatâ mera consideretur defensio; at

B b b b ;

publi-

publicæ potestates cum defensione simul ulciscendi jus habent, propter quod prævenire illis vim non præsentem licet. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 1. num. 16.* Sed hoc tamen casu necesse est, ut constet non tantum de armaturâ & potentia hostis, quam metuimus, sed etiam de animo, & quidem ita constet, ut certum id sit eâ certitudine, quæ in morali materiâ locum habet. Hug. Grot. *l. 2. c. 22. num. 5.* Aliàs enim ad anticipationem & præventionem non sufficit metus, quâquam sufficiat ad apparatus defensionis, & conscribendum militem. Dn. Strauch, *exerc. exoter. 9. num. 15.*

LI. De causis belli offensivi iustificis multum disputatum fuit superiori seculo propter Hispanorum in Indias expeditionem, quod jure, scilicet Hispani Americam subjugarint, aut subjugare potuerint. Et quia tum temporis conquilita fuerunt omnia, quæ quoquo modo causam Hispanorum adjuvare posse credebantur, ista hic veluti in Tabellâ proponemus, & quidem verbis Francisci à Victoriâ, Viri, Bellarmini judicio, egregie docti, qui *Relict. 5.* tribus integris sectionibus argumenta ista admodum eruditè examinat. Omnia autem ad verbum exscribere cum prolixum sit, & præter institutum nostrum, summa in-

de excerpemus capita, adjunctâ quandoque, ubi opus fuerit, per intercalarem commentarium, nostrâ Epicrisi.

LII. Primâ sectione istas defendit propositiones: Indis non debere auferri dominium ideo, quod sint peccatores, *n. 5. & 6.* nec ideo, quod sint infideles, *num. 7.* nec ideo, quod sint amentes aut insensati, *n. 22.* *seq.* Sectione secunda contendit primò: Imperatorem non esse totius orbis dominum, *n. 1.* & quamvis dominus esset, non tamen posse occupare provincias barbarorum, & constituere novos dominos, *n. 2.* (Acquirendæ enim & amittendæ possessionis jura etiam in provinciis & integris Imperiis locum habent, quâ ratione alienari possunt integræ regiones & populi, possunt pro derelictis haberi, possunt usucapi, possunt alteri auferri, &c. Vid. Cl. Conring. *de finib. imperii lib. 2. p. 343. seq.*)

Secundò: *Papam non esse dominum civilem aut temporalem totius Orbis, loquendo de dominio & potestate civili, & oppositam sententiam esse contra præceptum Domini, Luc. XXII. v. 25.* (Non convenit ergo Victoriam Angelo Carerio, Thoma Borzio, Abrahamo Bzovio, & aliis, qui Papam Romanum in temporalibus & spiritualibus directam in universi Orbis terrarum dominia habere pos-

testa

testatem, frustra renitente Bellarmino, contendunt.) *Nec Papam habere jurisdictionem spirituales super infideles,* (dicit tamen Henricus Segusianus, Cardinalis Ostiensis, referente Bellarmino, l. 5. de Rom. Pont. c. 1. per Christi adventum omne dominium Principum infidelium translatum esse ad Ecclesiam, & residere in summo Pontifice, & ideo posse Pontificem regna infidelium jure suo donare, quibus voluerit fidelium,) *nec valere argumentum à potestate Christi ad potestatem Papam, num. 3.* (Sed in Concilio Tridentino placuit, pro determinato esse habendum, sicuti Christo data est omnis potestas in caelo & in terra, ita pari potestate munitum Pontificem Romanum, ejus vicarium, referente Petro Svav. *bisli. Concil. Trid. lib. 8.*) *Quin etiamsi Papa haberet potestatem secularem in toto orbe, non posse tamen illum dare eam Principibus secularibus, esset enim annexa papatui n. 4.* (Posito, Papam esse vicarium Christi, nihil poterit esse papatui annexum, nisi quod Christus discretè ita voluit. At regnum suum non esse de hoc mundo, simplici ore professus est Christus, quomodo ergo papatui id posset esse annexum.) *Papam tamen habere potestatem temporalem in ordine ad spiritualia, i. e. quantum necesse est ad*

administrationem rerum spiritualium; (Nullam esse talem potestatem, ostendit Joh. Davenantius, *quæst. 4. pag. 21.*) & generaliter dominatum universalem nullo, neque humano, neque divino, neque Ecclesiastico jure Papæ competere, gravissimè evictum est à Gvil. Barclajo, *de potest. Pap. & ejus Hyperaspiste, Johanne, Rossensi Episcop. in tr. de potest. Pap. temp.* itemque à Chamierro, *in Panstrat. Cath. tom. 2. l. 15. c. 14. 15. 16.*) *posse eum hæc ratione leges civiles infringere, posse Reges deponere, & novos constituere;* (Impudentissima hæc est doctrina ex Hildebrandi, sive Gregorii VII. dictatibus primitim nata, quæ tanta deinceps incrementa cepit, ut non propter impietatem modò, sed propter imperitiam quoque, vel ignaviam regnandi à Pontificibus Reges, ut à dominis prædiorum villicos, deponi posse doceretur; hinc enim scribit Becanus, *in controvers. Anglican. p. 146.* idem juris Pontifici in Reges esse, quod opilioni sit in canes. Sed quàm infirmi hinc assertioni substituantur tibicines, alibi ostenditur.) *Et licet hoc vel non faciat Papa, vel non sapè faciat, fieri tamen id, non quia non potest;* (potestas illa est affectata, tyrannica & præsumpta,) *sed quia timet scandalum, ne Principes putent, hoc facere per ambitionem,* (uti reverrà est,

rà est, & cordati omnes hæcenus crediderunt,) *vel veritè rebellionem Principum à sede Apostolicâ,* (hæcenus ergò ratio status ejusmodi fulmina impedit,) *Episcopos etiam habere hoc modo auctoritatem temporalem in suo Episcopatu eâdem ratione, quâ Papa in orbe, num. 5.* (At cautum hoc in Concilio Tridentino, ne Episcopi in suâ diœcesi Papæ sibi partes sumerent, quod passim docet Petrus Svavis.) *Etiamsi barbari nolint recognoscere dominium aliquod Papæ, non idèò tamen posse eis bellum inferri, & bona illorum occupari. Hispanos ergò, cum primùm navigarunt ad Terras barbarorum, nullum jus secum attulisse occupandi provincias illorum, num. 7.*

LIII. Tertiò concludit, *Indiam non factam fuisse Hispanorum jure inventionis, habuisse enim suos dominos, num. 7.* Quartò: *Indos malè proptereà bello peti, quia nolint recipere fidem Christi, postquam illis proponeretur, num. 6. 7. 8.* imò post sufficientem informationem in fide Christianâ non licere eos bello persequi, & spoliare bonis suis. Bellum enim nullum argumentum esse pro veritate fidei Christianæ, ergò per bellum barbaros non posse moveri ad credendum, sed ad fingendum, se credere & recipere fidem Christianam, id verò immane & sacrilegum esse, n. 14. 15. (Ad quid ergò

sæviunt Pontificii inquisitionibus suis, & bella movent in reformatos?) Quintò: *Principes Christianos etiam auctoritate Papa non posse coërcere barbaros à peccatis contra legem, naturæ, nec ratione illorum eos punire, n. 16.* (Vid. Joseph. Costa, de procurand. Indor. salut. lib. 2. c. 3. 4. 5.) Sextò: *Falsum esse, Indos Regem Hispania pro domino ac Rege suo recepisse, aut si factum, factum id non sine vi & metu.* Septimò: *malè argui, justo DEI judicio omnes istos barbaros condemnatos ad perditionem. Est enim hoc ita sit, non tamen illum, qui perdit, proptereà esse extra culpam.*

LIV. Sectione tertîâ præmittit, se de falsis, & non idoneis titulis hæcenus egisse, velle se nunc agere de legitimis & idoneis. Inter hos recenset primò *naturalem societatem, & communicationem, & facit sequentes propositiones.* (1) *Hispani habent jus peregrinandi in illas provincias, & illic degendi, sine tamen aliquo nocumento barbarorum, nec possunt ab illis prohiberi.* Quidni? cum & privatus possit prohibere, ne Titius fundum suum ingrediatur, l. 13. §. f. ff. de injur. Et fortasse justæ possunt esse prohibitionis causæ, inter quas haud postremâ est metus periculi ab extraneo adveniente, præsertim si catervatim integras secum naves advexerit. Sufficit iste metus

mētus ad denegandam receptionem, cum libero homine indignum sit, ab altero periculum expectare, & ad injurias nudari. Vid. Dn. D. Strauch. *disp. de imper. mar. cap. 8. num. 2.* Idcirco recte Albericus Gentilis, *l. 1. de jur. bell. cap. 19.* ad illud de Amorrhæis: Teneo, inquit, cum Augustino, si nec timendum sit, ne noceatur, & certum sit, noceri non posse. (2) *Licet Hispanis negociari apud illos, nec vel hi vel illi à Principibus suis possunt prohiberi.* At è contrario Ludovicus Molina, *de just. & jur. tract. 2. disp. 145.* nullam gentem seu Rempubl. teneri vult, sive cum periculo sui, sive sine periculo, commercia aut hospites externos admittere, nisi gravi imminente necessitate aut fœdere, alio vè jure singulari interveniente. Et quanquam commercia cum imprimis finem habeant, ut alterius indigentia succurratur, nemo tamen, qui indiget, jus exigendi inde accipit, & possunt utique prohibere Principes, aut limites commercia pro ratione copia aut inopia, damna aut incommodi in Remp. redundantis, atque aliarum circumstantiarum, quemadmodum ipsi etiam Hispani commercia se in utrisq; Indiis cum aliis nationibus prohibere posse aperte profitentur. (3) *Si quis sunt apud barbaros communia tam civibus quam hostibus, non licet barbaris pro-*

hibere Hispanos à communicatione, & participatione illorum, e. g. si licet aliis peregrinis effodere aurum, etiam Hispanis licebit, n. 4. Sed multæ possunt incidere causæ, propter quas ista talia Hispanis negari, aliis verò nationibus permitti possint, ut si Hispani aurifodinas nimium exhauriant & attenuent, &c. (4) *Si ex aliquo Hispano nascantur ibi liberi, & velint esse cives, non videtur, quòd possint prohiberi, vel à civitate, vel à commodis aliorum civium, n. 5.* At jus civitatis apud plerasq; gentes ita limitatum fuit, ut non promiscuè unicuique conferretur. Neq; vel ipsi quidem Hispani tam liberales erunt in conferendo suæ civitatis jure. Et si hoc Hispanis concedendum esset in Indiis, cur Hispani Judæorum octingenta millia, & alio tempore Maurorum nongenta millia imperio suo ejecerunt, notante Mariana, *lib. 36. c. 1.* & Johanne de Laet, *Hispan. c. 4. n. 5. (5)* *Si barbari velint prohibere Hispanos in suprà dictis, Hispani primò debent ostendere, se non venire ad nocendum illis, sed pacificè velle hospitari, qui si acquiescere nolint, & vi agere velint, tum possunt se Hispani defendere, arces & munitiones edificare, & alia belli iura agere. Sed si victoriam Hispani obtinuerint, non debent occidere illos, vel spoliare, vel occupare civitates eorum, quia barbari natura sunt meti-*

culosi & stolidi, & igitur hoc casu innocentes. Et ideo debent Hispani scrueri, sed quantum fieri poterit cum minimo detrimento illorum, quia est bellum duntaxat defensivum, num. 6. Methodus ista belli defensivi vix unquam observata est, aut observari potest. Nō n. satis congruunt ea: hostem habere, eumque vincere, nec tamen vincendo occidere aut spoliare posse, non occupare posse civitates ejus. Imò verò dum Hispani invitis Indis castra & munimenta ædificant, hostes se constituunt & offensivis belli actibus eos laessunt, adeoque non erit vitio vertendum Indis, sicubi castra ea & munimenta oppugnent, & quantum in ipsis est, destruere conentur. (6) *Si omnibus tentatis Hispani non possunt consequi securitatem cum barbaris, nisi occupando civitates, & subjiciendo illas, licite possunt hoc etiam facere.* At verò bellum ob commercia negata, nisi contra foedus pristinum negentur, aut ex præeunte aliquo titulo commercandi singulari potestas ea pendeat, justè suscipi simpliciter nego. (7) *Si barbari perseverent in malitiâ, possunt Hispani non tanquam cum innocentibus, sed tanquam cum perfidis hostibus agere, & omnia belli jura in illos proseguere.* Euge, quàm bellè nunc cohærent omnia. His n. argumentis blanditur Monarchia Hispanica, ut totum sibi, quem to-

ties in conceptibus habuit, subjiciat Orbem Terrarum. Sed profectò, tanti ea non sunt, ut cum iis velis in tenebris micare.

LV. Secundum titulum idoneum occupandi Indias facit *propagationem Religionis*, circa quem istas constituit propositiones. 1. *Christiani habent jus predicandi & annunciandi Evangelium apud Barbaros.* Jus tale, si quod esset, non posset excreri, invitis & reluctantibus Indis, nisi fieret legitimâ autoritate superiore. Sed & nullum divinum mandatum urget iterandi doctrinam publicam apud ullam gentem, postquam singulis jam olim verbum divinum annunciatum fuit. Dn. Hülsemann. *in breviar. c. 19. num. 6.* Sed hæc magis ad Theologos spectant. 2. *Et quamvis liceat hoc omnibus, potest tamen Papa negocium hoc committere solis Hispanis, & interdicare omnibus aliis.* Præsupponit hæc propositio Episcopatum Papæ Oecumenicum, quem commensuratum esse, & magno Ecclesiæ malo introductum, Orthodoxi omnes perpetuò agnoverunt. Diximus eà de re aliqua cap. 27. 3. *Si barbari permittant Hispanos liberè, & sine impedimento predicare Evangelium, sive illi recipiant fidem, sive non, non licet hac ratione intentare illis bellum, nec aliàs occupare terras illorum, num. 11.*

Quis verò sive barbarus, sive moratiorum aliquis admissurus facillè erit Evangelium Hispanorum, quo ab initio compellatos fuisse Indos memorat Antonius de Herrera, & ex eo Johannes de Laet, *præfat. in Americam*. Audiamus ex eo aliqua: Ego NN. minister summorum & potentissimorum Regum, Castella & Legionis, notum vobis facio, quibus possum modis, unum & æternum DEUM, Dominum nostrum creavisse Cælum & Terram. — Omnium nationum & populorum curam DEUS habere voluit unum virum, qui dicitur Petrus, ita ut dominus & supremus arbiter esset omnium & singulorum hominum hujus universi, ut ipsis imperaret, & veluti caput esset universi generis humani, ubicunq; tandem degerent, & quamcunq; legem, fidem aut sectam sequerentur, mancipavitq; illi universum Orbem, & licet ipsi mandaret thronum suum figere Romæ, loco opportunissimo ad gubernandum, tamen liberum ipsi reliquit in aliâ quavis orbis parte illum stabilire ad iudicandum & regendum populos, Christianos, Mahumetanos, Judæos, gentiles, & cujuscunq; tandem fidei & superstitionis. Hic dicebatur Papa. — Unus horum supremorum Sacerdotum, ut Dominus Orbis, donavit has insulas, & continentem in & ad Oceanum sitas, Catholicis Regibus, Castella & Legionis. — — Obi-

secro itaque, & quibus possum modis contendo, ut sanctam Ecclesiam agnoscat, Heram & dominam universi Orbis, & summum sacerdotem, qui dicitur Papa, ipsius nomine, atq; M.S. illius loco supremum dominum & Regem Insularum & continentis ex virtute dictæ donationis. — Sin contra feceritis, aut malâ fide moras nefecatis, denuncio vobis, me — Uxores vestras & liberos abducturum, & mancipaturum. — Eripiam vobis bona vestra, & multabo, quantumcunq; potero calamitatibus, uti vasallos, qui detrectant dominum suum, agnoscere. Bellum sanè hoc est Evangelium, quod regnum prædicantis de hoc mundo esse contendit, quodque ferrum & flammam minatur, nisi actutum ei paruerint homines, Quis autem inter Principes planè ignotos, & absolutos terrarum suarum dominos feret, aut tolerabit tale Evangelium? quis præconem admittet, talia intentantem & sibi insidiantem? 4. Si barbari impediunt Hispanos, quo minùs liberè annuncient Evangelium, Hispani reddita priùs ratione ad tollendum scandalum possunt illis invitis prædicare, & si sit apud propter hoc bellum suscipere vel inferre. Idem esto iudicium, si etiam permittentes prædicationem impediunt conversionem, occidentes vel aliter punientes conversos ad Christum, vel minis aut terroribus alios deterren-

tes. At supra confessus est Victoria, bellum non esse argumentum pro veritate fidei Christianæ. Difertè Apostolus: *servum Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos, cum lenitate erudientem eos, qui contrario sunt animo affecti, si quando det eis Deus fortè resipiscentiā ad agnitionē veritatis.* Et certè Religionis jus hominibus cum hominibus propriè non est, sed inter DEUM & hominem; itaq̃ve neq; jus læditur hominum ob diversam Religionem, & proinde nec bellum inferendum est causa Religionis. Alber. Gentil. *de jur. bell. lib. 1. c. 9.* Nec verum est, quòd ait Didacus Covarruvias, *in c. peccatum de reg. jur. in 6. §. 10. n. 3.* per impeditionem gentiliū injuriam fieri Christianis habentibus jus prædicandi per universum orbem, & ratione propulsandæ hujus injuriæ bellum justissimum esse. Dixi n. jam, jus istud non esse inter hominem & hominem, ut aliqua homini possit inde inferri injuria, sed inter DEUM magis & hominem; & proinde valdè iniquum est, conscientis imperare velle. Add. Joseph. à Costa, *de procurand. Indor. salut. lib. 2. c. 2.*

LVI. Tertium titulum dicit esse non solum Religionis, sed etiam *amicitiæ & societatis humana; scilicet*

et, si qui ex barbaris conversi sint ad Christum, & Principes eorum vi aut metu velint eos revocare ad idololatriam, Hispanos etiam hac ratione posse movere bellum pro novis suis amicis. Hanc sententiam prolixè defendit Stephanus Junius Brutus, *in vindic. contr. Tyrann. qv. 4.* sive Philippus Mornæus is fuerit, uti putat Hugo Grotius, *in apolog. contr. Rivet.* sive Hubertus Langvetus, uti ex iudicio Simonis Goulartii credit Gilbert. Voëtius, *disp. part. 2. f. 851.* Eandem sententiam tuentur Albericus Gentilis, *de jur. bell. l. 1. c. 16.* Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 25. n. 8.* Sed n. ut bello assistere alterius Principis subditis in causâ Religionis liceat, non sufficit qualiscunq; injuria aut vis propter Religionem illata, sed imò tanta requiritur, ut superet injuriam, propter quam aliàs, extra Religionis causam, subditos alienos adversus Principem tueri licet, aut saltem causa illic debet esse evidentior. Cùm n. verus DEI cultus per divinā revelationem innotescat, & hinc stultitia videatur hominibus, supernaturali auxilio destitutis, non potest non ille contemni ab iisdem, & injuriis affici, ut adeò genus istud injuriarū ferè ex ignorantia committatur; injuriæ autem, quibus vita & fortunæ proximi aliis ex causis afficiuntur, ex lumine naturæ factis probat suam *iniquitatem*; consequens hinc est, facilius

facilius in his, quàm illis, punitio-
nem locum invenire. Hülfemann.
in brev. c. 20. num. 13. Quocirca
si vel maximè Princeps subditos su-
os, Christianâ Religione imbutos,
honoribus arceat, templa iis neget,
aut interdicit, carcere puniat, &c.
non licet propterea vicino Principi
Christiano bellum movere, præser-
tim cum non privatis solum, sed
etiam Principibus Christianis, in-
cumbat perferre injurias, Religioni
suae illatas.

LVII. Quartum titulum idone-
um ita explicat Victoria: *Si bona
pars Barbarorum conversi essent, pos-
set Papa dare illis Principem Chri-
stianum, & auferre alios dominos
infideles, num. 14.* Atqui sectione
primâ n. 7. concessit Victoria, non
auferri debere Indis dominium, id-
eò quòd sint infideles. Infidelitas
namque non est peccatum pugnans
cum societate civili, sed potest uti-
que etiam sub idololatrâ Magi-
stratu consistere tum Ecclesiâ, tum
Respublica. Unde & in casu inverso
Princeps Christianus injuriam fa-
cit subditis suis, si infidelitatis no-
mine poenâ eos afficiat. Deinde,
quòd eam potestatem Papæ tribuit
Victoria, in eo iterum Episcopatum
ejus Oecumenicum præsupponit,
quem tamen commentitium planè
esse & tyrannicum, in ipso Papatu

multi agnoverunt, & à nostratibus
ad nauseam usque ostensum est. Imò
verò solet Pontifex non expectatâ
conversione Barbarorum terras eo-
rum Principibus Christianis dona-
re, in quas tamen non magis ipsi jus
est, quàm subulco Wittebergensi in
urbem Romam. De Henrico secun-
do, Rege Angliæ, refert Matthæus
Parisius, *in an. c. 13 C LV.* rogasse eum
per nuncios solennes Papam Adria-
nū IV., ut sibi liceret Hiberniæ insu-
lam hostiliter intrare, & terram sub-
jugare, atq; homines illos bestiales
ad fidem & viam reducere veritatis,
idq; Papam Regi gratanter annuisse.
Vocatus quippè erat Papa in partem
prædæ, & promiserat Rex beato Pe-
tro de singulis domibus annuam
unius denarii pensionem. Nihil di-
xerat Henricus de Christianis, jam
in Hiberniâ degentibus, quorum
intuitu moveri potuisset Papa ad
bellum istud decernendum, sed be-
stialitatis solum causam adduxit, il-
lamq; tam sufficientem esse putavit
Papa, ut petito Henrici annueret.
Clarius id patet exemplo Gentium
& Regionum Americanarum, quas
itidem, cum vix inventæ essent, an-
te omnem prædicationem Evange-
lii, ab Hispanis factam, dono dedit
Papa Regi Hispanorum. *Ut tantam,
inquit in diplomate, provinciam
Apostolica gratia largitate donati li-*

berius & audacius assumatis, motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostrâ merâ liberalitate, & ex certâ scientiâ, ac Apostolica potestatis plenitudine, si Diis placet, omnes insulas, & terras firmas, inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus occidentem & meridiem — — autoritate omnipotentis DEI nobis in B. Petro concessâ, ac vicariatûs Jesu Christi, quâ fungimur in terris, cum omnibus illarum dominis, civitatibus, castris, locis & villis, juribusq; & jurisdictionibus, ac pertinentiis universis, vobis heredibusq; ac successoribus vestris, Castella, ac Legionis Regibus, in perpetuum tenore presentium donamus, concedimus, & assignamus, &c. Editum est istud diploma Ann. c. CCC XCIII. cum anno præcedente primùm inventæ fuissent istæ terræ, nec ullum adhuc Christianæ fidei in istis existeret initium, certissimo argumento nimum liberalem esse Pontificem Romanum in re alienâ, & meritò propterea derisum fuisse ab Indorum Regulo.

LVIII. Quintus titulus constituitur propter tyrannidem, vel ipsorum dominorum apud Barbaros, vel etiam propter leges tyrannicas in injuriam innocentum; puta, quia sacrificant homines innocentes, vel

aliàs occidunt ad vescendum carnisbus eorum, num. 15. Non est verò hic titulus legitimus belli aggressivi, præsertim cum ista trucidatio non fiat in vitis iis, quorum gula petitur, & moribus ita receptum sit, ut carne humanâ sibi, & numini suo, epulas instruant. Suprà etiam sect. 2. num. 16. ipse docuit Victoria, nec autoritate quidem Papæ posse Principes Christianos punire Barbaros propter peccata contra legem naturæ. Infideles enim, non subditi, per peccatum contra Legem naturæ nullam faciunt injuriam Principibus Christianis. Ergò nec bello infestari propterea ab eis possunt. Petr. Binsfeld. in tit. de injur. & damn. dat. c. 8. conclus. 31. Quò faciunt verba Bellarmini, lib. 3. de Laic. c. 15. §. secunda conditio: Princeps, inquit, non est judex, nisi hominum, sibi subditorum; ergò non potest quæcumq; peccata aliorum hominum punire, sed solùm ea, quæ cedunt in detrimentum populi, sibi subjecti, &c. Non igitur sequitur; Delicta infidelium contra naturam sunt punienda: Ergò Christianis licet eos bello invadere. Accedit, quòd defensio cum minimo lædenti damno debeat exerceri. At constat, bello Indico plures infinitis partibus absumi, quàm ullâ Barbarorum tyrannide, ut adeò ad avertendam hanc longè

longè gravius damnum inferatur eorum provinciis. Joseph. à Costa, de procur. Indor. salut. l. 2. c. 6.

LIX. Sextum titulum dicit esse *veram & voluntariam electionem, sc. si Barbari ultrò acceperint in Principem Regem Hispania, num. 16.* At si Barbari illi suos adhuc habeant Principes, & ab eis deficient, atque Hispaniæ Regem sibi Dominum eligant, non magis recipiendos eos esse arbitror, quàm servum privati fugientem, & novum sibi Dominum quærentem. Tenetur enim ille quoque de servo corrupto, qui servum alienum recepit, h. e. refugium abscondendi causâ servo præstitit vel in suo agro, vel in alieno loco ædificiove, l. 1. §. 1. ff. de serv. corrupt. Dicitur enim hoc ratio naturalis, non faciendum esse alteri, quod fieri sibi ipse quis nolit. Et tamen perpetua hæc est magnorum Principum cupiditas, ut subditos alienos, Principi suo rebellantes, recipiant, eosque armis defendant, & principatum, sibi delatū, non recusent, parùm considerantes, quo jure, quâve injuriâ id contingat. Non ergo consistet iste titulus, nisi supponas vel subditos, Principe destitutos, vel subditos, unâ cum Principe suo in Imperium Regis Hispaniæ consentientes. Sed neutro tamen hoc casu bello opuserit.

LX. Septimum & ultimum titulum facit *causam sociorum & amicorum.* Veluti, si barbari, inter se bellum gerentes, accersant in auxilium Hispanos, num. 17. Hæc quidem ratione sociis & amicis assistere licet, uti ista etiâ bella probat Hugo Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 25. num. 4. 5. sed interest tamen, utrum socii & amici, accersentes Hispanos, absolutum gerant Imperium, & Jus Belli habeant, an verò ab iis, adversus quos militem conscribunt, defecerint, h. e. an pares Imperio sint Barbari, inter se dissentientes, an verò imperantes & subditi hostiliter congregiantur. Priore casu, si in partes vocati fuerint Hispani, optimo jure assistere possunt vocantibus; sed posteriore casu, quia Rebelles in rebellionem suâ non sunt confirmandi, subditis descendentibus minimè auxilium præstare poterunt Hispani, poterunt tamen id præstare Imperantibus.

LXI. Et hæc quidem ex mente & ad mentem Francisci à Victoriâ dicta sufficiant, ex quibus nunc facile constat, quid de Bello Hispanorum adversus Americanos sit sentiendum. Istud tamen tam immane atque cruentum fuit, ut quadraginta quinque annis, inhumanis planè carnificinis, plusquam ducenties, centena millia Indorum perierint, & ad

& ad solitudinem redactum sit terrarum spacium tam amplum, ut decimo tanto sit tota Hispania majus. Simul etiam constat, quibus ex causis offensivum aliquod bellum geri debeat, aut possit. Caterum, cum causae adhuc aliae dari possint, universas eas ad duo summa capita redegit Jus Canonicum, *c. dominus 23. q. 2. Justa bella*, inquit, *solent diffiniri, quae ulciscuntur injurias. Sic gens & civitas petenda est, quae vel vindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est.* Justa igitur belli offensivi causa est vel justa vindicta, vel rerum injustè ablatarum repetitio, de quibus prolixius agit Gerhardus, *Loc. de Magistrat. polit. n. 402. seqq.*

LXII. Circa vindictam id unicum maxime dubium occurrit, utrum propter negatum exercitui per terram alienam transitum Domino illius terrae justè inferatur bellum? Albericus Gentilis, *lib. 1. de jur. belli c. 19.* in utramque partem disputat, sed eò tandem inclinatur, ut tum demum justam esse putet Belli causam, ubi causa negati transitus nulla fuerit. Hugo Grotius simpliciter definit, postulandum prius esse transitum, sed si negetur, vindicari posse, *l. 2. de jur. bell. & pac. c. 2. n. 13.* Uterque praeventem sibi laudat Au-

gustinum, cujus verba excipit Gratianus, *c. notandum 23. q. 2. ubi justum dicitur Bellum Israelitarum contra Amorrhæos, propter denegatum transitum, quod illustrat Petrus Binsfeld. ad tit. de injur. & damn. dat. c. 8. conclus. 24.* Sed Gerhardus, *loc. de Magistr. num. 411.* ex alio capite justitiam illius Belli Israelitici deducit, nempe ex eo, quod Rex Amorrhæorum ipse egressus fuerat è finibus suis cum exercitu, & Israelitis injuriam intulerat. Puto igitur, justè denegari transitum, nec justam inde duci Belli causam. Quod enim de communi usu viarum, & libertate transeundi, objiciunt nonnulli, id semper ita temperandum est, ut Republicae causa potior habeatur. Nec quod privato concedendum est, illicò ad integros exercitus extendere licet. Plurimae possunt subesse causae, propter quas transire prohibetur exercitus, & inter eas haud levis momenti est metus futuri periculi. Quod enim, jus meum transundi metu tuo non tolli, contendit Grotius, verum quidem est, nisi accesserit prohibitio. Finge, jus tibi esse per fundum meum, & praedium urbanum eundi, ambulandi; si tu frequenter iveris cum flammis, & faculis, ut metus sit, ne damnum inferatur praedio meo, jus quidem tuum

zum eundi metu meò non tollitur, sed ego tamen prohibere possum, ne ita eas cum flammis & faculis, & tùm tollitur jus eundi taliter. Et dum Grotius rationes cavendi enumerat, quibus metum dispellere queam, ex iis evincitur, quàm diu ita cautum non fuerit, justum esse penes me metum, & ex eo jus tuum hæcenus impediri. Plurima autem transitus ejusmodi secum fert haud rarò incommoda, quibus avergendis nulla idonea est cautio. Ita contingere potest, ut alter ille, adversus quem bellum geritur, occurrat transeunti in regione intermedia, & sic belli sedes in eâ figur; potest evenire, ut transeuntium consuetudine mores civium corrumpantur, & ejusmodi alia, quæ profectò tanti sunt, ut meritò denegetur transitus. Sed & ex omnium seculorum moribus patet, liberum, quem jactitant, transitum, non armatorum tantum hominum, sed aliorum etiam ita semper à Principibus territorii dominis temperari solere, ut pro variante commodi publici curâ permittatur, interdicitur vè. Vid. Joh. Seld. *in mar. claus. lib. 1. c. 20.*

LXIII. Ut maximè autem justa aliqua proponatur belli gerendi causa, & vel mille alii asseverent, sibi delictum, ab Adversario commis-

sum, tale videri, ut bello vindicari oporteat, si tamen Principi, bellum gesturo, causa ea evidens aut sufficiens non videatur, præstat abstinere bello, quàm contra conscientiam in effusionem sanguinis humani consentire. Et imò multò evidentior debet esse causa, ut bellum decernatur, quàm esse debet corpus delicti, à privato commissi, ut sententia feratur condemnatoria. Similiter, si Principi tantum causa appareat justa, & evidens, plurimis autem aliis talis non videatur, cum falli possit opinio Principis, non potest ille nec debet bellum decernere, sed judicio potius arbitrorum negotium committere debet. Atque id non solum de Bello vindicativo & offensivo verum est, sed etiam de defensivo. Cum enim Bellum sine homicidiis geri non possit, homicidium autem peccatum sit, nemo etiam defensivè potest alterum occidere, nisi evidenter perspectum habeat, se jure id possidere, quod cædibus aliorum defendit. In dubio autem potius vitam, & omnia temporalia, perdere debet, quàm, citra evidentem causam flagitii & necessitatis, alium occidere. Vasquez. *disp. 64. c. 3. n. 13. seq.* Petr. Binsfeld. *de injur. & damn. dat. c. 8. concl. 7. & 8.* Unde ad stipulari nequeo Jacobino de S. Georgio, qui,

Dddd

lib.

lib. de feud. §. & promiserunt, num. 6. bellum iustum dicit, non tantum id, quod pro tali habetur in consilio Principis, sed quod ipse solus etiam ita declarat Princeps.

LXIV. Quemadmodum autem in privatis litibus non nisi penes unam partem iustitia causæ verè consistit, ita etiam in controversiis publicis, & bellis inde nascentibus. Vicissim tamen, quemadmodum in privatis litibus utraqve pars iustè causam suam tueri potest, non obstante, quòd unà tantum ex parte causa iusta existat: ita & in bellis publicis inconveniens non est, ut cum ex unà parte sit ius, ex alterà ignorantia invincibilis, ex utraqve parte bellum iustè geratur. Franciscus à Victorià, *relect. 5. sect. 3. num. 6. & relect. 6. num. 32. 33.* Scilicet iustè agere interdum aliquis dicitur, quoties iniustè non agit, etiam si id, quod agit, iustum non sit, quomodo etiam Aristoteles *τὸ ἀδίκον, & τὸ ἀδίκον πράττειν* distingvit. Ut igitur neuter bellantium iniustè agat, fieri optimà ratione potest. Iniustè enim agit nemo, nisi qui scit, se rem iniustam agere, atqve sic destinato animo iniustum agit. Dum autem quis in bonà fide est, & rem, quam alter petit, ad se pertinere credit, etsi fortiùs deindè appareat quis petentis, ipse tamen iniustè cau-

sam suam fovisse dici nequit. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 23. num. 13.* Ita ergò, si quis tenet provinciam cum probabili ignorantia, credens eam suam esse, & alter, qui verus dominus est, eam bello repetat, non minus ille bello eam iustè defendere, quam hic vindicare poterit.

LXV. Evenire etiam quandoque solet, ut iusta belligerandi causa evertatur, & contaminetur iniusto fine & intentione, quando scilicet occasione causæ negotium extenditur ultra limites iustæ vindictæ, & restituendi damni illati: nempe ad ampliandum Imperium, extirpandum hostem, opprimendos alios, vel etiam hæresin, aut cultum impium propagandum. Dum itaque, qui bellum indixit, contentus non est tantumdem reportere vindictæ, quantum accepit injuriæ, neque id tantum querit, ut pacem hosti extorqueat, iusta exindè fit defensio eorum, qui bellum promeriti fuerant, & iniusta ejus arma, qui bellum inferre optimo jure poterat. Atq; id contingere etiam solet tum, quando qui in alium peccavit, ei, quem læsit, boni viri arbitrato satisfactionem offert. Istam enim si acceptare læsus nolit, sed vindictæ cupiditate bellum nihilominus movet, facillè hinc conspicitur, bonitatem

tatem causæ ab hoc ad illum transire, atque sic justa fieri lædentis, nunc verò se defendentis arma. Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 1. num. ult.* Unde ad stipulari nequeo Petro Binsfeldio, qui *ad tit. de injur. & damn. dat. cap. 8. conclus. 5.* peccatum quidem committi dicit, quando recta deest intentio, justum tamen esse bellum ex autoritate indicentis, & legitimâ causâ, nec propter defectum intentionis obligari belligerantem ad restitutionem & reparationem damnorum. Non enim tum peccari contra Leges justitiæ specialis, sed contra charitatis præceptum, & hujus transgressionem non inducere obligationem restituendi. Enimverò malè sibi in genere morum opponi justitiam, & charitatem, ostendi, *disputat. de Mohatr. num. 63.* & falsum, id est, non teneri ad restitutionem, qui in charitatem delinquit, cum non minùs ille injuriam faciat, quàm qui adversùs justitiam aliquid committit.

XLVI. Quod in Principe requiruntur examen circa Belli causas, & fines, idem etiam, quanquam non ita accuratum, requirimus in subdito, ad militiam vocato, imò & alio quovis militiæ nomen daturò. De Vasallo ita decidit Feudista, 2. F. 29. *Domino gverram faciente alicui, si*

sciatur, quòd justè, aut cum dubitatur, Vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palàm est, quòd irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem: ad offendendum verò alium, non adjuvet, si vult. Sed si eum adjuvare noluerit, non tamen feudum amittit, secundum Obertum de Orto, & Gerardum Capagistum. Alii verò sine distinctione dicunt, semper debere eum adjuvare. Sed Obertus & Gerardus utuntur eò argumentò, quòd, quemadmodum dominum excommunicatum, vel à Rege bannitum, non est obligatus Vasallus ad adjuvandum, vel servitium ei præstandum, imò solutus est interim sacramento fidelitatis, nisi ab Ecclesiâ, vel à Rege, fuerit restitutus: ita nec istum injustè gverram alicui facientem. Statuit igitur Feudista, in bello injusto defensivo obligatum esse Vasallum, domino opem ferre, in offensivo verò injusto bello liberum ei esse, utrùm assistere velit, an minùs. Ego nullam hic facio distinctionem inter Vasallum, & alios subditos, utcunqve ille fortè propter beneficium, quòd tenet, arctiùs obligatus domino fuerit, neque distingvo inter Bellum offensivum & defensivum; sed in genere statuo, nulli omninò, neque subdito, neque extraneo, in causâ vel fine belli notoriè injusto, sive bellum

D d d d 2

offen-

offensivum fuerit, sive defensivum, licere assistere aut opitulari. Principi, bellum ducturo, sed omnia potius tormenta perferre debere, quam ut scienter cooperetur ad peccatum perpetrandum. Vid. Andr. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 4. num. 11. 12. seqq.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. §. 5. & promiserunt, num. 8.* ubi disertè dicit, capitulum feudale non convenire juri divino: Petr. Binsfeld. *de injur. & damn. dat. cap. 8. concl. 14.* Ita enim nec servis quidem, qui tamen Dominis obtemperare tenentur, ignoscit Jus Civile, si ad mandatum dominorum commiserint ea, quæ atrocitatem facinoris vel sceleris habent, *l. 157. ff. de R. J. l. 20. ff. de O. & A. l. 2. §. 1. ff. de noxal. act. l. 8. C. ad L. Jul. de vi.* Vicissim, ubi causa justa est, confidenter assero, teneri subditum sub Magistratu heterodoxo militare adversus orthodoxum, quia etiam in orthodoxis vindicari debet, si quid peccatum fuerit in rebus publicis, & communem hominum societatem concernentibus. Hülsem. *breviar. c. 20. n. 19.* quod facit *c. quid culpatur 23. q. 1.* Sed id tamen restringunt Doctores ad subditos tantum, non etiam id permittunt extraneis. Fidelibus enim nolunt concedere, ut militent infidelibus, eosque in bello quantumvis justo adjuvent, eo casu, quando

subjectionis ratione infidelibus non sunt obligati. Matth. Cuno, *de pact. lib. 1. c. 22. num. 84.*

LXVII. Quod si dubium sit, justa causa sit, nec ne, statuit Hugo Grotius, *lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 26. n. 4.* contra communem, abstinendum tum esse bello, eo quod, qui dubitat contemplativè, debeat judicio activo eligere partem tutiorem. Ego hæc ratione non moveor, cum fieri possit, ut aliunde petendum sit fundamentum, propter quod judicio activo discedendum sit ab judicio contemplativo. De extraneo quidem concedo, rectius eum facere, si in dubio nomen dare supersecat. Petr. Binsfeld. *de injur. & damn. dat. c. 8. conclus. 12 & 13.* Sed de subdito retineo sententiam communem, rectè parere eum Principi vocanti, & militem conscribenti. Utrique enim hic observanda est regula vulgata: Tene certum, relinque incertum. Jam verò certum est, inquit Gerhardus, *loc. de Magistrat. n. 399.* quod subditi obedientiam debeant Magistratui, non præcipienti manifestè impia & injusta. Conf. Hülseman. *in brev. cap. 20. num. 14.* Licet enim superioris præceptum non faciat rem justam per principia intrinseca, tamen infert obligationem, ut subditus, dubitans speculativè de honestate rei præce-

ptæ, habeat rationem efficacem ad deponendum dubium in praxi, & operari secundum præscriptum præceptum. Th. Hurtad. *tr. 3. n. 6.* Nec multum hic discedit Grotius ab novâ Moralistarum sententiâ, qui per probabilitatis suæ, ut vocant, doctrinam, omnem subditorum vacillare faciunt obedientiam. Ita enim Ferdinandus de Castro Palao, *Oper. Moral. part. 1. dis. 2.* Non est controversia, quando daretur opinio probabilis ex parte subditi, quod non teneatur obedire, etiamsi contraria sententia sit probabilior. Tunc enim licitum est ex supra dictis amplecti, quæ sibi gratior fuerit. Neq; obstat superiorem tunc justè præcipere, ut tu tenearis obedire, quia non undiq; justè præcipit, sed probabiliter, ac proinde tu probabiliter solum obligatus eris obedire, & probabiliter deobligatus. Posito hõc fundamentò, nullum dabitur præceptum superioris, in quo non aliquam sibi probabilem opinionem fingere posset subditus, si præceptum minus gratum visum fuerit. Alia mens est aliorum Moralistarum, & quidem, quod præsentem materiam concernit, Molina, *de just. & jur. quæst. 113.* Filliucci, *quæst. moral. tract. 29. cap. 9. q. 7. n. 181.* Bonacina, *Theol. moral. tom. 2. disp. 2. sect. 1. punct. ult. §. 2. num. 10.* ubi dicit: *militibus, qui sunt subditi, Prin-*

cipe indidente bellum satis esse, si sciunt, causam belli non injustam; in dubio enim obediendum esse superiori præcipienti, & in ejus favorem præsumendum esse. Similia habet Joh. de Dicastillo, *de just. & jur. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 16. §. 6. n. 367.* ubi ait, *si subditi pro utrâq; parte habent rationes probabiles, ac per consequens dubium habent positivum, posse se conformare rationibus superioris, & c.* Et licet subditus miles non sciat rationes de injustitiâ belli solvere, satius tamen esse suo Principi parere, & bonâ fide arma capessere, & c. Add. Paul. Laymann. *Theol. moral. l. 2. tr. 3. c. 12. num. 8.*

LXVIII. Seculo IV. & sub initium Imperatorum Christianorum non licuit ita deliberare subditis, num militiam sequi velint, an minq. Nemini enim tunc integrum erat militi militiam detrectare, adeò ut nec veteranorum quidem filii immunes essent, nec propter privilegia parentibus indulta vacare possent, *tot. tit. Cod. Theodos. de fil. militar. appar. & veteran.* Cuiq; reperti essent, qui ne militarent, digitos sibi amputarent, Constantinus Imp. curialibus muneribus aggregari eos voluit, *l. 1. Cod. Theodos. eod.* Idem rescripserunt Inpp. Valentinianus & Valens ad Magnum Vicarium Urbis Romæ, *l. 4. C. Theodos. de*

Tiron. Sed mox graviores pœnas statuerunt iidem Imp̃p. in rescripto ad Viventium P. P. Galliarum, l. 5. C. *Theodos. eod.* ubi dicunt: *Si quis ad fugienda Sacramenta militia fuerit inventus truncatione digitorum damnum corporis expedisse, & ipse flammis ultricibus concremetur, & dominus ejus, qui non prohibet, gravi condemnatione feriatur.* Durior hæc videtur pœna, sed quæ fortè in Christianos decreta nunquam fuit, quòd illi ex sacro Canone meliùs edocti non faciliè in propriù sævirent corpus. Ante ista tempora autem, & cum nondum fidem Christianam amplexi fuerunt Imperatores, graviter jam tùm punitos fuisse, qui militiam detrectarent, ostendit *Arrius Menander, l. 4. §. 10. 11. 12. ff. de re militar, Gravius,* inquit, *delictum est, detrectare munus militia, quam adpetere; nam qui ad dilectum olim non respondebant, ut proditores libertatis in servitutem redigebantur; sed mutato statu militia recessum à capitibus pœna est: quia plerumq; voluntario milite numeri suppleuntur. Qui filium suum subtrahit militia belli tempore, exilio & bonorum parte multandus est. Si in pace, fustibus cedi jubetur, & requisitus juvenis, vel à patre postea exhibitus, in deteriorem militiam dandus est; qui enim se sollicitavit ab alio, veniam non meretur.*

Eum qui filium debilitavit, (digitis fortè abscisis, aut pollice truncato, quod crebrò fiebat; unde ignavos & imbelles hodiè poltrones, quasi pollice truncos dici putat Claud. Salmasius, de fœn. trapezit. fol. 784.) dilectus per bellum indicto, ut inbabilis militia sit, preceptum Divi Trajani deportavit.

LXIX. Possemus hic digressionem facere, & de istà quoq; controversiâ, utrùm Christiano homini bella gerere liceat, dispicere, si quidem longiùs excurrere liberet. Dubitatum enim & disceptatum eâ de re fuit, & olim, & nunc quoque, sed quibus tùm ab Augustino, tùm à Luthero, Chemnitio, Gerharo & aliis responsum est plò satis. Conf. *Gratian. caus. 23. qu. 1. per tot.* Multa igitur hic dicere planè erit supervacuum. *Negotium tamen facescit Canon XII. Synodi Nicene, qui sic habet: Quicumque vocati per gratiam, primum quidem ardorem, fidemvè suam ostenderunt, & cingulum militia deposuerunt, postea verò, ut canes, ad suum vomitum reversi sunt, ita ut aliqui & pecuniam, darent, & beneficiis militiam repeterent, bi decem annis jaceant, post triennij auditionis tempus, &c.* Veteres pleriqve hæc verba de iis accipiunt, qui cingulum, quod fidei & veræ Religionis causâ abjecerant, repe-

repetierunt, sive in militiam nomen denuò dederunt, eoqve ipso fidem abnegarunt. Fuit enim olim cingulum res magni honoris atqve commodi, & propterea Imperatores Ethnici persecutionis tempore cingulum militiæ illis, qui Christiani erant, fidemqve negare recusabant, auferre & exauctorare consueverunt. Quam ob causam, cum plures Christianorum militum ardore fidei cingulum abjicerent, sine honore potius, quam fide vivere malentes, ac demùm, posteaquam mundi & honoris tentationibus devicti essent, idem cingulum, parati deinceps fidem ejurare, vicissim ambirent, concilium eis poenæ Ecclesiasticæ modum imposuit. Vid. Francisc. Long. à Coriolan. *in Summ. Concil. addit. can.* Christoph. Justell. *ad Cod. Can. Eccles. univers. p. 147. 148.* Sed ista interpretatio Gabr. Albalpinæo, *in not. ad eund. can.* non placet. Ipse igitur dicta verba intelligit de poenitentibus, qui relicta, quam professi erant, poenitentia & abjecto habitu poenitentibus solenni, voti sui obliviscentes, rursus animum ad secularia negocia, sive militiam ea, sive mercaturam, sive judicandi potestatem, aut quodcunq; munus seculare concernerent, applicabant. Sed generaliter ita interpretari Canonem ab omni ratio-

ne alienum dicit Hugo Grotius, *de jur. bell. lib. 1. c. 2. num. ult.* ubi aliam planè substituit interpretationem.

LXX. Novissimè verò Claudius Salmasius, *de famor. trapezit. p. 782.* verba Canonis simpliciter accipit de iis, qui gratiâ inspirante divinâ, cingulo militiæ deposito, quò melius & perfectius vitæ institutum magisque Christianum capesserent, postmodùm illud resumpserunt, & denuò se militiæ sacramento obligarunt. Non igitur Patres absolutè damnasse dicit militiam, nec milites, qui ex necessitate ei nomen dedissent, improbasse, sed eos non excusasse, imò & poenâ Ecclesiasticâ dignos judicasse, quibus cum jam liberum esset non militare, ab eâ, utpote jam dimissis ac sacramento solutis, iterum ad eam redire placeret. Et hanc secundam militiam propter solam hominum trucidationem Patribus improbatam fuisse. Hæc verò Salmasii explicatio ideò subsistere nequit, quia ipse Imperator Constantinus, quo autore Concilium Nicenum congregatū fuit, lege publicâ liberam dedit optionem illis, qui tempore Licinii honoribus militaribus dejecti fuerant, vel rei militari se reddendi, vel liberè & pro arbitrato vitam degendi, uti refert non Theodoretus tantum, cujus Metaphrasten reprehendit

dicit Salmasius, sed etiam Eusebius, *de vit. Constantin. lib. 2. c. 33.* Si igitur damnata fuit eo tempore militia, ab Christianis secundâ vice suscepta, quomodo optionem dare potuit iis Constantinus? Magis igitur erit, ut Hugonis Grotii partes sequamur, & de illis Canonem accipiamus, qui in militiam denuo ierunt cum abnegatione fidei jam agnitæ. Et in hanc sententiam quoque iit Guilielmus Beveregius, *in commentar. canonis huius*, occasionem statuens ex facto Licinii Tyranni, postquam is edixerat, ut nemo militum honore militiæ suæ frueretur, nisi qui dæmonibus sacrificasset. Cum igitur post hoc edictum plurimi inter Christianos dignitate suâ spoliari maluissent, quam dæmonibus sacrificare; sed ex his deinceps nonnulli poenitentiam ducti militiæ gradum repetiissent, & promptos se ad sacrificandum exhibuissent, Canon hic Nicenus conditus est, quo ipso, si reversi illi fuerint, poenitentia modus præscribitur. Quicquid sit, illud apud omnes in confesso est, non damnari hoc Canone simpliciter omnem militiam. Nec ergo licebit ex dubiâ ejus interpretatione certum aliquid adferere, & nudis conjecturis militum conscientiam sollicitare, cum præsertim militiam DEO improbatam fuisse, tantum

abeit, ut quis dicere queat, ut potius difertè contrarium in Scripturis habeatur, quod tamen hic examinare nunc nostri non est instituti. Vid. Andr. Rivet. *ad Balaam. 68. v. 31.*

LXXI. Caterum nullum hodiè vitæ genus est improbius, quam eorum, qui sine causæ respectu mercede conducti militant. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 24. v. 9.* ubi *num. seq.* dicit, non solum propter prædâ militare, peccatum esse, sed etiam propter stipendium, si id unice aut præcipuè spectetur. Et nihilominus plurimi hodiè spartam suâ defendunt ex eo solo, quod non sine stipendio militent. Imò vero multi alii vel eo tantum nomine militiam eligunt, ut sibi liceat esse nequioribus. Hinc igitur, ubi primum strepit tympanum, concurrunt undique gulosi, maximi mulierum mæchi, laborum fugientes, pugamenta urbium suarum, & nomina sua in militiam præsentent, non tam hostibus, quam hospitiibus, & rusticorum gallinis metuendi, quos profecto latius esset eò ablegare, ubi curari possint, ne quid deterius eis sit, quam quibus pessimè est. Et certè periculum est, ne propter sceleratos istiusmodi milites tota causa intervertatur, & quæ sperari poterat, victoria, hosti cedat, cum non face-
re soleat Numen divinum cum exercitu

ercitu, variis criminibus contaminato. Petr. Binsfeld. *de injur. & damn. dat. c. 8. concl. 18.* Laudatur hoc in argumento Epistola Aureliani Imperatoris, quam ad Vicarium suum scripsit, quamque refert Flavius Vopiscus, in *Aurel. n. 7.* *Si vis tribunus esse, inquit, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, segetem nemo detrabat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annonam suam contentus sit. De prædâ hostis, non de lacrymis provincialium habeat: arma tersa sint, ferramenta sarniata, calceamenta fortia. Vestis nova vestem veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popinâ habeat. Torquem brachialem & annulum apponat: equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat, mulum centuriatum comiter curet. Alter alteri quasi servus obsequatur: à medicis gratis curentur: aruspices nihil dent: in hospitibus castè se agant: qui litem fecerit, vapulet.*

LXXII. In modo belli gerendi difficile est servare proportionem exactam. Cum enim idè ferè instituat bellum offensivum, aut ut persequamur id, quod nobis abest, aut ut vindictam summam ab eo, qui injuriis nos affecit, consequens est, & justitiæ naturali conveniens, ut finiamus bellum, & ab armis desista-

mus, quando vel id nobis acquisitum est, quod par fuerit illi, quod nobis debetur, vel quando tantum damni datum fuit, quantum vindictæ modum non excedit. Quare, *si Galli, inquit Franciscus à Victoria, de jur. bell. n. 56. irruentes in Terram Hispanorum, jussu Regis sui pagum incendiissent; non ideo fas erit Hispanis integrum Regnum Gallie occupare; sed solum quatenus justitia & æquitas permittit Gallorum illam injuriam vindicare, adductis etiam belli expensis, &c.* Sed periculosum tamen est hinc subsistere, & nihil ultra moliri. Siquidem ille, adversus quem bellum motum fuit, brevi post tempore insurget, bellumque sibi nullam justam causam illatum causabitur, maximisque copiis injurias vindicaturus præsto erit. Fiet hæc ratione, ut bellum ex bello trahatur, & nunquam ad finem perducantur controversiæ publicæ. Magis igitur erit, ut continuetur bellum, etiam post acceptam satisfactionem, donec hostis pacis expetatur conditiones. Succedit n. in locum pristinarum causarum alia nova, quæ est causa periculi vitandi. Hostis namque nunquam præsumitur animum hostilem deponere, nisi id expressè declaraverit, & poterit is quandocumque vires recipere, easque denuò experiri. Jam verò potissima Reip. salus in se-

Eccc curita.

curitate consistit, quæ haberi non potest, quando perpetuò metuendum est ab hoste notorio. Nisi igitur pace factâ bellum finiatur, continuare id satius erit, donec vel planè victus fuerit hostis, ut resurgere nequeat, vel pacem poscat belli ipse pertæsus.

LXXIII. Restat, ut de acquisitione bellicâ aliqua addamus, cum diversa hîc plerumqve Principis, aut Reip. & militum singulorum habeatur ratio. Distinctè autem tum de immobilibus, tum de mobilibus est respondendum. De immobilibus in scholâ Jurorum ista obtinet sententia, fieri ea non cujusq; privati, quocunq; modo agrum aut fundum hostilem ingredientis, sed pertinere ea ad Principem aut Remp., cujus nomine bellum geritur. Disertè Pomponius, *l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postlim. Publicatur*, i. e. Reipublicæ acquiritur, *ille ager, qui ex hostibus captus est*. Et ratio manifesta est; quia enim possessio agri hostibus interverti nequit, nisi ita auferatur, ut omnis penè aditus intercludatur, hoc autem à milite privato fieri non potest, quippe qui tali prohibitioni planè insufficientis est, facilè hinc patet, majores vires requiri ad territorium aliquod occupandum, totumqve hoc negocium ad belli Ducem spectare. Publico igitur hîc actu opus est, inducendus est exercitus, ex-

pugnandæ munitiones extractæ, aut extruendæ sunt novæ, præsidia imponenda, nec sufficit nuda insessio, ut ager hosti eripiat, sed imò tanto hîc opus est apparatus, ut non alii, quàm illi, cujus auspiciis res geritur, territorium illud cedere ipsa dicat ratio naturalis. Facit, quòd res soli amplificent, confirmet & dilatent territoria, ut ita intersit Principis, fines Imperii sui constituere, & quousqve patere velit ambitum suæ gubernationis, definire. Joh. Goëddæus, *ad l. 3. §. 1. n. 14. ff. de V. S. Joh. Hermt. Stamm, de servit. personal. lib. 1. tit. 1. c. 3. n. 6*. Occupato autem ita territorio, liberum est Principi, privatis istud per partes assignare dominiis. Sic enim etiam Romani olim agros, ex hostibus captos, solebant aut totos publicare, aut partiri in victorem populum, aut per censores locare, interdum assignare veteranis, aut certum iis vectigal imponere, relictis pristinis dominis, quò pertinent *l. 15. §. 2. ff. de R. V. l. 11. ff. de evict.* Add. Petr. Fab. *l. 2. femestr. c. 4. Gothofred. ad l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postlim.* Nihil crebrius occurrit apud Historicos, quàm stipendium devictis provinciis, quæ idcirco stipendiariæ dictæ, impositum. Vectigales tamen in hoc à stipendiariis seu tributariis differebant, quòd vectigales incertum quid solverent, quando scil. a-

gri concessi erant certis conditionibus, veluti *Ἰπὶ τῆ δυνάτει τῶν στρατοπέδων*: *πῆμῆν δὲ τῶν Φυλοπομένων*, uti scribit Appianus Alexandrin. *l. 1. de bell. civil.* & Plutarch. *in Gracch.* At stipendiarii certum quid in pecuniâ, vel etiam in frumento pendebant. Vid. Arnold. Vinn. *ad §. 40. in fin. Inst. de R. D.*

LXXIV. Circa res mobiles non eadem est Doctorum sententia. Alii qui enim capientibus eas acquiri, simpliciter & indistinctè asserunt, uti Cujacius, *lib. 19. obs. 17.* Alii capientium quidem eas effici contendunt, debere tamen tradi Duci exercitûs, ut is dividat inter milites juxta cujuslibet dignitatem & merita, uti Jason, *ad l. 1. n. 9. ff. de acq. poss. Franc. Duarenus, tit. de acq. rer. dom. c. 3.* Nicol. Boër. *decis. 178. num. 6.* Didacus Covarruvias *ad c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 11. n. 6.* Alii verò eas illius faciunt, cujus auspiciis bellum geritur, quod prolixè defendit Antonius Merenda *lib. 1. controuv. cap. 22.* Alii, quos sequitur Dominicus Arumæus, *exercitat. Justinian. 4. n. 12.* distinguunt inter vulgaria, quæ fieri volunt militis occupantis, & preciosiora, quæ Principi populovè, cujus auspiciis belligeratur, attribuunt. Primi districtè in hærent literæ textuum *in §. 17. Inst. de R. D. l. 5. §. ult. ff. de A. R. D.* Secundi mixturam faciunt Juris Civilis &

Canonici, & nituntur in primis *l. penult. §. simili etiam modo C. de donat. c. dicat aliquis 23. qu. 5. c. jus militare, dist. 1.* Tertia opinio singularis est, & quod sciam, à nemine hætenus, præterquam ab Merenda propugnata. Nititur autem in primis textibus illis, qui de prædâ agunt, aut bonis hostium jam devictorum. Quarta distinctionem comminiscitur in jure nullibi fundatam, neque exemplis, nisi paucissimis, comprobata. Singula autem hic discutere, nimium foret & præter nostrum institutum.

LXXV. Hugo Donellus, *lib. 4. comm. cap. 21.* non distingvit inter hostium res mobiles & immobiles, sed in genere de omnibus intelligit regulam positam in *d. §. 17. Inst. de R. D.* nempe capientium fieri omnia ea, quæ capiuntur ex hostibus. Discrimen tamen facit ex personâ capientium, ita ut, quæ privati capiunt ex hostibus, privata sint & singulis acquirantur, quæ Imperator verò, & Dux belli capit, publica fiant. Esse autem, ait, quæ nemo ex hostibus capere possit, nisi Princeps aut Resp. Talia esse duo, agrum hostilem & prædam. Illum non, nisi devictis aut expulsis hostibus, capi, postquam in potestatem victoris omnia cedant, quæ fuerint hostium. Hanc itidem capi, devictis demùm hostibus, cum id propriè prædæ nomine veniat,

quòd, devictis hostibus, desinat esse hostium. Reliqua mobilia, quæ perseverante adhuc bello, & nec dum devictis hostibus capiuntur, pro conditione capientis modò privata fieri, modò publica. Ista Donelli sententia prolixè nunc examinari nequit; duo tamen in rebus mobilibus occurrunt, quæ ulteriori opus habent explicatione. Ecce enim fieri potest, ut in medio conflictu duorum exercituum, à manipulo quodam militum, omnia impedimenta hostium capiantur, & in præsidia perducantur, ipsi tamen non vincantur, sed superiores existant; Nunquid igitur res ita captæ, hostibus nondum devictis, eorum tantum erunt, qui istas abstulerunt? Imò verò illi potiùs, cujus auspiciis bellum geritur, deberi eas dixero, præsertim cum universitatem quandam bonorum constituent, & talem quidem, quæ ad integrum pertinuit exercitum. Deinde simpliciter considerat Donellus conditionem capientium, & quæ à belli duce capiuntur, indistinctè publica fieri dicit. At hæc ratione deteriorem facit conditionem Ducis belli, quàm cujusq; militis gregarii. Hic enim quod capit, suum facit. At ille, quicquid capit, etiam nondum devictis hostibus, totum id publicum facit, nihil suum, ex mente Donelli; & tamen tam ille, quàm iste alieno nomine militat.

Deficit ergò in Duce belli modus hic acquirendi singularis, quod videtur absurdum, aut saltè iniquum.

LXXVI. Pleriq; qui hodiè in jure philosophantur, sequuntur Hugonem Grotium, aliter totam rem enucleantem. Distingvit ille *lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 6. n. 10. seq.* inter actus verè publicos belli, & inter actus privatos, qui fiunt occasione belli publici. Capi igitur res mobiles aut in ministerio publico, aut extra illud. Si extra ministerium publicum, actum haberi pro privato, & res fieri singulorum capientium, ut si quid milites capiant non in prociuctu, aut in eo, quod facere jubentur, sed in eo, quod promiscuo jure aut solo permissu faciunt. In ministerio autem, & actu publico quæ capiuntur, acquiri populo, aut ei, qui bellum gerit. Sustinere n. tum singulos personam Reip. ejusq; vicefungi. Prædam autem apud plerasq; gentes populi fuisse, sed ejus dispensandæ arbitrium Imperatoribus concessum esse, ita tamen, ut rationem actus sui populo deberent. Hinc igitur vel venditam eam fuisse, & pecuniam inde comparatam in ærarium redactam, vel militi concessam, & tum vel direptione, vel divisione ratione stipendiorum aut meritorum eam in dominium privatorum venisse. Add. Arnold. Vinnius, *ad §. 17. Inst. de R. D. Franzk. ibid.*

LXXVII. Et ita quidem, dicit Grotius, gentibus placuisse, potuisse autem utrumvis constitui, aut ut capta populo bellum gerenti, aut ut cuivis, qui manu caperet, in dominium cederent, posse etiam populum quemque inter suos aliter constituere. Atque ita nunc observari notat Vinnius, *d. l.* ut in direptionibus oppidorum, & præliis suum quisque faciat, quod cepit: in excursibus verò capta omnia fiant eorum, qui in comitatu sunt, inter ipsos pro dignitatis ratione partienda. Cæterum, si nudè rationem naturalem consideremus, non videtur satis commoda distinctio inter actus publicos Belli, & privatos, aut inter occupationem, quæ fit in ministerio publico, & quæ fit extra illud. Bellum enim, quia non potest, nisi autoritate publicâ, geri, nec privato quidem, ut hosti, bona sua auferre licet, nisi, ut liceat, effecerit autoritas publica. Quia igitur non tantum auctoritas publica actum talem in genere licitorum ponit, sed etiam hostis ipse publicus est, & ex consensu Reipublicæ actus ille suscipitur, non haberi potest pro merè privato, & extra ministerium publicum. Nec est, quod regeras, non esse in ministerio publico, qui procul ab exercitu in liberis, & injusis excursibus, bona & res ho-

stium capiunt. Nudam enim rationem naturalem si attendas, non possunt dici isti excursus esse prorsus extra ministerium publicum. Licitum quippè est, civi hostem publicum ubique locorum persequi, occidere, bonis exuere, & modis omnibus divexare, vi consensûs & mandati generalis, ab Republicâ, dum hostem decernit, dati. Utrum autem id faciat per excursus injusos, dum tamen ne prohibiti sint, an verò justâ acie, & conflictu solenni, nihil interest. Utrobique Reipublicæ inservit, utrobique ergò versatur in ministerio publico. Nec enim licitè occideret, aut bona ejus diriperet, nisi hostem eum pronunciasset Respublica. Singulis igitur adversus singulos non minus pugnare licet, bello semel indicto, quam integro exercitui acie instructâ. Postquam autem belli gerendæ forma in artem redacta est, & minus utile visum fuit, excursiones ejusmodi indistinctè admittere, coeperunt illæ arbitrio Imperatoris subjici, & non facilè sine ejus jussu institui. Quandoquidem igitur, si jus naturale spectes, nemo sibi primario militat, sed ut Reipublicæ, in quâ vivit, benè sit, facilè hinc patet, omnia, quæ ab hostibus capiuntur, Reipublicæ fieri, cujus scilicet in ministerio singuli milites versantur, &

bona hostiū acquirunt: tantū abest, ut hic facienda sit aliqua distinctio.

LXXVIII. Ut tamen alacriores redderentur cives, ut hostem fortius & majore vi impeterent, voverunt gentes, ut, quod quisque ceperit, sive in excursionibus, sive in conflictu solenni, id sibi retineret, atque acquireret. Atque hinc nata est regula, quæ habetur in §. 17. *Inst. de R. D.* quod ea, quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiant. Sed inter capientes tamen aliqua statuenda est differentia. Quandoque enim capiunt singuli, quandoque totus & integer exercitus, & per hunc Respublica, quæ per exercitum representatur. Utrobique capta acquiruntur capientibus. Singulis, quæ capiuntur à singulis, toti populo, quæ capiuntur ab exercitu, populum representante. Quod enim populus noluit acquirere id, quod à singulis capitur, ratio videtur esse ista, quod non ita representatur populus in uno aliquo milite, sicuti representatur per integrum exercitum; & turpe visum fuit, populum sibi vindicare id, quod unus aut alter, cujus dimicatione singulari negotium confici non potuisset, sibi ab hoste acquisivit. At aliter se res habet in iis, quæ non à singulis, sed ab integro exercitu, qui de summâ rei decertavit,

occupata sunt, quæ non decet, ut sine permissione Ducis, aut Imperatoris, à quibusvis invadentibus diripiuntur. Talia sunt, quæ proprie dicuntur præda, quæ scilicet fuso fugatoque exercitu hostili post certamen occupantur, *λάφυρα* Græcis dicta, quibus opponuntur *εὐλα*, ea scilicet, quæ durante certamine hosti eripiuntur. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 6. num. 24.* Et hæc distinctione observatâ pleraque faciliè explicari possunt autorum testimonia, quæ dicto capite §. 14. seqq. frustra in eum finem collegit Grotius, ut probaret, non acquiri singulis, quæ miles in actu bellico, & ministerio publico, capit, sed toti populo & Reipublicæ. Non enim sequitur, Duces prædam & spolia hostium inter milites dividebant; Ergo milites singuli ea, quæ ab hostibus capiunt, non acquirunt. Add. Gædd. *ad l. 3. §. 1. num. 12. 13. ff. de V. S.* Andr. Gerhard. *dec. 4. q. 5.*

LXXIX. Quamquam verò nemo sit, qui neget, occupationem bellicam esse modum acquirendi domini, & hunc quidem ab omnibus gentibus semper probatum fuisse; acerrimè tamen sæpè, & inprimis Patrum memoriâ disputatum fuit, quando res, ab hostibus capta, verè dici possit acquisita, præsertim, cum fieri possit, ut post exiguum temporis spacium res capta ab altero recuper-

cuperetur, & hosti iterum eripiatur. Justinianus Imperator, cum Cajo JCTo, ira rem definit, ea, quæ ex hostibus capimus, jure gentium *statim* nostra fieri, *l. 5. in fin. ff. de A. R. D. §. 17. Inst. de R. D.* Sed id nihil morati Balthasar Ayala, *de bell. jur. c. 5.* Albericus Gentilis, *l. 1. advocat. Hispan. cap. 2.* & Hugo Grot. *l. 3. de jur. bell. cap. 6. §. 3.* tum demum acqvisitas jure belli res mobiles continent, quando intra fines, id est, præsidia hostium perductæ fuerint. Et in hanc rem adducunt textus, in *l. 19. §. 3. l. 5. §. 1. l. fin. ff. de captiv. §. postlim. revers.* sed meo judicio non satis consideratè. Etenim textus illi omnes de hominibus, aut de animalibus, quæ ire, redire possunt, ut est equus, & equa freni patiens, mulus clitellarius, &c. quibus scilicet postliminium est, *l. 2. ff. eod.* intelligi debent. At tales non sunt res hostium aliæ, quæ in prædâ sunt, & postliminiò non redeunt, *l. 28. ff. eod.* Nec verum est, quod vult Grotius, eandem esse rationem hominis, & rei in hoc gentium jure. In homine enim capto præsumitur animus revertendi, & ab hostibus se subducendi, quem non deposuisse creditur prius, quàm intra præsidia hostium fuerit. Tum enim incipit desperari reditus. At talis animus in rebus

aliis non extat. Et violenta est explicatio Grotii, quando *d. §. 17. Inst. de R. D.* intelligi vult cum conditione continuandæ possessionis, donec res in præsidia deducta fuerit. Totam enim acquisitionem bellicam perficitur per capionem, sive apprehensionem, quæ factò momentaneo absolvitur. Et hoc est, quod dicit Justinianus, bello capta *statim* fieri capientis. Quod autem statim fit, omnem excludit temporistractum, aut alium actum novum, sive; ut Grotius loquitur, continuationem possessionis. Neque istud satis coheret, quod vult Grotius, eodem modo rem amitti, quo postliminiò redit. Utiqve enim physicè impossibile est, ut rediisse dicatur, quod nondum est intra præsidia nostra, aut sociorum, quanquam recuperari etiam extra ea queat, de quo tamen casu dicti textus non agunt; sed physicè impossibile non est, ut amittatur res, antequam in hostium præsidia deducta fuerit. Et quòd civis manet, qui captus est, antequam in præsidia hostium perducatur, id magis ex jure civili Romanorum est, quàm ex jure gentium, quod nudum capionis factum respicit. Romani autem in gratiam civium suorum multa constituere potuerunt, præter jus gentium, sed quæ

quæ propterea aliis gentibus nec regulam nec modum præscribere debuerunt.

XXC. Cæterùm, constituerunt inter se gentes aliquæ in Europâ, ut in mari naves, & res aliæ captæ, tum demùm acquisitæ, capientibus censeantur, ubi per horas viginti quatuor in eorum potestate fuerint. Grot. *d. l.* Et hinc de nave Sigism. Scaccia, *de commerc. §. 1. q. 1. n. 140. 144. seq.* duo hæc requirit, 1. ut navis ducta sit in præsidia hostium, 2. ut ita ducta sit, ut sit in tuto, nec recuperari illicò possit, & sic debet pernoctasse. Noviore tamen edicto Ordines Confœderatarum provinciarum ei, qui navem, ab hostibus occupatam, recuperat, ejusdem navis & bonorum, quæ in eâ sunt, bessem indistinctè addixerunt, nullo habito respectu temporis, quo navis in hostium potestate fuerit, dum tamen intra præsidia hostium perducta nondum fuit. Sim. à Grœnevvegen, *de LL. abrog. in Holland. ad l. 2. ff. de captiv.*

XXCI. Circa agros rectè se habet sententia Grotii, non statim captos intelligi illos, simul atque infessi fuerint, sed tum demùm, si mansuris munitionibus ita includantur, ut nisi iis expugnatis parti alteri palàm aditus non sit. Nec enim aliter capio, sive occupatio

aut apprehensio agrorum fieri aut perfici potest. De possessione tamen, quâ ratione pristino possessori intervertatur, memini ex facto quæsitura fuisse. Et jura quidem Romanorum civilia cecidisse cum possessione suâ dicunt, qui non vult in fundum reverti, quòd vim majorem vereatur, *l. 7. ff. de acq. vel am. poss. l. 3. §. 8. l. 18. in f. l. 25. in f. ff. eod.* Verùm si res ex principiis suis, seposito jure civili, examinetur, non videtur dejectus possessionem suam omnimodò amisisse, nisi tota & integra provincia ita occupata sit ab hostibus, ut nulla ejus recuperandæ spes supersit illis, qui *τὴν κέρειον* tenent. Quamdiu autem hæc superest, etiam privatis id proficuum erit. Quia enim per exercitus causa publica, agitur, & de summâ rei disceptatur, nolim ego hîc fundi privati possessionem, & ejus vel acquisitionem vel amissionem aliter, quàm ex ipsorum Principum gestis æstimare. Tum scilicet fundi privati sequuntur territorium, ejusq; conditionem. Nec enim propterea, quòd propter adventantem exercitum, cesserim fundo meo, & in illum, militibus jam refertum, reverti nolim, possessionem me amisisse censebor. Quid enim, si exercitus ille ipsius Reip. fuerit, cujus ego sum civis, & ego tantùm metu petulantia militiæ

tia inde decesserim? Quid si exercitus etiam hostilis animo non perpetuo ibi subsistendi, nec possessionem occupandi, sed transeundi tantum, aut ad tempus commorandi, aut nocendi solum Reipublicæ, fundum meum ingressus fuerit? Utiq; non privatum me illico possessione meâ crediderim, quando quidem nec fundi quidem mei causa exercitus advenit, sed Reipublicæ ut bellum inferat, & territorium occupet. Quo occupato, non nego, fundi mei eandem esse calamitatem, & fortunam. Sed quia nec tunc quidem, cum integra jam occupata est provincia, possessionem Princeps illico amisit, quamdiu scilicet ille animum revertendi, & hostes expellendi gerit, nec suspicatur, repelli se posse ab hostibus, illic commorantibus, quod etiam ita inter privatos obtinet, per *l. 25. in f. ff. de acq. vel amitt. poss.* utique tunc nec ego quidem me fundi mei possessionem amisisse censebor, ut maxime ego intrare eundem verear. Quod si expulsi deinceps atque ejecti fuerint hostes, quia possessio territorii ex parte Reipublicæ nunquam adhuc interversa dici potest, nec mihi quidem nova opus erit possessionis apprehensione. Nec obstat, quod longius temporis spacium intercesserit, quo ego ex-

clusus fui, quia hoc æstimari debet ex actibus Reipublicæ, qui, ut rectè gerantur, longiorem temporis tractum requirunt.

XXCII. De effectibus occupationis bellicæ breviter noto, tribuere eam plenum & absolutum dominium, in rebus quidem mobilibus perpetuum & irrevocabile, in rebus autem immobilibus eatenus, quatenus occupans in possessione permanferit. In his enim postliminium esse voluerunt Romani, *l. 20. §. 1. ff. de captiv.* quemadmodum etiam in illis rebus, quæ singularem in bello usum habent, ut sunt naves longæ atque onerariæ, multi clitellarii, equi & equæ, freni patientes, *l. 2. ff. eod.* quanquam circa naves hodiè apud plerasq; gentes diversum obtineat, adeo ut captâ navi per hostes, & eâ, per triduum retentâ, teneri asscuratores, decisum olim fuerit per Rotam Genuens. *decis. 101.* non obstante, quod post triduum navis recuperata fuerit. Similiter etiam in hominibus, & servis postliminium constituerunt Romani, *l. 12. §. 9. l. ult. ff. de captiv.* Extra hæc, reliqua mobilia omnia nullo postliminii jure censebantur, sed in prædâ erant, *l. 28. ff. eod.* Consequitur hinc, non esse satis tutum tertium possessorem, qui agrum ab hoste sibi comparavit, propter jus scilicet postliminii,
 F f f f
 quod

quod in suspenso est, & cui præscribi, durante eo bello, nullatenus potest. Vicissim verò, qui rem mobilem quæ in prædâ est, ab hoste emit, omni securitate gaudere, nec posse eam rem ullo modo à pristino domino repeti, aut vindicari, ne quidem si intra præsidia suæ civitatis ab ipso concive, aut vicino suo, reducta fuerit. Et hinc facere nequeo cum Sigismundo *Finckelthaus* / qui *observatione s. b.* defendere conatur, dominum pristinum rem, ab hostibus sibi ablatam, & Titio venditam, etiam absque precii refusione, reperoscere valere, à quo meritò dissentit *Gerhard. Feltmann. respons. militar. 6.* Omnino enim hinc facienda est distinctio hostium & latronum, quia illi rem occupando suam faciunt, hi non faciunt. Vid. *Franzk. lib. 2. resolut. 9.* neque pro latrociniiis habendæ sunt excursiones, quas faciunt milites in solo hostili, cum etiam singulis persequi hostem suum, illiusque bona occupare liceat. *Finckelthusii* tamen sententiam confirmavit *Serenissimus Saxonie Elector* per novellam decisionem 90. à quâ in his terris discedere nobis religio est.

XXCIII. De illo necesse est, ut adhuc disquiramus, utrum qui postliminiò agrum, aut fundum, recipit, fructus interim, à possessoribus

perceptos aut percipiendos, repetere possit? Finge *Archistrategum*, seu belli Ducem fundum, à se occupatum, donasse Titio, & Titium per aliquot annos fundi illius fructus percepisse: Pace factâ ad dominum postliminiò rediisse fundum istum, an verò repetere tùm poterit dominus postliminiò restitutus fructus ex fundo suo, à Titio perceptos, aut percipiendos? Mihi id non videtur. Etsi enim postliminiò reversus omnia jura recuperet, quæ ante captivitatem habuit, ac si captus ab hostibus non fuisset, *l. 5. §. 1. l. 12. §. 1. & 6. l. 19. in f. pr.* Nego tamen, eodem jure redire fundum, ab hostibus possessum, ut fructus ipsi percepti aut percipiendi sequi eum debeant. Jus percipiendi redire, dubium non est, sed fructus illos, qui nascituri sunt. Qui percepti sunt, in facto magis consistunt, & ad aliud jus, quod hostis ex occupatione habuit, pertinuerunt. Id quancquam respectu ipsius fundi revocabile fuerit, quoad fructus tamen, inde perceptos, plenum & perpetuum est, eodemque numero habebitur, quo alia quævis res mobilis, quæ, si bello capta est, in prædâ est, nec postliminiò redit, *l. 28. ff. de capt. & postl.* Nec interest, hostis ipse percipiat fructus, an ex cessione ejus alius. Quandoquidem cessionarii jus ex jure

jure cedentis commensuratur, & sufficit, pristinum dominum recuperare interim fundum suum, atque eo frui non potuisse. Neque negari potest, multo potius jus competere hosti occupanti, quam competere simplici usufructuario. Et hic tamen omnes, quos percipit, fructus facit suos; quidni ergo suos faciat ille, qui fortiori jure fundum possidet, aut qui ab eo causam habet? Neque verò imputari quicquam potest ei, qui jam occupatam provinciam cum hoste contrahit, sibi quæ ex negotiatione lucrum aliquod quærit, quod alioquin hostis fuerat erepturus, uti in simili casu concludit Antonius Faber, *Cod. de locat. def. 33. num. 4.* Et in hanc sententiam responderunt Domini ad requisitionem Bürgermeister und Raths der Stadt Halberstadt / Menl. Februar. 1642. Ist die Stadt Halberstadt durch die langwierige vielfältige harte Krieggspressuren aufs eufferste erschöpfft / fast erbärmlich zugerichtet / und ruiniret worden / folgendes aber die Contributiones und Quartier-Last immer stärker darauf geschlagen / und ankommen / welches der in Gott ruhenden Königl. Majest. in Schreden zu dem Ende vorgetragen / daß solchen unerschwindlichen Beschwerden ein erträglich Ziel gestecket / die Gemeine Stadt und Bürgerschaft von dem endlichen

total-Verderb / und Untergang errettet / und conserviret werden möchte; So denn dadurch bewogen / und der Stadt etliche Güter / so dem Stifte und Kloster dazselbst gehörig / und deren sich Ihre Majestät Jure Belli ange-masset / offeriret / welche dieselben / weils dazumahlen den abwesenden Possessoribus & Dominis solche ohne Dis nicht zu gute kommen mögen / sondern in widrigen Fall ad alios plane extraneos gelanget seyn würden / acceptiret / und dieselben mehrentheils ad Relevationem Civium & Civitatis angewendet. Nachdem aber der Pragerrische Friede beschlossen / und ins Reich publiciret worden / habt bey Ehrh. Durchl. zu Sachsen / als Kaiserlichen Plenipotenziario, Ihr euch gehorsamst angemeldet / die Restitution solcher Güter / Inhalts desselben / offeriret / und darauf / besage der Beylage / sub num. I. die Gnädigste Resolution erhalten / daß Ihr hingegen / bey euren übrigen wohlhergebrachten Rechten unversehrt / und ungehindert verbleiben / und geschützet werden / Ihr auch beyneben Euch / euerer Angehörigen / und gesambte Bürgerschaft / ob der Amnestia vollkommlich zu erfreuen haben soltet. Gestalt auch / so bald die Geistlichen wieder angelanget / Ihnen alles dasjenige / so viel bey Euch / würcklich zuhanden gestellet; Und als Ihrer Hochfürstl. Durchl. / euren

Gnädigsten Bischoff / und Landes-
Herrn / Ihr solches berichtet / Selbige/
besaag der Beylage / sub N. II. in De-
ro Ers. Herzogliche Protection Euch
auf- und angenommen / und darnebenst
eure wohl hergebrachte Jura & Privi-
legia in Gnaden zu confirmiren / und
zu bestätigen / sich mildiglich erkläret/
Inmassen denn auch Ein Hoch Ehr-
würdig DombCapitul vor sich / und
alle Unions-Verwandte / solchen Frie-
den ebenmäßig acceptiret / und hier-
nechst am 5. Augusti des abgewiche-
nen 1638. Jahres / mit vor Höchstge-
dachter Ihr. HochFürstl. Durchl. die
Pacta Capitulationis insonderheit
darauf gerichtet / und zugleich die Con-
firmatio Jurium vor die Prälaten/
Ritterschafft und Stände ingesamt
und sonders erfolget. Ob nun gleich
aniesz vorgedachtes DombCapitul
Euch / wie sub Num. IV. zu erschen/
die ernst und verweisliche Andeutung
gethan / die fructus perceptos, & per-
cipiendos, wie auch etliche ausacho-
bene und consumirte Brau- Pfan-
nen / und was deme anhängig / unglei-
chen etliche Obligationes, und Docu-
menta, so der Schwedische N. abfor-
dern lassen / so theils von Euch ad pias
causas verwendet / theils aber nie-
mahls zu euren Augen oder Händen
kommen / zu restituiren / und den zuge-
fügten Schaden zu büßen / inmassen
auch das Capitulum Marianum,

umb solche Handschriften / deteriora-
tion der Holsung und Höffe / auch
die auferlegten Contributiones, und
inhospitationes, absonderliche Cla-
ge / wie sub Num. V. zu erschen / wider
Euch erhoben / und darauf Rescripta
und Proceß erhalten / mit Vorwen-
den / ob weret Ihr der gehobenen Nu-
kung wegen / als des Stifftes Halber-
stadt mediat-Unterthanen / derer in
dem Pragerischen Frieden-Schluss ent-
haltener Verordnung nicht fähig / alles
nach mehrern Inhalt eures Berichtes/
und der Beylagen. Dennoch aber/
und diereil von Königlicher Majest.
zu Schweden / Euch die geschekene
Collation / aus eigener Bewegniß / oh-
ne euer Angetrieb / beschehen / Ihr auch
eigenthätiger Weise an andern Geistl.
Pertinenz = Stücken zuvorgreifen /
und deren Euch zu bemächtigen / Euch
nicht unterfahen / und folgend / so bal-
den der Pragerische Frieden-Schluss
publiciret worden / Ihr selbige Güther
dessen Inhalt nach / denen veris pos-
sessoribus restituiret / und abgetreten/
und Ihr also weder in delicto publi-
co vel privato versiret / Auch in
mehr gedachten Pragerischen Frieden-
Schlusse heilsamlich und ausdrücklich
versehen / Das alle Glieder des Hei-
ligen Römischen Reichs / sie seynd
Reichs = Stände / oder Privat-Unter-
thanen / dessen sich zu erfreuen haben
sollen. So mögt ihr / gestalten Sache n
nach /

nach/zur restitution der eingehobenen
Nutzung/ so wohl auch dessen/ so Euch
niemahls zu handen kommen/nicht an-
gehalten werden/ sondern Ihr seyd mit
offgedachten Friedens = Schlusses

clausulen bey sothaner Güter restitu-
tion ohne Erstattung einiger Nutzen/
Schäden un̄ Unkosten/ so das Dohm/
Capitel prætendiren möchte/Euch zu
schützen wohl befugt/ V. X. W.

CAPUT XXXIV.

De

Jure Repressaliarum.

SUMMARIA.

- Civis alterius Reip. à nostrâ Rep. lesus, judicio experiri debet. 1.*
Si viâ juris nihil impetretur, utrùm bellum inchoandum? 2.
Jure retorsionis Repressalia concedi possunt. 2.
Repressalia unde dicantur? 3.
Quid de vocabulo Clarigationis habendum, & an detur privata aliqua? 4.
Pignorationis vocabulum examinatur, & differentia indicatur. 5.
Definitio Repressaliarum. 6.
Cur dicantur remedium extraordinarium? 6.
Jus Repressaliarum quidam è L. Atticâ deducunt, alii à Numâ Pompilio. 7.
Cur dicantur esse juri gentium? 7.
Causa Efficiens Repressaliarum in quâvis Rep. est solus Princeps, dissentiente Bodino. 8.
Causa impulsiva duplex est, alia ex parte lesi, ubi causa debet esse liquidissima; 9. Alia ex parte Reip. justitiam denegantis, ubi duo probanda. Primò, Judices super imperiendâ Justitiâ requisitos fuisse; Deinde, justitiam administrare noluisse. 10.
Quæritur porro, utrùm eo casu, quando Justitia denegata à Judice inferiore, ad eundem sic illius superior, antequam Repressalia impetrentur? 11.
Quæ. 2. an tum etiam Justitia denegata possit dici, quando ludex, audito quidem aëto-re, reum tamen, quem condemnare debuisset, absolvit? 12.
Judiciâ, iniquè pronuncians, sententia vel est $\mu\alpha\gamma\acute{\alpha}\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ vel $\acute{\alpha}\delta\iota\kappa\omicron\varsigma$. 13.
Si per sordes non rectè judicet, sententia ipso jure nulla est, uti & si per gratiam, seu in gratiam alterius judicet. 14.
Non tamen per sententiam, qua nulla seu injusta est, denegata dici potest Injustitia, quam diu Appellationis remedium superest. 15.
Sententia verò injusta etiam haberi debet in loco, ubi reus convenitur. 16.
Materia Repressaliarum seu Objectum sunt homines, & res seu bona. 17.
De Bonis per Repressalias non est plus rapiendum, quàm fuerit id, quod petimus. 18.

Ffff 3

A Re.

- A Reppressaliis eximuntur* 1. Legati, propter inviolabilitatem. 19. 2. Clerici, propter reverentiam. 20. 3. Mulieres, Studiosi, euntes ad nundinas, &c. 21.
- Forma Reppressaliarum consistit partim in requisitis & solennibus, anteqvam concedantur, ubi precedat imploratio omnium Judicum usq; ad supremum.* 22.
- Partim in ipsâ Executione, postqvam concessæ sunt: ubi* 1. Executione fiat secundum præscriptum concedentis, & quidem per ministros publicos. 23.
2. non extendantur Reppressalia ultra damnum passum. 24.
3. nihil licentiùs in captas personas committatur, neq; res negligentius custodiantur. 25.
- Finis Reppressaliarum est, ut læso satisfiat.* 26.
- Effectus Reppressaliarum est vel primus, vel ortus.* 27.
- In Personâ Effectus solus primus, qui in detensione consistit, locum habet.* 28.
- Justitia Reppressaliarum à multis impugnatur, ab aliis demonstratur.* 29.
- Æquitati naturali contrarium, alium pro alio molestiâ affici; quod jus etiam civile sequitur.* 30.
- Subtilis tamen subest æquitas, probante Grotio.* 31.
- Alii Justitiam earum inde deducunt, quòd de factò Magistratùs teneantur universi civis.* 32.
- Religiùs autem ex justitiâ belli gerendi deducitur.* 32.
- Naturali igitur & Divino Juri non repugnant.* 33.
- Juris tamen Canonici textus obstare videtur.* 34.
- Ut & Constitutiones ex jure civili.* 35.
- In quibus tamen omnibus de Pignorationibus, quæ à privati de factò, & propriâ auctoritate fiunt, agitur.* 36.
- Quæ. An Principes & Statùs Imperii Rom. jure Reppressaliarum inter se uti possint?* 37.
- Quæ actione Reppressaliatus, qui damnum aliunde sensit, experiri debeat?* 38.
- Quidam tribuunt Conditionem ex Lege.* 38.
- Alii actionem negotiorum gestorum.* 39.
- Alii deniq; actionem ex L. Aquiliâ.* 40.
- Ipsa tamen naturalis ratio damni restitutionem svadet.* 41.
- Damnum autem ab omnibus civibus est resarciendum.* 42.
- Inter affinia Reppressaliarum sunt Commissiones, quæ tolerari etiam possunt.* 43.

L

Accidit interdum, ut subditis nostris ab alterius Reipublicæ subditis ægrè fiat, & damna dentur, uti sunt homines protervi, qui in cives suos, quod sibi non licet, in

extraneos impunè exerceri permissum habent. Hæc verò læsione dubium non est, ipsam quodammodò Rempublicam, in quâ læsus est, affligi, cum dolores, in minimâ sui parte

parte existentes, non possit non sentire corpus reliquum. Necessè tamen non est, ut integrum mox corpus in vindictam exardescat, & alteram Rempublicam, ex quâ damnum venit, bello impetat, usque dum spes est, restitui id aliâ viâ posse, quod ablatum est. Prius igitur judicio experiri debet læsus, & alterius Reipublicæ tribunalia implorare, nec intermittere quidquam, quod facere ad rem suam recuperandam possit. In hoc enim ubique gentium instituta sunt judicia, non ut inter cives tantum jus dicatur, sed etiam, ut inter cives & extraneos, imò etiam, ut inter utrinque extraneos, si forum agnoscant, & justitiam flagitent. Quoad igitur intemerata ea custodiuntur, & cuius potestas est rem suam pro tribunali persequendi, non decerni debet quid gravius, nec in totam Rempublicam retundendum, quod ab uno aliquo parum civili & immodesto datum est damni.

II. Quid verò, si surdæ fuerint aures judicum, & implorati illi officium negligant, aut justitiam planè denegent, numquid justam hoc præbebit causam, ut bellum inchoetur, & armis repetatur id, quod viâ juris recuperari nequit? Non nego, multam jam & magnam inde nauci offensam, & faciliè exacerbari

posse animos civium, tum & ipsius Principis, ut in bellum præcipitur. Consentire enim hac ratione videntur omnes alterius Reipublicæ cives circa factam injuriam, & ratum habere damnum, quod datum est. Et ea propter non injustum erit bellum adversus eam gentem, quæ vel vindicare negligit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est, *c. dominus 23. q. 2.* Sed quia difficile est, bellum semel cœptum componere, atque istud ex sese res tam sæva atque horrenda existit, ut eam summa tantum necessitas honestam efficere queat, ne hoc quidem casu, quo ex judiciis nihil sperari potest, ad arma protinus recurrendum erit, donec alia adhuc supersunt remedia, quibus damnum passo succurri potest. Inter illa autem retorsionis jus numeratur, in quo multum sæpè præsidii quaeritur, sæpè tamen cum injuriâ & iniquitate. Fundamentum ejus ita exponit edictum Prætoris, ut quod ipse quis in alterius personâ æquum esse credisset, id in ipsius quoque personâ valere patiatur, *l. i. ff. quod quisq. juris.* Hoc cum generale juris natu alis axioma esse videatur, etiam ad publicas causas trahitur; & hinc cum inter privatos diversarum Rerump. cives negotium agitur, quod

ex denegatâ justitiâ in ipsam Rempublicam redundat, jure retorsionis Repressalias concedi posse, passim inter gentes creditum est, ut vel hâc ratione cogatur adversa. Respublica de justitiâ imperiendâ cogitare, nisi ultimam belli manum experiri velit. De his Repressaliis, à quo & quatenus concedi debeant, brevibus nunc dispiciemus, præsertim cum frequens hodiè earum apud gentes Europæas sit usus, & inter Batavos nuper atque Britannos, antequam hoc, quod nunc geritur, bellum exarsit, cum alterius utriusque populi damnis exercitæ fuerint.

III. Initium faciamus ab ipso nomine, de quo variæ circumferuntur sententiæ, præsertim cum ipsum etiam diversimodè scribatur. Alii n., dum Præfalias & Repræfalias dicere malunt, à reprædando id deducunt, alii à repræsentando, quòd repræsentetur persona illius, qui justitiam denegavit, alii à reprimendo, quòd hâc methodò reprimatur iniquitas eorum, qui implorati jus dicere noluerunt, alii à reprehendendo, aut reprimendo, quòd yicissim prehendantur res alterius ob damnum mihi illatum. Atque hinc Reprensalias dici potius debere, notat Grotius, *ad lib. 3. cap. 2. §. 1. de jur. bell. & pac.* quàm

Repressalias, sic enim & Saxones, & Anglos Jus istud Withernanium vocare. Plerique tamen id deducunt ab Italico Ripresa, quòd ejusdem significationis est, & ἀμειβαίαν quandam prehensionem denotat. Græci ἐνεχυριασµὸν appellant, & si homines detineantur, ἀνδραποψίαν. Galli Jus Marchæ aut Marchæ, quia in limitibus potissimum exercetur. Cujacius, *ad l. un. C. ut null. ex vican. lib. XI.* Ita Marchæ dicuntur literæ, quæ non prius conceduntur, quàm significatum fuerit Principi, aut populo, ut curet solvi, quòd Creditori debetur, aut injuriam illatam puniri. Anton. Perez. *ibid. n. 6.* Petr. Frider. *de process. lib. 1. cap. 46. n. 9.*

IV. Vocabulum Clarigationis synonymum esse Repressaliarum, volunt permulti. Feciales enim apud Romanos, qui ad hostes mittebantur, ut repeterent, quæ illi vi & injustè abstulissent, cum clarigatu miti dicebantur. Plin. *l. 22. c. 12.* quam Clarigationem plerumque comitabatur denunciatio belli. Sed Marcellus tamen Donatus, *in Libr. 8. Livii*, per Clarigationem personarum magis prehensionem, quàm rerum denotari contendit, imbecilli, ni fallor, argumento, quòd Veliterni, qui cis Tiberim deprehensus fuisset, usque ad mille pon-

pondo Clarigationem constitutam scribat Livius. Non utique, quia personæ aliquando Clarigatio est, rerum ea non erit; neque propterea in personis potius locum habebit, quam in rebus. Imò sæpius de rebus fuit disceptatio inter gentes, quam de personis, & hinc in denunciatione bellicâ per præmissam Clarigationem sæpius res repetebantur, quam personæ. Vid. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 3. c. 3. num. 7.* Accedit, quòd ad mille pondo usque Livio dicatur esse Clarigatio. Rerum igitur potius erit, quam personæ, pecuniæ scilicet ejus, quæ *λύτρον* nomine dari debuit. Et præcesit igitur prehensio personæ, secuta est Clarigatio multæ ad mille pondo. Cæterum, ut Clarigationem & Repressalias *ἰσθυρομίσθη* faceret Linnæus, *lib. 4. c. 8. num. 308.* Clarigationem distinxit in publicam & privatam, & hanc demùm cum Repressaliis coincidere voluit. Meo judicio non satis consideratè. Primum enim Clarigatio privata frustra colligitur ex Livii textu antea citato, cujus verba ita se habent: *Vulturni jussu trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset, nec prius, quam, are persoluto, is, qui cepisset, extra vincula captum haberet.* Num verò privata hæc

dici poterit Clarigatio, quæ autoritate & lege publicâ permittitur? quæquæ; idèd cuique permittitur, ut intra fines magis coërceantur Vulturni, nonprehendendi aliàs, aut capiendi, nisi jussu publico præcedente. Utiqve, qui ita prendit, ministerium præbet Republicæ, & publicam causam agit, & fortè etiam multa pecuniaria, quam Vulturnus ita captus solvere cogebatur, fisco aut ærario publico illata est, non applicata capienti. Deindè posito, Clarigationem aliquam dari privatam, ea tamen Repressaliis propterea, quòd privata est, similis non est. Repressaliæ enim, uti in sequentibus dicitur, non privatâ autoritate, sed publicâ decernuntur, nec alio, quam publico nomine exercentur, ut maximè causa ab initio fuerit privata. Dicendum igitur, Clarigationem non per omnia convenire cum Repressaliis, sed in eo maximè, quòd uti in Clarigatione bellicâ, quam publicam dicit Linnæus, res ablatæ prius repetuntur, quam bellum indicatur, ita & res prius repeti debeant, quam Repressaliæ decernantur.

V. Sed & pignorationis vocabulum sæpè cum Repressaliis confunditur, idque fit etiamnum autoritate Pontificis, *in c. un. de injur. & damn. dat. in 6. præsertim cum per Repres-*

Gggg

salias

falias id ab initio actum videatur, ut res ablata pignori interim sint, dum repressaliatus ab iudice suo impetret, ut iustitiam amplius ne denegat, sed de restituendis utrinque rebus cogitare incipiat. Sed differunt tamen pignorationes, & Repressaliæ, potissimum in his tribus, in causâ scilicet, objecto, & processu. Pignoratio siquidem tum ferè locum invenit, & exercetur, quando turbati sumus in re, vel jure, cujus possessionem vel quasi ad nos pertinere asserimus: At Repressaliæ tum demum locum habent, quando denegata est nobis ab extraneo Magistratu, cujus subditus damnum dedit, iustitiæ. Deinde pignoratio fit tantum circa res, aut personam ejus, qui nobiscum contraxit, vel adversus nos deliquit; sed Repressaliæ adversus personam vel res non tantum ipsius debitoris, sed etiam cujuscunque subditi de territorio ejus, qui iustitiam facere recusat, exercentur. Tandem pignoratio fit propriâ turbati autoritate, nullâ præviâ causæ cognitione, nec impetratâ à superiore licentiâ; In Repressaliis autem necesse est, ut antecedit quædam cognitio saltem summaria, per quam certior fiat ejus, qui damnum passus est, superior, denegatam fuisse subdito suo iustitiam, & tum demum concedi

potest jus Repressaliæ exercendi. Vid. Matth. Coler. *de processu execut. p. 1. cap. 2. num. 339. seq.* Andr. Gail. *de pignorat. obs. 1. num. 5.* Joh. Andr. Dornspurger, *Syntagm. jur. libr. 3. c. 14.* Tanta ergo dum inter pignorationes & Repressaliæ est differentia, frustra indignatur Andr. Tiracvellus, *in l. si unquam, verb. suscepit liberos, C. de revoc. donat.* quòd in vicem barbari Repressaliarum vocabuli non usurpetur ab hodiernis JCtis verè latinum pignorationis.

VI. Sunt igitur Repressaliæ remedium aliquod extraordinarium, à Principe concessum, quò subditus, qui damnum passus est ab alterius Principis subdito, aut eum aliis obligatum habet, postquam iudicio causam peragere negatum est, potestatem accipit, alium ejusdem Principis subditum, vel bona ejus detinendi, donec de damno, aut injuriâ acceptâ, satisfactum fuerit. Breviter: Repressaliæ sunt detentio personæ, aut bonorum, propter debitum alienum, denegatæ vel protractæ iustitiæ causâ concessa. Totæ Repressaliarum natura ex insequente tractatione plenius intelligetur, præsertim ubi de causis ageretur. Id interim notetur, esse eas remedium extraordinarium, sive subsidiarium, uti vocat Joh. Bapt. Costa, *remed. 17. n. 10.* ad quod sc. confugere non licet.

ceat, nisi remediis aliis omnibus deficientibus. Sunt enim Repressalia quædam belli species, aut certè belli quidam veluti fomes, & parasceve; quæ perindè ut bellum innocentes cum nocentibus comprehendit. Petrus Heig. *p. 1. q. 12. n. 23.* Et proindè graves causas antecedere oportet, ut illæ decernantur, præsertim cùm fieri possit, ut in apertum deinceps bellum erumpant. Quomodo igitur omnia prius tentanda sunt, quàm ad arma prosiliant Principes, ita etiam circumspectè agendum est, ne Repressalia exercentur prius, quàm de aliis remediis planè desperatum fuerit.

VII. Qui primordia rerum indagant, ex lege Atticâ, quæ ἀνδροληψία permiserat, Repressaliarum originem petunt. Eà enim ita cautum erat: *Si quis morte, per vim illatâ, obierit, pro eo proximis ac necessariis jus esto homines prehendendi, donec aut pœna sumatur de cade, aut homicida dedantur: liceat autem tres tantum homines prehendere, non ultra.* Quà igitur ratione hîc potestas datur prehendendi innocentes propter delictum alienum, eadem ratione potestatem dari hodiè volunt exercendi Repressalias. Didac. Covarruv. *in c. peccatum de R. J. in 6. p. 2. §. 8. num. 4.* Ludovic. à Peguera; *decis. 11. n. 3.* Andr. Gail. *de pignor. l. 2.*

obs. 2. n. 7. Petr. Heig. *l. 1. q. 12. num. 6.* Limn. *l. 4. cap. 8. n. 307.* Eam legem latius exponit Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. l. 3. c. 2. n. 3.* Alii à Numâ Pompilio, autore fecialium, qui nomine populi Romani ablata repetebant, Repressalias deducunt. Andr. Gail. *d. l. n. 6.* moti fortassis ex eo, quòd Clarigationis nomine, ut supra dixi, interdum indigentur Repressalia. Nos eà de reparum sumus solliciti, & sufficit nosse, antiquissimis temporibus eas in usu fuisse, nec apud Græcos solum, sed etiam apud Latinos, gentes omnium moratissimas. Exempla in hanc rem adducit Grotius, *d. l. n. 5.* Id tamen simul moneo, non faciliè ad gentium jus referri posse Repressalias ab iis, qui ab Atheniensibus aut Romanis originè earum deducunt. Sic consequetur, gentes reliquas Atheniensium aut Romanorū imitatione Repressalias recepisse. At quòd imitatione gentis alterius receptum est, non illicò juris gentium est. Fundamentum enim juris gentium est communis necessitas, & utilitas, quæ inducit ratiocinationem, ut ex principiis juris naturalis constituat id, quòd justum & honestum est, & hoc unusquisq; ratione suâ rectè utens, & communem utilitatem atq; necessitatem respiciens, vi naturalis discursûs ita determinet. Dum igitur

tur ex principiis juris naturæ hoc jus per ratiocinationē constituitur, facile hinc patet, cum ipso humano genere etiam ante gentes id coepisse, & hinc apud omnes gentes, quod eadem communi ratiocinatione utantur, obtinere, *l. 1. ff. de A.R.D. Dn. Struv. in Syntagm. exerc. 1. n. 55.* Tale autem non est jus istud, quod imitatione alterius gentis fuit receptum. Sed de hac Repressaliarum cum jure gentium convenientiā dicemus infra, quando agendum erit de justitiā, quæ in illis est. Prius enim necesse est, ut causas earum ordine excutiamus.

VIII. *Causa efficiens Repressaliarum* in quavis Rep. est ille, qui summum tenet Imperium. Est enim ea res magni momenti, & vim quandā involvit, propter quā belli speciem refert. Quemadmodum igitur solus Princeps bellum indicere potest & discernere: sic & solus ille Repressalias. Conqueritur quidem Bodinus, *l. 1. de Rep.* indignè id jus Regibus vindicari, quemadmodum plura alia, ut Regalia multiplicentur; Clarigationem autem & Magistratum ubiq; ferè, & privatorū antiquo jure communem fuisse. Æquius esse, ut id jus provinciarum præfectis & majorum curiarum potestati tribueretur, idq; ita obtinuisse in Galliis, usq; ad Caroli VIII. Regis ætatem, qui lege sin-

gulari Clarigationis Rescriptum sui beneficii esse voluerit. Enimverò æquitas, quam fingit Bodinus, vereor, ne cerebrina sit, & imaginaria. Rectius alii eam potestatem officialibus denegant. Joh. Petr. de Ferrariis, *in pr. tit. 2. n. 20.* Guid. Pap. *qv. 33.* & ad eum Ant. Rambaud. *qv. 34. in fin.* Pet. Binsf. *ad c. 8. de injur. & damn. dat. qv. 4. concl. 2.* Nec satis attentè considerat Bodinus, quantum insit periculi in Repressaliis exercendis. Dixi supra, fomitem eas esse, & incentivum belli; Nulli igitur competit incentivum hoc permittere, quàm illi, cui ipsum competit Jus Belli. Imò verò multa jam vis est in Repressaliis, quæ, si bellica non est, bellicæ tamen non est absimilis. Et interest igitur, nosse Principem, suoq; arbitrato decerni, si quid in alterius Reip. subditos committendum est, ne in scio eo in periculum conjiciatur, & labefactetur salus publica, cujus ipse custos est, & conservator. Quocirca non insubidè argumentantur Doctores à justitiā belli ad Jus Repressaliarum, ut notat Didac. Covarruv. *d. l. præsertim*, quia propter eandem causam, ex quā Repressaliæ conceduntur, etiam bellum gerere licet, autoritate Augustini ap. Gratian. *c. dominus 23. q. 2.* Conf. Petr. Heig. *p. 1. q. 12. n. 52.* Quemadmodum igitur sæpè intermittitur bellū à Principe, si præsertim

tim majus inde damnū metuatur, ita similiter negari & omitti possunt Repressalia; neque tam cognita est officialibus conditio statūs publici, quā cognita est aut esse debet Principi, qui habitudinem & vires suæ Reip. ad alias vicinas comparat, & hinc vel decernit, vel negat, quod æquius melius visum fuerit. Qualis circumscriptio in officialibus non præsumitur.

IX. Causa impulsiva Repressaliarum duplex est, alia ex parte subditi, injuriam passi, alia ex parte adversæ Reip. justitiam denegantis, sed complexè tamen, & conjunctim utraqve attendenda est, antequā ad Repressalias moveatur Princeps. Primum igitur exactè constare debet de credito, aut de injuriā & damno dato, de quæ justitiā causæ, ob quam concedendæ sunt Repressaliæ. Et hoc est, quod ajunt Doctores, causam debere esse liquidissimam, cum executio fieri non debeat, nisi debitum fuerit liquidatum, *l. un. C. de prohib. sequestr. pec. Matth. Coler. de process. execut. p. 3. c. 1. num. 10.* Causam autem liquidam dicunt Dd. si causa debendi & justa est, & vera, & ralem esse, vel in præsentia constet confessione adversarii, vel celeriter & expedite probari possit. *Cache-ran. decis. Pedemont. 129. n. 13. Menoch. de A. J. 2. lib. 2. cent. 1. cas. 14.*

Rheinking. *de retract. q. 6. num. 113.* Donell. & Hillig. *l. 16. c. 15. lit. Cc.* si ve potius, ut nervosè exponit Coler. *d. l.* liquidum illud est, de quo apparet, quid, quale, quantumvè sit. Id verò in hac materiā civiliter intelligendum est, non ad modum privatorum judiciorum. In privatis enim judiciis, ut liquidum appareat, omitti nequit citatio partis adversæ. Anton. Massa *ad form. Cam. obl. pag. 318.* At in hoc negotio, quia citari nequit pars adversa, soli Principi, à quo Repressaliæ petuntur, exponenda est causa cum omnibus circumstantiis & probationibus. *Petr. Binsfeld. ad c. 8. de injur. & damn. dat. qv. 4. concl. 4.* Quæ si justa & tanta visa fuerit, ut publico hoc auxilio opus habeat, poterit Princeps istud decernere. Notanter dixi, *si tanta visa fuerit.* Non enim concedendæ sunt Repressaliæ ob modicas privatorum injurias & damna, sed talis requiritur læsio, quæ in publicum detrimentum vergit. *Petr. Heig. l. 1. qv. 12. n. 36.* Quemadmodum nec bellum gerendum est ob læsionem modicā, privato illatam, cum plurima, uti inter privatos, sic etiam inter Respublicas quotidie committantur, quæ conniventia magis & contemptu, quā aspera aliquā vindicta tolluntur. Et satius quandoque erit, ut de suo Princeps

subditis suis, ab extraneo læsis, subveniat, quàm ut Repressalias decernat, & per eas hostem sibi concitet. Heig. d. l. num. 57.

X. Deinde verò constare debet de justitiâ denegatâ in judiciis partis adversæ, quod scilicet petenti Repressalias ad crebram ipsius requisitionem pro juris & justitiæ administratione adversus debitorem judex loci denegaverit justitiam, & judicium illic superius non sit, quod implorari possit. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 307. Duo scilicet hinc probanda sunt. 1. Judices rei super impertiendâ justitiâ requisitos fuisse. 2. Eos justitiam administrare noluisse. Dicitur autem denegari justitia, si agens judici rei libellum suum porrexerit, judex autem admittere eum, & audire sine causâ legitimâ recusavit. Nec sufficit commendatitias tantum sui judicis literas exhibere judici rei, sed & libellum porrigere, aut aliàs pro stylo cujusq; judicii causam proponere, & dehinc urgere judicem debet, ut jus dicat. Petr. de Ferrariis, in prax. tit. 2. num. 17. Etsi verò, qui extra territorium legislatoris sunt, legibus ejus non teneantur, & jure naturæ simplici aut gentium sufficiat factum qualiter qualiter in judicio narrari, petitionem proferri, & a reo exigere responsionem, nec opus

sit libelli oblatione solenni, qualem modum in summariis etiam processibus sufficere dicit Zangerus, de except. p. 1. c. 2. num. 14. & post eum Carpzovius, in process. tit. 6. art. 1. n. 13. tamen quia statuta, quæ ordinationem judicii concernunt, etiam forenses agentes aut excipientes obligant. Johan. Bapt. Asinius, in prax. cap. 8. num. 6. & 8. Cæf. Barz. decis. 14. num. 15. non existimo, justitiam denegatâ dici posse, nisi actor solennia judicii observaverit, præsertim cum facultatem habeat judex libellum ineptum, etiam à subdito suo propositum, dentibus dilacerandi, & omnino rejiciendi. Ventur. de Valent. in Parthen. litig. p. 2. c. 10. num. 28. Ut ergò de justitiâ denegatâ justam quis habeat querimoniam, necesse est, ut ad judicium debito modo, hoc est, secundum statuta illius loci veniat, & processum ordinet, sibi aliàs imputaturus, quod auditus non fuerit.

XI. Sed hinc de duobus maximè disquiritur inter Dd. Primum est, utrum eo casu, quando justitia denegatur à judice inferiore, adeundus sit illius judicis superior, antequàm procedi possit ad concessionem Repressaliarum? Affirmat Henning. Goeden. consil. 34. num. 39. Petr. Binsfeld. d. l. conclus. 3. E contrario id non observari dicit Gvid. Pap. quæst.

Ludovic. à Pegvera, *decis. 11. in addit.* Prior sententia justa nititur ratione, quod omnimodam justitiæ denegationē prærequirant Repressaliæ, ut non supersit modus aliquis ordinarius, sed omninò recurrendum sit ad remedium hoc subsidium & violentum. At quamdiu cogi potest iudex inferior à superiore suo, ut jus dicat & partes audiat, aut etiam ab ipso superiore expectari adhuc potest litis decisio, non potest dici justitia prorsus denegata. Accedit, quod iniqua Principi inferatur conditio, in cujus subditos sine ipsius culpa Repressaliæ exercentur. Et hinc volunt nonnulli, etiam eo casu, ubi ab ipso Principe denegata fuerit justitia, adhuc à Principe altero exponi debere fundamenta justæ petitionis, quæ si nec rûm attendantur, justè posthac concedi Repressalias. *Limnæ. de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 314.* Nihil igitur movet observatio in contrarium, præsertim cum per Repressalias non privata amplius causa agatur, sed publica, quæ perfacilè duæ adversus invicem collidi possunt Respublicæ.

XII. Alterum est, an tum etiam justitia denegata dici possit, quando iudex quidem copiam sui facit, & actorem audit, reum tamen absolvit, cum condemnare debuisset? Multas hîc facit cum Bartholo di-

stinctiones Johannes Petrus de Ferrariis, *in prax. tit. 2. num. 18. 19.* sed in plerisq; tamen admittit concessionem Repressaliarum. Simplicius denegari jus dicit Hugo Grotius, *de J. B. & P. l. 3. c. 2. num. 5.* non tantum, si in fontem aut debitorem iudicium intra tempus idoneum obtineri nequeat, verum etiã si in re minimè dubiã planè contra jus judicatum sit; autoritatem enim judicantis non idem in externos, quod in subditos valere. Ratio hæc Grotii nihil facit ad rem. Non enim propter autoritatem judicantis valida est sententia jus, & facit inter partes, sed propter tacitam conventionem litigantium, qui hanc litis finiendæ methodum elegerunt, aut etiam propter autoritatem juris gentium, quod sententiis iudicum istam vim dedit, ut jus facerent. Caterùm in thesi ipsâ nihil dissentio à Grotio, & parùm interesse puto inter omnimodam justitiæ denegationem, & maliciosam contra manifesta jura sententiæ pronunciationem.

XIII. Negari quidem nequit, prætorem jus reddere etiam tum, cum iniquè decernit, relatione scilicet factâ non ad id, quod ita Prætor fecit, sed ad illud, quod Prætorem facere convenit, *l. 11. ff. de just. & jur.* quodque ita iudicatum est, publicè interest observari, *l. 65. §. 2. ff. ad*

Scr.

Sci. Trebell. Sed id tamen tam crudè accipiendum non est, eò quòd ipsa etiam iniquitas diversimodè se habeat, & ex diversis fontibus permanet. Judex enim iniquè & aliter judicat atq̃ve debet vel ex proposito, vel ex imperitià. Utròbiq; peccat judex, & sententia fertur injusta; sed aliquando tamen etiam omninò nulla est. Judex enim porò in sententià dicendà versatur vel circa jus expressum, vel circa jus dubium. In jure expresso vel thesin interyerit, vel iniquè versatur circa hypothesin. Thesis intervertitur, quando pronunciat contra jus ipsum, seu contra jus constitutionis. In hypothesi iniquè agit, quando thesin malè applicat, & pronunciat contra jus partis. Prior sententia *πρωτη* dicitur à JCrīs Græcis, altera *αδιν*. Prior ipso jure nulla est, adeò ut nec appellatione opus sit, nec præscriptione sententia talis confirmetur, *l. 19. ff. de appellat. l. 1. §. 2. ff. quæ sentent. sin. appell.* Altera vero ipso jure nulla non est, sed nisi appelletur, rei judicatæ vires consequitur, *l. 2. C. quæd. provoc. non est nec. l. 32. ff. de rejud.* Utriusq; exemplum extat in *d. l. 2.* nempe *πρωτη* est sententia, & ipso jure nulla, si pronunciet judex, potuisse defunctum, etiam minorem quatuordecim annis, testamentum fa-

cere; *αδιν* verò, si cùm de ætate quæreretur, pronunciet judex, implese defunctū quartumdecimum annum. Aliud exemplum habetur in *d. l. 1. §. 2. ff. quæ sentent. sin. app.* ibi *πρωτη* est sententia, quando pronunciat judex, numerum liberorum non prodesse ad excusationem tutelæ; *αδιν* autem, si volentem se excusare à tutelâ beneficio liberorum, & probantem se tot habere liberos, quot sunt necessarii ad excusationem, judex pronunciet, eum non probasse numerum liberorum. Pari modo, si judex pronunciet, usuras usurarum peti posse, *πρωτη* erit sententia, sed si condemnet reum in usuras petitas, quæ reverà usuræ usurarum sunt, existimans tales non esse, nec casum hunc ad constitutiones pertinere, *αδιν* tantum erit sententia, *l. 27. ff. de rejud.* Et hæc quidem de iniquitate, quæ in jure claro & perspicuo committitur, ubi insuper id noto, quod ex Jafone refert Bachovig, *ad Treutl. vol. 2. disp. 23. tb. 5. lit. A.* ad hoc, ut sententia ipso jure nulla sit, quia lata sit contra jus, requiri adeò expressum vitium, ut oculo corporeo possit inspicere, secus autem si ex sententiâ tacitè resultat conclusio, quæ esset contra jus. In jure dubio & obscuro, quod vel per se tale est, vel propter disputationes JCrōrum, subsistit senten-

sententia, ut maximè contra jus la-
tam causetur ille, adversus quem
pronunciata est, arg. l. 19. ff. de appell.
d. l. 2. C. quand. prov. non est nec.
Quoniam verò rectius fecerit ju-
dex inferior, si authenticam legis
interpretationē in tali casu à Prin-
cipe petierit, & juxta illam deinceps
sententiam dixerit, uti apud Pede-
montanos suos fieri testatur Anton.
Tessaurus, in *prafat. ad decis. n. 32.*
Eiud tamen si omiserit, sententia
propterea non erit nulla, quia nec
legi contraria, quippe cujus intelle-
ctus adhuc dubius est & ambiguus.
In his autem casibus, conscientia di-
ctamen inprimis sequi debet judex,
sed quod ipsum probè antea instrue-
re, & in naturalibus principiis ap-
plicandis assidue exercere oportet.
Vid. Sig. Scaccia, de *sent. & re jud.*
gloss. 14. qu. 23. per tot.

XIV. Quod si per sordes aliter
judicet judex, atque debet, ipso et-
iam jure sententia est nulla, sive ad-
versus jus constitutionis, sive adver-
sus jus partis judicet, hoc est, sive
in *re* fuerit sententia, sive ad-
in *re* tantum, l. 7. C. quand. prov. non
nec. Et hoc ad eò verum est, ut et-
iam si sententia sic lata, iusta in se sit,
& aliter concipi non potuerit, ad-
huc tamen ipso jure nulla sit, quia
eo ipso, dum accipitur pecunia, in-
iusta dicitur, c. non licet 11. qu. 3. Fer-

nand. Valsqv. *contro. illustr. lib. 5.*
c. 37. n. 4. Paris de Puteo, de *syndic.*
verb. *corruptio num. 11.* Vincent,
Carocc. de *locat. p. 1. qu. 29. num. 14.*
Quod si verò per gratiam tantum, si-
ve in gratiam alterius partis judex
aliter judicet, subsistit quidem sen-
tentia de jure civili per l. 65. §. 2. ff. ad
SCt. Treb. (nimirum quia ambitio-
ne affectuè motum esse judicem,
probari nequit. Non enim si causa
fuit, cur moveretur, ideò eo affectu
victum æquè consequitur, uti si pe-
cuniam accepit. Hillig. in *Donell.*
enucl. l. 27. c. 7. lit. F. Valsqv. d. l. n. 20.)
in se tamen, extra difficultatem pro-
bandi, & factam hinc dispositionem
juris civilis, spectata, omninò nulla
videtur. Dum enim hoc agitur, ut
quid justum sit, per sententiam con-
stet, non potest justum esse, quod ju-
dex injustum esse novit, & malitio-
sà destinatione pro justo venditat.
Et quoniam in dubio jure versetur
judex, nego tamen ipsi hanc pote-
statem competere, ut contra con-
scientiã, ad gratiam alterutrius, sen-
tentiam ferre possit. Jamdiu enim
explosa est eorum opinio, qui in ju-
diciis casus pro amico dari finxe-
runt, quosque proinde casus pro dia-
bolo potius vocari debere dixit An-
tonius Tessaur. d. l. Add. Menoch,
de *A. J. Q. cas. 255.* Andr. Tiraqvell.
de *jur. primog. qu. 17. opin. 2.* Sig.

H h h

Scac.

Scaccia, *de sentent. & re jud. gloss. 14. qd. 23. n. 10.* Sed hæc de sententiâ injustâ & nullâ obiter dicta sufficient, de quâ materiâ imprimis videri poterit Franzkius, *exercitat. 12. q. 10.*

XV. Patet autem hinc, per sententiam, quæ nulla est, nondum denegatam dici posse justitiam, cum præsertim hoc casu de novo repeti & tractari debeat causa, *l. 19. ff. de appell. arg. l. 59. §. fin. ff. de re jud. l. 1. C. de sentent. & interlocut. l. 6. C. qvomod. & qvand. jud.* Sed nec per injustam quidem sententiam justitia denegata est, quoad superest remedium Appellationis, eò quòd obstrictus sit actor, rei tribunalia ordine pertentare, & in supremo etiam iudicio jus & justitiam expetere. Quamvis quidem igitur, ut Repressalia locum habeant, supremum iudicium, quo reus conveniri potest, & quid in hoc actum sit attendi maximè debet, non priùs denegata dici poterit justitia, quam ubi vel causam de integro examinare non vult Princeps in casu, quo nulla est sententia, vel sententiam injustam corrigere & reformare renuit. Ad talia enim dum tenetur Princeps, si non facit ea, denegasse videtur.

XVI. De injustitiâ tamen sententiæ adhuc tenendum, comparative aut concretivè eam intelligendam esse ad jus, quod in Rep. & iudiciis

rei conventi obtinet, sive constitutum id sit & scriptum, sive non scriptum & consuetudinarium. Non enim, quia injustum quid est in se, aut tale actori videtur, dicendum illico est, injustam esse sententiam, quæ tale quid continet, ad hunc scilicet effectum, ut Repressalia deinceps decerni justè possint; sed requiritur, ut etiam in illâ provinciâ ubi convenitur reus, sententia pro injustâ habeatur, aut haberi debeat, cum aliâs justitia dici nequeat, quòd sit denegata. Do exemplum: Invaluit apud gentes quasdam mos oppidò barbarus & inhumanissimus, quò contra jus fasque naves, litoribus impactæ, ruptæ & ejectæ, unâ cum mercibus impositis diripiuntur & fisco vindicantur. Andr. Gaik. *l. 1. obs. 19. Vent. de Valent. in Partben. litig. l. 1. c. 13. n. 5.* Franc. Strymann. *de jur. marit. part. 5. c. 5.* Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 10.* Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 7. n. 1.* Arnold. Vinnius, *ad §. 47. n. 5. Inst. de R. D.* Consuetudo ista sine dubio pessima est & injustissima, & legibus publicis maximè compescenda. Si verò jam naufragus apud tales gentes bona sua ejecta repetat & vindicet, iudex autem fisco ea acquisita pronunciet, injusta quidem in se est sententia, propter principium injustum, & rationem decidendi planè barbaram, sed

sed propterea tamen justitia denegata dici nequit, quia scilicet in eâ provincia pro injusta non habetur. Ad effectum igitur denegatae justitiae, propter sententiam injustam, etiam hoc requiritur, ut judex aliter judicet, atque jura patria admittunt. Consimiliter jure Romanorum peregrini nec testamenti factionem habebant, *l. 1. ff. ad L. Falcid.* nec cum ipsis testamenti factio erat, *l. 6. §. 2. ff. de hered. instit.* Id jus iniquum videri poterat peregrino, & injusta sententia, secundum id lata. Sed justitia tamen denegata dici nequit, quia judicatum est secundum jus patrium, cujus incapax habitus est peregrino, Et haec de causâ impulsivâ.

XVII. Proximum nunc est, ut materiâ videamus Repressaliarum, sive objectum, circa quod exerceri solent. Id duplex est, homines scilicet & res, sive bona, non illa, quae judicio petita sunt, aut circa quae damnum datum est, sed alia vel ipsius lædentis vel aliorum, alii etiam homines, cum quibus nullum hactenus nobis fuit negotium. Si tamen ipse, qui damnum dedit, vel ejus bona haberi possunt, non sunt damno aliquo afficiendi alii. Petr. Binsfeld. *ad c. 8. X. de injur. & damn. dat. q. 4. conclusio.* Imò verò, si haberi possunt ipsa illa, in quibus damnum passus sumus, non ultra extendi debe-

re Repressalias existimo, dum tamen nec ultra ea nobis quid absit. Possunt igitur per Repressalias capi & homines & res. De hominibus negat Franciscus Duarenus, *ad tit. ne fil. pro patr.* capi aut retineri eos debere; idque admittit Petrus Heigius, si simpliciter concessæ fuerint Repressaliae, *lib. 1. qv. 10. n. 63.* Et sanè non levis injuria videtur, si homini, nihil tale merenti, manus injiciantur, & libertati vis inferatur. Libertas enim inæstimabilis res est, *l. 106. ff. de R. J.* hoc est, tanti æstimari debet, ut ei loco cedere omnia, necesse sit, neque cum ea quicquam componi, vel potiore loco æstimari debeat, cum nihil planè illi sit *ισόπονο*, uti commentatur Jacobus Gothofredus. Quam ergò causam fingamus sufficientem, ut propter debitum, alterius alter libertate minuatur, & captivus quasi detineatur? Ego interesse putò, quæ ex causâ Repressaliæ petantur. Quod si enim nostri homines apud Repressaliatos detinentur, capi & detineri possunt etiam eorum cives, apud nos inventi. Quia hoc retorsionis jù est, ut quantum talionem inferat, & per eam cogat Repressaliatum, ut à facto suo desistat. Quod si autem nulli nostri cives, sed bona tantùm eorum ab Repressaliatis adprehensa fuerint, & circa sola ea iniquitas contineatur,

tur, nolim Repressalias ad homines usq; extendere, sed potius in bonis tum erit subsistendum. Conf. Petr. Frider. *de process. lib. i. c. 49. n. 14. 15.*

XVIII. Circa bona autem id imprimis notandum est, ne per Repressalias plus rapiatur, quam id fuerit, quod petimus. Repressaliæ enim conceduntur in eum finem, ut reparetur damnum, & restituantur res injustè ablata. Facta igitur reparatione damni, cessat finis, propter quem Repressaliæ concessæ fuerant. Cessent ergo & ipsæ. Petr. Binsfeld. *ad c. 8. de injur. & damn. dat. q. 4. conclus. 9.* Diximus supra, convenire in hac causâ Repressalias & bellum. Quemadmodum igitur naturaliter justum & æquum est, ut finiat bellum, & ab armis desistatur, quando vel id nobis acquisitum est, quod par fuerit illi, quod nobis debetur, vel quando tantum damni datum fuit, quantum vindictæ modum non excedit, secundum ea, quæ dixi *exercitat. 10. n. 59.* ita & æquum est, ut, si per Repressalias, quantum nobis abest, restitutum fuerit, desistatur ab ulteriori adprehensione, & Repressaliis finis imponatur. Et quia plura atq; majora in bello sese exerunt pericula & incommoda, quæ difficilem reddunt pacis compositionem, atq; animorum reconciliationem, per Repressalias autem non

id intenditur, ut bellum inde exarscat, facile hinc liquet, accuratam magis in Repressaliis servari proportionem posse inter damnum & reparationem, quam in bellis. Quin si fieri posset, non in alio bonorum genere Repressalias admitterem, præterquam in eo, quod ex patrimonio nobis abest, aut in quo damnum datum est, ut scilicet eò magis observetur in retorsione paritas. Sed n. quia celeri quandoq; executione opus est, nec semper præstò sunt ejusdem generis bona, laxior plerumq; in concessione Repressaliarum fit interpretatio, ut tamen secundum æstimationem rerum nihilominus observari debeat proportio.

XIX. Cæterum jure gentium excipiuntur quidam, quorum personæ aut res Repressaliis non succumbunt, nec detineri violentâ hæc manus injectione ullo modo possunt. Inter eos primo loco eminent Legati, quippe qui inviolabiles sunt & sancti, *lib. 17. ff. de Legat. Matth. Coler. de process. executiv. l. 2. c. 3. n. 194.* Et quanquam Johannes de Lignano istam inviolabilitatē quoad bona Legatorum, ad ea tantum restringat, quæ necessaria sunt pro legatione, qualia sunt equi & vestes; in aliis autē Repressalias admittat, retius tñ. statuitur universaliter & in genere omnia Legati bona mobilia

exem-

exempta esse, nec ad proprii quidem debiti solutionem capi posse. Ratio est, quia à Legato omnis abesse debet coactio, tam quæ res, quam quæ personam tangit, ut plena ei sit securitas. Hug. Grot. *de jur. bell. lib. 2. c. 18. n. 9.* Eodem privilegio munit, & à Repressaliis eximit suum Commissarium Rutgerus Rulant; *l. 7. c. 9.* propter rationem, quòd generaliter omnes, quibus necessaria negocia expedienda sunt, & iis non expeditis à judice puniri possunt, Repressaliis detineri nequeant. Sed ratio hæc nullo nititur fundamento, quippe secundum quam etiam tabellarii, apparitores, nuntii quivis, ab infimæ conditionis judice missi, privilegio hoc exemptionis muniti essent. At jus gentium tales inviolabiles facit tantum inter suos, non etiam apud extraneos, quòd ad hos jurisdictio mittentis sese non extendat, & ne quidem stricturas projiciat. Nolim igitur, quod Legatis competit, inviolabilitatis privilegium ad Commissarios judices extendere.

XX. Secundò inter privilegiatas personas, quæ à Repressaliis eximuntur, referuntur Clerici, non quidem ideò, quòd Papa ita voluerit, in *c. un. de injur. & damn. dat. in 6.* cum legislatoria Papæ Romani potestas extra territoria, quibus, ut Princeps imperat, sese non ex-

tendat, Ecclesiæ autem universalis regimen nullo titulo tyrannicum in modum affectet: nec ideò, quòd Clericorum bona omni civili Imperio sint exempta, id enim probare noluit Gratianus, ad *c. si quæ 11. qv. 1.* sed ideò, quòd communi gentium consensu personis, ad cultum divinum destinatis, semper ea habitata fuit reverentia, ne in corpore aut bonis læderentur. Habet tamen casum Guido Papæ, *qvæst. 34.* quo in consilio Parlamenti Delphinatus decretæ fuerunt Repressaliæ adversus Episcopum quendam. Sed iste casus nihil habere videtur singulare, eò quòd Episcopus ille simul Imperium civile tenuit in suo territorio, & hinc non tam adversus ipsum Episcopum, quam ejus subditos exercitæ fuerunt Repressaliæ; illos autem eodem immunitatis privilegio gaudere debere, quo munitus eorum est dominus, neque Ecclesiæ dicitur, nisi Romana fortè, neque patitur Rerum publicarum inter se *qvæst.* neque fert ipsius civitatis, cujus illi membra sunt, salus & beatitudo. Alium casum ex Petro de Anchorano refert ibi Antonius Rambaudus, in *apostill.* quòd scilicet Repressaliæ concedi & exerceri possint adversus Clericos, quando Episcopus non facit justitiam de Clericis suis, & ad superiorem non potest haberi

H h h h }

re.

recurfus, quia fortè ille Epifcopus est Tyrannus, vel Schismaticus, ubi fimul refpondet ad *c.un. de injur. & damn. dat. in 6.* intelligendum id eſſe, quando conceduntur Reſſa- lia propter delictum Laicorum. Sed neque hic caſus fatis videtur congruus. Primùm enim vix admittent Canoniftæ, Clericum detineri poſſe à Laico, ut maximè hic Principis ſui mandato inſtructus ſit; ſed Laicum talem ipſo jure excommunicationem incurrere dicent, *c. 29. & c. 5. X. de ſent. excommun.* Deindè non video, quid Epifcopi tyranniſ aut ſchiſma obſtare poſſit, quò minùs ad ſuperiorem ejus poſſit haberi recurſus. Nec enim coërcere poterit Tyranniſ aut ſchiſma alienæ Reipublicæ civem, ut propter formidabiles Epifcopi mōres ſuperiorem ejus adire metuat. Quin etſi ArchiEpifcopus, vel Metropolitanus, ejusdem notæ fuerit cum Epifcopo, recurſus tamen adhuc erit ad Principem, cui uterque ſubjectus eſt, aut in regno Pontificiò ad Primateſ, aut Patriarcham, tandem etiam ad Pontificem Romanum. Quicquid hujus ſit, oppidò gratum nobis eſt hoc Juris Conſultorum Pontificiorum dogma, poſſe à Laicis adverſus Clericos impetrari Reſſa- lia, cum aliàs tam tenera eorum ſit conditio, ut ſolo aliquo ſevero obtutu

propter jus Pontificiũ extremam animæ perniciẽ incurrere Laicus ſoleat.

XXI. Eximuntur à quibusdam Reſſa- liarum executione etiam mulieres, Studioſi, euntes ad nundinas, &c. Sed de his & aliis notandum eſt, quod monet Grotius, *l. 3. c. 2. num. 7.* cavendum eſſe, ne confundantur ea, quæ jure civili aut pactis populorum conſtituuntur. *A numero ſubditorum, inquit, jure gentium excipiuntur Legati, non ad hoſtes noſtros miſſi, & res eorum. At jure civili populorum ſapè excipi ſolent perſona mulierum, & infantium, eorum verò, qui literis operantur, & ad mercatus veniunt etiam res, &c.* Quod mulieres attinet, prohibuit Juſtinianus, ne includerentur, aut cuſtodirentur, *Nov. 134. c. 9.* & rationem addit, ne per hujusmodi occaſiones inveniantur circa caſtita- tem injuriatæ. Hæc ratio movere quidem poteſt Principem, ut talem cuſtodiam prohibeat, ſed quia cuſtodia ex ſe & directè caſtita- tem mulieris non lædit, ſæpiſſimè etiam mulier extra periculum eſt; cuſtodia talis jure gentium prohibita non eſt, & ex hinc nec Reſſa- lia; Ut taceam jam non de extraneis mulieribus, in quas Reſſa- liæ ex- erceri ſolent, ſed de mulieribus ſuæ Reipublicæ id conſtitutum eſſe à Ju- ſtinia-

Afiniano: quāqvām id etiam jure gentium obtineat, ne qui Repressalias exercet, Repressaliorum famam aut vitam attentet. De Studiosis celebris est *authent. habita C. ne filius pro patre*. quam tot Commentariis illustrarunt Interpp. De negociatoribus, ad nundinas euntibus, *Lun. C. de nundin.* Utrorumque privilegium est ex jure civili, posteriorum idē, quod utile sit Reipubl., nundinas nostras à peregrinis mercatoribus frequentari, priorum, quod per bonas literas imperantium & parentum vita melius se habeat, & Respublica arctius contineatur. Sed fortè non omnis Respublica hęc causā movetur, ut simile quid constituat, & propterea dicta privilegia extra imperium sese non extendere, rectè concludit *Limnæus, lib. 4. cap. 8. n. 316.*

XXII. Pervenimus ad formam Repressaliorum, quæ consistit partim in requisitis, & solennibus, antequam concedantur; partim in executione, postquam concessæ sunt. Antequam concedantur Repressalia, præcedat, necesse est, imploratio omnium judicum usque ad supremum, quibus subestille, qui damnatum dedit. Illorum si nullus est, qui audire actorem, aut jus reddere debito modo velit, permittitur

actori, Principem suum adire, eiq; justitiam causæ suæ, & quid in judicii profecerit, exponere. Hic verò, circumstantiis omnibus probè perspectis, & habitâ deliberatione, num restanti sit, quam per Repressalias promovere liceat, monere primum debet Principem alterum, ut faciat res injustè ablatas restitui, injuriamve refarciri, additâ hęc comminatione, nî fecerit, Repressalias se, vel quid aliud ejusmodi, decernere velle. Tum verò, si neq; hoc attendere velit alter, & sic modis omnibus requisitus in denegatione persistat, Repressalias tandem non iniquè decerni contendunt. Ludovic. à Pegverà, *decis. 11. num. 7. 8.* *Limnæus, d. l. num. 314.* Johann. Altenstaig, *in Lemic. Theol. voc. Repress.* Anton. Perez. *Cod. ut null. ex vicari. num. 6.* Præsupponendum tamen est, debitorem, sive reum conventum, solvendo esse, nec ratione ejus actionem esse inanem; quandoquidem aliàs justitia denegata dici nequit; cum is nullam videatur actionem habere, cui propter inopiam Adversarii inanis actio est, *l. 6. ff. de dol. mal.* Actio autem ubi nulla est, nulla quoque erit executio, sententiæ etiam optime nullus effectus. Add. Petr. Frid. *de process. lib. 1. cap. 49. num. 16*

XXIII. In ipsâ executione, postquam concessæ sunt Repressaliæ, hæc tria maximè observanda sunt. Primò, ut executio exactissimè fiat secundùm præscriptum concedentis. Permittit autem concedens quandoque per ipsum petentem & læsum Repressalias exequi, quandoque per officiales suos, & ministros publicos. Postremum hoc consultius est & utilius. Petr. Binsfeld. *ad c. 8. X. de injur. & damn. dat. qv. 4. conclus. 8.* quia læsus vindictæ studio sæpè abripitur, ut modum servare nequeat. Quod si enim in judiciis rectius agit ille, qui causam propriam per alios agit, & tuetur, ut maximè peritissimus sit ipse, multò magis in executione id locum inveniet, tali præsertim, quæ bellicam quandam vim continet, quæq; in vindictæ modum procedit. At de judiciis testatur Petrus Gregorius, *49. syntagm. 6. num. 36.* receptum apud suos, nè quis causam suam orare, aut saltem perorare possit. Et moribus Sabaudiaë cautum, scribit Antonius Faber, ut, quantæcunque doctrinæ quis sit, Advocatum petere vel quærere cogatur, ne per iram vel excandescentiam temerè quid excidat. Vid. Hillig. *in Donell. enucl. lib. 18. c. 3. lit. 7.* Optimè sanè, quia in propriis rebus plerumque coëcti sumus, & impetu quodam

rapimur, cui temperando quandoque vix sufficimus. Hoc autem cum in judiciis fieri soleat, ubi causa tantùm proponitur, quid futurum erit, ubi etiam executio per nos ipsos perficienda fuerit? Utique satius erit tum aliorum ministerio eam expediri, quam injuriis injuriam augere. Quibuscunque autem negotium istud commissum fuerit, operam dare debent, ut mandatum districtè observent, non tantùm, quia generale hoc jus est, quòd fines mandati diligenter sint custodiendi, *l. 5. pr. ff. mandat.* sed etiam, quia specialiter hæc res magni est præjudicii, quæ toti Reipublicæ non minus periculosa esse possit, quam indictio belli. Ideoque solent Principes concedentes modum Repressaliis statuere, easq; pro conditione & statu rerum limitare; interdum corporum nexus & personarum adprehensiones omninò prohibere, interdum bona quædam excipere, prout visum fuerit æquius melius.

XXIV. Deindè observari debet, ne extendantur Repressaliæ ultra damnum passum, h. e. ne plus capiat, quàm nobis abest. Dixi hæc de re jam suprâ, quibus nunc istud tantùm addo, non posse tam rigidè semper, & exactissimè ad extremum usque pulvisculum servari proportionem inter id, quod nobis abest, & quod

quod per Repressalias ita consequimur, dum tamen excessus non sit nimius, & restituatur id, quod plus est. Dum enim rerum precia variant, dumque etiam in aliis bonis, quam in quibus damnum nobis datum est, Repressalias exercere licet, & hinc per æstimationem proportio facienda est, facile patet, per apprehensionem, sive capionem, quæ momentanea interdum est, & longius examen, sive rerum ad invicem comparationem non admittit, difficulter obtineri æqualitatem primo statim capionis tempore posse. Sed interim hoc cavendum est, ne nimium hinc exorbitetur, & dolo malo capiatur, quod damnum datum manifestè superat. Ita enim etiam in judiciis peccant illi, qui plus petunt, quam debetur, & Jure Romano satis acerbè puniebantur, §. 33. *Inst. de action.* Bachov. *de act. disp. 1. n. 40. seq.*

XXV. Tertio etiam id observandum est, ne quid licentiùs in captas personas committatur, neve res negligentius, quam par est, custodiantur. Neque enim personæ perinde nobis habendæ sunt, atque si in bello captæ essent, nec etiam servi nostri per talem apprehensionem fiunt, cum nec hostes quidem illicò sint, adversus quos Repressaliæ exercentur. Quocirca si vel maximè

nostri concives pessimè habitæ, aut etiam prorsus occisi fuerint, nego tamen, Repressaliatos innocentes poenâ corporali propterea affici posse. Petr. Binsfeld. *concl. 10.* Vita enim subditorum innocentium ex tali causâ non obligatur, cum nec in se quisquam jus vitæ habeat, nec id ad Remp. transferre possit. Hug. Grot. *de J. B. & P. l. 3. cap. 2. num. 6.* Ea propter neque ad corporis cruciatum, multò minùs ad capitis poenam pro altero obligare se quis potest. Ant. Matthæus, *de criminib. tit. de custod. reor. num. 14.* Anton. Gomez. *3. resol. g. num. 8.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 10. num. 336. seq. & cap. 20. §. g. n. 36. seq.* In rebus autem custodiendis cura haberi debet non exigua, cum fieri possit, ut res aliquando repetantur, quæ utique reddi tùm debent in eadem bonitate, quam habuerunt, dum auferrentur. Nec enim dominium earum illicò acquirunt apprehendentes, sed necesse est, ut accedant adhuc alia, quæ mox erunt exponenda.

XXVI. Finis Repressaliarum est, ut satisfiat damnum passio, sive per administrationem justitiæ hactentis denegatæ, sive per adpropriationem rerum per Repressalias captarum. Hæc enim ratione obtineri quandoque potest, ut adigat Repressaliatus vel Magistratum suum, justitiam

stitiam hactenus pignoranti dene-
gantem, ut litem iustâ sententiâ di-
rimat, vel illum, qui damnum alte-
ri, & hinc occasionem exercendi
Repressalias, dedit, ut damnum i-
stud resarciat, & res suas, Repressalia-
rum jure captas, liberet. Et sic quod
directè impetrari nequit, per obli-
quum, & quasdam ambages, conse-
qui licet. Quod si verò neque hâc
viâ iudex, aut ille, qui damnum de-
dit, in alium animi sensum flecti
queat, satisfieri poterit creditori ex
ipsis illis rebus, quæ per Repressalias
captæ sunt. Et si enim hâc ratione
non solvatur id, quod in obligatio-
ne est, & quod apud iudices rei ab
actore petitum fuit, solvitur tamen
aliud æquipollens, tantundem va-
lens; neque id quidem ei invito, post-
quam per Repressalias sibi subveni-
ri voluit. Hanc viam ergò quia ele-
git, non poterit indignari, si aliud
pro alio accipiat, cum & aliàs cre-
ditor eo casu, quo debitor pecuni-
am, quam debet, dare nequit, alia
ejus bona, sive mobilia sive immo-
bilia, in solutum accipere teneatur.
Moller. ad const. 22. n. 9. part. 2.

XXVII. Effectus Repressaliarum
est vel primus, vel ortus. Primus hic
est, quod creditor per eas consequat-
ur jus retentionis in rebus captis.
*Petr. Frider. de process. l. 1. c. 46. nu-
mer. 10.* Quia enim fieri potest, ut

repetat res suas Repressaliatus, post-
quam sc. Creditori vel per iudicem,
vel per verum debitorem, satisfactum
est, expectandum utique erit, usque
dum de animis Repressaliorum
certior haberi possit cognitio. Eum-
que in finem inventarium rerum
captarum confici debet, ut constet,
quid, quale, & quantum id fuerit,
quod ablatum est. *Jac. Menoch. de
A. J. Q. cas. 27. n. 23.* Res verò ipsæ
probe interim custodiri debent, ne
vitium aliquod contrahant, dum
tamen servari possunt; quæ enim
ætatem non ferunt, quam celerrimè
vendi debent. At ubi nulla spes est,
fore; ut res creditoris proprias re-
stituant, aut damnum resarciant Re-
pressaliati, locum habet effectus se-
cundus, quem ortum diximus. Tum
enim res captæ vel ipsæ creditori in-
solutum dari, vel iusto precio vendi
possunt, & ex hoc creditori prom-
pta deinceps erit solutio. Quod si
post deductas impensas necessarias
adhuc superest aliquid, restituendum
id est Repressaliato, cum, ut supra di-
ximus, iusta, quantum fieri potest,
inter id, quod nobis abest, & quod
nunc consequimur, observari de-
beat proportio. Nec igitur facere
possumus cum Hugone Grotio, qui
lib. 3. de J. B. & P. c. 2. n. 7. contendit,
jure gentium ipso facto dominium
rerum captarum acquiri ad summam
debi-

debiti & sumptuum, cum principa-
lis scopus Repraesaliarum, ut ante
diximus, hic sit, ut adigantur Repres-
saliati ad administrandam justiciam
& restituendas res, aut reparandum
dammum, quod datum fuit. Atque
hinc capio rerum per Repraesalias
non est similis capioni bellicæ, per
quam dominium illico acquiritur,
§. 17. *Inst. de R. D.*

XXVIII. Et hæc ita obtinent in
rebus. Dixi autem, etiam in perso-
nis Repraesalias exerceri posse, & il-
las tamen propterea non fieri ser-
vos; quem ergo in illis Repraesalia-
rum faciemus effectum? Hic verò
locum habebit solus effectus pri-
mus, qui in detentione consistit, ut
per eam amici, cognati, aut conciv-
es ad redemptionem & liberationem
captorum, aut capti ipsi ad solu-
tionem & satisfactionem com-
pellantur. Isti verò si hoc renuant,
& captos apud detinentes relin-
quant, aut capti ipsi pro alio solve-
re recusent, iniquum erit in horum
personam quicquam ulterius sta-
tuere, cum neque ex post facto ca-
pienti in servitutem addici ullà ra-
tione possint. Et ut maximè olim
severè admodum habitum fuerint à
creditore debitores, quippè quos
nervo & compedibus vincire, & ser-
vos facere licebat, Vid. Anna. Ro-
bert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 6. seq. v. 10.*

ribus tamen temporibus, postquam
moratioris esse cœpissent gentes,
ob æs alienum servire liberos cre-
ditoribus, jura compelli non patie-
bantur, *l. 12. C. de O. & A.* quæ
minùs igitur in servitutem cogi po-
terunt illi, qui ob alienum debitum
detinentur? Quod si igitur dimitte-
te eos nolit, qui Repraesalias con-
cessit, aut impetravit, saltem non
alio loco aut conditione habendi
sunt, quam quæ solent haberi obli-
des, de quibus videri poterit Hug.
Grot. *lib. 3. de J. B. & P. c. 20. num. 52.*
Multa enim & magna inter eos mi-
hi videtur intercedere similitudo.

XXIX. His ita expositis, commo-
dum nunc agi poterit de justitiâ Re-
praesaliarum, si quæ eis inest, & qua
tenus à Viro bono exerceri queant.
Jamdiu enim est, cum eà de re quæ-
stio moveri cœpit inter eruditos, in
diversa, ut fieri solet, euntes, & u-
trinque rationibus non contemnen-
dis adversus invicem pugnantes.
Plurimi eas Juri Divino, Naturali,
Civili & Canonico contrariari, &
præter consuetudinem invaluisse, nec
Legibus satis coerceri potuisse, per-
hibent, inter quos videri poterit
Ventura de Valentis, *in Partben. ...*
sig. lib. 2. c. 2. n. 30. seq. Anton. Pe-
rez. *ad tit. Cod. ut null. ex vicari.*
Matth. Coler. *de process. execut. l. 1.*
c. 2. n. 324. seqq. Bachovius, *in Treutl.*

disp. de pignor. tb. 5. lit. G. Rittershus. in Novell. part. 3. c. 7. n. 7. 8. 9. Pontifex ipse Gregorius X. in c. un. de injur. & damn. dat. in 6. E contrario nec Naturali Juri, nec Divino, nec Civili, nec Canonico repugnare eas contendit Augustinus Barbosa, ad auth. sed omnino C. ne uxor. pro mar. ante eum Petrus Frider. de process. l. 1. d. c. 84. Utrinque argumenta, quæ conquiruntur, non sunt ejusdem omnia roboris & valoris. Nos ex universo genere selectissima paucis examinabimus, & summo tenus quasi ore delibabimus.

XXX. Æquitati naturali contrarium esse, pro alienis debitis alios molestari, inquit Imperator Zeno, *in l. un. C. ut null. ex vican.* Et non habere rationem, alium quidem esse debitorem, alium verò exigi, ait Justinianus, *Novell. 52. c. 1.* Quod si delictum hic subesse dicatur, tantum abest, ut inde adjumentum habeat hoc negociū, ut potius fortiori ratione impugnetur. Neq; enim convenit veræ justitiæ, ut alterius injuriæ alter fiat succedaneus, vel injuriæ Principis, non administrantis justitiam, alter Princeps imitator existat. Et in genere jus naturæ hoc dicitur, neminem debere ad alieni debiti solutionem urgeri, aut ob alienum debitum, sive ex contractu id sit, sive ex delicto, inquietari, aut

molestiâ ullâ affici, neque in bonis, neque in personâ, seu corpore suo. Atq; id etiam jus civile sequitur, ut ne quidem ex conjunctissimis personis, quæ tamen propter arctissimam conjunctionem atq; necessitudinem una quodammodo persona esse videntur, alterum pro altero, s. ex contractu, s. ex delicto conveniri patiatur, *tot. tit. C. ne uxor pro marit. tot. tit. C. ne filio pro patre. l. 26. ff. de pign. l. 22. C. eod. l. 7. ff. de bon. damnat.* Et propterea inhonestas vocat pignorationes & odibiles super his actiones Imp. Justinianus, *novell. 52. pr.* Taceo nunc investivas alias, quibus plerumque perstringuntur Repressaliæ. Videri poterit Damhuder. *prax. crim. c. 98. n. 6.*

XXXI. Verum enim verò subtilis & recondita nihilominus hic subest æquitas, quam exponit Petrus Friderus, *de process. l. 1. c. 48. num. 4.* accuratius & enucleatius Hugo Grotius, *de J. B. & P. l. 3. c. 2. num. 2.* cujus verba hic adscribere operæ erit precium: *Jure gentium, inquit, voluntario induci potuit, & inductum adparet, ut pro eo, quod debet prestare civilis aliqua societas, aut ejus caput, sive per se primo, sive quod alieno debito jus non reddendo se quodque obstrinxerit, pro eo teneantur, & obligata sint. bona omnia corporalia & incorporalia eorum, qui tali societati*

tati aut capiti subsunt. Expressit autem hoc quodam necessitas, quod alioqui magna daretur injuriis faciendis licentia, cum bona imperantium sæpe non tam facile possint in manus venire, quam privatorum, qui plures sunt. Est igitur hoc inter jura illa, quæ Justinianus ait, usu exigente, & humanis necessitatibus à gentibus humanis constituta. Non autem ita hoc natura repugnat, ut non more & tacito consensu induci potuerit, cum & fidejussores sine ulla causa ex solo consensu obligentur. Et spes erat facilius membra ejusdem societatis à se mutuo jus consequi posse, & indemnitati suæ consulere, quam externos, quorum multis in locis exigua habetur ratio: deinde commodum ex hac obligatione commune erat omnibus populis, ita ut, qui nunc eo gravaretur, alio tempore in eisdem sublevari posset, &c. Dum igitur singuli cives hic considerantur non amplius ut singuli, sed ut partes Reip., quæ denegavit justitiam, quæque proinde gravi injuriâ aliam Remp. affecit, etiam ut partes Reipub. non iniquè sentiunt vindictam, quam læsa Resp. infert. Non enim inter privatos amplius versatur negotium, sed Resp., denegans justitiam, causam suam facit, perinde ut judex litem suam facit malè judicando, pr. Inst. de O. 22. E. D. N. & vicissim Resp., decernens Re-

pressalias, causam civis itidem suam facit tantisper, donec illi satisfactum fuerit. Quando autem Resp. inter se colliduntur, partes exinde damnum sentiunt sæpe nullo suo merito, quod Reip. scilicet delicta partibus imputentur, aut potius, quod à Rep. ut corpore mystico vindicta sumi nequeat, nisi in partibus eam constituentibus.

XXXII. Alii justitiam Repressaliarum inde deducunt, quod de facto Magistratus teneantur universi cives & subditi, propterea, quod omnne jus in Magistratum contulerunt, & sic tacitâ quâdam communitiõnis obligatione participant de facto Magistratus; sibi igitur imputare debere populum, quod tales elegerit, & imperio præfecerit, atque ita propter electionem temerariam eum non sine culpâ esse. Sed hæc argumentatio non aliàs locum invenire potest, nisi tum, quando populus liberâ electione Regem sibi constituit. Et verò nec tum quidem Regis delicta populo imputari possunt, cum nec eo quidem animo elegerit Regem, ut in regimine ille malè se gereret. Quocirca non multum præsidii ex ista ratione petendum est. Fortior est ista, quam ex justitiâ belli gerendi deducit Petrus Binsfeldius, hæc argumentatione: Repressaliæ sunt quoddam bellum,

particulare ; sed bellum licitè infertur, quando Princeps aut civitas vindicare neglexit, quod à suis improbè factum est, aut reddere, quod à suis per injuriam ablatum est. Ergo & Repressaliæ licitè & justè decernuntur, quando Princeps aut civitas vel Resp. aut negligit, aut non curat vindicare injuriam illatam, aut quod iniquè ablatum est, restituere, *ad cap. 8. X. de injur. & damn. dat. qv. 4. conclus. 1.* Suprà exposui, quâ ratione jus Repressalias concedendi j9 belli gerendi præsupponat, & ex eo inferatur, quibusq; ex causis utrumq; justè decernatur. Dum ergo jus Repressalias concedendi in jure belli gerendi includitur, quemadmodum in majori continetur id, quod minus est, rectè hinc infertur, causas, quæ bellum justum faciunt, multò magis Repressalias justas reddere, quandoquidem fatius erit Repressalias, quàm bellum decernere. Nunc istud tamen animadverto discrimen, quod in bello maximè cavendum sit, ne innocentes etiam præter propositum occidantur. Hug. Grot. *de J. B. & P. lib. 3. cap. 11. n. 8.* Sed in Repressaliis ex proposito innocentes, & eorum bona capi solent. Ratio diversitatis videtur esse ista, quod Repressaliæ ex intentione primâ non eum finem habeant, ut interficiantur Repressaliati, aut

ut bona eorum illicò fiant capientium, sed ut detineantur tantisper pignoris quasi loco, donec ab ipsis debitoribus primis civi nostro satisfactum fuerit. Sed bellum, ubi semel exarsit, directè petit vitam & bona hostium, ut proinde majorè cautione op9 sit, cum reparari nunquam possit damnum, quod ita datum est, quemadmodum reparari potest in Repressaliis.

XXXIII. Ut maximè igitur Repressaliæ naturâ introductæ non sint, non tamen propterea statuendum est, naturæ juri eas repugnare, aut per istud prohiberi. Sic enim etiam bellum, quod à naturâ introductum non est, naturæ juri repugnare dicendum esset, quod tamen rectè negat Grotius, *lib. 1. cap. 2. n. 1. 2. 3.* Quæ porro ex jure divino proferuntur, maximè istud, quod filius non debeat portare iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii, parum ad rem faciunt, quia hoc non agitur per Repressalias, ut puniatur quis propter delictum alterius, sed ut sapere discat, qui in jure reddendo negligens fuit, & ut satisfiat civi nostro, qui damnum passus est. Quod si deinceps propter contumacem juris denegationem bona Repressaliorum distrahi, aut creditori adjudicari necesse fuerit, nec tunc in peccatum id fieri dicendum erit, quandoquid-

doquidem adhuc Repressaliatis datur regressus adversus autores, ut damnum illatum resarciant, uti mox pluribus exponendum erit.

XXXIV. Quod jus Canonicum attinet, celebris est textus in *c.un. de injur. & damn. dat. in 6.* cujus verba aliqua necesse est, ut hic adscribamus. *Etsi pignorationes*, inquit ibi Pontifex, *quas vulgaris elocutio Repressalias nominat, in quibus alius pro alio pręgravatur, tanquam graves legibus, & æqvitati naturali contraria, civili sunt constitutione prohibita: Ut tamen earum prohibitio in personis Ecclesiasticis tantò amplius timeatur, quantò in illis specialius inhibentur, eas concedi contra personas prædictas, seu bona ipsorum, aut quantumcunq; generaliter prætextu ejusvis consuetudinis (quam potius reputamus abusum fore) concessas, ad illas extendi præsentis decreto districcius inhibemus, &c.* Hunc textum nihil obstare dicit Augustinus Barbosa, *ad auth. sed omnino C. ne Uxor pro marit.* loqui enim de pignorationibus & Repressaliis, quæ contra personas Ecclesiasticas conceduntur; non igitur extendi debere ad personas Laicas, & earum bona, eò quòd dispositio limitata limitatum producat effectum. Sed enim, si rectè ponderentur verba Pontificis, vix admitti poterit hæc Barbosa

interpretatio. Præmittit enim in genere Pontifex, pignorationes, (non illas tantum, quæ contra personas Ecclesiasticas conceduntur,) tanquam graves legibus & æqvitati naturali contrarias, civili esse constitutione prohibitas. Quamquam igitur prohibitio ista etiam ad eas rectè extendatur, quibus Ecclesiasticæ personæ impetuntur, speciali tamen canone Ecclesiastico, per modum, interpretationis extensivæ specialis, Pontifex istas personas tutas reddere voluit, ut scilicet prohibitio in personis Ecclesiasticis tantò amplius timeretur. Atque ut eò magis pateat, à Pontifice in genere reprobari Repressalias, consuetudinem, quæ illas tolerantur, abusum esse dicit, easq; ad Clericos extendi prohibet. Per consuetudinè igitur non eam præcisè intelligit, quæ Clerici pignorantur, quippè quæ ad Clericos extendi frustra prohiberet, sed eam, quæ extendi ad Clericos potest, h. e. generalem, quæ adversus quoscunq; promiscuè recepta fuit. Hinc igitur patet, omninò graviter obstare hunc textum juri Repressaliarum, secus atque putat Barbosa. Sed ego tamen nihilominus puto, tantam non esse ejus vim, ut jus Repressaliarum, quatenus à nobis explicatum est supra, prorsus destruat & everseat. Dicit enim Pontifex, se eas Re-

pressalias prohibere, quæ similiter civili constitutione prohibita sunt, quæ quales fuerint, nunc ante omnia est videndum.

XXXV. Et primùm quidem ex jure civili in hanc rem adducitur constitutio Zenonis, quæ prohibuit, ne quis ex vicaniis pro alienis vicinorum debitis teneatur, in *l. un. C. b. t.* Fuit enim olim plerisque locis usurpatum, ut vicanius ex contractu vel delicto convicani teneretur, & ut liceret creditori ob vicani debitum ejusdem vici hominem vel bonum apprehendere, quoad verus debitor satisfecisset. Jac. Cujac. *ad ist. tit.* Deinde Imperator Honorius & Theodosius, constituerunt in *l. 4. C. de execut. & exact. lib. XII.* ut ne quidem pro publicis debitis alienis convenire liceat alterius possessionem, hoc est, prædium, cum tamen alioquin publicorum debitorum, id est, fiscalium magnus in jure sit favor, & privilegium quoddam. Sic enim ante hanc constitutionem ficti favore, ut promptius publici vectigalis debitum haberi posset, conveniri poterat, & detineri locupletioris cujusdam possessio pro universis possessoribus, aut inhabitatoribus vici & pagi, cui tamen deinde executor actiones suas præstare tenebatur, *l. 5. ff. de censib.* Anton. Perez. *Cod. ut null. ex vicani. num. 2.*

Hunc exigendi modum abrogarunt, & inhibuerunt per Constitutionem suam dicti Imperatores. Nec dubium mihi est, alias plures de ejusmodi pignorationibus, s. publico, sive privato nomine factis, promulgatas fuisse leges, quarum ipse etiam meminit Justinianus, in *Novell. 52. pr.* sed quæ interciderunt, nec ideo, quod de eadem materia conceptæ essent, dignæ habitæ sunt à compileribus, quæ Codici infererentur. Justinianus autem tum in *d. Nov. 52.* tum etiam in *Novell. 134. cap. 4.* de nullo prohibitionem istam, & quidem sub poenâ repetiit, mirari se profitens, quæ causa, tot legibus castigata, vires resumpserit, & mali mores bonis legibus prævaluerint. Verum nec tum quidem prorsus à pignorationibus abstentum fuit, sed identidem illæ, in usum revocatæ ansam dederunt Friderico Barbarossæ, ut quæ generaliter antea prohibita erant, specialiter, ne in rei literariæ studiosis exercerentur, ediceret, in *autb. habita C. ne fil. pro patr.* Vid. Rittershus. *ad Novell. part. 3. c. 7.*

XXXVI. Hæc sunt, nisi fallor, si non omnia, saltem pleraque, & maximè urgentia argumenta, quibus ex jure civili Repressaliæ impugnantur. Textum etiam in *l. un. C. ut null. ex vicani.* à Pontifice animo versatum

fatum fuisse, cum Constitutionem
in. no. de injur. & damn. dat. pro-
 mulgatet, ex utriusque collatione
 constat. Ex omnibus autem juris
 civilis textibus id tandem elicitur,
 agi in illis de pignorationibus, quæ
 fiunt à privatis de facto, & propria
 autoritate. Augullin. Barbofa, ad
auth. sed omnino C. ne uxor pro marit.
 & quidem in Imperio Romano ite-
 ter ejusdem Imperii cives. At in
 hac tractatione ego perpetuò id
 præsupposui, fieri debere Repressa-
 lias auctoritate Principis adversus
 extraneos. Nihil ergò faciunt leges
 ex jure civili adversus has Repressa-
 lias, nihil etiã Constitutio juris Ca-
 nonici. Agnoscit id Cujacius, ad d.
l. un. C. ut nullus ex vicin. quando
 ait: *Moribus nostris hoc jure utimur
 non in nostrates, sed in externos, nec
 nisi permissu Principis, ut si negocia-
 tori Gallo merces diripuerint Hispani
 idem, quem primum offenderit Hispanum,
 pari jure diripiet, &c.* scilicet
 præviã Principis concessione, &
 ubi negotium per omnia Repressa-
 liati judicia tentatum fuit. Patet
 igitur, nihil hætenus objici potuis-
 se, quod Repressalias tam iniquas fa-
 ciat, ut nullò jure tolerari queant.

XXXVII. In Imperio tamen Ro-
 mano maximè disquiritur, utrùm
 Principes & Status adversus se invi-

cam jure isto uti possint? Quia enim
 illi inter se cives sunt unius Reip.,
 non videtur id eis concedendum
 esse, supposito illo principio, quòd
 tantùm adversus extraneos Repres-
 salia justè concedantur. Ex adver-
 so tamen multum facit potestas, quæ
 Principibus Imperii competit, &
 à *unno negotios* speciem refert, quæq;
 proindè Majestas quædam analogã
 quibusdam dicitur. Nec desunt ex-
 empla, postquam jus istud ita rece-
 ptum est, ut etiã inter civitates
 Imperii frequentissimè exerceatur,
 imò etiã inter oppida & villas e-
 jusdem Principis. Rosbach. *in pro-
 cess. tit. 3. num. 70.* Petr. Frider. *de
 process. lib. 1. c. 49. num. 12.* Rectius
 tamen asseritur, Status Imperii ad-
 versus invicem Repressalias decer-
 nere non posse, cum adversus u-
 numquemque judicia pateant, quibus
 de justitiã causæ disceptare licet.
 Dum igitur præstò est remedium
 ordinarium, ad extraordinarium &
 subsidiarium, quodque tam pericu-
 losum est, non erit recurrendum.
 Nec probanda igitur erit consuetu-
 do, quæ invaluit, cum sæpè ita ad
 arma procedere soleant, quos com-
 pescere potuisset superioris jurisdi-
 ctio. Vid. Wefenbec. *consil. 46.*
 Petr. Heig. *lib. 1. qv. 12. num. 27.* Dn.
 Carpzov. *p. 4. c. 16. def. 4.* Limæ.
l. 4. c. 8. num. 315.

Kkkk

XXXIX.

XXXIX. Quandoquidem autem Repressaliatus damnum ita ex alieno debito sentit, disputari cœpit inter Doctores, quâ ratione ei subveniendum sit, ut damnum istud resarciatur. Cumq; ei inter suos non aliter, quàm iudicio, rem persequi liceat, potissima semper fuit quæstio, quâ actione eum experiri oporteat, ne frustrâ litem peragat. Hic verò, ut fieri solet in re dubia, multa & varia congeruntur, sed quæ, simul atq; asserta sunt, multam plerumq; patiuntur contradictionem. Ecce enim, sunt quidam, qui conditionem ex lege hic subministrant, *arg. l. un. ff. de condict. ex leg.* Sed si revisita ejus conditionis examinentur, nullum eorum locum hic invenit. Duo enim in primis requiruntur, nova lex, & nova obligatio; nova, inquam, ratione efficaciz, quorum alterum si deficit, veriùs videtur, conditioni ex lege locum non esse. Dum igitur & lex nova est, & nova per eam inducitur obligatio, etiam actio nova erit, quæ propter eâ conditio ex lege dicitur, nisi lex caverit, quo genere actionis utendum sit. Bachov. *in disp. miscell. cap. 7. §. de action. disp. 4. n. 12.* Franzk. *tit. de condict. ex leg. n. 5. seq.* Jam velim ego ostendi mihi legem novam, quâ nova obligatio debitoris, aut iudicis, jus dicere recusantis, in-

ducatur. Lex enim hic civilis intelligenda est, qualis nulla reperitur circa hanc materiam. Ut maxime enim negotium hoc ratione, materiae suæ, & in se obligationem habeat, quoad jus gentium, nulla tamen ea est secundum jus civile ratione effectus. Hahn. *ad Wesenbec. tit. de Cond. ex leg.*

XXXIX. Sunt alii, qui Repressaliato adversus verum debitorem actionem negotiorum gestorum tribuunt. Illis dum objicitur, Repressaliatum ad negotium debitoris gerendum non spontè accessisse, quod tamen necessarium videtur per §. 1. *Inst. de O. 2. 2. E. C. N.* in promptu responsio est, hæc actione non solum eum teneri, qui spontè, & nullâ necessitate cogente, negocia aliena gesit, verum & eum, qui aliquâ necessitate urgente, vel necessitatis suspicione gesit, *l. 3. §. 10 ff. de neg. gest.* Sed huic iterum reponi potest, necessitatem, quam Ulpianus in eo loco intelligit, non esse talem & tantam, qualis & quanta Repressaliatum adstringit. Illic enim necessitas moralis, ex officio proveniens, innuitur, uti hoc glossa exemplificat; hic physica necessitas, quæ bellicæ proxima est, rem conficit. Potius igitur est, ut negemus, accommodatam hic esse negotiorum gestorum actionem. Primum enim Repres-

Repressaliatus, dum merè passivè se habuit, gessisse aliquid dici nequit. Et quid verò gerere potuit in actu illo, quo Repressaliæ adversus eum planè invitum exercitæ fuerunt? Deinde actio negotiorum gestorum quendam quasi contractum præsupponit, qui non potest concipi sine consensu, qualis in quasi contractibus fingitur, & præsumitur intervenisse. At hic nullus omninò datur consensus, nec ex parte Repressaliati, nec ex parte veri debitoris. Repressaliatus enim planè invitus patitur istiusmodi executionem, neq; in ablationem rerum suarum consentit. Debitor verò principalis, quia creditorem eludit, nullo modo in hanc consentiet obligationem; nec consensisse igitur fingi aut præsumi potest, cum certum sit, prohibitorum eum potius, ne ita negotia sua gererentur. Quapropter quia de animo debitoris clarè constat, non poterit Repressaliatus dicere, se negotia ejus gessisse, aut gerere voluisse.

XL. Sunt adhuc alii, qui ex L. Aqviliã actionem hic convenientem existimant, quòd hæc actio non solum adversus eum dari soleat, qui ipse damnum dedit, verùm etiam adversus illum, qui damno occasionem præbuit; *l. 30. §. 3. ff. ad L. Aqvil.* Verùm cum textus ille de physicã causã loquatur, Repressalias autem

debitor non physicè, sed moraliter causetur, non videtur utriq; æqualis aut par esse conditio. Nec enim Repressaliæ tam ob contumaciam debitoris pervicaciam decernuntur, quàm ob denegatam à iudicibus justitiam; atq; idcirco Repressaliatus non tam occasione debitoris, solvere nolentis, quàm Magistratús, justitiam denegantis damnum hoc patitur. Causa ille remota est, hic proximior, uterq; impulsiva tantum, causam efficientem movens ad decernendas Repressalias.

XXI. Ego tam sollicitus non sum in perquirendã specie actionis. Sunt enim actiones istæ, de quibus hæc cura suscipitur, ex jure Romanorum civili. At Repressaliæ ex gentium jure sunt, & inter gentes exerceri possunt, quæ jure Romanorum non utuntur. Etsi autem iniquè non agat Resp., quæ, ut civi suo consulat, Repressalias decernit, iniquum tamen erit, si, qui Repressalias passus est, solus damnum sentiat, quibus ipse causam directò nullam dedit. Quandoquidem igitur tum à debitore, tum à iudicibus, & ultimò ab ipso Principe, supremo territorii domino, omnis culpa proficiscitur, ipsa naturalis ratio illos ad damni restitutionem adigit. Damnicatus n. damnum suum ab eo, cujus causã damnum illi datum est, justè repe-

tit, quomodo Licinnia rectè sibi petiit præstari, quod per seditionem, Gracchi culpa factam, perierat, *l. 66. pr. ff. solut. matr.* quomodo & conditor præstare tenetur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit, *l. 25. §. 4. ff. locat.* & ibi Petrus Costalius. Quid facit etiam *l. 21. pr. ff. de negot. gest.* Joh. Köppen. *decis. 36. n. 4.* Don. Garf. Mastrill. *decis. 164. n. 9.* Petr. Heig. *p. 1. q. 12. n. 64.* Petr. Frider. *de process. l. 1. c. 50.* Non negotium tamen difficilem hanc fore recuperandi methodum: Quia n. proxima & extrema culpa Principi imputatur, nisi ipse naturali rationi obedire velit, facillè colligere licet, frustra omnem ab eo peti restitutionem. Eadem se exeret in debitore conveniendo difficultas, si judices eodem modo, quo antea, favere ei velint. Sed fortè mutato nunc rerum statu, dum inter concives negotium versatur, mutati erunt & ipsi, promptioresque se exhibebunt in jure dicendo, de quo utiq; Repressaliato faciendum est periculum. Et in eum finem, si nulla suppetat actio specialis, implorari poterit officium judicis, quod latissimum est, & ex primà suà institutione ad quasvis querelas extenditur.

XLII. Tentari potest etiam illud, annon in subsidium eadem æquitas, quæ Legem Rhodiam de jactu susti-

net, hic locum invenire queat, propter quam scilicet universi cives tenentur restituere damnum, concivisuo per Repressalias datum. Finis enim legis istius est, ut damnum sarciat. omnium contributione, quod pro omnibus datum est, *l. 1. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jactu.* Atque id etiam tum obtinere volunt, quando piratæ pro communi liberatione unius vectoris mercibus contenti fuerint. H. Zoef. *ad ist. sit. n. 6.* Hincigitur repetendum erit, quod dixi supra, in Repressaliis decernendis versari causam publicam, & utrinque Respublicas negotium id suum facere. Dum ergo unus aliquis pro integrâ Rep. patitur, & ille, qui concedit Repressalias, unius civis mercibus contentus est, æquum erit, ut integrâ Resp. damnum datum resarciat. Si enim propter causam publicam aliquis is damnum sentit, id ei ex publico fisco est resarciendum. Köppen. *decis. 36. n. 19.* & si ab exercitu damnum passus est civis propter civitatem, id ex publico illi est restituendum. Seba. *lian. Medic. de casib. fortuit. qd. 11. n. 56.* Garf. Mastrill. *decis. 164. n. 8. §. n. 14. 15.* Optimè sanè, quia in ejusmodi vi bellicâ omnium bona periculo exposita sunt. Dum ergo metus, qui pariter omnes incesserat, in uno aliquo terminatur, isque toti Reip. culpam sustinere cogitur, æquum est, ut à reliquâ civitate in-

te indemnis fervetur, ut tamen ipse quoque pro rata jacturam sentiat.

XLIII. Inter affinia Repressaliarum referri possunt Commissiones, ut vocantur, quas omnino damnat & rejicit Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 3. c. 11. num. 19.* quod ad jus consequendum, aut bellum finiendum, nullius sint usus, sed metati habeant virium ostentationem propositam. Ego ad istum locum moveri me hac ratione non posse, professus sum, cum etiam levibus velitationibus hostis vires atterantur, & bellos semel indicto, privato cuius hostem, quæ poterat, vi persequi liceat. Nec enim necesse est, ut integri semper exercitus congregiantur, cum nec hac quidem ratione bellum semper fini queat. Imò contingit sæpe, ut per tumultuarias ve-

litationes animus hostis frangatur & ab ulteriori sanguinis humani profusione, quæ per justum prælium copiosè fieri posset, abstineat, atque ita paucorum nece intentata expietur: Cumque inter artes bellicas referatur, bene ordinato, & disposito exercitu dimicare, justamque aciem instruere, non repugnare poterit juri naturæ, vel cætervatim, vel singulatim, ut occasio tulerit, in hostem irruere, ejusque vires attenuare. Sed quia Commissiones istiusmodi ad actus bellicos pertinent, quos antecedente disputatione jam satis examinavimus, dicere de illis plura nunc nihil attinet, præsertim cum exigua inter eas & Repressalias sit cognatio. Faxit DEUS, ut omnino apparatus bellicus in pacifica desinat exercitia!

CAPUT XXXV.

De

Jure fortalitorum extruendorum.

SUMMARIUM.

- Princeps, viribus destitutus, victorum auxilia petit, & præsidia disponit. 1.
Unde jus fœderis faciendi, extruendi fortalitia, &c. oritur. 2.
Fortalitorum cura ad Principem solum pertinet. 3.
Num sit ex usu Reip., propugnaculis munitas esse civitates? Afferuntur contraria rationes. 4.
Affirmatur quæstio cum rationibus. 5.
Civitas sine permissu Principis urbem suam munire non potest, nec civi villam suam. 6.
Explicatio L. 10. C. de adif. privat. 6. 7. 8.
An Universitati liceat extruere fortalitia? 9.

Quousq; Principi hac potestas competat? 10.

Alberici Gentili sententia examinatur, & explicatur, quid sit, ad emulationem exstruere. 11. 12. 13. 14. 15.

Cujus sumptibus edificari & refici debeant fortalitia? 16.

I.

Clli belli gerendi potestatem damus, eidem necesse est, ut largiamur simul omnia, sine quibus bellum aut non geri commodè, aut componi & finiri non potest. Enimverò non potentià tantum, sed auctoritate etiam nititur militia, præsertim postquam in artem redacta est, & quibusdam veluti regulis vis inferri atque excipi cœpit. Ille, qui hodiè requiritur, apparatus tantus est, ut vel ex solo eo Majestas Imperantis æstimetur, & de viribus Imperii, quod se summum gloriatur, judicium fiat. Iste verò si aliquâ parte defecerit, vicinorum attrahuntur auxilia, & vallis atque castellis includuntur præsidia, ut vel hâc ratione hostis impetus sisti & frangi possit. Tandem, ubi pugnatum & sanguinis humani effusum est satis, de componendis litibus, aut sufflaminandis saltem belli progressibus, consilia ineuntur, quæ saniora fuissent, si ab initio in ea inclinassent animi Principum, antequam tot hominum cædibus ac strage vires suas probassent.

II. Sed enim uti inter singulos ci-
ves nemo facilè alteri cedit, & unus-
quisque causam suam animo subni-
xo agit, atque tuetur, dedecori sibi
esse ratus, nisi ægrè fecerit Adver-
sario suo, nec animadvertens inte-
rim, fallaces esse fortunæ lusûs, at-
que hinc in se reflecti posse, quod
alteri struxit, periculum; Ita etiam
inter integras civitates, & eorum
Rectores turpe semper visum fuit,
offensam, si qua data fuerit, sine ac-
ceptâ satisfactione aut præviâ vin-
dictâ remittere, ut maximè incertus
planè sit exitus, & dubia belli alea.
Isto igitur, quem nunc exposui, mo-
do, dum inter se colliduntur Res-
publicæ, & vires suas ad invicem li-
brant, nova sese exerunt jura, non
alii, quàm illi, qui Majestatem ha-
bet, competentia, & summam re-
rum gerendarum potestatem de-
notantia. Ecce enim, dum in auxi-
lium rogandus est Princeps vici-
nus, jus foederis ferendi; dum præsi-
dia disponuntur, ut eò magis cau-
tum sit militi, jus extruendi fortali-
tia, & muniendi oppida; dum bello

con-

condicendæ sunt feriæ, jus faciendi inducias, dum deniqve in gratiam redire, & bello finem imponere student belligerantes, jus pacem faciendi resultat. Quæ omnia, quamquam sub belli jure generali comprehendantur, distinctim tamen ut à nobis explicentur, operæ erit præcium.

III. Initium faciemus à jure fortalitiarum. Id verò ad Principem spectare, nemo negabit, qui, quantum in iis momenti sit, æcum perpensum habet. Dum enim munimenta ejusmodi tutissimum semper receptaculum præstant, & ex eo tota inqviætiari potest provincia, facile patet, Majestatis interesse, fortalitiarum curam, & præsidiorum regimen, ut nemo habeat alius, nisi qui ipsam habet Majestatem. Et est sanè principalis hic munimentorum finis, ut hostis grassantis impetum sistant, ejusq; vires, si ve excursionibus inde factis, si ve solâ defensione attenuent, utq; interint exercitus conscribi queat, qui hostibus patente campo sufficiens sit. Hic finis cum ad belligerendirationem & methodum pertineat, non potest nec debet ab aliò intendi, nisi qui summam rerum tenet, & belli gerendi potestatem habet. Et hinc est, quod Divus Marcus rescripsit, de operibus, quæ in muris,

vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut, si muri extruantur, præsidem aditum consulere Principem debere, l. 6. ff. de oper. publ.

IV. Disquirunt civilis prudentiæ Doctores, num ex usu Reipublicæ sit, propugnaculis civitates munitas esse, atqve id argumentum in utramqve partem præ cæteris copiosè tractat Bodinus; *de Republ. lib. 5. cap. 5.* Nec verò negari potest, plus tributum olim fuisse, à Lacedæmoniis præsertim, virtuti inhabitantium, quam lapidibus, aut lignis, quibus propugnacula extruuntur; his verò inventis, ignaviam incensisse animos civium creditum est, fortitudine quasi ejurata, & proscripta. Quod si porro consideretur, quam fluxa sæpè sit fides præsidiorum, cui securitas hæc innititur, & quam facile inclinari possint animi militum, ubi receptacula hæc intuentur, ut à fide datâ deficiant, & rebellionem inter se concitent; id quod factum non uni testantur annales, unusquisqve agnoscet, multum decedere securitati, quæ speratur, per suppositum periculum. Ut taceam jam, quantis impendiis & stipendiis opus sit, ut & excitentur & conserventur ejusmodi latebræ, quæ, nisi quotidiana opera reparentur, sæpè concidunt,

dunt, & urbem, tale quid non mententem, curpiter prostitunt. His accedit, quod, ubi inhibitum potestatem loca ejusmodi munita venerint, difficilior & gravior tempestas immineat Reipubl., quam in patente provincia. Hanc enim, ubi facis populati fuerint agri, & direpta supellex; deserere tandem cogentur hostes, aut saltem ejici facilius poterunt; illa autem pertinaciter retinebunt, & inde danmum dabunt; quasi infinitum & perpetuum. Ut proinde minus utile videatur civitatibus & populis, fortalitia habere, & in eis securam stationem affectare.

V. His tamen ne quicquam obstantibus præstat asserere, non exigam in locis munitis contineri Reipubl. salutem. Uti enim inter privatos nemo est, qui non cupit securitatem, ut sibi & suis intacto esse feliceat, & tugurium suum in eum finem pessulis & repagulis obfirmat: ita privati multi, postquam ædificia junckerunt, non minus student, ut societati & universitati suæ, quantum facultates cujusque ferunt, securitas comparetur, neve cujusvis petulantia expositi profent. Nec enim belli tantum tempore munitio talis necessaria est; sed etiam tum, quando nulli sunt hostes, qui nobis, aut quibus nos publi-

cè bellum decrevimus. Id enim sententiam, qui bonis nostris, & propterea etiam vite insidiantur. Multis latronibus olim, post bella civilia, in Italia grassantibus; eos Augustum, inhibuisse scribit Suetonius; dispositis per opportuna loca stationibus, id est, militibus stationariis, & qui eis præessent, latrunculatoribus. Talia autem præsidia & stationarii milites, cum ubique haberi non possint, & ingentes in sumptus requirant, præstat manibus, aut quibuscumque mutimontis latronum irruptiones inhibere. Sanè nudata mœnibus civitas non exposita tantum est pessimorum hominum libidini, & direptioni, sed etiam illecebra quædam est, ultrò latrones invitans, hostes provocans. Quibus compescendis non parva suppetunt remedia, quam ut fossa & valloque sepiaur civitas. Immo bella autem & ignavia, quam inde inter cives contrahi nonnulli causantur, nullo planè firmatur argumento. Quis enim imbelles aut ignavos dicet illos, qui vim & irruptionem exercitûs vicies, quadragies, imò centies quandoque numerosisioris, sustinent & coërcent? Referunt Pannonia annales, quantum temporis & virium in unâ aliquâ urbe aut arce expugnandâ consumpserit. Turcarum Tyrannus.

Quæ, nisi impetum ejus remorata
 fuisset, diu jam ejus libidini & dire-
 ptioni ad extremas suas oras patuis-
 set Germania. Conf. Forstner. in *Ta-*
cit. p. 175. Sed nec soli Viri sunt, qui
 civitatem constituunt, nec inter eos
 etiam omnes ejusdem roboris. Par-
 tem faciunt mulieres, partem in-
 fantes, partem ægri, partem senes,
 quorum omnium salus in parietibus
 quærenda est, non sufficientibus
 aliis in custodiam civibus reli-
 quis. De fluxâ autem præsidiorum
 fide, de impensis in propugnacula
 faciendis, deq; contumaci hostium,
 sicubi talia occupaverint, in fessio-
 ne, quæ moventur, talia sunt, ut con-
 siteri oporteat, quod de mulieribus
 nonnulli dixerunt, neque cum il-
 lis, neque sine illis tutam esse Rem-
 publ., & nihil tam utile esse, quod
 non aliquod subinde damnum co-
 mitteretur. Sufficit autem; finem iri-
 tentum, qui est salus & securitas Rei-
 publ., *ἢ τὸ πλεῖστον* obtineri, & *ὡς*
παρὰ λόγῳ fieri ista, quæ objiciuntur,
 quippe quæ & aliis in civilibus pa-
 rum attenduntur, *l. 7. ff. de LL. & in-*
genio atque prudentiâ humanâ læ-
 pè exitari possunt. Cæterum de co-
 tã hac controversiâ jam suo ævo sol-
 licitus fuit Aristoteles, *l. 7. politic. c. 11.*
 ubi præcè, hu. e. statè nimis judicare
 ait de rebus, qui muros urbibus cir-
 cumdari vetant.

VI. Cùm autem omne civitatis
 factum, quod publicam causam at-
 tingit, ex Principis concessione de-
 pendeat, ex munimentis autem &
 propugnaculis hodiè Imperii, & o-
 mnium civium securitas maximam
 partem æstimetur, faciliè hinc pa-
 tet, nec civitatem quidem, quan-
 tæcunqve ea sit, sine permisso &
 concessione Principis urbem suam
 vallare posse. Consequens hinc
 est porro, nec civem, qui Prin-
 ceptis non est, quantæcunqve potent-
 iâ & autoritate polleat, munici-
 pia sua, villas aut prædia, inconsul-
 to Principe, munire posse. Non
 ignoro; simpliciter à quibusdam
 statui, quod omnibus in solo suo
 ædificare liceat fortalitia, sine licen-
 tiâ à Principe impetratâ, pro tuitione
 sui, & rerum suarum, quos refert
 & sequitur Nicolaus Boërius, *de-*
dis. 320. num. 4. Sed ista sententia
 parum habet roboris, tantum abest,
 ut assensum extorquere possit. Præ-
 cipuum argumentum sumitur ex
L. 10. C. de edif. privat. ubi Honorius
 & Theodosius Imp. ita rescribunt:
Per provincias, Mesopotamiam, Or-
doënam, Euphratensem, Syriam se-
cundam, Phœniciam, Libanensem,
(leg. Phœnicem Libanensem, aut
Libani) Ciliciam secundam, utramq;
Armeniam; utramq; Cappadociam,
Pontum Poleoniacum, atq; Helle-

spontum, (Hellenopontum) ubi magis hoc desideratur, ceterasque provincias cunctis volentibus permittatur, murali ambitu fundos proprios, seu sui loca dominii constituta vallare, &c. Nihil in his verbis est, quod juvare possit sententiam contradicentium. Primum enim occasio hujus Rescripti ostendit, propter latrones tantum & grassatores, quibus istae provinciae maximè expositae erant, vallationem ejusmodi fuisse permissam. Si quidem jam antè à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio Imp., defensores civitatum jussi erant ferventè latronum insaniam compescere, l. 6. C. de defensor. civit. quam legem Constantinopoli, & ad Orientalis Imperii partes, latam ostendit subscriptio ejus in C. Theodos. l. 3. eod. Constituti etiam erant olim Irenarchae, ut à latronibus tutam praestarent provinciã; sed illos iidem Imperatores, qui legem 10. C. de edif. priv. ediderunt; Honorius nempe, & Theodosius, paulò antè è medio sustulerant, l. un. Cod. Theodos. de Irenarch. Cùm ergò per horum sublationem, & quòd defensores civitatum non sufficerent, indices multiplicarentur latrones, ut suò quisque civium praedio securitatem aliquò muro comparatè, licentiam dederunt iidem Imp. Deindè nec omnibus ea potestas da-

ta est, sed tantum habitatoribus nominatarum provinciarum, quippe quae maximè ejusmodi incurfionibus afflictæ erant. Quòd si generaliter omnibus Imperii Romani civibus idem permittere animus Imperatoribus fuisset, quorsum specialiter fecissent mentionem earum provinciarum, quae partem tantum constituunt Imperii Orientalis? Nec movet, quòd generalia addita inveniantur verba: CÆTERASQUE PROVINCIAS, &c. Hæc enim intelligenda sunt de illis cæteris provinciis, quae erant sub Vicario Ponticæ, quales erant Provincia Paphlagonia correctorialis, Galatia Consularis, Bithynia Consularis, Honorias, & tandem Galatia salutaris. Cùm enim totius Orientis provinciae à Constantino Mita distributæ essent, ut aliae sub Comite Orientis, aliae sub Praefecto Augustali, aliae sub Proconsule & Vicario Asiae, aliae sub Vicario Ponticæ, & aliae sub Vicario Thraciarum gubernari deberent, Honorius & Theodosius in textu nostro ex quindecim provinciis, quae sub Comite Orientis erant, sex tantum, Mesopotamiam scilicet, Osdroogam, Euphratensem, Syriam secundam, Phoenicem Libani, & Ciliciam secundam; ex undecim verò illis, quae Vicario Ponticæ pertinebant, sex tantum, utramque scilicet Armeniam, utram-

utramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellenopontum nominat; ex aliis vero sex, quæ sub Præfecto Augustali, & aliis decem, quæ partim sub Proconsule, partim sub Vicario Asiæ, & ultimis sex aliis, quæ sub Vicario Thraciarum erant, planè nullius facit mentionem, ut credibile sit, per cæteras illas, quas generali nomine dicit, non alias intellectas voluisse, quàm illas, quæ sub eodem cum proximè nominatis complexu erant, quæque cum illis à Vicario Ponticæ gubernabantur. Fidem hujus rei facit, quòd reliquæ nominatæ omnes contiguæ, aut non multùm distitæ sint terris Persarum & Arabum, à quibus ejusmodi invasiones repentinæ fieri solebant. Cæteræ igitur, quas intellectas volunt Imperatores, ejusdem qualitatis esse debent, h. e. confines aut Persarum aut Arabum terris. Quin si maximè aliæ adhuc intelligi deberent, non tamen extra Orientis Imperium ex mente Legislatoris concessio ista extendi posset; qui enim in Oriente erat Imperator, Occidentali Imperio neque Leges, neque Privilegia dandi potestatem habebat, ut alibi ostendi. Constantinopoli igitur quia scripta hæc est concessio, Theodosium solum habebit autorem, Orientalis Imperii moderatorem & Monar-

cham, & ad solos hinc pertinet Orientalis Imperii cives. Etsi autem Justinianus Imperator per Codicem, à se editum, universales voluerit esse Leges, in eo contentas; quia tamen nomina provinciarum retinuit, uti ea ab Honorio & Theodosio recensita fuerant, etiam ex Justiniani voluntate non aliis datam istam potestatem, colligere licet.

VII. Demus autem, omnibus in universum, quotquot Imperii Romani cives sunt, licentiam hanc concessam fuisse, ex materia tamen, & objecto concessionis nihil omnino inferre licet ad propugnacula & munimenta, quæ adversus hostium impetum extruuntur. Dicitur enim in textu: cunctis volentibus permitti, MURALI AMBITU fundos proprios, seu sui loca domini constituta vallare. Qui muralem ambitum permittit, non illicò dat potestatem extruendi fortalitiū; imò ne quis talè extruendi caperet inde occasionem, cautè loquuntur Imperatores, dum non muros ædificandi dant potestatem, sed muralem ambitum, cum per illos facilè intelligi possent tales, qui justam adversus integrum exercitum præbere valerent defensionem, per hunc autem sola intelligitur facta concessio defensionis adversus vim & invasionem repentinam, &

subitariam latronum. Quibus igitur muris & moenibus vallare licet civitatem, etiam turres & propugnacula addere possunt, uti id Honorii & Theodosii ætate in usu fuisse patet ex *l. 17. C. de op. publ.* Quibus autem murali tantum ambitu prædia sua vallare permisso est, turres & propugnacula addere minimè possunt, *Landrecht/lib. 3. art. 66.* ubi dicitur: *Man mag auch wohl befesten einen Hoff mit Zäunen / oder mit Stecken / oder Mauren / als hoch ein Mann reichen mag / auf einem Hof sitzende : Zinnen und Brust Wehren sollen auch nicht daran seyn.* Obiter noto, minus mihi probari opinionem Jacobi Werneri Killingeri de Ganerbinatu, *disc. 4. n. 123.* quem refert Limnæus, *lib. 4. cap. 8. num. 234.* muralem illum ambitum in eum finem concessum esse, ut aquarum effluxus, & inundatio, ab agris & frugibus arceri & prohiberi posset; omnes enim istas provincias, quæ in sæpè dictâ *l. 10.* enumerantur, vel mare ipsum, vel majora flumina vicina habere. Primum enim textus nihil omninò habet, quod verisimilè reddere queat hanc sententiam. Deindè inundationes aquarum & excursus nondum satis sunt probati. Tertio non tam murali ambitu cujusque prædii singularis, quam aggeribus, ad aquas por-

stis, excludi solent aquæ. Et quarto non fuisset illa potestas restringenda ad provincias speciatim nominatas, sed cum plures adhuc mare adjacens, aut flumen contiguum habeant, illis hæc potestas non potuisset invideri.

IX. Sed ut omnia concedamus, etiam muros & propugnacula civis in suo ædificare licere per hanc Constitutionem, nondum tamen hinc sequitur, licere id propriâ auctoritate. Quod enim permittitur, ex permissione licet, non licitum aliàs, nisi permissum fuisset. Ergo quia permissum est, auctoritate permittentis licitum est. Et sic Imperatorum auctoritate fundos suos murali ambitu vallarunt incolæ Mesopotamiæ, Osdroenæ, &c. Hanc vero permissionem qui non impetravit, & fundum suum tali munimento firmat, ut bellicam vim sustinere queat, Majestatis crimen si non protinus committit, valde tamen se suspectum reddit, quod cupidus rerum novarum & seditionis materiam præbere videatur; Hoc enim casu privato ædificare, & sine Principis auctoritate opus novum facere, planè prohibitum est, *l. 3. ff. de oper. publ.* Quæ porro adversus hanc sententiam de defensione, jure naturali concessa, deque domo, quæ cuique tutissimum sit refugium,

&

& receptaculum, disputantur, facile diluuntur, si ex superioribus inter muralem ambitum, & muros, sive inter defensionem adversus grassatores & latrones, & eam, quæ adversus vim bellicam paratur, distinguas. Illa enim nullò jure videtur prohibita: Hæc autem ex Principis voluntate dependet, & ex belli jure æstimatur, cujus privati sunt incapaces. Quod circa vitio verti nequit Imperatori Claudio, quod suspicatus, Judæos molituros aliquid novi, Agrippam, ne in muniendam Urbem Hierosolymitanam pergeret, prohibuit, apud Joseph. *l. 19. antiq. v. ap. 7.* ut maximè regia dignitate Judæam gubernaret Agrippa. Et qui nunc rerum potitur Rex Gallia haud frustra in Fuqvetum suum animadvertit, postquam de fortalio, per eum extructo, certior factus fuisset. Quod si verò ex pluribus privatorum munimentis majorem Reip. securitatem induci, persuasum habes, oppido te falli experientia duce animadvertes. Hæc enim ratione etiam, Stephanus, Rex Angliæ, ut subditorum favore sibi compararet, & adversus Henricum II. se magis tutum redderet, promiscuè unicuique in suo castella extruendi muniendiqve, potestatem concesserat; sed postquam eos inde obstinatiores factos animadvertisset, permissionis eum

pœnituit, & in eversionem trium castellorum Henrico II. facile consentit, uti ex Wilhelmo Malmesbur. refert Limnaus, *l. 4. c. 8. n. 229.*

IX. Manet igitur, privato non competere potestatem extruendi fortalitia sine Principis permisso. Sed quid dicemus de universitate, quæ multos privatos comprehendit, quæque majora habet privilegia, quàm singuli in eà? Et tali universitati potestatem muros faciendi tribuit glossa, in *l. 9. ff. de R. D. & in l. 3. ff. de op. publ.* Eam sequuntur Petr. Jacob. Aurelianus, in append. ad Petr. de Ferrariis praxin, *rubric. 28. num. 2.* Rolandus à Valle, *consil. 84. n. 9.* Casp. Klock, *de contribut. cap. 9. num. 24.* Henricus Bruning, *de var. universit. speciebus. num. 49.* Nobis id non videtur, præsertim cum generaliter dicatur in *d. l. 9.* Muros municipales nec reficere licere sine Principis vel Præsidis auctoritate. Lege igitur non distingvente, cur nos aliam privatorum, aliam universitatis fingere debeamus conditionem, nulla ratio apparet. Nec enim plus potest universitas Principi subjecta, quàm singuli, in iis scilicet, quæ Majestatem & regimen publicum concernunt. Et tam ex universitatis, quàm singulorum aedificijs materia seditionum præberi potest, ut ex hoc facile appareat, adhuc
inter

interesse Principis, ne quicquam à civitate aut universitate usurpetur, quod adversus securitatem & pacem publicam facere possit. Et in hanc sententiam descendit etiam Petrus Ant. de Petra, *de pot. princ. cap. 8. num. 18.* Camill. Borell. *consil. 1. n. 25.* Add. Dn. Parens p. m. *ad aur. prax. Calvoli §. civitas conclus. 1. n. 36. seq.* Et huc, ni fallor, etiam tendit Jus Saxonicum, im Land-Recht/ *d. lib. 3. art. 66.* Man soll auch keine Burg noch Stadt verfesten mit Blancken/ noch mit Muren/ noch Berg/ noch Thurm bey Dörffer bauen/ ohne Urthumb des Land-Richters. Similia habentur im Schwabenspiegel/ *c. 234.* cujus verba refert Philip. Knipschild. *de civit. Imp. lib. 2. c. 22. n. 61.*

X. Quandoquidem igitur uni Principi, sive illi, qui summum in Rep. tenet imperium, potestas hæc competit, quousque ea competat, nunc est videndum, & utrum licitum sit, in quavis territorii sui parte, etiam in finibus, juxta vicini territorium, munimenta & fortalitia extruere. Ad cujus rei decisionem multum facit consideratio *vim negotii* in Principe, & quod ipse in se summus, nec alterius imperio subjectus sit. Si enim prohiberi id ab alio posset, jam non summus esset amplius, sed ad prohibentis imperium adstrictus, atque sic multum

de Majestate decederet. Deinde non minor Principi in suo territorio competit potestas, quam competit privato in suo fundo. At privatus habet libertatem in suo ædificandi, ut lubet, etiam si vicinus damnum inde aliquod sentiat, *l. 24. §. fin. C. l. 26. ff. de damn. inf. l. 1. §. 12. C. l. 21. ff. de aq. C. aq. pluv. arc. Cæpoll. de servitut. rust. pred. cap. 4. num. 51.* Denegari ergo id Principi nequit. Cumque privatus potestatem habeat tuguriolū suum, quantum ejus conditio fert, muniendi, quidni Principi idem liceat in territorio suo, & quidem ita, ut Principem decet?

XI. Eruditè hoc argumentum tractat, sed ex adversa magis parte Albericus Gentilis, *de jur. bell. lib. 3. cap. 21.* Vult, non licere Principi arces ædificare in finibus, quia castra admovere alienis veluti foribus non videtur justum, et si in suo. Quæso ego, annon hoc est à diversis & planè separatis argumentari? idque ut clarius pateat, nego, ad eundem finem collineare ædificationem fortalitii, & admotionem castrorum: ex illâ defensio, ex hæc hostilitas directè colligitur. Ut maxime enim ex fortalitio damnum dari vicino possit, id tamen præsumere in dubio non licet. Et hinc rectè Grotius arces, in finibus structas, tum demum

inter argumenta pacis ruptæ refert, si non tuendi, sed nocendi gratiâ ædificatæ fuerint, *lib. 3. de jur. bell. ac pac. cap. 20. num. 40.* quia scilicet aliâs principalis earum scopus est, ut provinciam tutam præsentent. Nec verò, quòd vicinus sibi inde aliquod damnum metuit, sufficiens est causa intermittendæ ædificationis, ut jure, quòd in suo habet, privari debeat Princeps alter. Nec etiam ex nudâ hâc ædificatione belli causa captanda est, ut vult Gentilis, cum non sufficiat qualiscunqve suspicio aut præsumptio, sed necesse est, ut constet non tantùm de ædificantis potentia, sed & de animo, & quidem ita constet, ut certum id sit eâ certitudine, quæ in morali materiâ locum habet. Hug. Grot. *lib. 2. cap. 22. n. 5.* Convenisse tamen aliquando Principes dicit Gentilis, ut hæc fieri in finibus utrinque possent. Rectè; & hoc sufficit, quòd ex tali ædificatione hostile quid argui principaliter nequeat. Nec tamen inferendum inde, non licere ædificare, nisi propter conventionem. Conventio enim illa nihil dat novi, sed hoc tantùm præstat, ne vicinus de facto impediatur, quòd impedire jure non possit, neve ex illâ ædificandi ratione in suspicionem adduci se possit.

XII. Porro tamen Gentilis, non licere ædificare ad æmulationem

alterius, per *l. 3. ff. de op. publ.* Sanè non licet. Sed hoc falsum est, castella aut munimenta ejusmodi semper ad æmulationem ædificari, quæquam ex hoc principio plurimi alii potestatem hanc Principis impugnant. Gail. *l. 2. obs. 69. num. 184.* Cardio negotii versatur in eo, ut rectè explicetur, quid sit, *ad æmulationem alterius ædificare.* In hoc nempe conveniunt pleriqve omnes, ad æmulationem, & malitiosè ædificare eum, qui nullam exinde capit utilitatem, neq; ad se, neq; ad alium, cui hoc beneficium præstat, resultantem. Fernand. Valq. *lib. 6. contrav. c. 58. n. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 745. num. 37.* Antonius de Padilla, *ad l. alius C. de servitut. num. 22.* ubi tamen de procuratâ utilitate tertii dissentit. Sed verò quis diceret, nullam pervenire utilitatem ad eum, in cujus solo fortalitium extruitur? In Principe enim, dum publicam gerit personam, publica etiam utilitas est attendenda, quæ hic salus est, & securitas civitatis, quam regit. Et quantum ille etiam ad æmulationem ædificare dicatur, qui plures impensas facit, quàm fructus inde percepti fuerunt, ut notat Gratianus, *d. l. num. 39.* plerumque autem fortalitia cum suis prædiis, molibus & magnis impensis requisant, & tamen

comparatio instituat inter impenfas ita factas, & fructus securitatis inde resultantes, potior horum erit ratio, quam illarum, non obstante, quod securitas ea obtineri semper non possit; cum actiones morales ex finibus dijudicentur, non ex eventibus.

XIII. Sequitur autem Gentilis Baldum nostrum, qui concurrere vult & intentionem ædificantis, & aptitudinem vel actum nocendi, ad id, ut quis ad æmulationem ædificare dicatur. Rectè & hoc, quia in actionibus indifferentibus animus & intentio agentis est spectanda. Quod si igitur eo animo fortalium ædificat Princeps, ut vicinos ex eo impugnare possit, ad æmulationem id fieri nolim negare, & hoc illicitum esse, unà cum Gentili sentio. Sed unde vicinus Princeps terris erit, ædificari fortalium hoc animo præsumptio quidem non levis est, si ædificans soleat esse injurius in vicinos, atque proclivis in eorum contemptum. Ant. de Padill, d. l. fortiori adhuc ea, si minatus est vicino: Petrus Ant. de Petrá, de pot. princ. c. 80 n. 17. nunquam tamen directè hanc ex se parit suspicionem structuræ fortalitii. Quocircà ut de animo & intentione ædificantis in hoc casu certius constet, non errabit vicinus, si per Legatos eum explorare faciant

& innoxiam cautionem petat. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 2. num. 27. quam si renuit ille, haud vanam præbet suspicionem male affecti animi; & hinc rectè defensionem parabit vicinus. Robert. Sharrok, de offic. 2. 3. v. 9. 10. neque prohibetur hoc casu aliud fortalium ex adverso ad propulsandam æmulationem extruere. Nicol. Boër. decis. 320. num. 16.

XIV. Quod verò alterius arguit Gentilis, etiam tum ad æmulationem videri factam, quando non necesse est fieri, & quando fieri potest aliter absque vicini injuriâ; in eo partim principium petitis nempe in vicini injuriam fieri, justum modi munimenta; partim etiã publicæ rei conditionem non satis attentè considerat. Nec n. in Rebus publicis necessitas tantum, sed etiam utilitas rem agendam commendat, neque ea tantum spectari solentur Princeps, quæ necessaria sunt, sed etiam quæ utilia. Imò verò etiam necessarium est, habere territorium in finibus suis ejusmodi fortalitia. Est enim nullus ab præfenti sit incursus à vicino, quo cum summa nobis pax est, potest tamen aliquando talis oboriri; & tum verò ferum nimis est de fortalio extruendo cogitare. Vid. Rolandi à Valle, consil. 84. num. 76. He just to comm

non

non semper propter vicinos arces ædificari, sed etiam propter remotiores, à quibus periculum aliquando metuitur. Et hinc malè rebus suis prospicit, qui præsentì securitati confusus, nullas de futuris insultibus suscipit cogitationes, cum nulla tamen iam beata unquam extiterit provincia, quæ non iteratò & sæpius ab hostibus fuerit afflictà.

XV. De aptitudine nocendi ita seorsim tenet Gentilis, ex ædificio apto nocere causam justam esse belli, & discedendi à foedere, eò quòd hostes sint, qui apparatus faciunt, ut nos oppugnent. At recidit hæc argumentatione Gentilis in suum istud principium, idè extrui fortalitia, ut vicinis noceatur. Quòd uti ex intentione ædificantis dijudicari debet, ita in dubio id non præsumi, jam ante dixi. Nec ergò iusta belli causa statuitur, si vicinus, nullà pactione impeditus, in suo arcem faciat, aut munitionem aliam, quæ damnum aliquando dare possit. Nam adversus tales metus contrariæ in suo munitiones, & si quæ sunt similia remedia quærenda sunt, non vis bellica. Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 22. num. 5. Concedam Gentili, paci contravenire, qui metum infert, at nego, per fortalitia quæ talia vicinò metum inferri. Metum si is inde, sine alià causà concurrente, concipi-

pit, sibi imputet, qui meticulosus cum sit, levisima quæque facilè in argumentum rapiet fractæ pacis. At de rebus, ut sunt, judicandum est, non ex affectu, sed defæcato iudicio, & sincerà animi attentione.

XVI. Id restat, ut consideremus, cujus sumptibus ædificari & refici debeant fortalitia. Ætate Arcadii & Honorii urbium singularum incolis hoc onus imponebatur, ut ad constructionem operis publici conferrent pro viribus, uti patet ex l. 11. Cod. de oper. publ. eamq; sententiam adhuc observari debere contendit Gvid. Pap. quæst. 7. & 78. Joh. Georg. Bechtius, de secur. & salv. cond. n. 50. add. Klock. de contribut. cap. 9. n. 24. 25. Sed iidem tamen Impp. paulò antè tertiam partem de redditibus fundorum juris Reip. reparationi deputarant, l. 10. C. eod. l. 3. C. de divers. præd. Et hinc duas tertias reddituum publicorum fisco, reliquam tertiam construendis & reparandis mœnibus, & ædificiis publicis addici debere, statuit Rolandus à Valle, consil. 84. num. 14. quandoque turres eorum usui deputabantur, per quorum fundos murus ductus erat, ut tamen illi reparationis onus in se recipe- rent, l. 17. Cod. de oper. publ. Sed hodiè turres, muros & propugnacula, ad civitatum munitionem in privatorum agris extructa, publico sum-
M m m m
ptu res

ptu reparari, dicit Sim. à Grœnevvegen, *ad d. l. 17.* quæ ipsi & aliis est lex 18. Imò verò & ædificationem & reparationem propugnaculorum & munimentorum Principis ex marsupio fieri debere, plerique omnes hodiè statuunt juris Doctores. Joh. Garf. *de expens. & meliorat. cap. 21. num. 30. seq.* Petr. Anton. de Petra, *de potest. princ. cap. 8. num. 19.* Petr. Jacob. *rubr. 29. num. 3. in append. ad prax. Papiens.* propter rationem, quòd Princeps teneatur subditos defendere, quòdque in eam rem accipiat annuum censum & tributa. Quod si verò marsupium & redditus Principis non sufficiant, ad collectas civium deveniendum esse, & ex eorum facultatibus munimenta fieri debere, constans est eorundem Doctorum assertio. Sed enim, si rectè res & sententia hæc æstimetur, in ef-

fectu omne hoc onus expensarum ad subditos devolvitur. Dum enim ex censu & tributis expensas fieri, & si quid deest, per novam collectarum indictionem suppleri volunt, non ad alios pertinebit hoc onus, quàm ad subditos. Nec verò ideò dantur tributa, ut Principis inde patrimonium augeatur, nisi expressè id dictum fuerit, sed ut potestates publicæ habeant, unde sumptum faciant ad bonos tuendos accoerendos malos, *Rom. XIII. 4. 6.* Manet igitur pecunia ea publica, nec in alios usus vertenda est. Et quando ex eà pecunià sumptus facit Princeps in usus publicos, non ex proprio eos facit marsupio, uti putant allegati Doctores, sed ex pecunià publicà. Add. Fernand.

Vasqv. *l. 1. contron.*

ill. c. 6.

CAPUT XXXVI.

De

Jure Præsidiï imponendi.

SUMMARIA.

Jus Præsidiï imponendi soli Principi competit. 1.

Unde Civitas. Magistratus vindicare sibi illud non potest, nisi in casu extremae necessitatis. 2.

Responsum Wittenbergensium. 3.

I.

Quæ diximus hætenus de jure fortalitiarum extruendarum, ea locum in veniunt etiam in jure

Præsidiarum imponendorum. Nec enim aliud est fortalitiarum usus, nisi ut per Præsidia defendantur, & inde se-

de securitas civitati salva præstetur. Soli igitur Principi jus constituendi milites præsidarios competit, quippe cui soli jus belli & pacis tribuendum est. *Casp. Klock. de contribut. cap. 7. num. 117.* Et interest Principis nosse, qui & quot castris imponantur milites, cum ex ipsorum fide aut perfidiâ multum vel utilitatis vel damni sentiat Respublica. Stipendia autem eis præstanda itidem ex tributis petuntur. Ad hoc enim tributa præstamus, inquit Augustinus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur, *l. 22. cont. Faust. cap. 74.* & Tacitus non malè: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Lib. 4. hist.*

II. Consequens hinc est, civitatem, quæ superiorem agnoscit, quæve Principis imperio subjecta est, nihil horum sibi vindicare, aut præsumere posse. Ratio est, quia illa ex meris constat subditis, quorum in his juribus usurpandis nulla omnino competit potestas. Nec aliter sentiendum de Magistratu talium civitatum, quippe qui & ipse subditus est, nec ratione subjectionis ab inferioribus civibus differt. Si quid ergo vel à Magistratu tantum, vel ab integrâ civitate citra Principis censuram cum extraneo aliquo Archistratego, vel de præsi-

ponendis, vel de receptione militum aliâ, pactum transactumque fuerit, id omnino nullum est, nullamque parit obligationem efficacem, non magis, quàm si tu de re alienâ, quæ nullo jure ad te spectat, contrahere aut transigere velis. Cum hoste tamen in casu extremæ necessitatis, & ubi Urbs excidio proxima est, quin transigi à civitate queat, etsi nullus accesserit Principis consensu expressus, dubium apud me nullum est. Subest enim hic Principis consensus tacitus & præsumptus, qui dum hostibus repellendis impar est, civitati hanc potestatem fecisse censetur, ut de conservatione sui ipsamet cogitet, ut se servet potius, quàm excidio imminente pereat.

III. Ut verò ea, quæ dixi hæcenus, illustriora fiant, addere hic lubet Responsum Facultatis Juridicæ Wittebergensis, an N. N. in der Stadt L. conscriptum, Mense Martio 1638. his verbis: *Wenn gleich an den König in Schweden/und dessen Officiret/insonderheit den General - Feldmarschaltch. Lotten/ als dieselbe auff den deutschen Boden gekommen/ ein Rath einer vornehmen Landstadt L. in Nieder-Sachsen die Ihrigen abgefertiget / mit dem Könige und der Crohn Schweden in eine absonderliche allianz sich eingelassen/ mit im Februario des 1632. Jahres*
 Mmm m 2
 auff

auff gewisse puncte verbindlich gemacht / welche in effectu dahin gegangen / daß dem Könige in Schweden um dessen Armeen allemögliche Hülffe und Vorschub gegen ihre Feinde geschehen / und da dieselbe eine Nothdurfft befinden würde / eine Guarnison in die Stadt zu legen / daß solche alsdem jedesmahl auff und angenommen werden sollte / Auch / als anno 1636. der Schwedische Feld-Marschalt Banner mit seiner unterhabenden Armee sich zu der Stadt L. gewendet / endlich dafür gerückt / und eingelassen zu werden begehret / wegen beschehener Bedrohung die Gefahr der Stadt auff dem Halbe gelegen / und darnachhero gedachter Feld-Marschalt mit seiner Armee eingewonnen werden müssen / mit demselben eine Capitulation aufgerichtet / und darinnen nicht allein die hiebedor geschlossene Allianz wiederhohlet / sondern auch einen Revers dieses Innhaltis vñ sich gegeben / weil der General Banner eine Nothdurfft zu seyn befunden / sich dieser Stadt L. zuversichern / und dieselbe von ihrer Landes-Fürstern abzuschneiden / als wolte die Stadt L. bey der Crohn Schweden Leib / Gut und Blut aufsetzen / mit derselben heben und legen / zu Tag und Nacht die Post besetzen / ansfallen / geschlagene trouppen einnehmen / und sich bis auf den letzten Mann wehren / alles nach unserm Innhalt dieses Berichtis. Dennoch

aber und dierevil das anno 1632. mit dem Könige in Schweden gemachte Verbindnis der Stadt L. mit Gewalt nicht abgepreffet / auch dazumahl keine sonderbare Gefahr / die man sonst abzuwenden nicht vermocht hätte / obhanden gewesen / und der Rath damit / daß die Stadt L. keine feyne Stadt were / sondern ihren Landes-Fürstern hätte / des Verbindnisses wegen sich wohl entschuldigen können / Und da bemelter Rath anno 1636. auf gewöhnliches erinnern der Bürgerschaft die zur defension nöthige Mittel bey Zeiten zur Hand gebracht / des lang unterhaltenen Defension-Werks sich gebraucht / die von vielen Jahren jährlich von der gemeinen Bürgerschaft gesamlete 1500. Rthl. zu Besserung der Wälle angewendet / und die vom Landes-Fürstern angebothene und in der nähe liegende Officirer und Soldaten angenommen / und nicht vorgegeben / daß sie ohne das / und vor sich bastant genugsam wären / die dazumahl verhandene Gefahr zuverhüten und abzuwenden / oder zum wenigsten der Rath diesfalls entschuldiget gewesen / so hat der Rath vñ Stadt L. mit der Crohn Schweden in ein absonderlich Verbindnis zu treten keine erhebliche / bewegende / und Nothdringende Ursach gehabt. Vor eins. Auff eure andere Frage erachten wir Nichtens seyn / weil gleich der Rath der Stadt L. als anno 1636. der Pragische Frieden-

Frieden = Schluß gemacht / und ins Römische Reich publiciret worden / stille gefessen / und es in vorigen terminis verbleiben lassen ; Dennoch aber / und dieweil die Stadt L. kein Stand des Keyßes / sondern nur eine Land-Stadt ist / derselben auch keine jura militaria zustehen / und den Pragischen Frieden = Schluß Fürsten und Stände des Nieder = Sächsischen Keyßes acceptiret / und angenommen ; So ist der Rath solcher Stadt mit der Crohn Schweden Verbindniß aufzurichten / und oberwehnter Massen Revers anzuliefern nicht befugt gewesen. Auf die dritte Frage sprechen Wir vor recht / weil der Rath der Stadt L. ohne Vorbenurtheil und Einwilligung der Aempter Gilden und gemeinen Bürgerschaft / sich mit der Crohn Schweden verbunden / solch Verbindniß alsobald nicht entdecket / die Capitulation gleichfalls ohne Vorwissen der gemeinen Bürgerschaft / Aempter und Gilden / mit dem Schwedischen Feld = Marschalech Banner aufgerichtet / und den Revers = Brieff antwortet / So hat dadurch die gemeine Bürgerschaft der Crohn Schweden nicht an den verbunden / noch dem Rath darinnen Gehorsam zu leisten / wider ihren Willen / angehalten werden. Auf die vierte und letzte Frage erkennen Wir vor Recht / haben Anno 1637. im Monat Julio, Augusto, und Septembri, die Kayser =

liche und Reichs = Armeen sich der Stadt L. genähert / und die Schwedische Besatzung austreiben wollen / auch der Landes = Fürst / mit seiner Soldatesca, zu der Stadt sich gewendet / sich zu conjungiren / und zu helfen / daß die Schwedische Besatzung aus seiner Fürstl. Gn. Stadt geschaffet werden möchte ; Und es hat die gemeine Bürgerschaft sich gegen den Schwedischen Commendanten öffentlich erklärt / daß sie wider ihren Landes = Fürsten nicht fechten / noch sich wehren wolten / und ist darauf des Landes = Fürsten Guarnison / bey hellen liechten Tage / ohne Consens des Raths in die Stadt eingelassen / und angenommen worden. Wenn nun gleich dazumahl der Schwedische Commendant der gemeinen Bürgerschaft eröffnet / was vor einem verbindlichen Revers = Brieff / Leib / Gut / und Blut bey der Crohn Schweden aufzusehen / der Rath im Nahmen der ganzen Stadt ausgereicht / und von sich gestellet ; Dennoch aber / und dieweil albereit erwehnter Massen die Bürgerschaft dadurch nicht können verbunden werden / und die euserste vor Augen schwebende Gefahr / auch besorgliche Blutführung / und gänzliche Verderbung der ganzen Stadt L. abgewendet ; So haben die jenigen von der gemeinen Bürgerschaft / die sich zu solcher Abwendung gebrauchen lassen / unrecht / und unverantwortlich

wider Ende und Pflicht nicht gehandelt / sind auch vor unredliche Leute und Verräther der Stadt / Bürgerlichen Freyheit / und des Vaterlandes / nicht zu halten / noch sonst zu schelten / sondern vielmehr dasjenige / worzu dieselbe ihre Pflicht / die sie gemeiner

Stadt / und dem Landes-Fürsten geschwohren / verbunden / zu des Vaterlandes Besten verrichtet / auch dannhero vor redliche Bürger / und umb gemeine Stadt wohlverdiente Leute zu achten / V.
X. B.

CAPUT XXXVII.

De

Jure Armandiarum.

SUMMARIUM.

Jus totum, quod circa arma versatur, Principi est tribuendum: 1.

I.

EJusdem conditionis est Jus Armandiarum, uti vocatur 2. F. 56. quod etsi diversimodè exponatur, ab aliis de vectigali ex armentis percepto, ab aliis de eo, quod pro licentia armorum fabricandorum penditur, ab aliis aliter, communius tamen hodiè vocabulum istud de officinis publicis accipitur, in quibus arma fabricantur, & reservantur. Gothofr. Anton. *disp. Feud. 3. num. 7.* Dn. Tabor, *de jur. arm. c. 1. num. 3.* Quandoquidem autem in armis maxima vis & potentia, tum & securitas Reipublicæ consistit, jus totum, quod circa arma versatur, Principi ut tribuatur, Majestatis jubet

ratio. Eaqu; propter poterit Princeps & adimere arma subditis, & permittere, quatenus vel studia eorum, & propensiones, vel alia circumstantia patiuntur. Anton. Perez. *Cod. ut armor. usus, &c.* Armandia tamen ipsæ, h. e. officinae tales, in quibus arma ad usum bellicos reservantur, ut & tormenta majora privatis planè non sunt concedenda, nec universitatibus aliter, nisi quatenus causa Imperii publica per eas est defendenda. Sed de tota hac materia copiosè disserit Dn. Tabor, *in armamentar. Justinian.* ad quem cupidum Lectorem remittimus,

CAP.

CAPUT XXXVIII.

De
Jure Fœderum.

SUMMARIA.

Ad contrahendum fœdus indigentia commerciorum & necessitas auxilii mutui impellit. 1.

Fœdus autem auctoritate ejus, qui summum tenet Imperium, iniri debent. 2.

Quid de Fœdere Hausio sentiendum sit? 3.

An populo alicui liceat cum alio populo pacisci, ut is populus certi generis fructus, qui alibi non nascuntur, sibi soli vendat? Deciditur quasiis contra Grocium. 3. &

Monopolis magna inesse iniquitas dicitur. 4.

Fœdera, belli causâ inira, aut equalia sunt, aut inaequalia. 5.

Utrum cum infidelibus arma jungere, & fœdus inire liceat? 6.

Quod ex jure naturali deciditur. 6.

Quomodo de jure Divino intelligendum sit? 7.

Sententia Gerhardi corroboratur. 8.

Limnai opinio improbat. 9.

Num fœdera etiam Successores in Imperio obligent? 10.

L.

Pergimus nunc ad Jus faciendi Fœdera, quod, quam necessari-um sit in Republicâ, satis cognitum habent ii, qui rerum gubernacula tenent. Cum enim nulla provincia sibi tam sufficiens sit, ut non aliquando alterius ope, & auxilio indigeat, ipsâ naturâ duce inter duas pluresvè Republicas conveniri sæpè solet, vel de commerciis invicem habendis, vel de auxilio sive mutuo sive etiam ex unâ tantum parte præstando. Duæ igitur in primis causæ sunt, quæ gentes ad fœdera contrahenda impellunt, indigentia scilicet &

necessitas, sed quæ invicem ita sunt connexæ, ut ferè unam conficere videantur, sive indigentiam eam dixeris, sive necessitatem. Istud epim, quo indigemus, necessarium etiam est, nec necessarium quid dici potest, nisi necessitatem illam induxerit indigentia. Indigentia tamen ad commercia magis refertur, necessitas ad defensionem contra vim externam, aut ad repetitionem ejus, quod nobis debetur. Quod commercia attinet, videtur natura bono consilio non omni terræ dare, voluisse omnia, ut tanto arctius sibi

jun-

jungerentur gentes, & mutuis subsidii se invicem juvarent. Idq; quæ ratione fieri possit, aut debeat, singulari exercitatione erit explicandum. Nunc enim non alia de commerciis ad nos pertinet tractatio, quam quæ confederationes propter ea fieri solent. Ut autem injuriæ propulsentur, aut damna data refarciantur, bellicâ vi opus est, quæ sæpè minus instructa est Respublica. Cumq; hinc fieri possit, ut potentiâ majorum, & iniquitate, populi imbecilliores opprimantur, non aliud remedium superest, nisi ut in auxilium vocentur alii, qui vires addant, & hosti pares, aut etiam superiores faciant.

II. Quæcumque verò in finem fœdera ineantur, Reipublicæ interest, ut id fiat autoritate ejus, qui ~~adversus~~ tenet. Etsi enim commercia & negotiationes non semper nomine publico, sed à privatis plerumque privata autoritate exercentur, si tamen propter commercia fœdus contrahendum est, quia tum publicum geritur negotium, quod Respublicas inter se certâ conventionem jungit, non debet id fieri aliter, nisi interveniente autoritate ejus, qui summum tenet Imperium. Et hoc est scilicet, quod in fœdere Hansico, per quod commerciorum maritimorum causâ plurimæ tum in

Romano Imperio, tum extra illud civitates ebiverunt, maximè reprehenditur, coivisse scilicet. tam ingentem societatem nullâ autoritate publicâ. Id verò si factum fuisset, majora adhuc, aut saltem magis firma incrementa illi accedere potuissent, haud frustra ominantur permulti. Et profectò Principibus suspectum esse potuisset ejusmodi fœdus, nisi suas quoque civitates in illud recipi animadvertissent, & lucri expectatio omnem suspicionem sustulisset. Hinc enim factum, ut à multis Principibus pro urbibus suis, in Hansæ jura recipiendis, intercederetur, quod quisque eas omnium commerciorum genere florentissimas esse cuperet. Cumq; anno hujus seculi XV. civitates Hansæ conventum habuissent, & in illo civitates fœderatorum Statuum Belgii comparuissent, haud frustra eum conventum suspectum habuit Imperator Romanus. Admissa tamen fuit excusatio, quam An. MDCXVI. scripto declararunt. Quæquam verò successu temporis multa & magna securitas, atque autoritas, fœderi huic ab Imperio & Regibus aliis concessa sit, ex quo confirmatum id, & ex privato publicum factum haud temerè concludunt nonnulli. Vid. Knipschild, *de civitat. Imper. cap. 4. ne sic tamen Collegium istud*
tueri

tueri se adversus hostes sufficienter poterat, quippe quod ipsa sola civitates excipere vim omnem exterorum populorum cogorentur, quibus repellendis nec sufficientes erant semper, nec eum, in finem sociatae ab initio fuerant, ut adversus integros exercitus *romanos* facerent. Et si enim, ut commercia salva haberi possent, adversus piratas & latrones agere, eosque vi armata persequi Hanſicæ societati jus esset, Si tamen gens aliqua non intra piratarum amplius, & latronum numerum constitisset, sed integrum hostilem exercitum confecisset, publicoque nomine Hanſicæ societati vim intulisset, deficiebat hic vel facultas, vel autoritas, vim eam repellendi. Vid. Dn. Conring. *exercitat. de urbib. German. num. 98. seqq.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 3.* Limn. *l. 7. jur. publ. cap. 1. numer. 59. seqq.*

III. Caterum in Foederibus istis, quæ propter commercia ineuntur, haud vulgaris quaestio est, an populo alicui liceat cum alio populo pariter, ut is populus certi generis fructus, qui alibi non nascuntur, sibi soli vendat? Affirmat Grotius, sed cum hac limitatione, si is, qui emit, populus paratus sit aliis vendere æquo precio, quod aliarum gentium non interfit, à quo emanant ea, quæ vi-

ta desiderat, lucrum autem alteri prævertere non sit illicitum, maxime ob causam promissæ defensionis & faciendorum eo nomine sumptuum, *l. 2. de jur. bell. & pac. cap. 2. in fin.* Hæc ita Grotius, ut Hollandus, in gratiam contreraneorum, pacta ejusmodi quam sapissime cum exteris ineuntium, & quandoque experimentium. At si principia Grotii attentius consideres, num stare cum illis pacta talia possint, merito dubitare licebit. In *eod. cap. sub num. 18.* supposuit jus commune omnibus hominibus ad actus tales, quibus ea comparantur, sine quibus vita commodè duci nequit. Atque id jus tam firmum facit, ut nec lege lata, nec conspuratione impediri queat, propterea, quod tale impedimentum naturæ societatis contrarium sit. Posito hoc, contrarium erit etiam pactum impeditivum, cum aliâ gente initum, quod in respectu cæterarum gentium, non multum abest à conspuratione. In sequentibus *sub num. 22.* statuit, in actibus illis, quos populus aliquis externis promiscuè permittit, si unus populus excludatur, ei fieri injuriam. At in actibus illis, quibus necessaria ad vitam comparantur, major inferetur injuria, si uni alicui populo permittantur, reliquo humano genere prorsus excluso,

cluso. Et hinc scilicet videat Grotius, num cum libertate commerciorum, quam tantoperè it assertum, conciliari possit pactum de fructibus non alii vendendis, quam quocum convenit.

IV. Illud insuper difficile reddit sententiam Grotii, quòd per eam monopolium quoddam inducatur. Quod enim in civitate est civis, sibi uni rerum vendendarum potestatem vindicans, id in humano genere, & inter gentes est populus simile quid affectans. At in monopolis multa & magna latet iniquitas & injustitia, quam acriter perstringit Tiberius Decianus, *tract. crim. lib. 7. cap. 21.* Hermann. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 14.* Et propterea non civili tantum Romanorum jure prohibita sunt, *l. un. C. de monopol.* ibique Sichard., sed etiam juri gentium repugnant, cum publice intersit, ut à quovis mercimonia liberè exercentur. Anton. Perez. *C. de monopol. num. 2.* Et quanquam id, quod in monopolio injustum est, sustulisse videatur Grotius, dum non aliter pactum, de quo nunc agimus, admittit, quam si is, qui emit, populus paratus sit aliis vendere æquo precio, tanta tamen est humani ingenij malitia, ut in lucro captando sæpè nec modum nec finem sibi præscribi patiatur. Et profe-

ctò difficile est, mercatorem agere sine fraude, optimè rem istam delineante Scripturâ, *Ecclesiastic. XXVII. 1.* Dum igitur, qui soli rei vendendæ potestatem habent, τὸ πλεῖστον justo precio contenti non sunt, sed id pro arbitrio suo ponunt, sublesta facillè fieri poterit fides promittentis, se æquo precio merces emptas revendere velle. Nec enim tum inter populos quisquam arbiter erit & moderator, qui errantem coercere intra metas justitiae & æqui possit, quique precium constituat, uti in permissione monopoliorum inter privatos requirit Grotius, *lib. 2. cap. 12. num. 16.* Et hinc igitur tentabimus contra Grotium, pacta ejusmodi inter gentes minimè probari posse, & libertatem commerciorum maximoperè impedire.

V. Belli vel inferendi vel avertendi causâ quæ incuntur Fœdera, aut æqualia sunt, aut inæqualia, distinguente ita Proculo Jcto, *in l. 7. §. 1. ff. de captiv. & postlim.* Inæquale, iniquum dicit Waremundus ab Ehrenberg, *de fœderib. lib. 1. cap. 4. num. 3.* iniquè prorsus, cum non ita dicatur in respectu ad justitiam, sed propter obligationis imparitatem, quæ ex se nullam involvit iniquitatem. Inæquale Fœdus describit Proculus, quando tabulis compre-

hen-

henditur, ut is populus alterius populi Majestatem comiter conferret, sive, ut Grotius explicat, quando tenetur populus operam dare, tum ut alterius populi imperium in tuto sit, tum ut dignitas, quæ Majestatis nomine significatur, ei constet, *lib. 1. de jur. bell. & pac. cap. 3. numer. 21.* Ubi quidem in disquisitionem principaliter venit illud, num inæquale ejusmodi foedus propriè foedus dicatur, sive quod eodem recidit, utrum in tali foedere, qui plus promisit, Majestatem suam ipse retineat salvam. Sed eà de re anticipavimus dicere supra, ad quæ tamen simul legi posita sunt ea, quæ notavimus ad Grot. *lib. 1. cap. 1. numer. 31.* Quem autem post Carolum Sigonium, & Gvilielmum Budæum, foederis æqualis & inæqualis apud Romanos effectum ponit Jacobus Menochius, *de A. J. Q. l. 1. quæst. 100.* Exulibus Romanis in civitates, æquo foedere junctas, migrare licuisse, non licuisse in eas, quæ inæquali foedere junctæ fuerunt, iste ex Polybii & Livii verbis, supra citatis, probari sufficienter nequit. Nec enim sub perfugis & fugitivis, quos memorat Livius, exules intelligi possunt, ut maximè fugæ vocabulum Juris Consultis quandoque pro exilio dicatur, *l. 4. §. 4. ff. de re militar.*

l. 5. ff. de interd. & releg. Potius enim est, ut perfugas illos dicamus, qui ad hostes confugiunt, fugitivos verò servos, qui dominos relinquunt, & ad aliam gentem confugiunt. Vid. Marcell. Donat. *in Liv. lib. 30.* Et omninò hic locum habet, quod ait Perseus apud Livium: *Quid attinet cuiquam exilium patere, si nusquam exuli futurus est locus.* Et quod Aristides habet Leuctricà secundà: *Commune jus hominum exules recipere, præsertim postquam in exules nullum amplius jus est civitati.* Vid. Hug. Grot. *l. 2. de jur. bell. & pac. cap. 5. numer. 25. & l. 3. cap. 20. numer. 41.*

VI. Circa personas, quæ foedere jungi possunt, antiqva est, sed sæpius iterata, & nostro etiam hoc seculo agitata controversia, utrum cum infidelibus arma jungere, & foedus inire liceat: eàq; de re superiore maximè seculo disputatum fuit, postquam Franciscus I. Galliarum Rex Turcas in auxilium vocasset, & in Christianum orbem singulari foedere excitasset. Hugo Grotius operosus est in enodandà hac quæstione, *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 15. numer. 8.* Præmittit autem, in jure naturæ rem eam dubitationem non habere. Id jus enim omnibus hominibus ita commune esse, ut Religionis discrimen non

admittat. Dubitationem tamen fortè movet illud, quòd nec natura quidem omnis expers sit Religionis, & quòd naturalis adeò Theologia contradictionem, & dissentium, ab notitiis & principiis innatis haudquaquam admittat. Paganismum autem, & Muhammedanismum, Religioni non Christianæ tantum; sed naturali etiam repugnare, norunt illi, qui dogmata diligentius examinarunt, ut adeò speculativè saltem in ipsâ naturâ aliquod Religionum discrimen sit attendendum. In genere mortuorum, quanquam homo homini ita junctus sit, ut propter humanitatem nemini officia vitæ deneganda, sed omnibus benefaciendum sit, svadet tamen natura, ut huic potius, quam illi, nos committamus, & familiares reddamus, & per consequens, ne nimium confidamus, aut arctiori Fœdere jungamur illis, qui pessimè nobis cupiunt, quicquid funditus nos deletos maximè optant. Et in terminis fortioribus svader natura, ne adversus fratres nostros, quales Christiani inter se sunt, certè esse debent, exitum communem fratrum omnium & juratum hostem, ut maximè armatâ manu ab illis infestemur.

VII. Pergit Grotius ad Jus Divinum, atque ex eo maximè yentilari

hanc quæstionem dicit, tum à Theologis, tum à Jctis. Id verò uti non facit sine exemplo, ita hoc maximè operam dat, ut non sine ingenio id fecisse videatur. Sed hoc tamen ferendum planè non est, quòd legem veterem Mosis; & novam Evangelii fingat, strenuè in hoc Sociniani- zans, & svave Evangelii nomen intriste & rigidum legis jussum convertens. In citatis Scripturæ dictis explicandis qualem se gesserit Grotius, animus nunc non est prolixè examinare, nec ipsa etiam dicta, quæ hinc inde afferri solent, ventilare hic necessarium est. Obvia enim sunt, quæ ex Theologis nostris Gerhardus, *Loc. de Magistrat. numer. 154. seq.* ex Jctis Matth. Cuno, *de pact. lib. 1. cap. 22. num. 74. seqq.* ad interpretationem eorum contulerunt. Id generaliter observandum est, non omnia gentis Judaicæ præcepta, aut instituta unicuique Reipublicæ injungi debere, nec præcepta ejus gentis omnia populos alios ita adstringere, ut, si non observentur, protinus peccatum in conscientia involvant. Gesserunt Israëlita bella ipsius DEI adversus populos maledictos & rejectos, & quidem duce & autore DEO, cujus adversus eas gentes leges bellicæ ita universales omnes non sunt, ut vim suam præceptivam ad quævis bella

alia

alia extendant. Et licet etiam in aliis negociis, quæ pro ingenio gentis Judaicæ constitutæ sunt leges, ne quidem ex intentione DEI alios populos obligare debuerunt, uti ista pluribus supra exposui. Si quæ ergo prohibitio facta est Judæis circa fœdera ineunda, probè dispiciendum est, ne, quæ merè forensia sunt, cum moralibus & iis, quæ universaliter & perpetuò obligant, confundamus.

VIII. Oppidò placet ea, quæ ad decisionem hujus controversiæ distinguenda monet Gerhardus, *d. l. n. 156*: Summa eorum, hæc est, licere necessitatis tempore & defensionis causâ cum infidelibus adversus infideles alios Fœdera facere, dum ne veræ Religionis inde aliquid decedat, nec dissidentia erga Deû animos occupet, adversus fideles autem infideles in Fœdus vocare non licere. Ego adhuc plus largiatur, nempe non defensionis tantum causa cum infidelibus adversus alios infideles facere licere, sed etiam ubi oppugnandi & infestandi illi fuerint, vel à fidelibus, vel ab infidelibus, atque sic in genere statuo, adversus infideles si bellum geri oporteat, sive offensivum id fuerit, sive defensivum, posse in auxilium vocari infideles alios, aut illis auxilium præstari. Utrobique enim adversus infideles pugnatur,

quos justo bello persequi nulla religio est; in contentione tamen, si dicendum quod æquius melius videatur, Christiano nomini magis conveniens videretur, præstare infidelibus auxilium, quàm ab illis petere. Sicut enim in privatis negociis factius est Christiano, quocumque modo litem componere, quàm Magistratûs infidelis judicium implorare: ita in negociis publicis præstat bellum inferendum intermittere, quàm auxilio Principis infidelis intentare.

IX. Neque hinc ergo facere possum cum Limnæo, qui putat, infidelium arma opponi posse non infidelibus tantum, sed etiam fidelibus, in justo nos bello invadentibus, *in additam: ad capituli Caroli V. art. 11. verb. aller Hülff*. Enimverò, ut taceam, erroneam esse posse opinionem putantis, injusto se peti bello, illud imprimis huic facit, quod supra dixi, adversus fratrem, injuriam mihi inferentem, non esse concitandum hostem communem, & quasi nativum, præsertim cujus intentio est & unicuique votum, utriusque fratris extremam perniciem querere, quicquid, nullo Fœdere obstante, fœderato non magis favet, quàm alteri. Et hoc est scilicet quod Francisci Galliarum Regis famam tam fœdè maculavit, uti notat ipse Limnæus, *ad*

LIB. I. CAP. XXXVIII. *eand. capitul. ad prolegom. verb. durch die Wahl/ num. 85. seq.* Et fumum vendunt, qui ex istiusmodi tali Fœdere insignes Christiano Orbi utilitates provenire prædicant, quos inter est Gabr. Barth. Gramondus, *bist. Gall. lib. 3.* Non ea est infidelium insoles & mansuetudo, ut Christianæ Religioni incrementa accedere patiantur; & quàm tenuis sit Ecclesiarum Christianarum in Turcico imperio conditio, pleni sunt historico-
rum commentarii. Quàm parùm autem per suum istud Fœdus profecerit Franciscus, ipse fatetur Blasius Monlucius, Fœderis illius acerrimus defensor, apud Lanf. *orat. contr. Gall. pag. 345.* Et hinc enim factum, quod Status Imperii Romano-Germanici Franciscum non minùs, atqve ipsum Turcam, pro communi Christianorum hoste habendum decreverint. *X. X. zu Speyer Anno 1544. §. Sochten wir/ &c.*

X. Antequam hinc abeamus, illud adhuc disquirere erit operæ precium, num Fœdera etiam successorés in imperio obligent. Non obligare, putat Franciscus Cardinalis Mantica, *Lucubrat. Vatican. lib. 27. tit. 7. num. 33.* finiri enim Fœdus per mortem alterius ex Fœderatis, perindè ut societatem aliam; *L. 65. §. 9. ff. pro soc. §. 5. Instit. de societ.* Sed enim notat ipse Pomponius Jctus, in *l. 59. ff. pro soc.* aliquam subesse dif-

De Jure Fœderum.

ferentiam inter privatas & publicas societates. Facit enim publica utilitas, ut etiam ultra mortem continuetur Fœdus, nisi aliud quid dictum fuerit. Interest scilicet, num personale sit initum Fœdus, an verò reale, prout pactum scilicet, vel in rem vel in personam intervenit. Etsi autem multa sæpè controversia est de interpretatione verborum, in dubio tamen in rem potius pactum intercessisse dicendum est. *Gædd. de contr. stipul. cap. 9. num. 164. Thom. Maul. de homag. tit. 1. num. 11. Jacob. Menoch. lib. 3. præsumt. 47.* Anniadvertendum tamen pacis causâ constituta Fœdera, æterna, belli gratiâ inita, temporaria esse debere. Quod si enim Fœderis perpetui causâ bellum in infinitum producendum esset, non societas ea aut Fœdus, sed conjuratio pessima appellanda foret, non pacem, sed latrocinandam licentiam, & inexplebilem aliena invadendi & deprædandi cupiditatem propositam habens. *Petr. Heig. part. 1. qu. 11. num. 3. 6.* Quare ut eò melius de perpetuitate Fœderis ex verbis obscuris & ambiguis constet, ipsa interdum materia conjecturam suppeditat non improbabilem. Quod si pæres fuerint conjecturæ, supererit, ut favorabilia credantur esse realia, odiosa verò personalia. *Hugo Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 16. n. 16.*

CAPUT XXXIX.

De

Jure Induciarum.

SUMMARIUM.

Qua sit Induciarum ratio, & quomodo Pauli descriptio, l. 19. ff. de captiv. & postlim. intelligenda sit. 1.

Definitio Grotii examinatur. 2.

Inducia, ut Leoninus vult, a cetera conventionione fieri non possunt, cum nec obligationem inducant. 3.

Cui potestas faciendi Inducias competat, & quomodo L. conventionum §. ff. de pact. diversimodè legatur. 4.

Breviores Inducia à Duce exercitus concedi possunt. 5.

I.

Pervenimus ad materiam de Induciis, de quâ etsi dici queant haud pauca, in his duobus tamen præcipuè occupati nunc erimus, 1. quæ sit earum ratio, 2. cui potestas circa eas ineundas competat. Quod primum attinet, ita eas describit Paulus Jctus, l. 19. ff. de captiv. & postlim. Induciae sunt, cum in breve, & in præsens tempus convenit, ne invicem se laceffant, quo tempore non est postliminium. Hanc descriptionem exagitat Grot. de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 21. num. 1. ductus exemplo Agellii, qui similem Varronis descriptionem redarguit, l. 1. noel. Attic. c. 25. ex eo scilicet, quod non in breve semper tempus Induciae fieri soleant, sed quandoq; in an-

nos viginti, triginta, quadraginta, etiam centum. Sed enim pro Varrone & Paulo dici potest, duplices statui posse Inducias, alteras quæ fiunt in tempus breve, retento interim sub signis milite, longiores alteras, propter quas dimittitur exercitus, & castra solvuntur. Prioribus ~~exercitus~~ nomen magis convenire videtur, quàm posterioribus. Cumque aliàs Induciarum tempus bello magis, quàm paci annumerari soleat, (quod bellum per Inducias nequaquam finitum dici queat, quâ ratione Perro de Anchorano, consil. 88. vestigalium conductoribus per Induciarum tempora non minus, quàm belli tempore succurrendum putat) posterior tamen species Induciarum,

rum paci propior est, imò est ipsa pax, sed temporaria, & in bellum resolvable. Paulus igitur Iustus, dum in breve tempus Induciarum conventionem determinat, priorem speciem innuisse videtur, quando scilicet miles adhuc in armis est, paratus ad conflictum, quamprimum tempus conventum præterlapsum fuerit.

II. Quod attinet definitionem Grotii, quæ talis est: *Inducia sunt conventio, per quam bello manente ad tempus bellicis actibus abstinendum est*, ad eam duo hæc moneri possunt. Primum, quod per conventionem definiuntur, cum tamen Inducia potius *ἀπαλλαγὴ* sint, ex conventionem resultans. Omnino enim distingvenda sunt à se invicem, quæ per modum causæ & effectus se habent. Dum igitur Inducia considerari debent, ut sunt in esse deductæ, non possunt definiuntur per modum deducendi, quemadmodum malè definitur transactio per conventionem, cum aliud sit modus transigendi, aliud ipsa transactio: aliud modus decidendi, aliud ipsa decisio, Hahn. in *Wesembec. tit. de transact. num. 2.* Alterum est, quod non videtur convenire Induciis, ad annos centum factis, quas tamen, dum Varronis & Pauli definitionem impugnat Grotius, pro veris Induciis ne-

cesse est ut habeat. Quis enim bellum manere credet, milite omni dimisso? Ubi novo opus est exercitu, si bellum redintegrandum fuerit, quis interea bellum durare existimabit? Rectius igitur tales Inducia pro ipsa habeantur pace. Et quod genus attingit, dum bellum Grotius, *lib. I. c. 1. num. 2.* per statum definivit, potuisset eodem modo Inducias per statum definire, quod scilicet sint status beligerantium, quo, manente bello, bellicis actibus ex conventionem ad tempus abstinent. Brevius; Inducia sunt cessatio ab actibus bellicis utrinque ad tempus conventa.

III. Dixi ex conventionem eas priari, & quidem conventio expressa esse debet, cum non omne opus in bello Inducias faciat. Et hinc consentire nequeq; Elberto Leonino, quando *lib. 2. emendat. cap. 6. num. 4.* induci ait Inducias non solum expressa, sed etiam tacita conventionem, & utroque effectum hunc esse, quod liber sit utriusque partis conventus, quodque utroque citroque ire redire, & verba jungere sine periculo liceat. Ego enim tacitam talem conventionem cum effectu obligandi in hac materia agnoscere vix possum, & fatetur ipse Leonino, Inducias, quæ tacite inducuntur, nullam obligationem continuationis aut observantia habere, nec procedere

cedere ad ulteriora spacia, quam
 quæ spontaneâ voluntate partium
 quieti tribuuntur. Ex quo sequitur,
 non tam ex tacitâ conventionem po-
 testatem hanc ultrò citroque eundi,
 & securè colloquendi nasci, quam ex
 conniventia & nudâ permissio-
 partis adversæ. Et quanquam fieri
 possit, ut quæ expressâ conventionem
 olim initæ fuerunt Induciæ, utrinque
 de facto prorogentur, dum neutra
 pars ad actus bellicos redit, nego ta-
 citionem nasci, quæ repetitionem a-
 ctuum bellicorum prohibeat, quo
 minus ea, quandocumque liberet,
 fieri possit. Tacitæ igitur Induciæ,
 quas sæpè ita nominant Histori-
 denotant Inducias, vim obligandi
 continent, sed mutuam bellige-
 rantium quietem, ex facto ita con-
 tingentem, dum neutra pars alte-
 ram lacessit, sed utraqve magis op-
 portunam occasionem expectat.
 Quod si verò conventum fuerit, et-
 iam post tempus, Induciis præfinitum,
 non licere bellum repetere, nisi
 factâ indictione, qualem casum
 proponere videretur. Er. Cardinal.
 Mantica, *Lucubr. Vaticanæ. l. 27. tit. 2.*
 num. 15. tacitè quidem tamen proro-
 gari possunt Induciæ, istæ tamen
 propterea in pacem non commu-
 tantur, uti vult Mantica, sed utriusque

partem adhuc relicta est, quandocum-
 que bellum repetendi, libera facul-
 tas. Et hæc quidem de primo quæ-
 sito.

IV. Secundum erat, cui potestas
 faciendi Inducias competat. Ad
 cuius decisionem Doctores nostri
 imprimis considerant *l. conventio-*
num 5. ff. de pact. cujus hæc sunt ver-
 ba finalia: *Publica conventio est, quæ*
fit per pacem, quoties inter se duces
belli quædam paciscuntur. Ita legi-
 tur in Pandectis Florèntinis, quos se-
 cutus Hugo Grotius, *de jur. bell. &*
pac. l. 2. cap. 15. num. 1. publicam
 conventionem per exempla exposi-
 tam esse contendit, eorumque pri-
 mum de pace faciendâ conventio-
 nem, alterum, de re aliâ si quid inter-
 Duces belli pactum fuerit, hic obser-
 vat. Add. Colleg. Argentorat. *de*
pact. num. 9. Alii verò, quòd verba
 illa, *per pacem*, idoneum sensum
 non habeant, ita legere malunt. *Pub-*
lica conventio est, quæ fit per Prin-
cipem, aut quoties inter se, &c. Fran-
 cisc. Duaren, *ad d. l. 5. Arnold. Vin-*
nius, de pact. cap. 2. num. 1. Illis mul-
 tum faver versio Græcorum, qui
 conventiones publicas exponunt
 ἡ δὲ ἐξ ἡμετέρας ἀρχῆς ἡσυχασίας ἐστὶν ὁμοῦς ἐπι-
 γήλου τοῦ ἑαυτοῦ, ἢ ἀλλοτρίου, quæ sunt
 per Principes aut Duces exercitûs,
 veluti ad pacem, aut aliud quid tale.
 Sed Elbertus Leoninus, *d. l. 2. cimen-*
dat.

Oooo

rum paci propior est, imò est ipsa pax, sed temporaria, & in bellum resolvable. Paulus igitur JCtus, dum in breve tempus Induciarum conventionem determinat, priorem speciem innuisse videtur, quando scilicet miles adhuc in armis est, paratus ad conflictum, quam primum tempus conventum præterlapsum fuerit.

II. Quod attinet definitionem Grotii, quæ talis est: *Inducia sunt conventio, per quam bello manente, ad tempus bellicis actibus abstinendum est*, ad eam duo hæc moneri possunt. Primò, quòd per conventionem definiat, cum tamen Induciæ potius *ἀποτάξιμα* sint, ex conventionem resultans. Omnino enim distingvenda sunt à se invicem, quæ per modum causæ & effectus se habent. Dum igitur Induciæ considerari debent, ut sunt in esse deductæ, non possunt definiri per modum deducendi, quemadmodum malè definitur transactio per conventionem, cum aliud sit modus transigendi, aliud ipsa transactio: aliud modus decidendi, aliud ipsa decisio, Hahn. in *Wesembec. tit. de transact. num. 2.* Alterum est, quòd non videatur convenire Induciis, ad annos centum factis, quas tamen, dum Varronis & Pauli definitionem impugnat Grotius, pro veris Induciis ne-

cesse est ut habeat. Quis enim bellum manere credet, milite omni dimisso? Ubi novo opus est exercitu, si bellum redintegrandum fuerit, quis interea bellum durare existimabit? Rectius igitur tales Induciæ pro ipsa habeantur pace. Et quòd genus attinget, dum bellum Grotius, *lib. 1. c. 1. num. 2.* per statum definiat, potuisset eodem modo Inducias per statum definire, quòd sc. sint status beligerantium, quo, manente bello, bellicis actibus ex conventionem ad tempus abstinent. Brevis: Induciæ sunt cessatio ab actibus bellicis utrinque ad tempus conventa.

III. Dixi ex conventionem eas dari, & quidem conventio expressa esse debet, cum non omne opum in bello Inducias faciat. Ex hinc consentire nequeo Elberto Leonino, quando *lib. 2. emendat. cap. 6. num. 4.* induci ait Inducias non solum expressa, sed etiam tacita conventionem, & utrobique effectum hunc esse, quòd liber sit utriusque partis conventus, quòdque ultro citroque ire redire, & verba jungere sine periculo liceat. Ego enim tacitam talem conventionem cum effectu obligandi in hac materia agnoscere, vix possum, & fatetur ipse Leonino, Inducias, quæ tacite inducuntur, nullam obligationem continuationis aut observantiæ habere, nec procedere

cedere ad ulteriora spacia, quam quæ spontaneâ voluntate partium quieti tribuuntur. Ex quo sequitur, non tam ex tacitâ conventionem potestatem hanc ultrò citroque eundi, & securè colloquendi nasci, quam ex conniventia & nudâ permissione partis adversæ. Et quanquam fieri possit, ut quæ expressâ conventionem olim initæ fuerunt Induciæ, utrinque de facto prorogentur, dum neutra pars ad actûs bellicos redit, nego tamen, ex hac prorogatione obligationem nasci, quæ repetitionem actuum bellicorum prohibeat, quo minus ea, quandocumque liberit, fieri possit. Tacitæ igitur Induciæ, quas sæpè ita nominant Historiarum scriptores, non propriè dictas denotant Inducias, vim obligandi continentes, sed mutuam belligerantium quietem, ex facto ita contingentem, dum neutra pars alteram laceffit, sed utraqve magis opportunam occasionem expectat. Quod si verò conventum fuerit, etiam post tempus, Induciis præfinitum, non licere bellum repetere, nisi factâ indictione, qualem casum proponere viderunt. Fr. Cardinal. Mantica, *Lucubr. Vatican. l. 27. tit. 2. num. 15.* tacitè quidem tùm prorogari possunt Induciæ, istæ tamen propterea in pacem non commutantur, uti vult Mantica, sed utriq;

parti adhuc relicta est, quandocumque bellum repetendi, libera facultas. Et hæc quidem de primo quæsito.

IV. Secundum erat, cui potestas faciendi Inducias competat. Ad cujus decisionem Doctores nostri imprimis considerant *l. conventio-num §. ff. de pact.* cujus hæc sunt verba finalia: *Publica conventio est, quæ fit per pacem, quoties inter se duces belli quædam paciscuntur.* Ita legitur in Pandectis Florëntinis, quos secutus Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. l. 2. cap. 15. num. 1.* publicam conventionem per exempla expositam esse contendit, eorumque primum de pace faciendâ conventionem, alterum, de re aliâ si quid inter Duces belli pactum fuerit, hic observat. Add. Colleg. Argentorat. *de pact. num. 9.* Alii verò, quòd verba illa, *per pacem*, idoneum sensum non habeant, ita legere malunt. *Publica conventio est, quæ fit per Principem, aut quoties inter se, &c.* Francisc. Duaren. *ad d. l. 5.* Arnold. Vinnius, *de pact. cap. 2. num. 1.* Illis multum favet versio Græcorum, qui conventiones publicas exponunt τῶν ἀρχόντων ἢ ἡγεμόνων ἐπιφανῶν ἐπιπέδῳ τῆς οὐχίας, ἢ ἀλλότῳ τῶν τῶν, quæ sunt per Principes aut Duces exercitûs, veluti ad pacem, aut aliud quid tale. Sed Elbertus Leoninus, *d. l. 2. emendat.*

dat. cap. 6. num. 8. præfert lectio-
nem Florentinam, quod non tam
ex qualitate personarum; (cùm non
omnis, quæ per Principem fit, con-
ventio publica sit,) quàm ex genere
& naturâ negotiorum, de quibus a-
gitur, petenda sit conventionis pu-
blicæ descriptio.

V. Ultraque lectio Ducibus belli
potestatem largitur conventionem
publicam de rebus ad publicam rem
pertinentibus ineundi, sed nimis ge-
neraliter. De Induciis ergo dum
quæritur, non omnium eadem est
responsio, uti videre licet apud Fr.
Duaren. *ad d. l. s. circa fin.* Helfr. Ulr.
Hunnium, *de pact. cap. 2. qv. 2.* Arn.
Vinn. *de pact. cap. 2. num. 6.* Hug.
Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 22.*
num. 8. Elbert Leonin. *d. l.* in hoc
tamen omnes conveniunt, eas Indu-
cias, quæ necessitatem aliquam ha-
bent, quæve breviori tempore inclu-
duntur, etiam à Duce belli concedi
posse, longiores non posse concedi
ab alio, quàm ipso illo, cujus auspi-
ciis bellum geritur. Et rectè. Su-
prà enim dixi, longiores Inducias,
quæ ad annos decem, viginti, trigin-
ta, &c: ineuntur, pati proximas esse,
& nihil omninò differre, nisi
quòd non sint perpetuæ. At in se-
quentibus dicemus, pacem cõfici
non posse nisi ab eo, qui rerum sum-

nam tenet. Breviores autem, quæ
tempori inserviunt, & repentinæ
sunt, ad pacem referri nequeunt, at-
quæ idcirco earum concedendarum
potestas Duci exercitûs deneganda
non est. Matth. Cuno, *de pact. l. 1.*
t. 22. num. 116. Quantum autem tem-
pus ad breviores ejusmodi Indu-
cias, ut à Ducibus concedi possint,
requiratur, definiri exactè nequit,
& ipsorum ferè Ducum arbitrio re-
linquitur, qui de voluntate suorum
constituentium præsumere possunt
præ cæteris omnibus facillimè. Com-
muniter autem, si sepeliendorum ca-
daverum gratiâ Induciæ petantur,
denegari illæ ab exercitûs Duce ne-
queunt. Sic etiam dari quandoquæ
tales solent obsessis, ut de deditio-
faciendâ tempus deliberandi habe-
ant, quancquam sæpè etiam denega-
ri illæ soleant pro ratione status bel-
lici, & quatenus longius vel propius
absint hostium copiæ auxiliares, li-
berandæ urbi destinatæ. Aliàs
ubi de summâ rei omninò pugnan-
dum est, & jam æquis viribus ad con-
flictum parati sunt exercitûs, Indu-
cias ad quatuor menses pacisci non
est potestatis Imperatoriæ; id enim
tempus hoc casu nimis longum est,
neque id impune fuit Argivorum &
Lacedæmoniorum Ducibus apud

Diodor. Sicul. *lib. 12.*

CAPUT XL.

De

Jure Pacis faciendæ.

SUMMARIÆ.

*Belli finiendi potestas ad Principem pertinet. 1.**Unde Duces belli, cum libero licet mandato, hac potestate destituuntur. 2.**Sicut procuratori in actibus judicialibus potestas etiam transigendi denegata est. 3.**Utrum Princeps federatus pacem cum parte adversâ inire possit? 4.**An Princeps pacem faciendo cum hostibus, privatorum damna atq; injurias, ob causam belli acceptas, remittere possit? 5.*

REstat tandem, ut, quomodo bellum finiatur, breviter & pro ratione instituti nostri videamus. Non alia autem ejus finiendi ratio suppetit, quàm quæ fit per compositionem pacis. Ejus rei potestas quin ad Principem, & summum Reip. gubernatorem pertineat, nemo est, qui dubitat. Penes quem enim belli decernendi & gerendi est potestas, penes illum etiam finiendi ejus potestas esse debet, non tantum quòd publicâ ad hanc rem opus sit auctoritate, sed etiam idèd, ne Resp. aliquid detrimenti patiatur, & ut sciat, qui ad clavum Reip. sedet, quantum communi bono accedat vel decedat, cum nec publicâ quidem transactio fieri possit, nisi dato aliquo, aut retento, aut promisso, non minus, quàm privata, l. 38. C. de transact. Hinc enim tantâ cum curâ & circumspèctione hodiè conficiuntur pacis tabulæ, & ad singula verba hæ-

rent animi concipientium, ne fraudulenta ex illis aliquando exculpi possit interpretatio, nevé plus scriptum, quàm conventum inveniantur. Horum omnium summa à Principe petenda est, illiq; referenda vicissim partis adversæ postulata, ut controversiis omnibus ultrò citroq; sopitis, & transactis plena tandem obtineri queat pax & concordia.

II. Posito jam, ad Principem spectare pacis conficiendæ rationem, faciliè hinc patet, omnes alios Reip. Proceres & ministros eâ potestate destitui, & ipsos etiam belli Imperatores. Hic verò contradicunt nobis, qui in l. 5. ff. de pactis sectionem primam, supra à nobis memoratam, retinent. Sed quia alii hanc lectionem non admittunt, & hinc dubia fit textus interpretatio, neq; ex jure Romano fontes juris publici universalis petendi semper

O O O O 2

sunt,

sunt, potius est, ut ad rationes animatum intentum habeamus, quibus utuntur. Sed & illæ maximam partem ex jure Romanorum privato petite sunt. Distingvunt nempe, utrum Duci belli administratio belli libera, summaque rei commissa sit à Republ., an verò liberum de bello gerendo mandatum non habeat, ut priori casu pacem facere cum hoste Duci belli liceat, posteriori non liceat. Priori enim casu æquiparari Ducem belli procuratori, qui mandatum habet cum liberâ, posteriori casu illi, qui mandatum habet quidem, & generale etiam habet, sed sine liberâ. Vid: Hunn. *de pact. cap. 2. quest. 2.* Add. Duaren. *d. l.* Ego cum videam, distinctionem mandati generalis cum liberâ, & sine liberâ parum hodiè Doctores probari, vid. Johan. Vaud. *lib. 2. questio 47. num. 5. 6.* Bachov. in Treutler. *vol. 1. disp. 27. res. 5. lit. B.* C. Franzk. *tit. de procurator. n. 41.* Arn. Vinnius, *ad §. 42. Inst. de R. D.* parum etiam roboris & firmameti inde accipiet ejus ad Duces belli applicatio. Et rectè negat Bachovius, *d. l.* generali mandato cum liberâ omnia contineri, quæ ex mandato speciali expediri possunt. Rectèque hinc concludim9, procuratorem ad agendum etiam cum liberâ, & generali administratione non posse tran-

sigere, vel pacisci, cum Augustino Barbosa, *ad c. contingit 3. X. de transact.*

III. Quod si ex civili Romanorum jure argumenta colligere velimus, fortius omninò videtur illud, quod petitur ex *l. transactionis 8. C. de transact.* ubi deciditur, frustrâ transigere eum, cui causæ actio, non decisio litis mandata est. Qualiter enim se habet in bellis, ut ita dicam, judicialibus mandatum de agendo, taliter se bellis, publicis mandatum de belligerando. Atqui istud in se non continet potestatem transigendi. Ergo nec hoc, quippe quòd pacificatio nihil aliud sit, quam belli transactio & compositio. Ad hoc argumentum frustrâ regerit Hunnius, *d. l.* procedere id à disparibus, nec se habere bellum ad pacificationem, sicut se habet actio ad transactionem, belli finem esse pacem, actionis finem non esse transactionem, nec enim ad id agi, ut transigatur, &c. Enimverò nec belli quidem finis principalis est pax, sed ut id, quod nobis abest, prosequamur, sive jam id fiat per pacificationem, sive per detractionem armorum, sive per defatigationem partis adversæ, ut arma ipsamet abjiciat. Pax ipsa si finis est belli, à belligerante intentus, cur pacem, quam habet, frangit ipse & bellum

incipit? Non igitur pax ex se principaliter, sed recuperatio rei ablata, aut defensio rei nostræ intenditur, qui idem scopus est actionis, in iudicium deductæ. Ex quo liquet, non esse inane argumentum à potestate transigendi, procuratori denegatâ, ad potestatem pacificandi, denegatam Duci exercitûs. Quod si porrò quis attendere velit, exiguam sæpè cognitionem habere belli Duces earum rerum, propter quas geritur bellum, sæpè etiam armis tractandis etsi habiles sint, rebus aliis gerendis minimè idoneos esse, facile intelliget, non posse utramq; potestatem semper in unâ personâ combinari, tantum abest, ut sub generali de belli administratione mandato, etiam liberrimo, potestas transigendi & pacificandi comprehendatur. Ex quibus omnibus tandem sequitur, belli Ducem, nisi speciale mandatum acceperit, pacem constituere non posse, sed totam hanc potestatem ad Majestatem, cuius nomine geritur bellum, pertinere, uti rectè concludit Matth. Cuno, de pact. cap. 22. n. 111.

IV. Quandoquidem igitur inter jura Majestatis hoc non est exiguum, & ex hinc Principi soli attribuendum, non ineptè nunc quaritur de Principe fœderato, utrum & ille pacem cum parte ad-

versâ inire possit, posito, talem fuisse fœderis conditionem, ne liceret de pace convenire cum hoste, nisi ex confœderati consensu. Bodinus hic probri insinuat, & multis contumeliis onerat Germaniæ Principes, quòd non attentò fœdere cum Henrico, Galliæ Rege inito, pacem fecerint cum hostibus, lib. 5. de Republ. cap. ult. Ei ex professo respondent Petrus Heigius, part. 1. quæst. 11. Dominic. Arumæus, de jure publ. vol. 1. dis. 27. Waremund. de Ehrenberg, meditam. profœderib. lib. 1. cap. 2. num. 183. alii. Quod rem ipsam attinet, ita sentio, malè & tantum non proditoriè agere eum, qui fœderato suo inscio, & invito, contra pactum conventum cum hoste pacem init. Sed id tamen suas patitur exceptiones. Incidere enim justissimæ causæ possunt, cur bello suis imponi debeat, atque eas tum explicare tenetur fœderatus suo confœderato. Qui si consentire renuit, præferendâ esse puto hoc casu pacis consilia, licet ea à socio repudientur. Poterit enim ille tam contumaci odio in hostem esse affectus, ut nullâ commodi publici habitâ ratione, cum insigni suâ clade, perpetuum cum eo malit gerere bellum, quàm bonis conditionibus eidem reconciliari. At hoc ab ipsâ humanitate alienum, est.

est. Fieri potest, ut foederatus viribus ita dejectus & exutus sit, ut planè inutilis sit confoederato suo, & nullum illi ampliùs ex foedere surgat commodum, num propterea, quòd ille consentire renuit, omnes repudiandæ sunt conditiones pacis, quæ ab hoste impetrari possunt? At, quemadmodum necessitas non habet legem, ita nec contractum sustinet, si foederatus, gravissimo casu pressus, nequeat satis conventis facere. Alberic. Gentil. *de jur. bell.* l. 3. cap. 24. Poterit igitur hoc casu etiam invito socio pacificatio iniri, in scio tamen eo non potest, & ad eum saltem finem denunciari debet, ut de foedere posthac cessante certior esse possit.

V. In his, & aliis pluribus, operosior esse posset nostra diligentia. Sed quia institutum nostrum non est, totas & integras per singula capita explicare materias, ea tantùm, quæ ad subjectum, hoc est, Principem, spectant, & quatenus spectant, pleramque selegimus; nec in his tamen prolixiores esse volumus, quàm cathedra ferre solet Academica, sufficienter officio nostro defunctos nos fuisse arbitrati, sicubi pagina nostra non fuerit omni indigna lectione. Unicam adhuc, antequam finiamus, subiciemus controver-

siam de remissione, quam facere solent pacem inter se constituentes: An Princeps, pacem faciendo cum hostibus, privatorum damna, atque injurias, ob causam belli acceptas, remittere possit? Video hic Doctores ferè omnes id affirmare, & conspirare in his hypothesibus, id licere Principi, si aliter discordiæ sedari, & pax haberi nequeat, sed tùm tamen damna data sarcienda esse ab totà & integrâ civitate. Vid. Matth. Cuno, *de pact. cap. 22. numer. 22. seqq.* Fernandus Vasquius, *illustr. quest. 4.* Hunnius, *de pact. cap. 2. quest. 3.* Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 20. numer. 7. 8.* Arnoldus Vinn. *de pact. cap. 2. num. 2.* De priori nullam nunc movebo litem, sed in posteriori sunt quædam, quæ me in diversam sententiam rapiunt. Ecce enim, multùm hic facit occupatio bellica, quæ est titulus acqvirendi domini, uti plenius exposui *suprà*. Quod si ergò res, bello acqvista, sit occupantis, quomodò repeti poterit ab hoste, aut cur æstimationem ejus præstare debeat civitas? Ais, repeti posse ideò, quòd bellum, ab hoste illatum, fuerit injustum, resarciri autem debere à civitate, quòd æquum sit, ut socii communia habeant damna, quæ societatis causâ contingūt, lini-

quum,

quum, ut unus solus, aut pauci aliqui sustineant. Sed enim, uti de justitiâ causæ, propter quam suscipitur bellum, probabiliter plerumque disputatur, & hinc utraqve pars justum se gerere bellum gloriatur, ira frustrâ repeti, quod bello ablatum est, causabitur alter, à quo petitur, & sic frustrâ semper repetetur; Cives autem tum demum resarcire tenentur damna, uni civi illata, quando ea data sunt propter commodum civitatis, saltem speratum, quomodo rectè petitur æstimatio ædificii combusti, aut destructi, ut eò promptior fiat adversus hostem obsidentem defensio, quomodo etiam faciendæ est restitutio, si non aliter hostis pacem inire velit, nisi ubi illi cessum fuerit castellum, aut villa Titii. Hactenus enim, quia per hoc castellum, aut villam Titii, pax universæ civitati comparatur, æquum est, ut Titio, detractâ ipsius ratâ, æstimationem villæ præstent. Sed ut omnia alia, armis & bellicâ manu ablata, à civitate damnum passis restituantur, causam, quæ movere possit,

adhuc nullam video. Populationes agrorum, & ædium incendia, quod attinet, teneretur quidem ille, qui per injuriam damnum dedit, istud resarcire, cum in his quoque bellicis actibus, nisi temperamentum adhibeatur, multa committatur injuria, uti notat Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 12.* sed quia moribus gentium licentia ista omninò impunis est, & difficile est, quo jure, quâvè injuriâ damnum datum sit, definire, repetitio talis rectius intermittitur. Et hinc fortè est, quòd casibus fortuitis annumerentur hostium incursiones, *l. fin. C. de condit. infert. l. 18. pr. ff. commod. l. 15. §. 2. ff. locat. l. 1. §. 4. ff. de O. & A.* Sebastian. Medices, *de casib. fortuit. part. 2. quest. 1.* Quæ cum ita sint, utriqve parti id denique utile erit, & consultum, ut per amnestiam generalem, quicquid damni datum est, utrinque compensetur, & per amicam pacis compositionem in mutuam charitatem animi civium coalescant.

CAPUT XLI.

De

Jure Commerciorum.

SUMMARIA.

- Cum nulla terrarum pars sibi ipsi sufficiat, Commercia necessariò instituenda fuerunt. 1.*
Qu. Num deceat Virum bonum & pium commercia & mercaturam exercere? 2.
Diluuntur obstantes Canones. 3. 3. 4.
Jus Civile, Mercatura adversum. 5.
Mercatura, seu magna, seu tenuis sit, sordida esse potest. 6.
Si scil. cum nimio lucri studio conjuncta. 7.
Ut negotiationibus modus ponatur, Principis est diffidere. 8.
Principes ipsi mercaturam rectius abstinent. 9.
Neg. Nobilibus mercatura convenit. 10.
Et si moribus aliud sit introductum. 11.
Neg. ipsi, sed per alios eam exercent. 12.
Triticum tamen, & oleum, & vinum vendere Nobilibus licet, non ipsam cerevisiam, num. 13.
Responsum Wittenbergensium. 14.
Clericis num permittenda sit negotiatio? 15.
Textus, Clericis faventes, explicantur. 16. 17.
Tabernae nempe, quibus vitulum sibi conquirebant, habere Clericis licuit. 18.
Cauponariam exercere non licuit, nec licet. 19.
Uti nec Professoribus in Academiis, 20. nisi in casu deficientium alimentorum.
An Peregrinis negotiatio cum civibus prohiberi possit? 21.
Si autem vel hostes nostri sunt, vel non sunt. 21.
Qui hostes nostri non sunt, & pacta nobiscum inierunt, excludi à Commercio non debent. 22.
Aliter se res habet cum illis, qui pacta nulla nobiscum inierunt, nec tamen hostes nostri sunt. 23.
Argumentum Scaccia refutatur. 24.
Ad hostes nostros quod attinet, distinguitur. 25.
Hodie tamen Commercia quandoque tolluntur. 26.
Responsum Wittenbergensium. 27.
Num exteri Negotiatores, qui cum neutra parte faciunt, prohiberi possunt, ne cum hostibus nostris negociantur? 28.
Grotii sententia examinatur. 28. 29.

Judai

- Judai mercaturâ olim abstinuerunt. 30.*
Spreui tamen semper feneratorcs fuerunt inter extraneos. 31.
Unde Legibus pœniq; in eos animadversum. 32.
In quibus prohibita sit Christianis cum Judais communio? 33.
Qualis mercatura eis sit permessa? 34.
Utrùm hominî Christiano societatem mercatoriam intrare liceat cum Judao? 35.
An cum Saracenis liceat commercia habere? 36.
Non obstant textûs Juris Civilis & Canonici, cum illi tempore belli editi fuerint, 37,
& solum armorum rerumq; bellicarum commercium prohibeant. 38.
Unde durante bello commercium tale rectius interdicitur, quod tempore etiam pacis
bene omittitur. 39.
Privatis etiam negotiatione interdici potest. 40.
Quæ Principi de rebus sacris, bonisq; Ecclesie statuendi potestas competat? 41.
Obstant Canonistæ, præcipuè Baronius. 42.
Exemptio verò Clericorum ipsis Imperatoribus volentibus facta fuit. 43.
Bona Laicorum immobilia sine Principis consensu in Ecclesiam non sunt alienanda.
num. 44.
Res sacre & sanctæ in commercio haberi non possunt. 45.
An loca religiosa in commercio sint? 46.
Jure quoq; Canonico locum religiosum emere aut vendere non licet. 47.
Quamquam laudabilem consuetudinem, quam prætendunt, observari velint Canonis-
ta. 48.
Alii textum Juris Canon. aliter explicant. 49.
Apud nos jus inferendi mortuum in commercio est. 50.
Qu. Utrùm & quatenus pecuniam accipere liceat ob rem spiritualem? 51.
Canonistarum & Scholasticorum sententia. 52.
Descriptio Simonia. 53.
Publica res non in commercio privatorum, sed populi sunt. 54.
Armorum commercium Civibus etiam denegari quandoq; potest. 55.
Inter res, hostibus venditari prohibitas Cotem etiam referunt. 56.
Fruentum quoq; hostibus subvehere non licet. 57.
Uti & nec sales. 58.
Quibus additur aurum, vinum, oleum, & liquamen. 59.
Extra hostilitatis respectum prohiberi solent commercia alia, quæ ad quatuor classes ef-
feruntur. 60.
Ad primam classem referuntur 1. aurum & argentum, s. signatum, s. rude. 61.
2. Fruentum, & quicquid ad annonam pertinet. 62.
Exploratores constituendi, qui flagellatores annonæ observent. 63.
Uti & prohibendum, ne frumentum in herbâ ematur. 64.
Incertitudo enim mensis futura, & pretii præcendi non potest. 65.

Exportari prohibentur etiam alia, quibus carere Resp. nequit. 66.

Perniciosum imprimis, si materia rudis evehatur. 67.

In secundâ classe ea sunt, quæ luxum conficiunt. 68.

Ad hanc classem refertur histrionia. 69.

Quid habendum sit de ollâ fortuna? 70.

In classe tertiâ jure civili eminet Purpura, privatorum commercio exempta. 71.

Uti & Serica vestes prohibita fuerunt. 72.

Princeps enim leges vestitarias præscribere potest. 73.

Cupressis olim etiam interdictum fuit. 74.

Cujus interdicti ratio investigatur. 75.

Nec venena in omnium sunt commercio. 76.

In quartâ classe est commercium Lenonum. 77.

Unde Lupanaria jure prohibentur. 78.

Apud Pontificios tamen major eorum auctoritas. 79.

Idcirco circa hanc materiam error. 80.

Ad formam negotiationis quod attinet, publicâ auctoritate præscribenda est. 81.

Utrum quæ cogi possit, ut rem suam vendat? 82.

In casu necessitatis cogi venditor, & justum pretium à Magistratu præscribi potest. 83.

Quod & extrinsecus necessitatis casum quandoq; procedit. 84.

Num mercatores extranei cogi possint, ut res suas nobis vendant? 85.

Quodnam hic justum sit pretium? 86.

Jus accipendi merces civitatibus non est promiscuè tribuendum. 87.

I.

Cum terrarum hunc Orbem conderet DEUS Ter Opt. Max., ut habitatio esset hominis, & perpetuum variarum rerum promptuarium, non omni parti, aut provinciæ, imò fortassè nulli, omne dedit fructuum & proventuum genus, sed divitias suas sparsim ita distribuit, ut nihilominus ex universâ terrâ non necessaria tantum, & quæ alendo atque tuendo corpori inferviunt, sed voluptuosa etiam, quæq; gulæ & ornatui faciunt, uberrimè

peti possint. Non alia verò distributionis hujus divinæ videtur esse intentio & scopus, quàm ut inter se artiore nexu continerentur habitatores, ab eodem communi parente descendentes, & universum terrarum orbem per multiplicationem sui insidentes. Dum enim non ex omni terrâ indigentia humanæ subveniri potest, non vicini tantum, sed etiam longius disiti, rogari debent, ut mutua secum haberi velint commercia, utque de suo lar-

giantur, quod alteri deest, recepturi vicissim, quod sibi deficit. Vid. Johan. Marquard. *de jur. mercator. l. 1. c. 11. n. 14.* Esti verò DEUS plerasque terras eà fertilitate donaverit, ut alendis suis habitatoribus sufficere possit, atq; hinc, quod aliunde adfertur, ad delicias magis facere credatur, nec desint, qui Germanos melius se habituros existiment, si sale tantum suo in cibis utantur, omisissis aromatibus Indicis; non tamen propterea negligendum est hominum inter se commercium, nec intermittenda divinarum divitiarum, quæ ad miraculum usq; sese exponunt, diligens contemplatio, & moderatus usus, qui videntur mihi illi, qui diversum sentiunt, nec sapientiam divinam, nec hominum inter se necessitudinem & conjunctionem satis attentè considerasse. Creverunt quidem eluvies, Ammiani Marcellini sunt verba, *ex lib. 22.* & gurgites prærupti convivorum, & epulares triumphi, ususq; abundantis ferici, & textiles auctæ sunt artes, & culinarum sollicitior cura, & ambitiosa ornatarum domorum sunt spacia; at verò propter abusum usus rei tolli non debet, non magis quam gladius adimi debet viatori, quod eo abutatur latro. Non vinum esse, dicit Jupiter apud Lucian. *in dial. Junon.*

Et Job. sed immoderatum potum, ex quo veniant mala, à Junone recitata, & vino adscripta. Et sic igitur, si moderatè quis utatur rebus, & mercibus exoticis, tantum abest, ut reprehendi is queat, ut potius eximii Viri civilis laudem mereatur, nec à pietate quidem deviasse propterea dici queat. Nec igitur peccare eos dixerim, qui merces ejusmodi exoticas, & quicquid vel Asia, vel Africa, vel America denique singulare habet, advehunt, suamq; in commerciis conservandis operam ponunt. Elegantia sunt verba Chrysostomi, quæ de utilitate commerciorum, latinè versa, ita habent: *Quomodo autem satis dignè quis explicet facilitatem, ad mutua commercia nobis datam? Ne enim itineris longitudo impedimentum, aliorum ad alios comitatibus adferret, breviorẽ viam, mare scilicet, ubiq; terrarum disposuit DEUS, ut mundum, tanquam unam domum communiter inhabitantes, crebrò nos invicem viseremus, Et apud se nata quisq; alteri communicans vicissim commodè acciperet res, apud illum habitantes, ac sic exiguam tenens terra partem, ita, tanquam si teneret universam, frueretur ejus, quæ ubi vis sunt, bonis. Licet itaq; nunc, tanquam in communi mensa, convivorum unicuiq; ea, quæ sibi apposta, da-*

re alteri, longius accumbenti, ac contra, quæ apud ipsum sunt, accipere manu tantum extentâ.

II. De necessitate & utilitate commerciorum ut plura hic præmittam, nihil ad rem facit. Videri eâ de laude poterunt Hermannus Latherus, *de cens. lib. 3. c. 12. seq.* Andr. Tiraquell. *de nobilit. tom. 1. cap. 33. num. 13.* Johann. Marquard. *de jur. Mercator. lib. 1. c. 1. 23.* Illud magis huc pertinet, ut ante omnia videamus, num deceat virum bonum & pium commercia & mercaturam exercere. Si enim non decet, simplex hoc officium Principis est, ut prohibeat, nec, ut porro de prolixiori tractatione solliciti simus, quicquam subest causæ. Et sunt quidem, quæ pro sententiâ negativâ, tum ex Jure Canonico, tum ex Jure Civili peti solent, sed quæ brevi discussione omni facili robore destituuntur. Jus Canonicum ad Jus Divinum se refert in *c. ejiciens, cum duob. seqq. dist. 88.* qui canones etsi palearum nomine insigniantur, notat tamen Antonius Contiùs, in *margin.* dixisse non neminem, has paleas esse meliores granis; & in notis, quas addi curavit Gregorius XIII. Papa, legitur, paleas istas inveniri in vetustis exemplaribus, in quibus paleæ rarò habeantur. Quæ in *c. ejiciens* referuntur, verba esse dicun-

tur auctoris operis imperfecti in Matthæum, quod aliàs Chryso-stomo adseribitur, sed ea tamen esse paulisper immutata, sententiâ salvâ & integrâ. Autor ipse dubiæ habetur fidei, & sunt, qui volunt, hæreticum eum fuisse, nec uni sectæ addictum, sed multa intexuisse, quæ à Montani, Manichæi, Arii, Donati, ac Pelagii hæresibus parum abeunt. Sixt. Senens. *biblioth. lib. 4. p. m. 327.* Gerhard. Johann. Vofs. *bisfor. Pelag. lib. 6. thes. 13.* Chryso-stomi non esse istum librum, sed pro suppositio habendum consentiunt Bellarminus, *de scriptor. Eccles.* Antonius Possevinus, *in apparat.* & alii. Cujus autoritatis est Scriptor, ejus etiam est scriptura, ut necesse non sit, de responsione ut multum solliciti simus, cum de fide scribentis non satis constet. Quia tamen & doctissimus iste & benè antiquus est, dum in *homil. 49.* ætatem suam ad Theodosii junioris tempora refert, Joh. Rainold. *prælect. 29.* Vofs. *d. l.* patiamur ejus autoritatem nobis obverti, sed tum parata est responsio ex Thomâ, qui in *l. 2. t. 2. q. 77.* ait, intelligendum esse istum locum non de omni mercatorum genere, sed de his tantum, qui ultimum totius negotii finem in lucro constituunt, posse enim & ipsam quoque lucrum licitè à mercatoribus

būs appoti, non tamen ut ultimum, sed ob alium necessarium & honestum finem. Exemplum CHRISTI, vendentes & ementes templo ejicientis, in mercaturæ vituperium inducendum non est, cūm negotiatio ista tūm ex loco, tūm ex qualitate suā vitium contraxerit, uti id prolixè explicat Joh. Seldenus, *de jur. nat. gent. & civ. lib. 4. cap. 5.*

III. Seqvens *c. quoniam d. dist. 88.* desumptus esse dicitur ex B. Augustini enarrat. in *Psalms*. Sed hinc meminisse debemus, enarrationes istas & tractatus non ab ipso Augustino, sed ab auditoribus ex ore ejus collectos, & in unum corpus congestos esse. Cūmq; Augustinus Hebraici sermonis ignarus fuerit, factum est, ut in quamplurimis verum sensum non indispiceretur; atq; hinc Commentarii isti obscuri nimis, & in nonnullis etiam à rectā lineā deviantes, visi fuerunt Hieronymo. Vid. Sixt. Senens. *biblioth. lib. 4. verb. Aurel. Augustini*. Attendantur jam verba citati *c. quoniam*. & nimis obscura ea esse, nec de sententiā autoris satis constare, quisquis ea leget, fatebitur. Id tamen apparet, commentationem istam occasione *Psalms* LXX. 17. natam esse, & quidem propter duplicem ejus versionem, quarum neutram im-

probat Augustinus. In vulgatā enim dum habetur: quoniam non cognovi literaturam, aliqui Codices pro verbo *literaturam* reponunt *negociationes*, & ex hāc lectione suum istum Augustinus de mercaturā annectit Commentarium. Sed nostri Theologi ostendunt, neutram versionem textui originali convenire, nec vel de literaturā, vel de negociatione *Psalms*ographum hinc verba facere, sed ita vertendum esse textum: *Os meum nunciabit justitiam tuam, totā die salutem, seu opem tuam, quia vel quamvis non novi numeros, i. e. quamvis beneficia tua sint innumera.* Est enim, uti notant Junius & Tremellius, in his verbis modesta correctio, quasi diceret, narrabo res inenarrabiles, non pro ipsarum amplitudine, sed pro tenui facultate meā. Nulla hinc ergo fit mentio negociationis, & hinc adeo frustra colligitur, negociari Christianis non licere; nulla etiam fit mentio literaturæ, quam ex hoc textu damnant Monachi, fratres ignorantiae dicti, notati proinde Hermanno Lignarido, in *oblectat. Academ. cap. 18.* Sed hæc ad altiore cathedram remittimus, fructū interim isto principio, quod ex vitiosā versione nihil inferri possit ad rei alicujus vel laudem, vel vituperium.

IV. Tertius canon, qui ex Aure-
 lii Cassiodori commentariis in Psal-
 mos desumptus est, planè nihil facit
 pro sententiâ negativâ, nec quic-
 quam detrahit mercaturæ ingenuæ
 & rectæ. Illos enim mercatores di-
 cit abominabiles, qui justitiam DEI
 minimè considerantes, per immo-
 deratum pecuniæ ambitum pollu-
 unt merces suas plûs perjuriis one-
 rando, quam preciiis. At tales nemo
 est nostrum qui laudet, nisi illi, qui-
 bus volupe est alterum dolosè cir-
 cumvenire. Et de his scilicet exponen-
 dum est, quicquid in Scripturis de
 negotiatoribus acerbè dictum in-
 venit. Quò & pertinet dictum,
Levit. XIX. 16. per quòd populum
 DEI sanctum mercaturâ prohibi-
 tum putat Bodinus, *de Rep. lib. 3.*
cap. 8. Ut enim litem hanc meam
 non faciam, utrum vocabulum,
 quod in Hebræis fontibus habetur,
 negotiatorem hic significet, an im-
 postorem, cum non dissimulet Ave-
 narius, *in Lexic.* eodem vocabulo
 utrumque idè denotari, quòd ferè
 negotiatores dolis & fraude agant,
 & proximi jacturâ suum negotium
 reponere, non aliunde convenien-
 tiam illam peti, quàm ex prompti-
 tudine decipiendi utriusque familia-
 ri. Deceptio autem talis tantum
 abest, ut in negotiatione probari

queat, ut ipsa etiam jura civilia, quæ
 tamen juxta *l. 13. §. pen. ff. de minor.*
 circumventionem *επιτροπή* admit-
 tunt, illam nequaquam tolerant,
 sed decepto etiâ, propter minimam
 læsionem, subveniunt, *l. 13. §. 45. ff.*
de act. empt. Sigism. Scaccia, *de com-*
merc. §. 1. qu. 7. part. 2. ampl. 10. n. 7.
 Franzk. *tit. de contr. empt. n. 228 seq.*

V. Ex jure civili multa adduci
 possunt, quæ non illicitam quidem
 prorsus, sed tamen minùs honestam,
 & Viro gravi indignam faciunt ne-
 gorationem. Statuerunt enim Dio-
 cletianus & Maximianus Imp. ne
 quis ex ultimis negotiatoribus vel
 monetariis, abjectisque officiis vel
 deformibus ministeriis, vel stationa-
 riis, omni que officiorum face, di-
 versisque partibus, turpibusque lucris
 aliquâ frui dignitate pertentet, sed
 & si quis meruerit, repellatur *l. 6. C.*
de dignitat. lib. XII. Parùm honori-
 ficè de mercaturâ sentiunt Impera-
 tores, sed advertendum tamen, de
 ultimis negotiatoribus eos loqui,
 talibus scilicet, quos vilès subcoçiones,
 vel *ὑπομαρτυροὶ* vocare solent, non
 de magnariis, qui magnam & co-
 piofam mercaturam exercent; hos
 enim à dignitatibus ætate Diocleti-
 ani non fuisse prohibitos, credibile
 est. Postèa autem Zeno Imperator
 ampliassè videtur prohibitionem,
 dum jubet cunctos, qui diversarum
 rerum

rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scil. vel gemmarum, argentiqve, vestiumve venditores, apothecarios etiam, ceterosq; , aliarum mercium quibuscunqve ergasteriis adherentes, à provincialibus officiis removeri, ut omnis honor atqve militia à contagione hujusmodi segregetur; *l. 12. C. de cohortal. lib. XII.* Idem suo seculo statuit Justinianus, prohibens illos, qui ergasterio præfunt, militare, exceptis argenti distractoribus, in Urbe Constantinopolitana negotiantibus, quos ab armata tantum militia arcet, aliam quamcunqve permittens, *l. un. C. negotiatores, ne milit. lib. XII.* Quod si verum est, uti notat Antonius Perez. *ad ist. tit.* inter negotiatores & mercatores hanc esse differentiam, quòd negotiatores advehendis magnis mercibus occupentur, & ergasterio, tabernæ, officinæ, mercimoniis deputatæ præsent; mercatores verò minutariam procurent, ac per se exerceant negotiationem, dent, aut accipiant, ut majora recipiant & lucrentur, non ultimi tantum mercatores, uti Diocletiani lege factum, sed ipsi magnarii à Zenone & Justiniano militia arcentur. Erat autem militia functio quædam, quæ ordinarios, & certos redditus ex publico habebat, qualis erat eorum, qui à memoria, à libellis, ab episto-

lis erant, & reliquorum officialium sacrorum scriniorum. Arnold. Vinn. *de collat. c. 13. num. 16.* Brunner. *de collat. cap. 4. num. 489.* Nemo igitur negotiatorum ejusmodi functionibus adhiberi poterat, propter ea scil., quòd parum honesta videretur negotiatio, ut omnis honor atqve militia à contagione hujusmodi segregaretur, uti loquitur Imp. Zeno, *d. l.* Eadem ex causa prohibuit Constantinus Magnus, in *l. 1. C. de natural. libb.* & Marcianus, in *l. 7. C. de incest. nupt.* Senatoris & foeminae; quæ mercimoniis publice præfuit, connubium, ne scil. Senatoribus talium foeminarum non tam connubia, quam vitia jungerentur, uti habetur in *novell. Martiani, ex qua d. l. 7. C. de incest. nupt.* delumpta est.

VI. Non ignoro, pleramqve Doctorum partem ad Ciceronis distinctionem confutgere, qui *lib. 1. de offic. circa fin.* eam demum mercaturam ut sordidam notat, quæ tenuis est, quæ verò magna est & copiosa, multa undique adportans, multisqve sine vanitate impertiens, eam non esse admodum vituperandam statuit. Sed nec hanc tamen Cicero admodum continendat, nisi satiata quæstu, vel contenta potius, se in agros & possessiones conferat. Et ostendi ego *dissertat. de Mobarr. n. 50,*

posse

posse mercaturam, quæ in rerum magnarum, magniqve sumptus negotiatione versatur, majorem quidem, sed non meliorem existere, nec per copiam mercium vitium aut sorditiem detergeri, sed intentionem & affectum negotiatoris. Utriq; & negotiatores & mercatores emunt sibi merces omne generis, quas aliis vendant, & quidem cariori precio, quam quanto emerunt. Nec differentiam facit, quod alii transmaria currant, & mercandi gratia longinquas petant regiones, alii merces domi expectent, & à magnariis allatas, & à se emptas, aliis vendant. Utriqve emunt & vendunt, utriq; μεταβλητικῶν faciunt, & utriq; ex eâ lucrum quærent. Εὐπερίστατον ἁμαρτία πρὸς in illis locum invenit, atq; in his. Utriq; cum volunt rem suam impenso precio vendere, facile jurant, tanti sibi constare, cum longè vilius eam compararint. Qui copiosè negotiationes faciunt, numero quidem & quantitate mercium institores tenuiores superant, contractus tamen ineunt prorsus eosdem. Et ergò qui plus emit, aut plus vendit, non minores contrahere poterit sordes, quam qui minus emit aut vendit, ut adeò non videam, quid causæ sit, quod institores, & qui minutiariam exercent, sordib; immergi sint, magnarii non

sint, quanquam id non diffitear, præstantiores esse magnarios reliquis, cum alteri illi veluti ministri sint, per quos merces aliunde in magnâ copia advectæ, minutatim distrahantur.

VII. Quicquid autem sordium, adhærere dicamus mercaturæ, non aliunde id venit, quam ex nimio lucrifudio, nam id genus hominum, inquit Paulus Jctus, in l. 44. ff. de edilif. edict. ad lucrum potius, vel turpiter faciendum pronus est. Aristoteles omnium artium & quaestuum, quibus lucrum pro fine est, ἀισχροκέρδειαν communem esse vult. Πάντες γὰρ εἴτε ἐν εἰδῇ λαμβάνουσι καὶ ἐπίσσημον εἰδῆ. Nam omnes ii, unde non oportet, accipiunt, & quantum non oportet, l. 4. Etb. c. 1. Plus enim semper appetunt, quam licet, & quam debent, ac πλεονεκτικοὶ sunt. Ἀισχροκέρδεια, igitur & πλεονεξία quando abest à mercaturâ, & honesta ea est, & multo honore habenda. Scilicet indifferens res est mercatura, & ex se nec bona nec mala, mala tamen fieri potest ex fine & circumstantiis qualificantibus. Nec tamen in vitio ea illico ponenda est, si lucricausâ instituat, dum tamen illud justitiam precii non excedat, & simul ab aliquâ aliâ causâ ulteriore, honestâ temperetur. Vid. quæ dixi disp. de Mohatra, n. 51. 52. Quis est vero, qui

rd, qui inter negotiatores in profes-
sione suâ quæstuariâ legem teneat?
quin quisq; cupiditati potius suæ pa-
ret, ut mirum non sit, si in *negotio-
riâ* facillè incidas. Ut enim vix fieri
potest, quin atro inficiantur, qui
carbonariam incolunt, & albo; qui
molendinæ, & calcarias habitant, &
quin malè oleant, qui coriariam fa-
ctitant: ita qui quæsturias artes ex-
ercent, rem magnâ præstiterint,
si charitatem erga proximum ser-
vent, & opes parent sine justitiæ &
æquitatis offensione. Certum est
quippè, eos, qui divites fieri volunt,
citò etiam fieri velle, atq; his idcir-
cò nulla est reverentia legum; nec
metus aut pudor est unquam prope-
rantis avari, uti ait Satyricus. Hæc
verò *παρανομία* illa est & *πλεονξία*,
quæ plerumq; inficiuntur negotia-
tores. Est enim hoc naturale homi-
num vitium, quod accipere potius
velint, quàm dare. Si ars deindè ac-
cedit & ex arte consuetudo, quæ
eam roborat, tum naturæ illa ad lu-
crum, quæstumq; propensio in tan-
tum confirmabitur & augebitur, ut
semel lucrum facere adseruet. & ar-
tem, quâ optimè id faciat, callens, a-
vidissimè deinceps ad id feratur, vel
potius præceps ruat, ac pertinacis-
simè in eo perseveret, uti philoso-
phatur Claudius Salmasius, *de tra-
pezit. sen.* Atque hoc est, quod in

negotiatorib; notat Ecclesiasticus
dum ait: *Duosunt, quæ mihi diffici-
lia videntur & periculosa: Vix de-
lictum evitat mercator, & caupo pec-
cato non caret: propter opes mul-
peccarunt, & qui studet abundare:
perverso est oculo, (i.e. injustus est &
irreligiosus) Inter coagmenta lapi-
dum figitur palus: itidem inter ven-
dicionem & emptionem pangitur pec-
catum, &c. cap. XXVI. 35. XXVII. 1. 2.*
Videantur, quæ in mercaturæ vitu-
perium plura collegit Gulielm. Re-
doanus, *de spol. Eccles. qv. 2. n. 1. 2.*

XIII. Quandoquidem igitur in
μισοχροῦδεται & *πλεονξία* facilis est
negotiationis lapsus, & hinc non vi-
tiosi tantum reddi soleant cives, sed
etiam alia in Rep. exoriri possint in-
commoda, Principis est dispicere de
prophylacticis, & negotiationibus
modum ponere, ut etiam in his sa-
lus communis, quantum fieri po-
test, conservetur integra. Interest
autem Reip. ne promiscuè omnibus
negotiandi licentia detur, imò ut
aliqui prorsus prohibeantur, qui vel
in dignitate constituti, ne eam te-
merent, vel publicis officiis admoti,
ne in iis negligentius versentur,
mercaturam minus commodè ex-
ercere possunt. Sunt alii extra civi-
tatem, qui, dum quæstui insistant,
civitatem bonis suis, & divitiis exu-
unt atque spoliant, aut hostibus pro-
stituunt.

stituunt. Sic & in modo negotian-
di, in mercium speciebus, in aestima-
tione multa semper occurrunt, quæ
correctionem & legem publicam
mereantur. Ut adeo Principis cura
& sollicitudo ubique necessaria sit,
& incommodis sensim irrepentibus
quandoque vix sufficiens existat. Tam
ingeniosè n., & subtiliter plerumque
datur ab negotiatoribus damnum,
ut non prius sentiat in Rep., quam
ubi in immensum istud excreverit,
& jam desperata sint remedia. Nos,
ut Principis partes propius intuea-
mur, prius de personis, quibus mer-
catura interdici solet, deinde de re-
bus, quæ in commercio sunt, & tan-
dem de mercandi formâ & modo,
quatenus scilicet capita ista Principis
potestati substernuntur, nonnulla
hic levi penicillo delineabimus, fa-
cturi tamen Digressionem quando-
que, sicubi opus fuerit.

IX. Principes ipsi ab hoc genere
quæstus rectius abstinent, tum, quod
indecorum sit rebus illis volutari,
ex quibus labes facile adhæret, tum
quod diversa sit fors Principum, qui-
bus præcipua rerum ad famam diri-
genda. In Duce semper major vir-
tus, & numeris omnibus absolutior
requiritur, quam in gregario mili-
te, in Magistratu, quam in civibus,
in Rectore quam in subditis. Faciat
ergo Princeps, ut non legibus tan-

tum vitia subditorum corrigat, sed
etiam vita, quæ exempli sit. Sola
fuit, in quâ culpari potuit Vespasia-
nus, pecuniæ cupiditas, & quod ne-
gotiationes vel privato pyendas
propalâ exercuerit, coemendo qua-
dam, ut pluris postea distraheret,
autore Sveton. in *Vespas. c. 16.* Et
multum laudatur à Zonarâ Impera-
toris Theophili factum, quod con-
jugis suæ naverth, recens à mercatu-
râ reductam, & adhuc onustam cre-
maverit, hæc simul Augustam infe-
ctatus increpatione: *Cum me DEUS
Imperatorem designarit, tu me nau-
clerum facere contendis. Scito autem
mercaturam privatis hominibus esse
attributam, ut ea toleranda vita oc-
casionem habeant. Quod si nos præ-
ter imperii opes, etiam mercatura
emolumenta interceperimus, unde-
nam fortuna tenuioris homines vi-
ctum comparabunt?* Ut jam taceam
elogia alia, quibus Reges & Princi-
pes negotiatores plerumque pro-
scindunt subditi, & ex eorum ore
scriptores annalium. Quod sit tamen
hæc est intentio Principis, non ut
ipse lucrum ex negotiatione quæ-
rat, sed ut facere subditos suos do-
ceat, & Rempublicam florentissi-
mam reddat, suamque autoritate com-
mercia in remotissimas Terræ pro-
vincias stabiliat, quæ nunc Regis
Galliæ fertur esse institutum, tan-
tum

tum abest, ut id Principi vitio veri possit, ut potius eum quam maxime deceat. Nec improbo, si per alios, aut etiam in rebus angustis ipsimet mercaturam faciant, dum tamen Reip., quæ illis commissa est, salus per eam queratur, & lucrum perceptum in communem utilitatem convertatur.

X. De Nobilibus, utrum mercatura illis conveniat, multa semper fuit controversia. Honorius & Theodosius Intpp. nobiliores natalibus, & honorum luce conspicuos, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibuerunt, ut inter plebejos & negotiatores facilius esset emendi vendendiq; commercium, *l. 3. C. de commerc. & mercator.* Ex hoc textu contendit Guido Pap. *quæst. 196.* Nobiles si se immisceant mercantiis, non gaudere privilegio Nobilium, non magis, quam Clerici privilegio Clericorum, si se rebus secularibus immisceant. Eandem sententiam tenet Philippus Paschalis, *de virib. patr. potest. lib. 4. c. 22. n. 44.* Inquirenti verò in causas constitutionis Theodosianæ, ex ipso textu istam colligere licet, difficile fuisse cum Nobilibus commercium, nimirum quod potentia pollerent, tum, quod erga plebejos supercilium attollerent, eosque despiciatui haberent. Quandoquidem igitur plebeji cum nobilioribus contrahere vereban-

tur, & hinc querelæ motæ essent in Consistorio Principis, ut facilius esset inter omnes commercium, id maxime ex commodo publico visum fuit, ut Nobiles mercimoniis prorsus prohiberentur. Dicitur autem in textu mercimonium urbibus perniciosum, non quod aliàs tale sit, & quod idcirco dedecet Nobiles, uti ista verba accipere videtur Sim. à Groenevvegen, *de LL. abrog. in Holland. d. l.* sed quod ex Nobilium negotiatione urbibus perniciosum fiat. Ceterum observat Christophorus Forstnerus, *in Tacit. lib. 3. annal.* longè aliam veteribus constitutionibus causam fuisse, cur nobilibus mercimoniis interdiceretur, quàm hodiernis Gallorum, Germanorum, Sarmatarum, Hispanorum moribus, à negotiatione nobilitatem excludentibus; majores nostros mercaturæ exercitium dignioribus ideò non concessisse, quia perniciosum id urbibus, & potentiam nobiliorum obstituram Commerciorum libertati censuerint; nostris autem persuasum esse, vile atq; nobili generositate indignum esse istud exercitium, eamque opinionem invaluisse, non tam quod omninò vera sit, quàm quod ea Principum arte primùm senuhata perpetuò etiamnum alatur, magnitudinem & securitatem in armis consistere, ea autem negligentius tracta-

ti ab his, qui negotia mercantilia sectantur, quin & per mercimonia virtutem insigniter flaccescere, & hinc igitur inter abjectas vilesq; atq;ve nobilitati minus convenientes artes mercaturam referri oportuisse. Ego verò artem istam, & inventum Principum non agnosco, sed ex ipsâ civitatis naturâ, & rerum inter se comparatione universum Reip. statum perpendens, cum Forstnero facere nequeo. Sanè ad regimen, & totam eommunitatem conservandam necesse est, ut in eâ sint, qui armis decertare valeant, eaq; provincia communitatis consensu Nobilibus præcipuè data est. Sigismundi Poloniae Regis, cum Nobiles quidam negotiandi licentiâ peterent, hoc fuit responsum: *Oportet me in Regno habere triplex generum hominum: rusticos, qui agrum colant, mercatores, qui necessaria inferant, & nobiles qui me & patriam defendant.* Quòd igitur Nobiles armis advefiant, id non est ex invento & artificio Principum, sed quòd defensoribus nulla omninò carere Resp. possit. Vicissim & hoc verum est, nobilitatem, semel degustatâ lucri ex negotiatione provenientis dulcedine abjectis armis mercimonia sectaturam esse, & sic difficulter mercaturam cum nobilitate combinari. Ut maximè igitur status Nobilium ex instituto hominum sit, institutum

tamen istud societati conservandæ maximè est naturale, saltem sub hoc respectu, quòd esse oporteat, qui Reip. tutandæ, & ab omni vi externâ defendendæ operam suam addicant. Illis autem tam adversa est mercatura, quàm mercaturæ militia, *l. un. C. negotiat. ne milit. lib. XII.* Accedit; quòd dignitas Nobilium prima habeatur, & potissima inter subditos, conspurcari igitur eam sordibus quæstuariis, aut conspurcationis periculo saltem exponi, indignum erit, & minus conveniens.

XI. Quæ ex solis commerciis salutem, & beatitudinem suam meriuntur Universitates, etiam in Nobilibus suis laudant & probant mercimonia. Tales sunt Veneti, Genuenses, Lucenses, Anconitani, & Florentini. Sigismundus Scaccia, *de commerc. §. 1. qv. 7. part. 3. limit. 17. n. 22. it.* Hollandi, qui & ipsi nobilitatem suam per mercaturam nihil imminui persuasum habent apud Sim. à Groenevvegen, *d. l.* Et hinc volunt aliqui, mercaturam quidem obesse nobilitati, nisi mos regionis, qui haud dubiè servari debeat, aliud inducat. Andr. Tiraqvell. *de nobil. cap. 33. n. 21.* Augustin. Barbof. *ad l. 3. C. de commerc. & mercat. 2. 7.* Et quanquam aliàs mercatura inter artes viles numeretur, id tamen universale non esse, sed antequam decernatur de artis alicujus vilitate,

te, attendi debere in primis reputationem cujusque loci, & quid communiter illic homines de ista arte sentiant, numve inter honores habeant, an vero inter artes abjectas. Benvenut. Stracha, de mercatur. p. 2. n. 18. Philip. Pascal. de virib. patr. postest. part. 4. c. 2. n. 49. Andr. Alciatus, in l. 207. ff. de V. S. n. 11. Etsi vero negari nequeat, plurimum valere in animis hominum opinionem, & turpem quandoque haberi rem, quae in se indifferens est, vitio tamen infecta res, ut honestari per consuetudinem, & in genere licitorum poni mereatur, fieri nullo modo potest. Dixi supra, sordes mercaturae inherentes, esse *αισχροκερδεια*, *Φιλανυφια* & *πλεονεξια*, vitia ab omnibus virtutum moralium Doctoribus notata. Quae si absunt a negotiatione, non erit ea Nobili indecora. Sed quia difficile est, sordes eas evitare etiam illi, qui evitare omnibus modis studet, rectius universa negotiatio Nobilibus interdicatur, Quapropter non tam attendenda est consuetudo loci, quam ipsa res, qualis est, aut esse solet. *Πλεονεξια* enim, & *αισχροκερδη* nobilitatem sibi ingentiam non obfuscare, non credam prius, quam per svasus fuero, amicum esse inter virtutes & vitia consensum. E recte hinc Cepolla, quem refert Mynsin-

ger. cent. 6. obs. 54. n. 5. fatetur, quod in locis, ubi Nobiles ex statuto vel consuetudine mercaturam exercent, detrahatur non nihil per hoc nobilitati ipsorum. Conf. Klock. de contribut. cap. 12. p. 262. Et Matthias Corvintus, Rex Hungariae, Venetos non ignobiles modo plebeiosque, sed etiam rusticos vocare solebat, dictitans, fortunam genus haudquam mutare, cum praesertim Veneti nulla ex parte Nobilibus adaequandi, & nomine potius, quam re ipsa, nobiles sint. Machiavell. de Rep. lib. 1. c. 55.

XII. Sed nec illorum quidem sententiam probare possum, qui putant, tum demum nobilitati obesse mercaturam, quando quis eam ipsemet exercet, non obesse, si institutorum & aliorum opera ea in re utatur. Hactenus enim leges, quae respectu exercitii propter vilitatem aliquem notant, in eo non procedere, qui per alios artem exercent, licet ipse rationes deinde a servis exigat: Sic tabernariam inter viles & abjectas personas connumerari; si tamen per alios solum exercent, vilem non censeri; l. 29. C. ad L. Jul. de adult. sic & Clericum, qui praesens ipse eam artem non exercet, uti tabernarium non notari. Eam sententiam in pritis tuentur Andr. Alciatus in l. 207. ff. de V. S. num. 8. 9.

Andr. Tiraquell. *de nobilit. cap. 27. n. 7. seqq.* Sed enim agnoscit idem Tiraquellus *n. 13.* non omninò vacare culpà, qui artes istiusmodi per alios exercent; & Mynsingerus, dum ait, per vicariàm hanc operam utcunqve excusari Nobiles, non ausus est dicere, omnimodò excusari, *cent. 6. obs. 4. in fin.* Nec enim actus tantum ipsius personæ exercentis hic notatur, sed etiam ad præficiendam usqve pertingere potest ratio, quæ vilem facit mercaturam. Et quis mihi negabit, *αιχαρουνδεια & πλεονεξια* interdum magis infectum esse præficiendam, quam præfectum & institorem? Donec igitur vitium illud in mercaturâ fuerit, siue ipse quis eam exercent, siue per alios, nihil est, quod excusare possit siue autorem, siue ministrum, Generale est axioma, non posse per interpositam personam quid facere, quod ipse ex se facere prohibetur. Id multis exemplis illustrat Jacobus Menochius, *de arb. jud. quæst. cas. 459.* Dum igitur Nobilis negotiationem exercere prohibetur, fraudem facit legi mandando id, quod lex fieri verat. Casp. Klock. *de contrib. c. 12. num. 263.* præfertim ubi ratio prohibitionis ex personâ suâ non cessat. Et optimè monet Klockius, *d. l.* quod isto etiam casu, quando per alios mercaturam No-

biles exercent, periculum sit, ne opibus & potentiâ suâ commerciorum totam utilitatem ad se trahant, & ita plebeji & infirmiores negotiatores opprimantur. At hæc fuit ratio prohibitionis, in *l. 3. C. de commerc. quæ non cessat in eo, qui vicariâ ministrorum operâ utitur.* Exemplum de dominâ cauponæ, quod affertur *ex l. 29. C. de adult.* non extendendum est extra casum, de quo ibi agitur. Honestas enim, quæ ibi in dominâ cauponæ attenditur, non intelligenda & petenda est ex genere commercii, sed ex genere morum, & in respectu ad Legem Julianam. Voluit enim Lex Julia vilissimas quasdam mulieres, & pudicitie prodigas, quales sunt, qui potentibus ministerium, & intemperantiæ vina præbent, à judiciariâ severitate esse immunes; quam bene, optimè expendit Anton. Matthæus, *de criminib. tit. de adulter. c. 1. num. 5.* De arte autem cauponariâ, quæ passim malè audit, nihil ibi definitur, sed tantum, quòd domina cauponæ, quia ipsa vina non præbuit, non sit à vinoulis juris excepta; ex quo sequitur, ut hoc obiter addam, dominiam cauponæ, quæ potentibus obsequio famulatur servili, matronæ mores exnere. In talem autem, quæ mater familiâs non est, sed vitâ moribusq; inhonestâ,

ita, etiã si nupta sit, jure civili stuprum adulteriumq; non committatur. Joh. Goëdd. *ad l. 46. §. 1. ff. de V.S.n. 5.* De Clerico autem quod objectum fuit, num tabernariam vel ipse, vel per alium exercere possit, postea videbimus.

XIII. Antequam verò hinc abeamus, animadvertendum est, mercatorem non facere, qui triticum, vinum, oleum, in agris suis collectum vendit, *l. 3. Cod. Theodos. de usufructu collat. l. 7. 10. 12. 13. eod.* Aymo Cravers. *consil. 163. n. 3.* Alciat. *ad l. 207. ff. de V.S.n. 2.* Ille enim demùm mercator est, qui negotiationis exercendæ, quæstusque faciendi causâ mercem emit, ut vendat, uti idem definit Alciatus, *n. 1.* Per consequens triticum & vinum solum Nobilis si vendat, splendori nobilitatis suæ nihil derogat, dum tamen & justam æstimationem rerum istarum faciat, & in hoc quoq; genere omnes sordes evitet. Quàm facillè enim turpitudine hoc quoq; mercimonii genus incessere soleat, quotidiana testatur experientia. Ita e.g. hordeum sibi natum vendere Nobili non est turpe, sed ex hordeo coqvissiam coquere, eamque vendere semper turpe visum fuit, præsertim Saxonibus. Clara sunt in hæc sensu verba sententiæ, quæ habetur *in append. des Weichbilds/ fol. 114.*

Das die erbare Mannschafft / sonderlich in der Meike Weges des Weichbildes Bier zu brauen / und das durch sich / oder ihre Krüger / ihren Leuten / oder andern Kreschmarn bey Fassen / oder Kannen / zu verkauffen / oder auszuschicken / gar nicht Fug noch Rechte haben / allein mögen sie für sich / und zu Nothdurfft ihrer Haushaltung / Bier / und anderley Getrânck brauen / und ihre Getreide / was sie des auf ihren eigenen Gütern erbauen / und anders nicht ihres Gefallens wohl verkauffen / &c. Ne autem hæc verba ita explicentur; ideò abstinendum esse Nobilibus ab venditione cerevisiæ, quia id jure positivo prohibitum sit, repetendum est ex ordinatione provinciali, *tit. brauen / schicken / &c.* non ideò tantùm id prohibitum esse, quia perniciosum est urbibus, sed etiam, quia ejusmodi mercimonia nobilitati indecora, & minus convenientia, visa fuerunt. Sic enim se habent verba Serenissimi Legislatoris, *circa med. ejus tit.* *Wiewohl sich auch ein ieder wohl zu erinnern / daß der Adelige Stand / Adeliches Wesen und Wandel erfordert / und daß sich ein Edelmann von seinen Ritter - Solden / und Ritter - Gütern / sol unterhalten / &c.* Et post pauca: *Welcher aber aus Herkommen / und über verwehrte Zeit / geübten Gebrauch / mit dem Brauen / oder*

Mai-

Mäßen / berechtiget zu seyn vermen-
 net / und seinen Stand nicht bedencken
 wil / deme seynd wir / so weit er solches
 • beweiset / nachzulassen geneigt. Agit
 hic Serenissimus Legislator de iis
 • Nobilibus, qui lege prohibitivâ non
 continentur, sed jus braxandi &
 vendendi cerevisiam per præscri-
 • ptionem acquisiverunt. Illis, ut ju-
 re suo utantur, non prohibitorum
 se dicit, sed simul tamen innuit, re-
 • ctius eos facturos; si jure isto non
 utantur, sed à tali commercio
 • prorsus absteineant. Id enim volunt
 verba: und seinen Stand nicht beden-
 • cken wil / quibus tacitè monet, ut sta-
 • tûs sui memores potius esse velint,
 quàm acquisitum ex præscriptione
 • jus adversus civitates urgere. Ex
 quibus patet, extra causam specialis
 • concessionis, aut juris, per præscri-
 • ptionem quæsti, neq; intra millia-
 re à proximâ & vicinâ urbe compu-
 • putatum, neque extra illud Nobili-
 bus istiusmodi commercia insti-
 • tuere licere, quod prolixè ostendit
 Dn. Carpozovius, p. 2. *constit. 6. de-*
 • *finis. 4.* Magnus reverà Vir, & incom-
 • parabilis Jctus, cujus dum hic men-
 • tionem facio, tantùm non in la-
 • chrymas dissolvor. Ipso enim hoc
 momento, quòd biduo abhinc vi-
 • vendi finem fecerit, ab amico Li-
 • psiensî mihi significatur. Longa il-
 • li in virtute fuit perseverantia, &

quod rarum, in extremâ senectute
 ingenium stabile, & vegetum. Sci-
 entiarum apicem ingenti laude,
 adeptus est: prudentiâ floruit ad-
 eò, ut nostro sæculo justitiæ tribu-
 • nal penes Carpozovium solum esset:
 magna hæc certè apud homines;
 maximum est, quòd in DEO vixit,
 florens & candens lilium inter spi-
 • nas, hoc est, homo incorruptus in
 hæc mundi sentinâ. Atque ista pau-
 • ca de tanto Viro, sæculi nostri vero
 Papiniano, hic adsuere justus coë-
 • git dolor, quòd & discipulus ante-
 hæc ejus fuerim, & per ultimum
 hoc quinquennium in supremo Ele-
 • ctoralî judicio Cõlega. Memoria
 ejus nunc erit in benedictione sem-
 • piternâ!

XIV. Ut clariora fiant, quæ dixi,
 addo Responsum Jctorum Witte-
 • bergensium, An Bürgermeister und
 Rath der Städte E. und D. mens.
 Jul. 1654. Sind die beyden in Fürsten-
 • thumb G. gelegene Städte E. und D.
 mit dem Brau- Werke / und davon
 • dependirender Nahrung / von un-
 • dencklichen Jahren / dergestalt berech-
 • tiget gewesen / daß sie nicht allein für
 ihre Bürger und Einwohner die Noth-
 • durfft brauen / sondern auch die Unter-
 • thanen und Krüger der benachbarten
 • Zentzen von Ihnen Bier und Brey-
 • hahn ungehindert holten dürffen / und
 so viel die Stadt E. betrifft / dero Bier
 nicht

nicht allein in die nahe gelegene Fürstliche Ämter / sondern auch weitere Dörter häufig und in grosser Menge verführet / und auf den benachbarten Ämtern entweder gar nicht / oder doch nur zu Behuff der Haushaltung jährlich ein gar wenig / niemals aber zu feilen Kauff gebrauet / vielweniger den Krüzern / und andern Unterthanen / ihr nothdürfftiges Getränke an Bier und Brennhahn zu Verlöbniß / Hochzeiten / und Kindtauffen / aus den Städten zu holen / inhibiret oder verbothen worden. Nachdem aber dasselbe nicht mehr gestattet / und von den Ämtern das Bier den Unterthanen aufgedrungen werden wollen / wird die Nahrung in den Städten so gar darnieder gelegt / daß dadurch bey der Bürgerschaft grosse Armuth entsteht / und da dießfalls keine Aenderung zu hoffen seyn solte / es endlich in diesen Städten mit der Nahrung ganz gethan / und ihr eufferster Unterzang vor Augen stünde / nach mehren Inhalt der überschickten facti speciei, und der Denlagen. Wenn nun gleich das jezige / so der Handlung und Kaufmannschafft halber in Rechten enthalten / und versehen / daß nemlich dieselbe von der Ritterschafft / oder Standes Personen / ohne Abgang oder Verkleinerung ihres erlangten Standes / nicht solle getrieben werden / auf das Bier brauen so eigentlich nicht zu zie-

hen; Dennoch aber / und dieweil nach gemeinen und fast durchgehenden Herbringen und observanz im Römischen Reiche / auch vielen absonderlichen Landes-Ordnungen die Städte durch das Bierbrauen / und dessen Verkauf / auch andere Commercien von dem Lande meistens unterschieden werden / sie in übrigen keine Nahrung und Unterhalts-Mittel haben können / sondern wenn Ihnen dieselbigen solten entzogen / oder mit dem Lande gemein gemacht werden / mit eigenen grossen Schaden des Landes / in die eufferste Armuth gerathen / gänzlich zergehen / und verderben müssen / da sie doch in Ansehung der zugetheilten Commercien in weit höheren Anlagen / und Beschränkungen / als die auf dem Lande stehen / So ist solche Brau-Nahrung / daferne ein anders beständiger Weise nicht hergebracht / noch verglichen / den Städten allein zu lassen / und sie in dessen Nutzung nicht zu turbiren / vor eins.

Auf eure andere und dritte Frage erachten wir Rechtens seyn. Wenn gleich in den meisten Ämtern und Ritter-Sitzen eingeführet / daß sie das Getränke / so viel sie zu ihrer eigenen Haushaltung bedürffen / in ihren Höfen / und eigenen Brauhäusern brauen mögen; Dennoch aber / und dieweil das Bier verkauffen darunter nicht begriffen / Ihr vor undenklichen Jah-

A r r

r e n

ren dasselbe allein / ohne iemands Einhalt und Hinderung / getrieben / und das Bier und Breyhahn von den Land-Leuten abgehohlet / oder von euren Bürgern Ihnen zugeführet worden / die Stadt D. auch von Herzog Wolffen / am 6. Jan. 1577. über das Bier versillen auf der Freyheit an der Stadt ein absonderliches Privilegium erlanget / die Abfuhr des Biers / als ein freyes Commercium , nicht leichtlich zu sperren / und hierüber der Stadt E. die freye Ab- und Zufuhr in die Aemter / in dem Anno 1552. aufgerichteten Verträge / nochmahls confirmiret / und nachgelassen / So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Ihr bey dem Herbringen des Bier und Breyhahn versillens / und versührens ungehindert zu lassen / die Aemter aber / da ein anders beständiger Weise nicht eingeführet / sich an dem brauen zur Nothdurfft der Haushaltung begnügen zu lassen / den Unterthanen aber / sich des Biers und Breyhahns aus den Städten / wie zuvor / zu erholen / zu verbiethen nicht berechtiget / und was demselben zuwider / durch Verboth und Zwangs = Mittel allbereits fürgenommen / zu cassiren und wieder aufzuheben schuldig / R. A. W.

XV. Postquam jam satis de Nobilibus actum fuit, de Clericis nunc est videndum, num illis permittenda sit negotiatio, an verò interdi-

cenda potius. Antiquos Ecclesiæ canones quando evolvimus; passim in iis prohibetur, ne se negotiis secularibus immisceant Clerici. Taliū canonum farraginem congestit Christophorus Justellus, *in not. ad can. Concil. Eccles. African. p. 24.* De negotiationibus autem in specie pronunciauit Concilium Eliberinum, *can. 19.* his verbis: *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, de locis suis negotiandi causâ ne discedant, nec provincias circumcutes quæstuosas nundinas sectentur, ad victum sibi concivendum filium, libertum mercenarium, amicum, aut quemlibet mitant, &c.* Pari modo Synodus Cabilonensis II. *c. 12. & 44.* Presbyteros, Diaconos, Monachos fieri villicos, in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, & nundinas insolenter peragrare penitus inhibendum decrevit. Sic & Aurelianensis Synodus III. *c. 26.* prohibuit, ne Clericus pecuniam commodet ad usuras, nec de præstitis beneficiis quicquam amplius, quàm datur, speret, nec in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate versetur, ut publici negotiatores, qui ad populares pensam observant, aut sub alieno nomine interdicitæ negotia exerceat, &c. In Jure Canonico, *caus. 14. qv. 4.* talia plura habentur, tum ex Conciliorum Decretis, tum ex Epistolis Pontificum

tificum excerpta. Videri inprimis possunt c. 1. 3. 4. 8. 9. *ibid.* Eoq; pertinent omnes alii canones, qui Clericis usuras facere interdiciunt, quos hic prolixius adscribere merito superfedemus. Conf. Claud. Espencaus, *l. 2. digress. c. 15.* Ex quibus omnibus conficiunt Doctores, Clericos, adversus canonum decreta mercimoniis operam dantes, pro secularibus haberi, fori privilegium amittere, & coram iudicibus laicis atqve consulibus mercatorum conveniri debere. Benvenut. Stracha, *de mercatur. p. 3. n. 9.* Munnoz. de Escobar. *de ratiocin. administrator. c. 7. n. 38.* Fernand. Vasqv. *de success. lib. 1. §. 10. num. 648. vers. unde inferitur.* secuti auctoritatem Honorii III. Pontificis, qui id disertè constituit, *c. ex literis 16. X. de vit. & honest. Clericor.* ita tamen, ut trina præcedat monitio. Ubi videri poterit Joh. Bapt. Vivianus, *in rational.* Quod si trina ista monitio nondum præcesserit, & se trahi ad iudicem secularem passus fuerit Clericus mercator, poterit quidem ille etiam post sententiam processum dicere nullum, sed tùm actori tenebitur ad expensas. De tali enim casu intelligo sententiam Ægidii Bellameræ, *conclus. 226.* si modò denunciatio illa adhuc in usu sit. Moribus enim eam inter suos in desuetudinem abiisse

testatur Joh. Yannez Parlador. *lib. 7. rer. quotid. c. 3. n. 4. 5.* Conf. Renat. à Valle, *in Hipparch. p. 119.* Franc. Florens, *in dissert. jur. Can. pag. 223.*

XVI. Sunt tamen nonnulla, quæ adversus communem hanc sententiam in gratiam lucri cupidorum Clericorum moveri possunt. Et primùm quidem canon Concilii Eliberini 19. antea adductus, postquam negotiationem in provinciis externis interdixisset, hæc verba addit: *Si negotiari voluerint, intra provinciam negotientur, tacitè innuens, talem negotiationem, quæ intra provinciæ pomeria se continet, Clerico minus esse turpem.* Deindè Clericis negotiatoribus maximè favet textus, *in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* ubi non tantùm immunitas illis conceditur, ne perindè ut alii negotiatores ad aliquam præstationem competentè vocentur, verùm etiam de ergasteriis & tabernis eorum, imò & hominibus, quorum operà in mercimoniis utuntur, nullà cum reprehensione aut vituperio, aut improbatione fit sermo. Edita est ista Constitutio, uti ex subscriptione patet, à Constantio Imperatore, anno à CHRISTO nato CCCLVII. Similis alia edita est ab eodem Constantio, anno CCCLIII. quæ habetur in Codice Theodosiano, *l. 10. de Episc. Eccles. & Cler. lib. 16. tit. 2.*

XVII. Glossa canonica & aliqui Doctores post eam, differentiam hic statuunt inter Jus Civile & Canonicum, & Jure Civili quidem Clericis mercaturam permissam, Jure Canonico verò planè prohibitam contendunt, uti refert Stracha *d. l.* Ea sententia probari posse videtur, tum ex aliis Juris Canonici textibus, tum in primis ex *c. nulli 4. dist. 44.* ubi dicitur: *Nulli Clerico licet tabernam aut ergasterium habere.* Ille Canon fertur esse desumptus ex *can. 9. Synodi Qvini sextæ*, in Trullo habitæ. Sed illius Synodi verba longè aliter se habent, nempe hoc modo: *Nulli liceat Clerico cauponariam habere tabernam.* Taberna autem cauponaria non est taberna mercatoria. Quod observare idè libuit, ut indè appareat, quantum scriptorum veterum mutilator fuerit Gratianus. Et verò non necesse est, ut aliquam hinc fingamus differentiam Juris Civilis & Canonici, dummodò Juris Civilis textus rectè attendatur. Non enim probat eam mercaturam, quâ Clericus lucrum appetit, ut indè sibi opes acquirat, sed quâ victum sibi conquirat, & quod superest, in usum pauperum atq; egentium ministrat. Propter erogationem hanc in pauperes dicitur ab Imperatore id, quod ex Clericorum ergasteriis vel tabernis

colligitur, lucrum Religionis. Ad victum autem conquirendum mercaturam Clericis eo tempore licitam fuisse, non tantum canon Concilii Eliberini antea citatus ostendit, sub hac tamen limitatione, ut intra provinciam negotiatio instituat, & quæstiones extra provinciam nundinæ omittantur, sed etiam textus in *l. 15. Cod. Theodos. de Episcop. Eccles. & Cler. lib. 16. tit. 2.* ubi hæc habentur verba: *Clerici debent immunes à collatione præstari, si exiguis admodum mercimonis tenuem sibi victum vestitumq; conquirent.* Si jam addatur ex *l. 2. C. de episc. & cler.* quod superfluum ex mercaturâ Clericorum congestum in usum pauperum atq; egentium ministrari oporteat, & quod istud Religionis lucrum existimari debeat, nulla sanctior, nulla honestati magis conscia erit mercatura. Ne autem exigua ista mercimonia, quæ Clericis licita esse voluerunt Imp. Constantius & Constans in *d. l. 15.* justam quantitatem egrederentur, permiserunt Imp. sequentes, Gratianus, Valentinianus & Theodosius, in *l. ii. Cod. Theodos. de lustral. collat. lib. XII. tit. 1.* Clericis intra Illyricum & Italiam in denis solidis, intra Gallias in quinque denis solidis immunitatem usum conversationis seu negotiationis, id quod excefferit, auraria

riæ functioni subjicientes. Quæ con-
stitutione satis perspicuè termini
ponuntur, intra quos contineri de-
beat mercatura Clericorum, ut ho-
nesta dici possit. Reliquam enim
negotiationem, quæ lucrum pro ul-
timo fine habet, Clericis indeco-
ram esse, & planè non convenire,
verba sequentia in *d. l. 15. Cod. Theo-
dos.* nisi fallor, non obscure probant.
Ea sic habent: *Reliqui autem, quo-
rum nomina negotiatorum matricu-
lâ comprehendit, eo tempore, quo
collatio celebrata est, negotiatorum
munia & pensationes agnoscant :
quippe postmodum Clericorum se cœ-
tibus adgregarunt, &c.* Si rectè men-
tem Imperatoris capio, videtur ille
pro incompatilibus habere, esse
in Clericatu, & negotiatorum ma-
triculâ contineri. Agit enim de
illis, qui tempore collationis infe-
rendæ negotiatorum matriculâ com-
prehensi, sed post istud tempus Cle-
ricatum adepti fuerant. Quæreba-
tur, utrum illi de collatione tene-
rentur, propter rationem dubitan-
di, quia scilicet jam Clerici essent, qui
immunes essent à præstationibus. Et
decidit Imperator, adhuc teneri,
quia scilicet eo tempore, quo collatio
celebrata est, negotiatorum matricu-
lâ adhuc comprehensi, & sic in
mercatorum numero fuerunt, &
post istud demùm tempus Clerico-

rum se cœtibus aggregarunt. Ha-
bere igitur immunitatem à præsta-
tionibus tum demùm locum, quan-
do tempore collationis Clericorum
cœtibus aggregati, negotiatorum
matriculâ non ampliùs compre-
hensi essent. Confirmat ea, quæ de
incompatibilitate dixi, textus in *l. 16.
Cod. Theodos. de lustral. collat.* ubi
constituerunt Arcadius & Hono-
rius Imp., omnes corporales con-
veniri debere, ut aut commoda ne-
gotiatorum sequentes à Clerico-
rum excusatione discedant, aut sa-
cratissimo Numini servientes versu-
tis quæstibus abstineant, additâ hæc
ratione: Distincta enim stipendia
sunt Religionis & calliditatis. Quo
& facit *c. 9. dist. 88. it. c. 2. ibid.*

XVIII. Ostendit autem textus in
d. l. 2. C. de Episc. & Cler. fuisse secu-
lo, post CHRISTUM natum, quarto
Clericis quibusdam suas tabernas &
ergasteria, quibus sibi victum ut-
cunque conquirebant. Nondum
enim decimæ ita, uti sequioribus
temporibus, receptæ usu fuerant,
quanquam in Matisconensi Conci-
lio II., quod finientè seculo sexto ha-
bitum fuit, leges de decimis, locis
sacris præstandis, longis temporibus
à Christianis custoditæ dicantur.
Vivebant olim, & alimenta sua ca-
piebant Clerici ex oblationibus, quæ
in tenuioribus Ecclesiis sæpenumere-

rò & ipsæ admodum tenues erant. Unde mirum non est, aliundè sibi victum quandoque comparasse, exemplo Apostolorum, qui & ipsi manibus suis alimenta sibi quæsi-
 runt. Vid. c. 2. § 3. *distinct. 91.* Claud. Espencæ. *digress. lib. 2. c. 16.* Fortasse verò mercatura, quæ Clericis in d. l. 2. permittitur, non est talis negotiatio, quæ emi solet res, ut carius vendatur, non mutatâ planè rei em-
 ptæ formâ, sed emerunt fortè res, & deinceps per artificium, & indu-
 striam suam mutârunt, atque in aliam formam redegerunt, & sic mutatas planè tenui lucello vendiderunt. Tale enim mercimonium Clericis non esse indecorum nec in-
 terdictum, constans est Doctorum sententia. Camill. Borell. *decis. 7. num. 68.* Claud. Tutius, *allegat. 14. num. 3. 4.* Gulielm. Redoan. *de spol. Eccles. quæst. 2. num. 36.* Benvenut. Stracha, *de mercatur part. 3. num. 5.*
 imò & alteram illam negotiatio-
 nem, quæ non mutatâ formâ res em-
 pta carius venditur, tempore neces-
 sitatis, & ubi aliàs non suppetunt a-
 limenta, Clericis permissam esse
 volunt. Joh. Bapt. Costa, *remed. sub-
 sid. 73.* Sigism. Scaccia, *de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 11. num. 7.*
 dum tamen per eam propriis non
 studeant divitiis, sed vel necessaria
 sustentationi familiæ suæ, vel pau-

perum indigentia, arg. c. gloria 12. q. 2. Et sub his circumstantiis facilè assentiri possum Ludovico Molinæ, *tract. 2. disp. 342.* contendenti, li-
 cere Clericis in Brasiliâ, aut Ori-
 tali Indiâ Ecclesiam plantantibus,
 merces in Europam, ubi plus va-
 lent, mittere, & illic carius vendere,
 ut inde habere & repetere possint
 alia sibi necessaria, & ad rem pera-
 gendam utilia. Conferantur Al-
 fons. de Vargas, *de strateg. Jesuit. p. 42. 43.* Renat. à Valle, *in Hipparch. p. 121.* Aliàs enim facilè continget,
 quod de Clerico negotiatore sim-
 pliciter asserit Petrus Blesensis, *epist. 17.* Clericus, qui leviore comparat
*precio, ut vendat carius, filius est a-
 varitiæ, idololatra pecuniæ, servus
 Mammonæ, & venundatus sub pec-
 cato, &c.*

XIX. Cauponariam tamen ex-
 exercere, & in eam rem publicam ha-
 bere tabernam, Clericis ab antiquis
 temporibus fuit prohibitum, quin
 & ipsi tabernam talem ingredi pro-
 hibiti fuerunt. In consuetudinibus
 Ecclesiæ antiquissimis, quæ Cano-
 nes apostolorum vulgò dicuntur,
canone 54. ita edicitur: *Si quis Cle-
 ricus in cauponâ comedens deprehen-
 sus fuerit, segregetur, praterquam
 si in publico diversorio, in viâ, propter
 necessitatem diverterit.* Id repeti-
 tur in Concilio Carthaginensi III.

CAM.

can. 27. tùm & in pluribus Conciliis aliis, quæ enumerat Franciscus Longus à Coriolano, *ad dict. can. 54. Apostol.* Prohibuerat idem in Ethnificismo sacrificulis Julianus Imperator, in epistolâ ad Arfacium, Galatiæ Sacerdotem, apud Sozomen. *lib. 5. c. 15.* Quamquam verò circa decisionem quæstionis, utrùm caupo inter viles personas sit referendus, excusque populi existimatione judicari velit Franciscus Duarenus, *ad tit. naut. caup. stabul.* negari tamen nequit, cauponariam artem plerumque, & apud plerosque populos vilem habitam fuisse, non quòd ita opinio inter homines invaluerit absq; sufficiēti ratione, sed quòd reverà istiusmodi commercio multa semper inhæreant sordes. Vid. Ludov. à Peguera, *decis. 44.* Unde & vocabulū cauponari, & Græcum *καπηλευειν* persæpè in malam partem accipitur, quomodo apud Æschylum *καπηλευειν μάχην*, & apud Herodianum *καπηλευειν ειρηνην χρωσις* dicuntur ii, qui more cauponum omnia pecuniæ causâ faciunt, ac donis vel hostes corrumpunt, vel ab iisdem se patiuntur corrumpi, & auro denique magis, quàm ferro vel viribus bellum gerunt. Gvil. Canter. *nov. lect. lib. 3. c. 9.* *καπηλεύειν* enim significat vinum, aquâ suffusâ, pertere, uti plerumq; fieri solet à cau-

ponibus; per extensionem significationis idem est, quod probas merces corrumpere, vel professionem suam turpi lucro prostituere. Et in hoc significato usus est vocabulo isto Apostolus, *2. Cor. II. 17.* ubi de Pseudo-Apostolis agit, qui merum Evangelii, admixtis traditionibus humanis, perfidè corrumpunt. Tanta cum sit improbitas cauponum, quasi solennis & nativa, meritò Principes Clericis sibi subjectis istiusmodi Commercia interdiciunt. Atq; in hanc rem maximè laudanda est Serenissimi Electoris Saxonie ordinatio Ecclesiastica, quæ in articulis generalibus, *tit. 16.* ita edicit: *Es sollen auch die Pfarrer sich aller unehrlichen Handthirungen / wie auch des Weins = und Biersehcnckens / Kaufmännischafft / Verkaufss auf Wucher / und dergleichen Handel / gänzlich enthalten. Das aber besonders von Wein-und Biersehcncken ist vermeldet / soll also verstanden werden / da den Kirchendienern eigener Wein wüchse / oder zu Decem gefiele / oder sie auf der Pfarr / oder sonsten Gerechtigkeit hetten Bier zu brauen / mehr denn sie zur Hgushaltung bedürfften / oder eigene Häuser hetten / darauff sie zu brauen befugt / das ihnen solches bey Gassen / Cymern und Tonnen / andern Leuten zuverkäuffen ungewehret seyn soll. Allen das sie nicht sehcncken /*

cken / Zeichen ausstecken / oder Gäste zur Tische im Hause setzen / daraus großes Aergernis d' Kirchen / un̄ ihnen den Pfarren mehrmahls großer Schimpf / Spott / Gefahr / Nachtheil und Schaden erfolget / deswegen es keinem Kirchendiener gestattet / sondern bey allen mit Ernst abgeschafft werden soll / und da sich einer anders / denn wie gemeldet / verhalten würde / soll er alsbald seines Amtes entsetzt werden. Ne autem quis putet, prohiberi hinc tantum, ipsosmet Clericos talia commercia exercere, non prohiberi exercitium per alios, probè notari velim verba: oder eigene Häuser hietten darauf sic zu brauen befugt / daß ihnen solches &c. quæ indefinita sunt, & non ex ædibus Parochialibus tantum tabernam fieri vetant, sed etiam in aliis ædibz, quibus tamen jus braxandi inhæret, Clericis tabernam cerevisiarum instituere prohibent, certissimo argumento, quòd uti per alias ædes fraudem legi facere non licet, sic nec liceat per alias personas. Ut maximè enim hoc casu ministri tantum, & famulantes, sordes istiusmodi committere videantur, ultima tamen lucri, sordibz illis infecti, & maculati perceptio Clerico præficienti cedit. Quocircà cum grano salis accipiendum est, quod vulgò à Doctoribus dicitur, licere Cle-

ricis vinum, oleum, frumentum, sibi natum vendere, neque id probrosum aut indecorum esse. Add. Paul. Laymann. *theol. moral. lib. 3. tr. 4. cap. 17. §. 7. n. 40.* Joh. Yannez Parlador. *lib. 1. rer. quotidian. cap. 3.* & de totà hâc controversiâ Conradus Summenhart, *de contractib. q. 52.*

XX. Quod de Clericis dixi, idem intellectum volo de Professoribus in Academiis, quibus non minor cura esse debet circa scholam, quam Clericis circa Ecclesiam, ne vel exemplo vel negligentia damnum dent. Quemadmodum autem Clericis in casu alimentorum deficientium honesta negotiatio denegari nequit, ita nec Professoribus, quippe qui plerumque ejus commatis sunt, ut licet votum paupertatis, quod monachorum est, nunquam nuncupaverint, eidem tamen æquè obstricti quasi cum munibus regulâ degant. Dum enim nostrâ hâc parum felici ætate idem salarium penditur Professoribus, (imò nec penditur quidem, plerâq; parte reddituum in alios usus conversâ) quod datum eis fuit seculo præterito, quo annona fuit vilior, domus multò minori conductâ precio, servorum, ancillarumq; mercedes, & salaria viliora, vestiumque impensa tenuior, & præstationes publicæ moderatio-

res,

res. Jacob. Menoch. de A. I. 2. cas. 14. n. 10. fieri non aliter potest, quam ut in fata concedentes famam quandoque sibi, liberis & familiae famem ut plurimum relinquunt. Vid. Limn. jur. publ. lib. 8. c. 3. n. 22. seqq. Quis ergo invidere vellet eo casu Professoribus lucellum aliquod, ex negotiatione quaesitum, quo utcumque sustentationi familiae consulere possint. Et mabilem quidem ego eos, uti ab omni negotiatione, ita in primis ab venditione cerevisiae a se coctae abstinere; Sedenim in diversa omnia cogunt hodie praestationes publicae, in immensum auctae, quibus dum onerantur possessiones & praedia, nemo est, qui illis ferendis qualicumque quaestus genere sufficiens esse queat. Aut igitur Professoribus deferenda sunt praedia, a majoribus suis plerumque comparata, & ad se devoluta, aut occipiendus est quaestus, conditioni suae interdum minus conveniens. Posterius hoc, dum meliora speramus, plerumque eligitur, non in vitis legibus publicis, quae id Professoribus aequè, ut Clericis, non prohibuerunt. Moderatè tamen nihilominus, & multo cum temperamento commercii istud genus exercendum, & ab omni sordium genere abstinendum est, ne infametur bonae literae & earum sectatores.

XXI. Dum de personis adhuc agimus, quibus Commercia interdiceri Princeps potest, commodum nunc erit videre de peregrinis, num & illi prohiberi possint, quo minus cum civibus negotiationes exercent. Hic verò necesse est, ut rectè inter se distinguantur peregrini. Alii enim hostes nostri sunt, alii non sunt; Qui hostes sunt, aut aperto Marte nobiscum congregiuntur, quales sunt, quibus bellum publicè decrevimus, vel ipsi nobis, l. 23. ff. de captiv. & postlim. aut hostilem tantum animum gerunt, nunquam nobis benè cupientes, ne tùm quidem, cum maximè videntur pacifici, quales sunt, Judaei, Muhammedani & Gentiles alii. Qui non sunt hostes, vel foedere nobis juncti sunt, aut saltem conventionibus & pactis adstricti, vel non sunt. De singulis nonnulla dicere operæ erit precium.

XXII. Videamus primum de his, qui hostes nostri non sunt, quivè pacta nobiscum iniierunt, mercaturam, & utriusque populi negotiationes concernentia. Pacta talia strictè observari debere ipsum jus gentium dicitat. Nec enim excludi deinceps possunt, quibus, ut liberum nobiscum esset commercium, fidem semel dedimus. Et ut strictè talia pacta observentur, Principis est legibus cavere, & transgressorii-

bus pœnas decernere. Eoq; refero Constitutionem Theodosianam, in 1. 4. Cod. de commerc. & mercator. ubi Imperatores disertè faciunt mentionem fœderis & pacti conventi. Sic enim ajunt: *Mercatores tam imperio nostro, quàm Persarum Regi subjectos, ultra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memoratâ natione nobis convenit, nundinas exercere minimè oportet, &c.* Per fœdus intelligunt, ni fallor, pacem cum Vararane Persarum Rege factam. Ajunt enim Impp. idè se prohibere ultra destinata loca negotiari, ne alieni regni, (quod non convenit) scrutentur arcana; quibus verbis diffidentiam, quam ex hostilibus Persarum motibus, & attentatis conceperant, haud obscurè produnt. Isdegerdem autem Persarum Regem adversus Theodosium bellum movisse non credam Evagriè, lib. 1. c. 19. priùs, quàm is Socratem plenè confutaverit. Præsertim cum Theodosii pupilli tutor testamentarius extiterit, & cœptæ tutelæ tempore hostem se omnibus minatus fuerit, qui adversus Theodosium molituri aliquid essent. Ait autem Socrates, lib. 7. c. 18. Isdegerdem Persidem incolentes Christianos minimè fuisse persecutos, sed persecutionem inceptam fuisse à Barastane, sive Vararane, ejus filio, & hinc

bellum cum Theodosio ortum. Bellum istud incidit in annum à Christo nato CCCCXXII. uti ex Socrate computat Dionysius Petavius, in *rationar. temp. lib. 6. c. 12.* Id si verum, facilè erit colligere tempus, quo Constitutio Theodosiana edita est. Præsertim enim adhuc nomen imperantis Honorii, qui vivendi finem fecit mense Augusto anni CCCCXXIII. Et quia fœdus istud anno præcedente initum fuit, & ejus mentionem facit Constitutio, nõ poterit alio tempore ea edita esse, quàm vel finiente anno ccccxiii. vel ipso hoc anno CCCCXXIII. Sed hæc obiter, & quasi per saturam. Constat autem hinc, quæ Principis sint partes, ubi pactum de Commerciis cum aliquo populo externo intervenit. Nempè significare id debet subditis suis, ne quis deindè adversus pacta conventa ullo modo quid attentet, additâ comminatione pœnæ, si quis secus fecerit. Cæterum de pactis, qualia iniri soleant, in specie hinc nihil attinet dicere. Variare illa solent, & restringere Commercium ad personas, ad locum, ad tempus, ad res ipsas pro lubitu & arbitrio paciscentium.

XXIII. Qui verò nulla nobiscum pacta inièrunt populi, nec tamen hostes nostri sunt, utrum excludi finibus nostris, & denegari eis pos-

sint

sunt Commerciorum, difficilior est dis-
 quisitio. Non posse, contendit Gro-
 tius, de Jur. bell. & pac. lib. 2. c. 2. n. 18,
 & 22. ante eum Franciscus à Victo-
 ria, Relect. 5. sect. 3. imò verò adhuc
 longius progreditur Grotius, & nec
 transitum quidem denegari posse,
 statuit, n. 13. Urgeri verò ab his in-
 primis solet libertas Commercio-
 rum, quæ cum à gentibus magni
 semper æstimata fuerit, impediri
 citra injuriam à nemine queat, præ-
 fertim cum per eam in unam quasi
 societatem redigatur totum genus
 humanum, in tot gentes dispersum.
 Alii verò, qui pericula, & damna ab
 externis data, & mutatos ab his mo-
 res contemplantur, non libertatis
 hunc, sed servilis conditionis cha-
 racterem dicunt, non excludere fi-
 nibus suis externos posse. Nos, qui
 breviter amamus, ut compen-
 dium faciamus, benivolum lecto-
 rem remittimus ad ea, quæ ad Gro-
 tii locum citatum, tum & supra
 notavimus. Sit enim verò liber-
 tas Commerciorum ubique inter
 gentes magnâ cum reverentiâ cu-
 stodita, nego tamen propterea
 cuivis peregrinæ adveniæ compe-
 tere jus exigendi, ut secum negotia-
 tiones instituatur. Et quia limitari
 possunt Commerciorum, ab illis, qui
 inopia tenent, pro ratione copiarum aut
 inopiarum, damni aut incommodi in
 Reip. redundantis, aut aliarum et-

iam circumstantiarum, quod non
 diffitetur Grotius, n. 23. quid obstat,
 quo minus, exigente ita ratione
 Reip., alicui populo in totum nega-
 ri possit Commercium? Libertas
 n. vel Commerciorum, vel trans-
 eundi per viam publicam ita tem-
 peranda est, ut Reip. causa potior
 habeatur; Salus autem Reip. qua-
 liter conservari debeat, judicium
 relinquendum est civibus, non pe-
 tendum ex peregrinæ advenientium
 negotiorum, eorumque commodo aut
 incommodo. Libertas igitur Com-
 merciorum, & jus peregrinis com-
 petens, tam forte non est, ut juri meo
 tuendi & conservandi civitatem
 prævaleat, etiam si metus meus va-
 nus sit & inanis. Id tamen non diffi-
 teor, incivile esse, & penè inhum-
 anum, si quis populus alium popu-
 lum sine ullâ ratione excludere ve-
 lit. Ratio n. aut causa aliqua ubi præ-
 tenditur, ab injuriâ, quâ se affectum
 dicere posset exclusus, ut cunq; se li-
 berat excludens, neq; tum cogi po-
 test, ut admittat, nisi justis & suffi-
 cientibus cautionibus ipsi prospere-
 tum fuerit.

XXIV. Sigismundus Scaccia, de
 commerciis §. 1. quæst. 1. n. 47. ut pro-
 bet, prohiberi non posse Commer-
 cia, tale necit argumentum. Quod
 est necessarium ad conservandam
 societatem humanam, illud prohi-
 beri non potest. Sed Commerciorum

sunt ad societatis humanæ conser-
vationem necessaria; Ergò prohibe-
ri non possunt. Argumentum hoc
inconcussum & urgentissimum vo-
cat Scaccia. Nobis id non videtur,
dum utriusq; propositionis robur
tantum non sit, ut evertere senten-
tiam nostram queat. Id ut appareat,
necesse est, ut statum controversiæ
ante omnia formemus. Non enim
id defendimus in præsentī, posse
Commercia universaliter, & in to-
tum prohiberi, sed posse prohiberi
cum hâc vel illâ gente, cum hâc vel
illâ natione. Conclusio igitur, dum
statum hunc controversiæ non fe-
rit, nulla erit in propositionibus op-
pugnandi ratio. Jam verò & major
propositio multas patitur limitatio-
nes, tum quod subjectum, tum quod
prædicatum attinet. Illius ratione
addendum est: **Quod est necessa-
rium simpliciter & absolutè, id pro-
hiberi non potest.** Si jam subsumas,
uti in præsentī casu oportet: Com-
mercia cum exteris simpliciter, &
absolutè sunt necessaria, quis est, qui
istam propositionem sine probatio-
ne admittet? In prædicato hæc ad-
denda est limitatio: **Quod necessa-
rium est ad conservandam societa-
tem humanam, illud prohiberi non
potest, scil. universaliter, & in totum.**
Tale enim nisi addatur, perinde est,
ac si argumentari velim: **Quod ne-**

cessarium est ad tuendam hominis
sanitatem, aut eam restituendam, id
prohiberi non potest; Sed medica-
menta necessaria sunt, &c. Ergò. Li-
cebit igitur in unoquoque morbo
promiscuè quovis medicamento u-
ti, nec quicquam valebunt tum me-
dicorum regulæ. **Quemadmodum**
igitur medicus prohibere non po-
test universaliter, ne ullus ægrotus
ullo utatur medicamento, sed pro-
hibere tantum potest, ne hic ægro-
tus hoc medicamento utatur; ita &
Princeps prohibere non potest, ne
populus sibi subjecto ulla cum ullo
populo alio habeat Commercia,
prohibere tamen potest, ne cum
hoc populo, aut cum illo habeat. Mi-
norem propositionem quod atti-
net, ea non nisi in universali conce-
ptu vera est, quod sc. societas sine
mutuo Commercio consistere ne-
queat, sed quod præcisè sine Com-
mercio cum hâc vel istâ gente con-
sistere nequeat, id exinde non sequi-
tur. Ita e.g. cum Americanis Com-
mercia necessaria non esse ad socie-
tatem Europæorum conservandam
vel id argumento est, quod diu igno-
rata planè, & ignota fuerit Ameri-
canorum natio: Dum igitur eo
tempore carere potuit America-
nis Commerciis integra & univer-
sa Europa, tam necessaria ea esse
vel fuisse colligere licet, quàm ne-
cessa-

cessaria nunc est navigatio ad terras boreales vel australes incognitas, & ad polum borealem vel australem. Nihil igitur facit hoc argumentum ad evertendum id, quod dixi, licere peregrinis commercia nobiscum denegare.

XXV. Quod hostes nostros attinet, & quidem eos, cum quibus nobis bellum apertum est; aut brevi futurum est, non arbitror, eos omnino prorsus commercio excludi debere. Interest tamen, utrum illi ad nos veniant mercandi gratia; an vero nostri negotiatores ad illos ob eundem finem excurrant. Neutro quidem casu simpliciter verum est, commercia cum hostibus interdicti, aut etiam admitti oportere; Sed si illo casu venerint, ut alieni regni scrutentur arcana; & non tam negotiatores sint, quam exploratores; si tales merces emerint, & exportari curaverint, quibus carere Respublica tempore belli non potest; si e contrario tales vendiderint, quibus animi enervantur, & robur hominum flaccescit, aut aliud quid ejusmodi machinentur, quibus rerum gerendarum nervi inciduntur, recte faciet Princeps; si ubi tales negotiatores finibus suis excedere viderit. Altero casu multum revertitur, in quo genere mercium negotiatio exerceatur. Sunt enim res

in triplici differentiâ: aliæ in bello utiles sunt, & bello destinatae; ut sunt omnis generis arma: aliæ nullius in bello usus sunt, sed voluptati tantum inserviunt, quales sunt vestes preciosae, odoramenta, instrumenta musica, & omnia ea, quae sunt in deliciis: aliæ denique & in bello & extra bellum usum habent, ut sunt equi, naves, com meatus, pecuniae, &c. Primi & tertii generis res à mercatoribus ex hostili solo licite ad nos inferri possunt, ex nostro solo ad hostes exportari non possunt. Quae vero in secundo genere sunt, & exportari ad hostes, & inferri licite possunt, dum ne ex iis, quae inferuntur, Respublica detrimenti quid capiat. Sed de ipsis mercibus postea commodior erit dicendi locus. Nunc enim de personis tantum, qui prohiberi possunt, agimus.

XXVI. Observari tamen hodie ita quandoque solet, ut populi, qui hostili animo se invicem persequuntur, etiam commercia prorsus tollant, & negotiationes inter se prohibeant, idque videtur ea potissimum intentione fieri, ne sub specie commerciorum exploratores veniant, & apparatus Reipublicae bellicum, aut alia ejus arcana pervestigent. Sed hinc tamen plurimae sapientiuscule nascuntur controversiae, tum in-

ter ipsos populos sibi infestos, tum cum aliis, quibuscum nulla est hostilitas, quod gentium aliarum cum hostibus nostris commercia prohiberi nullo modo queant. Inter ipsos etiam Mercatores subinde tales exoriuntur lites, quæ non nisi judicialibus sententiis sopiri possunt, etsi ipsi inter se nullas alant inimicitias, neque cum hostibus commercia habeant, dum instrumentis tantum, quæ hostium sunt, etsi sine animo nocendi, utantur, & imprudentes sapè. Plurima hinc apud assecutores frequentatur disputatio, quousque assecuratio teneat, si vel navis capta jam sit, ut maximè ejus rei nulla extet notitia, uti videre licet in decisionibus Rotæ Genuensis, *decis. 36. num. 10. seq.* vel navis ipsa non satis commoda periculo avertendo fuerit, aut per mutationem cursûs atque itineris pactis conventis non stetur, aut alia planè substituitur navis, quàm de quâ ab initio conventum fuit. Id enim certum est, verba assecurationis strictè observanda esse, quia ejusmodi contractûs à pactis & conventionibus formam accipiunt, *l. 2. ff. de V. O. l. 1. §. 6. ff. de pos.* Petr. Santerna, *de assecurat. part. 3. num. 27.* Utq; obligatio firmior sit, solet instrumentum istud, quod police hodiè vocatur, multâ cum curâ confi-

ci, ne quid habeant contrahentes, quod obvertere eventui aut casui futuro queant. Requisita ejus specialiter recenset Franciscus Stypmannus, *de jur. marit. part. 4. c. 7. num. 389. seqq.* Atque illis universis & singulis, non ad amulum observatis, tota concidit obligatio assecutoris, maximè si dolus & fraudulentata aliqua persuasio accesserit.

XXVII. Pertinet huc Responsum Dnn. Wittebergenium an D. Joh. D. zu Lübeck / mens. Jun. 1678. Haben etliche Rauffmanns - Wahren in eiu Schwedisch Schiff geladen / und darauff assecuration getroffen werden sollen. Ehe aber die Unterschrift unter das darüber aufgerichtete instrument erfolget / ist es kundbar worden / daß die Schwedischen Schiffe unsicher / hingegen die Englischen auffer dergleichen Gefahr seyn würden / weßwegen die assecutores die Unterschrift verweigert / biß die assecurati ein ander Schiff / so Joseph von London / und der Schiffer / Johann Henry genannt / vor einen Englischen angegeben / und daß darcin die Weine und Branteweine geladen werden solten / versprochen. Als nun solches geschehen / seynd der voriaen police, so auf den Schwedischen Schiffer allbereit eingerichtet gewesen / diese Wort hinzugesetzt worden : Mit diesen wird verflaret / daß die vernomede Witte
ne

tte und Brandewine / nit sollen geladen werden int Schip von Andreas Lübbe / uth Orsake / dat et ein Schwedisch / mar sollen ingeladen werden in ein Engels Sip / genamet die Joseph von Londen / worauf Capitain ist Johan Henri / 2c. Es hat sich aber begeben / das hernach dieses Schiff von den Spanischen uffgebracht / und die Güter darinn / weil es kein Englisch Schiff gewesen / confisciret worden / wiewegen denn die Assecuratores, zu Ersetzung des Schadens / sich keines weges versehen wollen / nach mehrern Innhalt 2c. Wenn nun gleich die assecuration auf ein gewisses corpus, welches so wohl / als dessen Schiffer namentlich specificiret worden / geschehen / und solches von denen jenigen / so die assecuration angenommen / vor ein Englisch Schiff ausgegeben worden / welchen dem üblichen Gebrauch nach / ohne fernere Nachforschung von den Assecuratoribus geglaubet werden müssen / sie auch darauff die police unterschrieben ; Dennoch aber / und dieweil die assecuration nicht bloß und schlechter Dings auf das Schiff / sondern in specie, und unter der formalität / das es ein Englisch Schiff sey / worunter sie bei assecuraten Vorgeben getrauet / unterschrieben / solches auch der police ausdrücklich einverleibet worden / andern Gestalt die Assecuratores sich

schwerlich darzu verstände haben würden / gestalt sie denn die Sicherheit der Englischen Schiffe hierbey sonderlich etwogen / und eben deswegen die police unterschrieben / hernach aber sich befunden / das weil solches Schiff bey der Admiraliät vorher nicht eingeschrieben gewesen / vor ein Englisch Schiff nicht passiret werden wollet. So erscheinet dannhero so viel / das die assecurantes den aus der confiscation ertitelten Schiffs entstandenen Schaden zu ersetzen nicht schuldig / es könnten denn assecurati, wie recht / beibringen / das es wahrhafftig ein Englisch Schiff gewesen / dessen genossen sie billich / B. N. W.

XXVIII. Dum verò de negotiatiōne inter hostes quæstioni adhuc insistimus, occurrat alia paulò difficilior, numquid etiam exteri negotiatores, qui in rerum summâ cum neutrà parte faciunt, & lucri tantùm causâ cum utrâque parte mercaturam exercent, prohiberi eâ re queant, ne cum hostibus nostris negotientur. Hugo Grotius, *lib. 3. de jur. bell. & pac. t. 1. num. 5.* enucleatè, quid liceat, exponit, & rem totam per distinctiones explicat. Et quidem de mediis generis mercibus, quales paulò antè enumeravimus, dubium fortè nullum est, potius permitti earum ad hostes negotia-

tionem, quam prohiberi debere; Dum enim animi hostium ad delicias & luxum inclinantur, fortitudinem exuunt, & inter voluptates bello impares fiunt. De reliquis mercium generibus concedendum, quidem est, fieri non posse prohibitionem per modum imperii, quod Imperio nostro subiecti illi negotiatores non sint; sed fieri tamen potest denunciatio, quam si insuper habuerint negotiatores, magis excusata deinceps erit manus injectio, Sanè quod arma attinet, quia hostium numero censentur, qui ad bellum necessaria hosti administrat, nullam tamen opus erit denunciazione præviâ, sed perindè illis, atque hostibus arma auferri possunt, & in personas ipsas idem, quod in hostes, licebit. Interesse tamen adhuc puto, num subministratio ista suo privato nomine à mercatoribus fiat, an publico Principis aut Reipublicæ, mercatores submittentis. Illo casu, quia non animus hostilis, sed solum lucri studium mercatorem ad subvectionem armorum impulit, nolim ego in ejus personam idem, quod in hostem, decerni; Hoc verò, quia publica causa jam satis ostendit, hostilem esse istum subvectionis actum, etiam negotiatoris tamen deterior erit conditio, nec alia, quam hostis ipsius. Quod si tertii generis fuerint merces, h. e. bello æquè ac

extra bellum utiles, distingvi & attendi vult Grotius belli statum, ex quo quatuor has facit conclusiones: 1. Si me aliter tueri non possum, nisi, quæ mittuntur, intercipiam, necessitas jus dat intercipiendi, sed sub onere restitutionis. 2. Qui hosti, jam penè à me victo, sciens ejusmodi merces subministrat, ex quibus vires ejus jam fractæ restitui possunt, tenetur mihi de damno culpâ dato, & hinc ad damni dati modum res ejus capi poterunt. 3. Qui hoc casu damnum nondum dedit, sed dare tamen paratus est, cogi poterit rerum retentione, ut de damno posthac non dando cautionem præstet. 4. Si evidentissima est hostis mei in me iniustitia, tenetur ille, qui eum in hoc bello iniquissimo confirmat, non civiliter tantum de damno, sed etiam criminaliter ad pœnam. Grotii hanc sententiam sequitur Johannes Marquardus, *de jur. mercator. lib. 1. c. 16. num. 34.* Ex his autem conclusionibus secunda & tertia admitti possunt sine contradictione, reliquæ non item. Quarta quidem eatenus admitti potest, quatenus mercatori extraneo de iniustitiâ belli, & suarum mercium in eam rem usu manifestè constat; sed hic nolim adstringi mercatorem in advectione mercium indifferentium ad inquisitionem causæ & usus. Injustè agit restio, qui vendit funem, quo

novit suffocatum iri à latrone viatorem, sed si id ignorat, non tenetur ille in conditionem emptoris, aut usum restis inquirere. Principalis intentio negotiatoris est lucri cupiditas, eaq; facit, ut in rebus indifferentibus magis excusatus sit ille, quàm in rebus, bello tantùm aptis. Sed & illud obstat, quòd uterqve belligerantium hostem suum injustam belli causam, fovere, se autem justè bellum vel inferre, vel excipere plerumq; contendat. Utri autem credi debeat, persapè ignoratur, etiam à prudentissimis, nedum à mercatoribus, lucro tantùm intentis. Ut jam nihil dicam, quòd criminaliter ad pœnam teneri talem negotiatorem, & hinc etiam spoliari posse, existimet Grotius; Hactenus enim, si pœna omninò sumenda est, non ab alio ipsi infligi posse videtur, quàm à superiore, cujus imperio subjectus est. Sed hâc de re pluribus jam disceptare non licet.

XXIX. Prima autem conclusio accuratius meretur examen. Nirtur ista principio Grotii de communione rerum primigeniâ, quam reviviscere ait in gravissimâ necessitate, dominio, quod jure gentium deinceps introductum fuit, planè non obstante. Sic enim furtum non committere eum, qui in tali necessitate sibi ex aliorum bonis, quod ad

vitam suam necessarium est, sumit. Vid. quæ habet l. 2. de J. B. & P. cap. 2. n. 6. seqq. Sed enim tùm ipsam communionem rerum primigeniam, supra, tùm reviviscentem ejus in gravissimâ necessitate usum, in not. ad dict. Grot. locum, plenè confutavimus, ut superfedere nunc labore isto possimus. Nec ergò assentiri hinc possumus Grotio, ex principio isto concludenti necessitatem mihi jus dare intercipiendi merces alienas, quando sine illis tueri me non possum. Est ea dominii natura & conditio, ut rem intimè afficiat, & tam profundè penetret, ut domino invito auferri res nullo modo possit, & in peccatum incidat, qui tale quid sive clàm, sive apertè, & per vim ausus fuerit. Quod si verò negotiator in hostium castra merces suas subvehere animum induxit, poterit quidem ab oppressis urgeri, ut sibi potius, quàm hosti, reseas venditionis titulo tradat, quia ejus nihil interesse videtur, à quo lucrum, quod quærit, accipiat, nisi fides jam antè data, & promissio de subvehendis mercibus facta fuerit; sed tùm tamen periculo se isti exponit, quòd urgeri vicissim ab hoste possit ex practicâ conclusionis secundæ ad damnum datum resarciendum. Est igitur in ejus arbitrio, utri parti merces suas vendere velit, nec cogi poterit ab oppressis, ut sibi vendat,

tantum abest, ut per vim intercipi merces queant. Et hæcenus quidem de mercaturâ, ut belli tempore permitti aut prohiberi possit, dixisse sufficiat. Videamus nunc hostes illos, qui quidem aperto Marte nobiscum non congregiuntur, sed hostilem tamen adversus nos perpetuò gerunt animum, quales sunt Judæi, Muhammedani, & Gentiles.

XXX. Judæi ab antiquo, cum Judæam adhuc incolerent, non admodum dediti fuerunt mercaturæ, tum quòd singularem haberent vivendi rationem, quæ familiarem cum gentibus cæteris consuetudinem vix patiebatur, propter quam etiam insociabilis vivendi ratio iis sæpè objecta fuit, uti ostendunt ea, quæ congescit Grotius, *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 15. num. 9.* tum quòd deridiculo essent gentibus, & contumeliis probrosisque; nominibus sæpè exciperentur. Priorem causam inter alias exponit Josephus, *l. 1. contr. Apion.* Nos, inquit, neque regionem maritimam habitamus, neque mercimoniis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostra civitates procul à mari sitæ sunt, regionemque uberrimam possidentes in eâ assidue laboramus, præcipuè circa filiorum nutrimenta studentes, legumque custodi-

am, & traditionem pietatis, totius opus vitæ necessarium judicamus. Cum accedat igitur his, quæ prædicta sunt, etiam vivendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret nobis commercium Græcorum: sicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab eis exportantur, & ad eos rursus importantur: itemque habitatoribus Phœnicia maritima, studentibus circa contractus atque negotia, amore pecuniæ requisita. Et Franciscus Vatibus, in *Psal. XXXI. 10.* Judæi, inquit, contenti patria sua commodis non navigabant ad alias gentes, incluserat enim eos Dominus datâ operâ ne se corrumpere externis moribus, posuisset enim DEUS ipsos in medio gentium. De posteriori testari possunt Satyræ & Epigrammata in Judæos, multis cum sarcasmis conscripta, in quibus passim dicuntur Verpæ, recititi, curti, sabbatarii, nubium & cœli adoratores, clementes in porcos, foetentes, asinicolæ, seductores, &c. Vid. Gretser. *lib. 1. de cruc. cap. 98.*

XXXI. Ut maximè autem Judæi olim mercaturâ abstinerent, fuerunt tamen illi ab omni ævo strenui foeneratores, non inter suos quidem, aut in gente suâ, sed inter extraneos. Prohibuit scilicet Lex divina foenus inter fratres, hoc est, inter ipsos, sed permisit cum extraneis, sicubi

sicubi egerint, *Dent. XXIII.* Atque hinc diligenter etiam nunc cavent, ne cuiquam Judæo mutuum sub usuris dent; apud alias autem gentes omnibus seculis, & omnibus in locis, ubicunque fuere olim, & nunc sunt, passim trapeziticam fecere, ac adhuc faciunt, i. e. fœneratoriam professionem. Quæ res, cum exitio sæpè esset Rebus publicis, per leges publicas sibula non unis vicibus injecta fuit, ut si non omninò tolli, coërceri tamen posset nimia fœnerandi libido. Cùmq; nec tùm quidem in ordinem cogi possent, & inter eos aliqui statuerent, præceptum de mordendo extero, in *dict. cap. Deuterom.* esse affirmativum, adeoq; non permissum tantum esse fœnus cum Gentili, uti videre licet apud *Selden. de jur. nat. gent. & civil. lib. 6. cap. 10.* & hinc verò inciperent in Conciliis, Narbonensi & Lateranensi, Canones promulgari, quibus illi juberentur usuras, à Christianis extortas, restituere, qui habentur *c. 12. & c. 18. X. de usur. levibus* deinde commerciis multà cum fraude operam dare maluérunt.

XXXII. Animadversum verò, & longà experiencià comprobatum, fuit omni seculo, esse Judæos avaritiæ, libidinis, gulæ, superbiæ, mendaciorum, injustitiæ, odii, invidiæ, vindictæ pessima mancipia, & expe-

ctari ab eis nequicquam posse, quòd commodo cederet Republicæ. Vid. quæ plenà manu congessit Gisbert. Voët. *disp. de Judæism.* Moti igitur hinc terrarum domini, nonnulli quidem legibus & pœnis constitutis in eos animadverterunt, aliqui verò finibus suis prorsùs ejecerunt, quòd existimarent, emendari non posse, quæ in immensum excreverant, eorum vitia. Hi num rectè fecerint, nolo nunc discutere. Pleriqve tamen Doctores id sentiunt, expelli non debere Judæos, nisi quietem publicam violaverint. *Roland. à Valle, volum. 3. consil. 25.* *Marquard. de Susannis, part. 1. de Judæis cap. 7.* Alteri illi, quin optimè consuluerint & regimini & subditis, dubium non est. Prostant in utroque jure, Canonico & Civili, saluberrimæ Constitutiones, quibus omni illi exuuntur dignitate, tùm & aliis utilitatibus privantur, & quòd cæteris mortalibus ostentui essent, singularia haud pauca observare jubentur. Vid. *Henr. Kornmann. in respons. jur. über die Frage: Ob / und wie die Juden von und unter Christlicher Obrigkeit zu dulden?*

XXXIII. Ut propiùs ad quæstionem de commerciis, cum Judæis habendis, accedamus, adhuc præmittimus, decem inprimis notari casus, quibus prohibita sit Christia-

ni cum Judæo communitio, (1.) in cohabitatione sub eodem tecto, *c. nullus 28. q. 1.* (2.) in conviviis, *c. omnes, ibid.* (3.) in balneis, *d. c. nullus.* (4.) & (5.) in usu medici & medicinæ, *ibid.* Add. Joh. Francisc. Ripa, *de pest. cap. 7. num. 52. seq.* ubi obiter noto, nec Judæos vice versâ Christianorum medicinam admittere, imò mortem potius eos eligere, quàm ut ab homine Christiano sanari patiantur. Vid. Gulielm. Schickard. *ad Tbarich. Pers. pag. 89.* (6.) in educatione & lactatione liberorum, *c. 8. & 13. X. de Jud.* quàmquam hanc prohiberi non debere contendat Gisbert. Voët. *disp. de judaism. part. 2. num. 12.* (7.) in famulatu Judæis præstando, *d. c. 8.* (8.) in subjectione per vinculum servitutis, *l. un. C. Justin. & tot. tit. Cod. Theodos. ne Christianum mancip. Jud. bab.* (9.) in functione muneris publici, *c. 16. X. de Jud. l. 17. C. eod.* (10.) in edendis eorum azymis, *d. c. nullus 28. q. 1.* His addi potest (11.) prohibitio conjugiorum, ne quis Christianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judæus Christianus conjugium sortiatur, *l. ne quis 5. C. de Jud.* (12.) prohibitio tutelæ, ne Judæus tutor sit pupilli Christiani, Paul. Montan. *de tutel. cap. 4. num. 32.* Leand. Galganett. *de tutel. lib. 1. tit. 7. num. 67.*

Anton. Piagg. *de tut. q. 1. n. 39.* Marquard. de Sufannis, *part. 2. de jud. c. 7. num. 13.* ubi cum vidisset obstare sibi, *l. 15. §. 6. ff. de excusat. tutor.* correctam eam ait per *l. fin. C. de jud.* nisi quis accipere eam malit de Christianis, qui primis temporibus Judæorum nomine apud Gentiles quandoque veniebant, uti notat Lud. Russardus, *ad l. 3. §. fin. de decurion.* Johan. Selden. *de Synedr. lib. 1. cap. 8.* Denique (13.) omnis nimia familiaritas, per quam facilè Christianus ab Religione & fide suâ dimoveri potest. Quà ratione Concilium Narbonense sub pœnâ excommunicationis præcepit, circa annum c. CCXXXV. ut Christiani ab omni cum Judæis commercio & participatione abstineant, uti notat Ludovic. Bail. *in addit. ad summ. Concil. pag. m. 44.*

XXXIV. Quid enim verò nunc dicendum? Si omnem eis contræctum prohibere velis, jure gentium eos privabis non sine ingenti iniquitate. Quod si inter suos tantum ut negotientur permittere aut jubere velis, facilè animadvertes, non posse istis limitibus aut terminis commercia eorum includi, eò quòd non, ut cæteras gentes, una eos contineat regio, sed diffusi sint per terras continentes, perque insulas omnes, uti ait Philo. Dispersi igitur, pala-

palabundi & cœli & soli sui extorres dum vagantur per orbem, ut loquitur Tertullianus, in apologet. c. 21. non possunt non identidem cum aliis gentibus commercium colere, ut maximè id evitare ipsimet enixè semper studeant. Vid. Selden. de jur. nat. gent. & civ. lib. 2. c. 5. Existimo ego, in locis illis, ubi recepti sunt Judæi, (ne enim recipiantur, una quævis cavere potest Respublica,) permittendam eis non esse mercaturam talem, qualem Græci ἐμπορεύων vocant, sed nec καπηλείων quidem, quæ institorum est, nisi sub certis legibus. Ante omnia enim summo studio cavendum est, ne immoderatis usuris, syngraphis vetitis, anatocismis, monopolis & fraudibus aliis civitati damnum inferant, utq; ab emptione rerum furtivarum, quod eis aliàs solenne est, abstineant, potiusq; eis injungendum, ut opificiis & manuariis operis victum sibi & amictum quærant. Disertè hoc constitutum est in recessu Imperii, Anno 1530. §. von Juden/ &c. ubi ista habentur verba: *Eszen/ordnen/ und wollen Wir / daß die Juden so wuchern / von niemands im Heil. Reich gehaufet/ gehalten/ oder gehandhabet werden / daß auch dieselben im Reich weder Fried noch Gerecht haben/ und ihnen an keinen Gerichten/ umb solch Schulden / mit was Schein der*

Wucher bedeckt/ geholfen. Damit sie aber dennoch ihre Leibes-Nahrung haben mögen / wer dann Juden bey ihm leiden wil / der sol sie doch dermaßen bey ihm halten / daß sie sich des Wuchers und verbotener truckerlicher Kauff enthalten / und mit ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit ernehren/ wie eine Obrigkeit dasselbige seinen Unterthanen/ und dem gemeinen Nutz zum nützlichsten und trüglichsten zu seyn / ansehen und ermessen würde. In his ejusmodi commerciis si honestè & sine fraude versetur Judæi, quod ipsis tamen propter innatam malitiam admodum difficile est, non illic tantum, ubi recepti sunt, exercere ea ipsis integrum est, sed etiam alibi per nundinas publicè indictas. Permittitur enim & hoc lege Imperii publicâ, quæ habetur in recessu Imperii Augustæ, Anno 1551. promulgato, §. Diesem zu begegnen/ verb. Doch sollen den Juden die aufrichtigen Handthierungen/ und Commercien / in den offenen freyen Messen und Jahrmärkten hiermit unbenennen seyn.

XXXV. De eò tamen adhuc dubitatur, utrum homini Christiano societatem mercatoriam inire liceat cum Judæo, & an Princeps eam permittere debeat. Qui nudam contractus societatis originem, & latas de eo Romanorum Leges at-

tendunt, cum nullam difertè factam prohibitionem inveniunt, licitam omninò talem societatem faciunt. Ajunt, à negotio civili, nedum tali, quod juris gentium est, neminem excludi debere, nisi qui verbis perspicuis & apertis prohibeatur; tale autem interdictum nulli reperiri, & contractum societatis esse juris gentium, *l. 7. §. 1. ff. de pact. §. 2. Inst. de J. N. G. E. C.* cujus cum universum genus humanum, sive Judæus fuerit, sive Christianus, participes sit, iniquè tale commercii genus inter illicita referri. Ego verò attentius hinc considerari velim conditionem contrahentium. Dum enim de Christiano quæritur, & Judæo, ipsa nomina hoc inferunt, non ex nudo gentium jure quæstionem hanc decidendam esse. Involvitur enim simul respectus ad Religionem, quam uterque profiteretur. Etsi namque commercia cum Religione nihil fortè commune habeant; quia tamen per commercia fieri potest, ut Religio vel melior vel deterior reddatur, non poterit quæstio proposita aliter, quam in sensu composito, & sub ratione Religionis definiri: Utrum scilicet Christianus, quæ talis, cum Judæo, quæ tali, inire societatem possit? Quorsum enim Christiani & Judæi aliàs fieret mentio? & quæ esset ratio dubitandi, ni-

si ea ex Religionis diversitate peteretur? Sed hæ notiones, Christiani scilicet & Judæi, & utriusque qualitates atque differentię juri gentium plane sunt incognitæ. Dico igitur, tales societates rectius prohiberi, quam permitti, propter periculum seductionis, quod perpetuò à Judæo metuendum est. Etsi enim fieri possit, ut Judæus socius ad veram & salvificam fidem convertatur, & hinc potius permittenda videatur talis societas, tanta tamen plerorumque Judæorum est malitia, tantaque in suâ superstitione pertinacia, ut citius perversio & corruptio Christiani, quam conversio ipsius Judæi expectanda sit. Nec est, quod hæc ratione Judæum beneficiis juris gentium privari dicis. Quidni enim privare eum meritò liceat, qui suâ culpâ se indignum reddit? Aut si putas, privari non posse, quod ista omnibus hominibus sint communia, nec naturali quidem jure prohiberi posse hinc dixeris, quod magis adhuc commune videtur. Et tamen per Impp. Constitutiones matrimonium, quod naturalis juris esse dicitur, *pr. Inst. de I. N. G. E. C.* inter Christianos & Judæos admodum severè prohibetur, *l. 5. C. de Judæis.* Nec verò propterea, quod cum quibusdam contrahere prohibetur Judæus, omni

pro-

prorsus cum aliis hominibus commercio interdicitur. Nec etiam tam necessarius est contractus societatis, quàm necessarii sunt contractus reliqui. Et quia igitur societas pleurumque majorem quandam familiaritatem inducit, quàm commercii genus aliud, rectius faciet Princeps, si eam inter Christianos & Judæos omninò prohibeat. Et in hanc sententiam responderunt Dii. Theologi Jenenses, apud Georg. Dedeckenn. *vol. 2. consil. Ecclesiast. sect. 6. num. 6.* uti id per epitomèn refert Johan. Marquard. *de jure mercator. lib. 1. cap. 11. n. 104.*

XXXVI. Pergimus nunc ad Muhammedanos, & alios Gentiles. Doctores nonnulli juris Canonici ductum secuti, planè nullà cum iis admittunt eommercìa, inq; eam rem pro suà sententià adducunt textus, in *c. ita quorundam 6. c. significavit 11. c. quod olim 12. c. ad liberandam 17. X. de jud. c. Saracen.* it. *extravag. multa, c. de judæis.* Et quanquam illi agere videantur de commerciis, quæ tempore guerræ vel treugæ cum Saracenis exercentur, in subsidium tamen vocatur processus Papæ, qui fit annuatim in Cœnâ Domini. Ex quibus omnibus conficiunt, non belli tantùm tempore, sed pace etiam, utrinq; firmiter constitutà, planè nullà merci-

monia qualiumcunqve rerum cum Saracenis exercenda esse. Conrad. Summenhart, *de contract. quæst. 51.* Benvenut. Strachà, *de mercatur. part. 2. n. 43. seq.* Alii tamèn excipiunt tempus, quo non est guerrà, tùm enim merces ad Saracenos exportari posse quascunqve, non contentas in *d. c. ita quorundam 6. X. de Jud. c. Saracen.* contendunt. August. Barbof. *ad c. 12. X. eod. n. 2.* In jure Justiniano celebri est textus, in *l. 2. C. quæ res export. non deb.* ubi prohibet Martianus Imp. alienigenis barbaris cujuscunqve gentis loricas, scuta, arcus, sagittas & spathas, & gladios, vel alterius cujuscunqve generis arma venundare, imò nec ferrum quidem factum, vel infectum inter eos distrahere. Barbari illic dicuntur, quicumque Romano Imperio non parebant, uti patet ex *l. 28. C. de Episc. c. Cler. l. 6. §. ult. ff. de bon. damn. l. 2. C. quæ res vend. non poss.* Christoph. Justell. *in not. ad can. concil. African. pag. 61.*

XXXVII. Ego hic primùm animadverto, textus illos omnes tùm ex jure Civili, tùm Canonico, pertinere ad jus publicum, & rationem statûs. Quæ verò circa istiusmodi talem materiam promulgantur leges, mutari pro variatione statûs, sæpè contingit. Fieri igitur potest, ut pro conditione, & qualitate regiminis fru-

frustrà hodiè Constitutiones antiquæ allegentur, cum & tempora mutantur, & mores hominum, & Rerumpublicarum ad se invicem respectus. Et si tempora videas, quibus editæ sunt dictæ Constitutiones, inuenies, *cap. 6. in Concilio Lateranensi tertio anno M C LXXIX. fuisse editum. At eo tempore perpetua cum Saracenis fuit pugna, & varii Almerici Hierosolymitani Regis in Ægypto successus. Videtur autem ideò editum istud capitulum, ut eò magis iuarentur res Christianorum, adversus infideles pugnantium, & inter eos Alphonfi, Lusitanorum Principis, quem eodem anno propter bella, feliciter cum Saracenis gesta, Regem creavit Papa Alexander III. Diploma recenset Marcus Zuer. Boxhornius, in histor. universal. sub ann. 1179. Clemens III. Papa, cujus sunt c. 11. & 12. supra allegata, ipso Pontificatus initio de bello in Saracenos gerendo edictum proposuit, & apud Christianos Principes, ut expeditionem susciperent, effecit, uti refert Platina, in ejus vit. In Concilio Lateranensi IV. anno reparatæ salutis M CC XV. promulgatum est, *cap. 17. X. de Jud. At in isto Concilio bellum sacrum, quod cruciatam appellamus, de Hierosolymâ recuperandâ decretum fuit, cruce signatis institutis. Clemena-**

tem V. in Extravag. multa &c. simile quid de Commerciis cum Saracenis non habendis statuisse, mirum non est, quandoquidem ipse de bello, Saracenis inferendo, & terræ sanctæ recuperatione seriò cogitavit; & inter tres causas, propter quas anno MCCCXI. Concilium Viennense convocatum fuit, hanc secundo loco recenset Wadingus, apud Ludov. Bail. in addit. ad summ. Concil. Coriolani. Ex quibus patet, nullam harum Constitutionum Pontificiarum pacis tempore promulgatam fuisse, sed omnes eas ad expeditiones bellicas, quæ tùm susceptæ fuerunt, referri debere. Nec ergò hinc confici poterit, non guerræ tantum, sed pacis etiam tempore illicita esse cum infidelibus commercia. Et quanquam processus annuus Papæ in die Cœnæ Dominicæ tam belli, quam pacis tempore, repeti soleat, illi tamen Ecclesiæ nostræ non plus tribuere consueverunt, quam fulguri expelvi, aut inani crepitaculo. Marciani autem Constitutio in d. l. 2. C. quæ res export. non debent, de Saracenis quidem accipi non potest, quippè qui eo tempore minus noti fuerunt; præcipui tamen, qui tùm Romanum Imperium turbaverunt, Barbari, Saracenis comparari potuerunt, quales fuerunt Hunni, Vandali & Gothi; sed hi omnes in
Occi-

Occidente suas fecerunt irruptiones. In Oriente, cui præfuit Marcianus, nullus tum fuit belli motus. Videtur tamen sibi meruisse Marcianus à Persis, validà & sublesta fidei gente, atq; hinc supplevisse constitutionem Honorii & Theodosii; in *l. 4. C. de commerc. & mercator.* Cum n. in eà Imperatores extra definita emporia negotiationes permiserint illis, qui Legatorum Persarum iter comitarentur, & hinc factum fuerit, ut etiam arma Persis venderentur, inhibuit Marcianus talem venditionem, & prohibitionem ad cujuscunqve gentis barbaros extendit, sive Persæ fuerint illi, sive Hunni, Vandali aut Gothi. Et igitur tunc quoq; sufficientem prohibitionis causam habuit Marcianus, præsertim cum Persæ, prospero barbarorum aliorum successu excitati, facilè tum in Orientis imperium facere impetum potuissent. Potiorem adhuc, ni fallor, rationem habuit Justinianus, ut in Codice suo eandem Constitutionem repeteret, quippè qui suo ævo & Persas in Oriente, & Vandalos in Africâ, & Gothos in Europâ apertissimos hostes habuit, quos omnes feliciter aut profligavit, aut fudit & dissipavit.

XXXVIII. Alterum, quod observo, est, prohiberi in omnibus allegatis textibus tam Canonici, quam

Civilis, juris cum barbaris & infidelibus solum armorum, & earum, quæ ad bellum faciunt, rerum Commercium. Neq; aliud intendit processus Papæ, qui continetur in bullâ cœnæ Dominicæ, supra memoratq. Eam integram refert Augustinus Barbosa, *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 50. num. 57. seq.* Verba huc pertinentia extant in §. 7. & sic habent: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, quæ ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel hæreticos, per nostras, sive hujus sanctæ & sedis sententias expressè, vel nomenclatim declaratos, deferunt seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniæque alia metallorum genera, atq; bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipso canape, quam aliâ quâcunq; materiâ, & ipsam materiam, aliæque hujusmodi, quibus Christianos & catholicos impugnant, &c.* De certis igitur speciebus cum conceptæ sint omnes supra allegatæ Constitutiones, non licet eas per interpretationem extensivam in genere de quibusvis mercibus explicare, cum præsertim ratio prohibendi tam generalis non sit, ut omni negotiatiõni adaptari possit.

XXXIX. Quocircâ, gliscente & durante bello, quod nobiscum est

Uuuu

cum

cum Saracenis & infidelibus, rectè interdicitur omne Commercium, quod fit circa res bello utiles, neq; inter eos & alios hostes aliqua est differentia. Extra bellum, tale quidem in ejusmodi rebus Commercium permitti potest; sed quia fallax plerumqve est amicitiae foedus, quod cum infidelibus per pacem contrahitur, poterit Princeps, ut eò magis sibi caveat, negotiationem istam prorsus interdicare. In aliis rebus interdicare tum demum potest, quando Reip. suæ aliquid inde metuendum est damnum. Merus autem ille non bello tantum, sed pacis etiam tempore exoriri potest, quo casu ad certa tempora, & loca restringi sæpè Commercia solent, uti factum *in d. l. 4. C. de Commerc. & mercator.* Cæterum quod de armis dixi, & rebus bello utilibus, quod earum cum Saracenis Commercium, etiam pacis tempore, prohiberi queat, vereor ego, ne supervacua nunc sit talis prohibitio, & planè frustranea. Finis enim hic est, ne mercatores nostri barbaros, quos indigere convenit, armis, ut validiores reddantur, instruat, *l. 2. C. quod res export. non deb.* Nam ut Tacitus *lib. 2. annal. cap. 21.* ait, Barbari à Romanis armorum genere facile superabantur, quod illis non lorica, non galea; ne scuta quidem ferro

firmata essent. At hodiè in armis tum fabricandis, tum tractandis, si non superiores, saltem non inferiores sunt Turcæ, nec ipsi permittunt facile, ut gladius leviter incurvus, qualem illi fabricant, ad exteros venalis exportetur. Philipp. Camerar. *horat. succisv. cent. 1. cap. 76.* ubi deinceps *cap. 89.* observat, in tractandis armis, & usu machinarum bellicarum, aliarumq; multarum rerum Turcas, antea penè rudes, edoctos & informatos primùm fuisse à Judæis; è terris Christianorum ejectis. Hæc fuit scil. illa utilitas, quam ex inquisitione & exterminatione Hispanicâ percepit orbis Christianus.

XL. Quæ diximus hætenus, vel integram gentem & nationem, vel certum genus hominum attinent. Addamus nunc aliqua de privatis, quibus non minus interdici negotiatione potest. Dico, negotiatione, quia Commercio omni privati haud possunt, quod necessaria omnino sit, post multiplicationem generis humani, contractuum & conventionum reciprocatio. Negotiatione autem privato interdicitur vel in pœnam, vel in majorem Reip. utilitatem. In pœnam, ob præcedens aliquod delictum, *l. 9. §. 9. & 10. ff. de pœn.* & talis prohibitio à Præfecto Urbi olim facta fuit, *l. 1. §. 13. ff. de offic. præf. urb.* Videtur ta-

men

men ista poena non aliàs locum ha-
buisse, quàm ubi circa ipsam nego-
tiatione delictum fuit commissum.

Cæterum quæstionem inde sibi pro-
ponit Ulpianus, in d. l. 9. §. 10. num
etiam ita quis damnari possit, ut ne-
gotietur, & ait, esse quidem tales
pœnas, si quis generaliter tractare
velit, inciviles, invitum hominem
jubere facere, quod facere non po-
test, sed si quis specialiter tractave-
rit, posse esse justam causam com-
pellendi cujus ad negotiationem.
Specialis ista tractatio præsupponit
aliquam habilitatem in subjecto,
quæ si nulla adest, etiam in speciali
hâc tractatione incivile erit jubere
facere, quod facere non potest, cum
ad impossibile, ne per sententiam
quidem, & in pœnam obligari quis
possit, & impossibile præceptum ju-
diciis nulliò planè sit momenti, l. sm.
ff. quæ sent. sine appell. rescind. Si-
gilm. Scaccia, de sent. & re jud.
gloss. 14. q. 30. n. 5. Sebast. Medices,
de cas. fort. part. 1. qu. 5. num. 31. Pa-
ris de puteo, de syndicat. verb. præce-
ptum, vers. quia sæpè num. 12. In ma-
jorem Reip. utilitatem interdicitur
negotio omnibus, qui non sunt
in collegio mercatorum. Est enim
antiquum hoc institutum, ut in ci-
vitatibus habeantur certa & distin-
cta Mercatorum, & opificum colle-
gia, cum maximè intersit Reip., ut

distingvantur inter se officia, ne-
dum promiscuè unusquisque quod-
vis opificium tractare intendit, ne-
mo sit, qui artem bene calleat, ne-
mo, qui eam ex principiis addiscat.
Ut jam nihil dicam, fieri hinc solere,
ut dum plures sunt unius artis pro-
fessores, quàm ferre possit Civitas,
plerique omnes strenuè esuriant.
Quia & aliàs ex talibus collegiis ista
Reip. resultat utilitas, quòd cum co-
genda sit pecunia, aut gravia Reip.
negotia sint expedienda, meliù cum
universis, quàm cum singulis aga-
tur, ipsi quoque opifices, ubi inter se
conveniunt, de rebus ad se & opifi-
cia sua pertinentibus, prudentiùs
statuant & decernant. Anton. Perez.
C. de collegiat. n. 5. Mev. 1. decis. 55.
& 56. Talia autem collegia, respectu
aliorum privativè in eorum præju-
diciam instituta, intelliguntur, & a-
lios, qui non sunt membra collegii,
si eandem artem publicè exercere
velint, prohibendi jus habent. Ber-
lich. decis. 150. n. 32, 33. Mev. 1. de-
cis. 508. Eandem igitur potestatem
habet etiam collegium mercato-
rum, ubi tale institutum est, & re-
liquis omnibus, qui de corpore non
sunt, negotio justè interdicitur.
Fuerunt autem talia mercatorum
collegia non in gentili tantùm Ro-
mâ, uti ex Plutarcho, Floro, Livio
& alijs constat, sed in Christianâ et-
iam,

Uuuu 2 iam,

iam, uti ostendit tit. *Cod. Theodos.* de *lustral. collat.* passim, & hodiè ubique ferè in emporiis adhuc frequentantur. Vid. Joh. Marquard. *de jur. mercator. lib. 3. c. 1.*

XLI. Præter intentionem de personis, quibus negotiandi potestas à Principe interdici potest, plura diximus, quàm dicere ab initio volumus. Et essent tamen adhuc non pauca, quæ, si institutum pateretur, plenius exponi & illustrari operæ esset precium. Sed opportunè hic desistimus, & quæ de rebus promeritalibus statuendi potestas Principi competat, brevi nunc commentario exhibebimus. Initium faciendum erit à rebus sacris, sanctis & religiosis, quæ aliàs planè non esse in Commercio dicuntur. Rectè enim Justinianus ex jure Romanorum veteri, eas nullius esse, dicit, §. 7. *Inst. de R. D.* non tantùm, quòd de præfenti nullius sint, sed etiam, quòd nec fieri alicujus possint, easq; ait, esse divini juris, quippè quòd hominum potestate, & promiscuo usu exemptæ, quodammodò in solius DEI jure ac potestate habentur; uti notat Arnold. Vinnius, *ibid.* In sacris igitur rebus, ut & in bonis Ecclesiæ acqvisitis, quæ res Ecclesiasticæ vulgò dicuntur, Princeps Commercialium aliquòd, aut alienationem pro-

hibere omninò potest, exemplo Leonis & Anthemii Imp. *l. 14. C. de SS. Eccles.* nisi urgente aliquà pià causâ, qualis est, si captivi fuerint redimendi, §. 8. *Inst. cod.* item, si debitum Ecclesiæ fuerit solvendum. *Novell. 120. cap. 10. auth. præterea C. de SS. Eccles.* & ejusmodi aliarum, quæ ex quacumqve necessitate Ecclesiastica exceptionem faciunt. Marc. Ant. de Dominis, *de Rep. Eccles. lib. 9. c. 6. num. 45.* Apostoli sanè, & primitivæ Ecclesiæ Præsules agros & prædia, Ecclesiæ oblata, omninò alienari & vendi voluerunt, præciaqve in usum Ministrorum & egenorum, distribuèrunt. Leges autem, quæ deinceps bona Ecclesiarum prohibuerunt, non fuerunt latæ pro Clericis contra Ecclesiam, ut nimium illi abundarent divitiis, & posthabitis Ecclesiæ ac pauperum necessitatibus, in deliciis luxuriarentur, sed pro Ecclesiis contra Clericos, ne ipsi, dilapidatis Ecclesiæ bonis, illa vel eorum præcia in fraudem Ecclesiæ sibi usurparent. Vid. de Dominis, *d. l. 9. c. 3. num. 11.* Poterit igitur Princeps pro re natâ vel prohibere prorsus alienationem talium rerum sacrarum, & Ecclesiasticarum, vel certo modo limitare, vel etiam plenè permittere, prout necessitas aut indigentia, & utilitas id exigat.

XLI. Hic

XLII. Hic verò uno ore obstrepentes mihi audio Canonistas, quòd Principi tantam in rebus sacris, & Ecclesiasticis largiar potestatem, quam omninò nullam competere illi magnà temeritate asserunt, nec obstare Constitutiones tot Imperatorias in jure Justinianeo; illas enim licet olim de facto obtinuerint, de jure tamen Canonico nullius fuisse momenti. Andr. Vallen. *in praem. ad jus Canon. §. 9. num. 3. nec ubi* gare eas, dato etiam, quòd sint promulgatae in favorem Ecclesiarum, eò quòd Princeps planè nullam talem potestatem habeat, c. *Ecclesia sancta Maria 10. X. de Constitut.* Andr. Gail. 2. *obs. 32.* Joh. Aloyf. Ricc. *decif. 171.* Stephan. Gratian. *discept. 164. n. 12.* Gulielm. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 4. n. 5.* Cardinalis Baronio acriter ob hanc rem in ipsum Justinianum calumiam stringit ad ann. DXXVIII. n. 1. Quod, inquit, frequentissima sint leges, de rebus personisq. Ecclesiasticis à Justiniano Imperatore sancitæ, non immeritò à compluribus arguitur, quæserum divinarum in vafor, dum divinis se miscuit, qui humanis tantum præfectus esset rebus, cum nec Civici quidem Imperatores id præsumperint, nisi creati primùm Pontifices Maximi, &c. Cumque non illa deinceps, ut Ecclesiæ autori-

tatem vindicaret, de occasione & suggestione legum istarum attulisset, quòd sc. Justinianus Constitutiones istas ediderit Epiphani, Constantinopolitani Patriarchæ, consilio & ductu, & sic ex Ecclesiasticorum motu; quòd non ex propria autoritate se tale quid statuere dicat, sed ex sacrorum canonum præscripto, quodque hæc ratione se non legum conditorem, sed canonum executorem faciat, & quæ sunt aliæ, verba hæc subjicit: *Quam autem sobrie, quamq. modeste curare ista, rebusque se immiscere Ecclesiasticis Christiani Principes debeant, magnum in Exemplum cunctis idem esse, patet Justinianus, dum quibusq. considerat; quo tandem ipse pervenerit. gressibus istis, pietatem maximam licet in omnibus præferentibus: nempe cum, qui ut Laicus, unusq. ex omnibus gregis doceri regiq. deberet, minus sibi arrogaret docendi, atq. sacræ regendi. Etenim non patiens, cum opus esset, ab autoritate habente erudiri & gubernari, jam senex imprudens in heresis barathrum sese præcipitem dedit, &c.* Plura hic non addam, cum admodum frequens sit apud Pontificios talis in Justinianum nostrum strictura. Tam tenera sc. hodie est exemptio Clericorum, ut ipsas etiam beneficorum Imperatorum Constitutiones, sibi maximè fa-

vorabiles, respuat, & suâ se autoritate tueri malit. Hinc nec exceptiones quidem hujus exemptionis facile admittunt Clerici, uti reprehensum se ab Clerico memorat Joh. Aloysius Riccius *d. l.* quod exemptiones tales collegerit, & nonnulli tam infruniti sunt, ut jure divino sibi hanc exemptionem competere jactitent, adversus quos tamen nervosè disputat Didacus Covarruvias, *pract. quæst. cap. 31. n. 2.*

XLIII. Hâc de re quid sentiendum sit, anticipavimus dicere, uti oportuit, *suprà* ubi latius deduximus, Principi potestatem legislativam competere nō circa profana tantum, & civilia, sed etiam circa sacra & Ecclesiastica, usumq; potestate istâ Justimanū, & reliquos Imperatores suo jure. Et rectè monet Nicolaus Boërio, *decis. 31.* factam fuisse exemptionem Clericorum & rerum Ecclesiasticarum, Imperatoribus volentibus, sed eos in præjudicium imperii, & successorum istam concedere non potuisse, imò Imperium perdidisse suum jus pristinum de facto potius, quàm de jure, propter longam vacationem ejusdem Imperii, & potentiam ac prudentiam (*πλουσίαν* dicere debuisset & factum) summorum Pontificum; quò pertinent ea, quæ de ruinâ Imperii, & natis hinc

incrementis regni Pontificii scribit Nicolaus Machiavellus, *lib. 1. histor. Florentin.* Petr. Molin. *de monarch. Pontif. c. 23.*

XLIV. Nullas tamen Constitutiones ægrè magis ferunt Pontificii & Canonistæ, quàm eas, quæ sunt de bonis Laicorum immobilibus, in Ecclesiam haud alienandis, Animadversum jam diu fuit, per ejusmodi prædia, Ecclesiis magno numero concessa, incidi nervos Regni, & attenuari potentiam civilem. Nam Ecclesia (sic enim Clericos vocant) corpus est nunquam moriens, adeo, ut, quæ in ejus manum semel venerunt, possessiones & feuda, Dominum vix unquam, ac ne vix quidem, mutant, nec in Laicorum potestatem redeant. Sic enim explicant manū Ecclesiæ, quàm dicunt, mortuam, quòd sicut morientis hominis manus id, quod comprehendit, firmissimè conclusum tenet, neque facile remittit: sic etiam quicquid Ecclesia, seu corpus istiusmodi semel acquirit, & in manum, h. e. in potestatem suam accipit, non nisi magnâ cum difficultate & solennitate in commune hominum commercium potest deinde remittat. Petr. Peckius, *de amortizat. bonor. cap. 2.* Factum igitur hinc quàm plurimis in Rebus publ., ut, quemadmodum, turgescente ventre, crura & brachia tenuan-

tenuantur, sic in iis Nobilitas & populus, qui sunt quasi lacerti & crura, macie coniderent, dum Clericatus abdomen enormi tumore attolleretur. At computatum est, unum Galliae Regnum habere ultra trecenta hominum millia, qui sub obtentu Clericatus & monachatu, functionisq; Ecclesiasticae, jugum Regis excusserint, quique trientem, & eo amplius, fundorum & possessionum totius Regni acquisiverint, & sub titulo immunitatis tenuerint. Petr. Molin. *d. l. cap. 18.* Alii Clerum in Gallia duas quintas Regni partes in suis redditibus habere referunt. Philipp. Honor. *relat. de Regn. Gall.* Huic malo ut obviam irent Imperantes, plurimi in suo quisque territorio hanc posuerunt legem, ne porro liceret vel testamento, vel quolibet inter vivos contractu, sine Principis autoritate & consensu, bona immobilia in Ecclesiastica collegia transferre. Tale edictum Caroli V. in Belgio promulgatum refert Ludovicus Guicciardino, *in descript. Belg. generali in fin.* Similia alia in Gallia, Britannia, & apud Venetos edita refert Ludovicus de Montesperato, *in v. d. d. pacif. Osabr. §. 33.* Illa verò omnia iniquitatis cupisdam arguit Petr. Peckius, *de amorriaxat. honor. l. cap. 6. etq;* cum libertate Ecclesiastica pugnare prolixè contendit. Quasi verò libertas Ecclesiastica in infini-

tum extendi, aut in perniciem Respublicae augeri debeat. Constringenda omnino est libertas, quae salutem publicam damnum infert, quaeque sibi temperare in exercitio nequit. Potest igitur potestas civilis vel prorsus prohibere, ne immobilia per alienationem transferantur in personas Ecclesiasticas, vel ita prohibere, ne dum ad Clericos transeunt, desinant esse tributaria. Quomodo enim Ecclesia vult sibi sua intacta servari: ita etiam Respublica in alienandis potest statuto sua jura illa conservare, ne res tributariae ex privilegio personarum immunes fiant: & quomodo enim pacto quilibet rei suae legem imponere potest: ita etiam Respublica singulari statuto in alienandis facere potest. Andr. Gail. *lib. 2. Obs. 322 n. 5. seqq.* Dissentit prolixè Annaeus Robert. *rer. jud. lib. 2. cap. 21.*

XLV. De locis sacris, ut & sanctis, tractatus huc non pertinet, cum nemo sit hodie, dum saltem bonae mentis est, qui in illis rebus Commerceium habere velit. Nec enim probare possum consuetudinem, inter rei tormentariae praefectos generales receptam, quae ab occupata urbe hostili postulare solent, ut campana, templis inhaerentes, quod suae per occupationem factae sint, certae pecuniae summam redimantur. Conservari & ipsa templa, & quae eis accedunt, vadei rerum divinarum re-

verentia, quibus illa destinata sunt. Non ea quidem nobis sedet superstitio in campanarum usu, qualem in Pontificiâ Ecclesiâ perstringit Georgius Wicelius, *in viâ reg.* Usibus tamen divinis quia inserviunt, & in eam rem consecratae sunt, exemptae sunt Commercio hominum, & sic etiam hostium, quos proinde, si Christiani sunt, pudeat istiusmodi redemptionem flagitare, cum & aliâs ob templa ipsis etiam hominibus saepenumero ab hostibus partitum fuerit. Vid. Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 12. num. 6.* Nec obstat, *l. 36. ff. de religios.* ubi loca, ab hostibus capta, desinere sacra esse, à Pomponio dicitur. Id enim factum ideo, quod hostes non eadem sacra cum victoribus haberent. Quilibet gens deos patrios, non communes cum aliis habebat, nec ergo eadem sacra, & proinde nec loca quidem eadem utrinque religione veneranda. Quod si quo in simulacro Numen aliquod inesse credatur, id violari aut corrumpi nefas ab iis, qui in eâ persuasionem conveniunt, & hoc sensu impietatis, aut læsi etiam gentium juris accusantur interdum, qui talia commiserunt, nimirum ex talis opinionis positione. Hug. Grot. *lib. 3. cap. 5. n. 2.* Inter Christianos igitur quomodo excusari tale factum possit, nullus video.

XLVI. Pergimus ad loca religio-

sa, quæ itidem in bonis alicujus & hinc in Commercio esse negat Justinianus Imp. §. 7. *Inst. de R. D. Loca autem religiosa jure civili solâ mortui illatione non fiunt. l. 2. §. pen. & ult. ff. de religios. l. 2. C. cod. sed necesse est, ut aut Dominus sit, qui infert aut illatio nõ fiat Domino invito. Quod si Dominus vel ante vel post illationem contradixerit, non propterea quidem licet ei propria autoritate ossa illata tollere, sed tamen actio ei in factum datur, per quam is, qui intulit, aut tollere id, quod intulit, aut loci precium prestare cogitur, l. 7. l. 8. ff. de religios.* Quod si locus aliquis semel religiosus factus est, neque venire ille, neque obligari à quoquam, prohibente juris religione potest, *l. 2. C. de religios.* Subtiliter tamen excogitari cœpit distinctio inter monumentum ipsum, & jus inferendi. Ita enim rescribunt Imp. Diocletianus & Maximianus, *in l. 14. C. de legat. Monumenta quidem legari non posse manifestum est; jus autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur.* Quasi verò monumentum si legetur, alius legatus illi sit effectus, quàm ut legatarius jus inferendi habeat; utique enim ex loco religioso non religiosum facere illi haudquaquam licet. Nihil igitur per legatum monumenti accipiet aliud, quàm jus inferendi, & quid opus ergo hac distinctione? Accedit, quod

quòd non totus, qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fiat, sed tantum quatenus corpus humatum est, *l. 2. §. 5. ff. de religiof.* Unde vendito fundo, intra maceriam sepulchrorum, hortis, vel cæteris culturis, loca pura servata, si nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent, *l. 73. ff. de contrab. empt.* In monumentum igitur jus inferendi mortuum non eatenus legari potest, quatenus in isto monumento jam corpus humatum est, sed quatenus locus adjacens adhuc nullum corpus continet. At talis locus efficaciter venundari potest, *l. 9. C. de religiof.* quidni igitur etiam legari possit? A sententiâ tamen Imperatorum, *in d. l. 14.* discedendum non est. Etsi enim ille tantum locus regulariter religiosus fiat, in quo corpus humatum est; solebat tamen sæpè monumentorum locus definiri, & quantum terræ spacium religioni cederet, designari, monumentisq; ipsis inscribi. Ejus rei testes plurimæ sunt antiquæ inscriptiones, his notis insignes, IN. FR. P. VI. IN. AG. P. X. hoc est, in fronte pedes sex, in agro pedes decem, sive: IN. F. IN. A. V. L. P. X. in fronte in agro versis, longè pedum decem, sive: IN. FRO. P. VI. Lat. VII. in fronte pedes sex, latitudine septem, uti explicat Valerius Probus, *de lit. antiq.*

Add. Barnab. Brissón. *antiq. lib. 2. c. 25.* Sicubi igitur spacium definitum fuerat, non ille tantum locus religiosus erat, qui corpus humatum proximè contingebat, sed totum istud spacium suis limitibus circumscriptum, quantum scilicet ad monumentum determinatum fuerat. Deindè verò omninò distincta sunt res ipsa, & jus, quod quis circa rem habet. Aliud igitur erit monumentum, aliud jus inferendi in monumentum. Qui monumentum legat, rem ipsam legat, quod facere nequit; sed qui jus inferendi legat, non protinus rem ipsam legat; sicuti, qui jus inhabitandi legat, non propterea ædes ipsas legat. Etsi igitur, si monumentum legatum fuerit, nihil aliud consequeretur Legatarius, quàm jus inferendi, propterea tamen jus inferendi in monumentum non est ipsum monumentum, sicuti etiam, cui ædes legatæ sunt, ille consequitur jus habitandi, nec tamen jus inhabitandi propterea ipsa est domus. Plus accipit, qui rem ipsam accipit, minus, qui jus tantum. Et igitur jus inferendi legare licet, monumentum ipsum legare non licet.

XLVII. Jure Canonico similiter prohibitum est, locum religiosum emere & vendere; imò nec Ecclesiæ quidem pro terrâ, in quâ aliquis

sepeliendus fuerit, precium exigere licet, *c. abolenda 13. X. de sepultur.* *c. quæstæ est, cum trib. seq. 13. qv. 2. c. audivimus, c. ad apostolicam, X. de Simon.* Ubi in primis notetur, quod in *d. c. abolenda* aboleatur consuetudo, quæ hætenus inoleverat, contraria; cum quo concordat *cap. 9. X. de Simon.* Quid verò hic Canonistæ? Dum hodiè ubique apud eos receptum est, ut pro exequiis & sepulturis pecunia detur, & accipiat, imò & exigatur, ne id fiat contra *d. c. abolenda*, exponunt id de consuetudine, proveniente ex solutione coactâ, aliud verò dicendum esse dicunt de eâ consuetudine, quæ introducta est ex piâ & laudabili devotione fidelium; hanc enim servandam esse, & populum ad illius observationem cogi posse. Andr. Vallens. *tit. de sepultur. §. 8. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. 210. n. 24.* Quæso ego, annon utrobique solutio est coacta? Et dum præcipit Pontifex, ne quicquam omninò præsumant Clerici exigere hæc de causâ, an excipi hinc commodè poterit coactio, quæ sit ad observationem consuetudinis introductæ? Sed uti solent Canonistæ, facilè inveniunt in fraudem legis, per quod ea, quæ prohibita sunt, in genere licitorum potè esse possint, cum tamen jure Canonico & ille reprehendatur, qui

coactus & invitus precium pro sepulturâ accipit, *c. postquam 13. qv. 2.* Laudabilem autem illam consuetudinem deducere solent ex *c. ad apostolicam 42. X. de Simon.* in quo textu explicando, quomodò actus liberi, qui meræ facultatis sunt, necessarii fieri per consuetudinem possint, quomodò consuetudo pro spiritualibus aliquid temporale recipiendi laudabilis fieri, & ad eam observandam compelli homines queant, miserè se torquent Canonistæ, & in hoc dum valdè occupatur, sapuisse se præ cæteris persuasum habet Augustinus Barbosa, *ad d. c. sed, nisi valdè fallor, difficultates, quas sibi movet, haudquam superavit omnes.* Ego non arbitror, Pontificem voluisse cogi Laicos ad observationem consuetudinis receptæ. Jus tamen eos compesci, qui laudabilem consuetudinem immutare malitiosè nitantur. Compescere autem non idem semper est, quod cogere, cum & ille compescatur, qui per meliorem informationem in aliam sententiam ducitur. Et profectò necessaria fuit hoc in casu informatio, quandoquidem consuetudinis immutationem, ex fermento hæreticæ pravitatis factam, supponit Pontifex. At hæresis aliter compesci non potest, nisi per informationem. Doceantur

tur ergo, qui consuetudinem fidelium impugnant, & convincantur, quod laudabilis sit ea devotio, quam ex liberâ, nec coactâ voluntate præstant fideles, & hæc ratione optimè competentur.

XLVIII. Sed enim Pontificiis hoc non sufficit, quibus solenne est ea, quæ ex liberalitate proveniunt, ad necessitatis principia ducere, & libertatem Laicorum vi Ecclesiasticâ, sæpè minùs Ecclesiasticâ, infringere. Et hinc igitur, dum cogendi potestatem, in tali casu Episcopis datam, per hunc textum comminiscuntur, omnes reliquos juris Canonici textus, qui obstare videntur, distinctionibus suis enervant, & amicâ, si diis placet, conciliatione corrumpunt. Adscribam verba Francisci Duareni, ex lib. 7. de sacros. Eccles. minist. c. 6. *Quamvis autem, inquit, pro hujusmodi rebus nihil exigere liceat, sed absq. precio, atq. adeò cautione ullâ præstari debeant, tamen vulgò receptum est, si quid eo nomine ulterò offerri consueveris, ut talis consuetudo veluti pia & honesta observetur, ad eamq. observandam autoritate superioris Antistitis etiam inviti adigantur: sed suscepto jam sacramento, aut sepulto cadavere, &c. ne alioquin eas res quisquam mercari videatur. Proinde sacrifici nostri temporis, qui ser-*

*tam Ecclesiam nullam regunt, postquam sacrum peregerint, si consuetæ merces ipsis non præbentur, Episcopum adire solent, postulantes non quidem apertè, ut sibi precium numeretur, sed ut laudabilis consuetudo observetur, &c. Quo casu Episcopus in Laicos etiam homines jurisdictionem exercet. Hoc autem genus expiscandæ pecuniæ, quod à veteribus canonibus, & majorum institutis valdè alienum est, ex Innocentii III. constitutione manavit, cap. ad apostolicam, de Simon. cujus tamen longè alius videtur sensus esse, ut pleriq. juris pontificii Doctores annotaverunt. Hactenus Duarenus. Ut verò de subtili hoc palliandæ avaritiæ invento, & expiscandæ pecuniæ genere, cujus meminit Duarenus, adhuc clariùs constet, addam adhuc verba Gulielmi Redoani, ex tract. de Simon. part. 3. c. 16. n. 35. Præmittit, Clericos, qui ad officium impendendum non tenentur ratione beneficii, posse vendere non quidem officium, sed laborem suum, & operam, ac tempus, quod in eo faciendo impendunt, & conterunt, (en verò, quas fraudes confingunt, ne Simonia commissa dicatur,) postea subjicit: *Et nota, quod si sit aliqua de hoc consuetudo, est faciendâ vis in verbis, secundum Hostiensem. Nam si Clerici dicunt, hoc petimus pro se-**

pulturâ, succumbunt, etiamsi allegant consuetudinem, sed deberent dicere, consuetudo est, ut pro mortuo aliquid detur Ecclesia seu Clericis: quasi velit dicere, quod non debet se Clericus fundare; ut aliquid detur pro officio, sed ut aliquid detur pro ratione laudabilis consuetudinis, & hoc modo non dicitur capi immediate pro officio, &c. Quis verò hic non exclamet, periisse frontem de rebus? Quis tam subtilis est, qui propter consuetudinem non ipsum officium remunerari intelliget? Et his scilicet abstractionibus enormissima & atrocissima quandoque delicta excusare solent.

XLIX. Alii adhuc confidentius loquuntur, & negant quidem, pro sepulturâ debitâ ex Religione Christianâ peti pecuniam posse; asserunt tamen, peti posse tûm, quando aliquis locum honorabiliorem in Ecclesiâ eligit; tûm enim non vendi sepulturam, sed honorem, loco illi præeminenti adhærentem, & precio æstimabilem, atque vendibilem. Ita Didacus Spino à Caceres, in *Spec. testament. gloss. 2. principal. num. 43.* Illephons. Perez de Lara, de *anniversar. lib. 1. cap. 25. num. 17.* Alii putant, venditionem in tali negotio non esse illicitam, si fiat sub eâ qualitate, ut nullus alius ibi sepeliatur; hætenus enim non vendi se-

pulturam, sed obligationem non sepeliendi alium, quos refert Augustinus Barbosa, ad *c. abolenda 13. X. de sepultur. num. 5.* qui addit *num. 7.* posse aliquem sepulchrum proprium, suis sumptibus emptum, vel ædificatum sine Simonia notâ vendere, quoad ipsam proprietatem; non enim tûm vendi benedictionem, nec proprium jus sepulturæ, sed materiale illud, ad quod alia sequuntur. Sed enim videant ipsi, quâ ratione hypocheses istæ conciliari possint cum textibus juris Canonici, præsertim postquam pro terrâ, in quâ sepeliendus quis fuerit, precium exigere, disertè & indefinitè vetitum sit, *d. c. 13. X. de sepultur.* Pro terrâ, inquam, non pro loco tantum honoratori; sed pro ipso materiali.

L. In nostris Ecclesiis plerumque aliquid dari solet, ut liceat mortuum inferre. Et quandoque certum aliquod spacium ita alicui assignatur, ut vel universæ familiæ, vel heredibus saltem sepeliendi jus sit. Eaq; consuetudo piè & utiliter sustinetur non idèò, ut Sacerdotum, quales in papatu sunt, avaritia expleatur, sed ut Ecclesiæ indigentia succurratur. Quod enim datur, non ad lucrum inhonestum, sed ad Ecclesiæ atque cœniteriorum conservationem adhibetur, id quod Ec-

clesiæ invidendum non est. Carpz. *Ip. Consistor. lib. 2. def. 391.* Quapropter, quia privatum in ipsis etiam Ecclesiis sepulchrum habere, idq; ad hæredes, aut etiam ad alios transferre licet, parum abest, quin fatendum sit, sepulchra apud nos extra commercium aut patrimonium nostrum non esse, uti de suis sepulchris non inficiantur Reformati. Vid. Sim. à Leeuven, *in censur. forens. lib. 2. cap. 1. num. 14.* Simi. à Grœnevegen, *de LL. abrog. in Holland. ad §. 7. Inst. de R. D.* Arnold. Vinnius, *ad §. 9. I. eod.* Malumus tamen ad imitationem juris Civilis in allegatâ suprâ l. 14. C. de legat. distingvere inter sepulchrum ipsum, & jus inferendi mortuum; ita, ut hoc in commercio esse dicamus, illud nequaquam. Sic enim & Civilis & Canonici juris respectum habemus.

LI. Possemus verò hic discursum continuare, cumq; Canonistæ multa fingant spiritualia, aut spiritualibus annexa, in quibus facilis sit in Simoniam lapsus, ad ea nunc speciatim progredi, atque in sequentibus de beneficiis & præbendis, de decimis, de canonicâ portione, de subsidio charitativo, de jure Patronatus, & ejusmodi aliis pluribus verba nunc facere. Sed profecto horret animus ad quisquilias &

feces, quibus plerumque hodiè turgent libri Moralistarum & Canonistarum de his materiis copiosè, & cum Lectoris fastidio tractantium. Quibus si addas Scholasticorum subtilitates, rem cæteroquin clarâ sæpè involventes, citius è labyrintho explicare me posse considerem, quàm ex tot opinionum. & sententiarum involucris. Quocirca præstat hic abstinere, & commodiori tempore materias istas reservare, quàm in paucis hisce chartis Camarinam istam movere. Ne tamen Pontificiis id imputasse videar sine fundamento, in unicâ istâ, antequàm ad alia progrediar, & generali quæstione specimen hic edere libet: Utrum & quatenus pecuniâ accipere liceat ob rem spiritualem? De commerciis enim dum disputamus, maxime conveniens erit hæc quæstio, ut constet Principi, quousq; permittere tale commercium licitè possit.

LII. Hic verò & sententiarum divortia, & varias Scholasticorum distinctiones animadvertes. Tempore, quo Concilium Tridentinum habebatur, instituit Papa Paulus IV. congregationem ex 24. Cardinalibus, 45. Præsulibus, & aliis hominibus eruditis: eam in tres classes distribuit, in quarum singulis octo Cardinales, quindecim Præsules, ali-

aliosque ad quinquaginta adesse oportuit. In primâ primæ classis congregatione duodecim ex iis de propositâ circa Simoniam quæstione verba fecerunt, & in his tres distinctæ opiniones repertæ, referentè Petro Svavi, in *hyst. Concil. Trid. lib. 5.* Una erat Episcopi Feltrensis, qui tenebat, non esse incommodum, accipere pecuniam, propter usum potestatis spiritualis, modo non sit loco precii, sed ob alium aliquem respectum. Alia Episcopi Setinensis, id nullo modo, neque ullâ conditione licere, & tam dare pecuniam, quàm accipere, detestandam esse Simoniam, cum nullo genere prætextus sit excusabilis. Tertia Episcopi Senogalliensis, media inter utrumque, esse quidem licitum, sed certis tantum temporibus, atque certis conditionibus, &c. Quod si jam Theologos Scholasticos evolvas, inuenies Gregorium de Valentia, admodum subtiliter hæc de re disputantem, *tom. 3. disput. 6. quæst. 16. part. 3.* Verba ejus hæc sunt: *Dupliciter potest quis conferre spirituale propter temporale, principaliter, & tanquam propter finem. Uno modo si temporale aestimet pluris, quàm ipsum spirituale, & tunc omnino committit talis Simoniam: Altero modo potest quis conferre spirituale propter temporale,*

principaliter, tanquam propter finem, ita ut temporale apud eum non sit finis ipsius rei spiritualis, quæsi temporale pluris ab eo, quàm spirituale aestimetur, sed tantummodo voluntatis, sive applicationis animi ad actum conferendi spirituale, & hoc non est Simonia. Et paulò post: cum petitur temporale pro spirituali non tanquam precium debitum ex justitiâ, sed tanquam finis applicationis animi ad conferendum spirituale, minimè erit Simonia, etiamsi principaliter intendatur, & expectetur. Similia alia refert Ludovicus Montaltius, *epist. provinciat. 12.* Nolunt enim Jesuitæ Simoniam committi, nisi temporale accipiatur, vel detur pro justo & æquivalente precio rei spiritualis, definiente ita Emanuele Sa, *ad voc. Simonia §. 1.* *Simonia est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re aestimabili pecuniâ per modum precii.*

LIII. Ex hypothefibus autem eorum id tandem sequitur, quod crimen Simonia à nemine unquam committatur. Quis enim tam perditus, aut vecors esse velit, qui, cum pro beneficio, quod inter res spirituales referunt Canonistæ, pecuniam offert, non malit ipsam potius, tanquam conferendi beneficii invitamentum, & illicem offerre, quàm tanquam spiritualis rei precium?

cium? Quin etsi verè Simonia commissa fuerit, non deest Canonistis emplastrum *πάρυξις*, aut diama-
 lagma, quo lenire & persanare id vulnus queant. Est enim ex eorum mente tanta Pontificis Romani potentia, ut etiam de Simoniâ dispensare possit, eamq; potestatem in quibusdam casibus etiam Episcopo tribuunt. Gulielm. Redoan. *de Simon. cap. 16.* quod falsè perstringit An-
 næus Robertus, *rer. judicatar. lib. 1. cap. 7.* Ut jam taceam, quàm prolixum illi rerum spiritualium, & spiritalibus annexarum, faciant ambitum, ex quo ipsum etiam Simoniae crimen latius extenditur, quàm ejus definitio patitur. Rectè definit Lutherus, *in cap. 23. Genes.* quòd Simonia sit *vendere dona, à DEO nobis data, quæ verè sunt spiritualia, ut est remissio peccatorum, gratia Spiritus S. &c. dona autem, ab hominibus Ecclesie oblata, nec spiritualia esse propriè, nec à DEO data, & per consequens, Simoniari non committi, si quis vendat aut emat bona Ecclesie immobilia aut mobilia, beneficia, clinodia, &c.* Ex quâ simplici descriptione facilè patet, quatenus commercium in ejusmodi rebus sit permittendum. Plura enim nunc addere non patitur institutum, sed videndum porro est etiam

de rebus aliis, quæ, ut in commercio sint, prohibere, vel in totum, vel ex parte poterit Majestas.

LIV. Quæ publicæ dicuntur res in jure civili, multas sæpè partunt disputationes, quòd non uno eodemq; sensu & modo publicæ dicantur. Bachov. *in Treuter. vol. 2. disputat. 20. rb. 1.* Egid. Hortens. *ad pr. Inst. de R. D.* Nos, omissis istis omnibus, in genere statuimus, publicas res non esse quidem in commercio privatorum, esse tamen in commercio populi, ita ut populus forum, e. gr. aut theatrum arbitratu suo alienare possit. Quia enim ab initio locus iste non aliâ ratione publicus factus est, nisi quia ita voluit populus, poterit idem populus mutata voluntate eum privati juris facere, aut alienabilem reddere. Idq; multò magis locum habet in illis rebus, quæ in patrimonio sunt populi, cujusmodi sunt, quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi aut donationis titulo ad Rempublicam pervenerunt. Tales enim, observatis certis solemnitatibus, vendari posse, disertè dicitur, *in l. fin. C. de vendend. reb. civit. lib. XI.* Sed in his diutius subsistere operæ precium non est. Videantur potius ea, quæ in privatorum commercio esse possunt, sed ne sint propter utilita-

litatem publicam, vel simpliciter, vel cum certis qualitatibus prohibentur.

L.V. De armis jam supra dixi, quantum illorum commercium inter hostes quiescere debeat. Nunc illud addo, fieri posse, & salutem Reipublicæ haud raro exigere, ut ne inter cives quidem admittatur; exemplo Justiniani Imp., qui, cum antea promercii causa arma habere non esset illicitum, *l. 2. ff. ad L. Jul. de vi publ.* per Novellam suam Constitutionem LXXXV. illicitum effecit, ita ut & fabricenses, qui arma publico armamentario non inferrent, sed inter privatos distraherent, suppliciis subijci, & emptoribus sine refusione precii arma auferri, publicoque vindicari juberet. Quæ de re præter eos, qui istam Novellam commentario illustrarunt, videri in primis poterit Dn. Tabor, *de jur. armor. cap. 2.* Nec necesse est ergo, ut de conciliatione hujus Novellæ cum *d. l. 1. ff. ad L. Jul. de vi publ.* multum simus solliciti. Quia enim statum publicum uterque textus concernit, & status ille variare sæpenumero solet, mirum non est, si diverso tempore diversa placuerint. Hæc ratione, quando seditionibus, tumultibus, conspirationibus, rerum novarum molitionibus, cædibus, a-

liisq; incommodis & periculis exposita est Respublica, non errabit Princeps, si subditis arma ademerit, & securitati publicæ caverit. Extra quem respectum nego, revocari debere istam Novellam in usum, uti indistinctè optat Antonius Perez. *C. quæ res export. non deb. n. ult.*

LXI. Inter res, hostibus subvehi prohibitas, Paulus Jctus etiam ceterum refert, & frumentum, & sales, *l. 11. ff. de publican. & vectigal. Ceterum*, inquit, *ferro subigendo necessariam, hostibus quoque venundari, ut ferrum, & frumentum, & sales, non sine periculo capitis licet.* Fuisse verò haud exiguum circa cotes commercium, ex *l. 15. ff. eod.* patet, ubi ex cotoriis Creticis integræ naves, cotibus onustæ, memorantur. Imò Creticas olim cotes, non alias notas fuisse, testatur Plinius, *lib. 18. cap. 28. & lib. 36. cap. 22.* Fuit, inquit, *hoc quoque majoris impendii apud priores, Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus.* Igitur *cornu, propter oleum ad crus ligato, sænifex incedebat.* Italia aquarum cotes dedit, *lima vice imperantes ferro.* Quemadmodum igitur Imperatores arma hostibus subvehi prohibuerunt, ita & cotes, quòd per eas etiam validior reddi hostis possit, dum arma sua exacuit.

LVII. Quòd

LVII. Quod porrò Paulus ait, etiam eum capital committere, qui frumentum hostibus subvehit, id tùm ferè locum habet, quando id lege publicà diserte prohibiturum est, aut quando id agitur, ut hostis fame consumatur. Est enim frumentum in belli usùs propriè non destinatum, & per consequens non videtur animo hostili in patriam affectus esse, qui frumentum hostibus vendit, sicut animum hostilem prodit, qui loricas, scuta, arcus, sagittas, gladios, spathas vel alterius cujuscunq; generis arma hostibus vendit. Si tamen Princeps omne cujuscunq;ve nominis commercium cum hoste interdixerit, nec frumentum quidem, imò nec voluptuaria; quæ tamen in superioribus admisi, subvehere hostibus licet. Ita si obsessis frumentum aut annona submittatur, quâ submissâ aut obsidionem diutius toleraturi, aut obsessores discedendi necessitatem imposituri sint, dubium non est, submittentem capital committere, quia scilicet tùm belli abbreviandi compendium in hoc consistit, ut hostis fame adigatur ad deditorem, id quod à submittente intervertitur. Nec excusatum velim eum, qui exportatione frumenti annonæ caritatem inducit, & civitatem suam, rerum penuriam laborantem, hosti exponit. Com-

mercia enim à negotiatoribus ita exercenda sunt, ut suæ potius, cujus ipsi membra sunt, civitatis commodum & utilitatem quærant, quam aut exterorum, aut suam propriam. Et quanquam negotiatoribus invidendum non sit lucrum, quod ex Commerciis acquirunt, lucrum tamen istud nequaquam probari potest, si fiat cum damno civitatis, cum & in hoc rerum genere salus Reip. pro supremâ lege habenda sit. Respublica incolumis, inquit Livius, lib. 26. & privatas res salvas facile præstat: publica prodendo tua nequicquam serves.

LVIII. De sale, cur hostibus vendere prohibitum sit, uti supra ex Paulo audivimus, ideò mihi dubitatum fuit, quòd salis usus tam necessarius non sit ad conservationem vitæ, quam necessarius est usus frumenti. Sed est tamen non exigua salis utilitas, quin & necessitas, non tantum, quod ut condimentum optimum cibus plerisque; adhibeatur, sed & quòd carnes, sale benè frictæ & subactæ, & omnia salsamenta per longum temporis spacium à putredine conservari queant. Ea propter non navium tantum Gubernatoribus, sed munimentorum, etiam & fortaliorum præfectis hoc in usu est, ut salsamenta ejusmodi sibi comparent, & eâ ratione famem,

Yyyy

qvæ

quæ ex diuturnâ navigatione vel ob-
fisione oboriri possit, facilius com-
pescant. His igitur subsidiis ne
uti possent hostes, omne salis Com-
mercium illis prohibuerunt Prin-
cipes.

LXI. Sunt adhuc alia, quæ in ju-
re Justiniano, ne ad barbaros aut
hostes exportentur, severè interdi-
cuntur, ut est aurum, *l. 2. C. de com-
merc. & mercator.* sub quo etiam
argentum comprehenditur post Ange-
lum statuit Benvenutus Straccha,
de mercatur. part. 4. num. 15. item
vinum, oleum & liquamen, *l. 1. C.
quæ res export. non deb.* De auro mi-
rum non est, cum id semper immen-
sum in bello usum habeat. De vi-
no autem, oleo, & liquamine mo-
vere dubium potest id, quod supra
dixi, potius permitti talium mer-
cium summisionem inter hostes
debere, quam prohiberi. Hinc enim
factum sæpissimè, ut gens manu &
viribus quondam potens & strenua,
effaminata mollitie, luxuriâq; vir-
tutem pristinam perderet, & quos
ante invictos bella præstiterant, eos
in luxuriam lapsos, otium ac desi-
dia superaret. Sed enim obtineri fi-
nis iste non potest, nisi ingens quo-
tidie rerum istarum summittatur
copia; aliàs enim fieri potest, ut de-
licis istis alleciti hostes invadendi
magis nostri territorii consilia su-

mant. Ratio enim Constitutionis
in *d. l. 1. C. quæ res export. non deb.*
hæc est, ne barbari specierum ista-
rum, quarum ibi mentio fit, gustu
dulcedine capti arma in Romanos
vertant, idcircoq; eas regiones, ubi
illæ res nascuntur, armis quærere
studeant. Joh. Fr. Ripa, *de peste c. 5.
n. 64.* Hæc enim ratione scribit Li-
vius, *lib. 5.* gentem Gallorum, famâ
dulcedinis frugum, maximeq; vini
novâ tum voluptate captam, Alpes
transiisse, & invexisse in Galliam,
vinum illiciendæ gentis causâ. Quo
modo & Longobardos à Narsete in
Italiam pellectos legimus, precio-
sis nonnullis frugibus, quas ea terra
fert, muneri missis. Vid. Sigon. *de
regn. Ital. lib. 1.* Quod si tale pericu-
lum subest, subest autem imprimis
tuum, quando barbari rebus istis ad-
sueti non sunt, nolim ego ad eos
quicquam istarum specierum ex-
portari. Conf. Anton. Marthæ. *de
crim. tit. de las. majest. cap. 2. n. 19.*

LX. Extra hostilitatis aut periculi
bellici respectum plurima prohi-
biteri solent Commercia alia, quæ,
ut ordinem aliquem observemus,
ad quatuor, nisi fallor, classes com-
modè referri possunt. Aliqua ete-
nim ideò prohiberi debent, ne ex-
portentur, quibus indigeat aliquan-
do Respublica; aliqua ne invehan-
tur aut conquirantur, quibus depau-
peretur

peretur Respublica; nonnulla propter statum & conditionem mercantium, & denique aliqua, quod de honestamento sint Reipublicæ. His si addideris classes duas, à nobis hæcenus visas, earum scilicet rerum, quæ in Commercio planè non sunt, & earum deinde, quæ hostibus nostris vires addere possint, præcipuum habebis omnium earum rerum, quæ quatenus in Commercio sunt, aut esse debent, Principis legislationi subjacent.

LXI. Ad primam classem, earum scilicet rerum, quæ propter indigentiam Reip., ne exportentur, prohiberi solent, refertur primò aurum & argentum, sive signatum id fuerit, sive rude. Talia edicta sæpè à quàm plurimis Principibus edita sunt, severè vetitâ exportatione plurimum nummorum, quàm ad viaticum opus est. Ita in Belgio anno 1553. ne aurum argentumvè etiam damnatâ monetâ exportetur amplius, quàm iter, quod quisquæ agendum habet, exigat, edixit Carolus V. Imp. Vid. Sim. à Grönevvegen, *ad l. 2. C. de commerc. & mercator. Britannia, Gallia & Hispania* edicta prolixius hic adducere nolo, quod plerique fateantur, obtineri non posse, ut iis legibus districtè semper pareatur, quamdiu Commercium cum finitimis populis intercedunt. Joh. Bo-

din. *de Rep. lib. 6. cap. 3. Conf. Joh. Marquard. de jur. mercator. lib. 1. cap. 11.* Est verò circa pecuniam signatam alia adhuc quandoque causa prohibitionis, quam refert Regnerus Sixtinus, *de regalib. lib. 2. cap. 7.* quæ oritur tum, quando Principes finitimi viliores & deteriores cudunt monetam. Quia enim eo tempore avidè admodum bona moneta conquiruntur, facillè hinc fieri potest, ut dum bona moneta exportatur, deterior autem invehitur, damnum sentiat Respublica; & hinc utiq; prohibitione opus est, si quis integram & intemeratam inter subditos suos velit conservari monetam.

LXII. Ad hanc classem refertur secundò frumentum, & quicquid ad annonam pertinet. Potest enim Constitutione prohiberi, ne frumentum extra territorium vendatur & extrahatur. Thom. Grammatic. *decis. 100. n. 15.* non ut exteros amicos lædamus, sed ut patriæ ubertatem conservemus. Jac. Menoch. *de A. I. Q. cas. 585.* Casp. Klock. *de contribut. c. 1. n. 354.* Philip. Knipschild. *de jurib. civit. imper. l. 5. c. 21. num. 22.* Imò, quod plus est, potest frumentum etiam jam venditum à civitate retineri, multò magis igitur impediri, ut nondum venditum exportetur extra urbem. Anton.

Yyyy 2

Perez.

Perez. *Cod. de Metallar. & metall. lib. XI.* Æquitas enim postulat, ut prius provideatur incolis, apud quos frumenta creverunt, quam exteris. Atque idcirco, durante annonæ caritate, gaudere quis nequit privilegio, per quod ipsi quolibet anno certam frumentorum quantitatem evehere permissum est, nec propterea sequente anno fertilior plus, quam per privilegium quolibet annolicit, exportare concedetur, quia privilegium intelligitur esse conditionale, si ultra frumentum, quod provinciæ necessarium est, aliquid supersit. Idem Perez. *Cod. ut nem. lic. in coempt. specier. lib. X.* Ubi notandum, sub appellatione frumenti etiam contineri farinam, non quidem vi verbi, sed ex mente & intentione constituentis. Scopus enim Constitutionis fuit, providere, ne proveniat carestia propter exportationem frumenti, & ea ratio prohibitionis etiam militat in farinâ Joh. Fr. Ripa, *de peste cap. 5. l. n. 47.* Jul. Clar. *sentent. l. 5. §. fin. qv. 82. statut. 7. num. 6.*

LXIII. Nulla autem Resp. tam beata est, quæ non in visceribus suis pestilentissimum curculionum genus perpetuò alit & nutrit, dardanarios puta, pantapolas, pantometabulos & seplasiarios, qui iniquissimis fraudibus attentant, onerant,

vexant, incendunt; excandesciunt, flagellant, vastant annonam, quique si domi nulla spes lucri est, per mare, per terras, per cruces & patibula, vetito quamvis Commercio, fruges transferre solent. Ideò exploratores custodesque constituendi sunt, qui ad omnes portuum limitesque assidui legum annonariarum temeratores observent, puniendosque Magistratui deferant. Christoph. Forstner. *not. in Tacit. anal. lib. 12.* qualiter jam olim factum, discere licet ex *l. un. C. de littor. & itin. custod. lib. XII.* Et si verò leges eas inter suos negligentius observari fateatur Julius Clarus, *sentent. lib. 5. §. fin. qv. 82. statut. 7. num. 1.* id tamen per eas obtineri asserit, ne totum, quod fieri aliàs posset, frumentum exportetur. Fuit enim verò apud Romanos obedientia & observatio haud paulò religiosior, aut legum saltem severior executio, cum non mandatis tantum, & Constitutionibus dardanariorum avaritiæ obviam itum fuerit, *l. 6. ff. de extraord. crimin.* sed plurimis etiam Magistratibus tum ordinariis tum extraordinariis cura hæc cesserit, de quibus latius videri potest Tiberius Decianus, *tr. crimin. lib. 7. cap. 22. num. 8. seqq.*

LXIV. Inter se quoque sæpènumerò facere solent cives contra annonam,

nonam, ut maximè ea non exportetur. Est enim tanta quorundam malitia, ut frumenta coempta tantisper supprimant, dum cariùs ea vendendi occasio se offerat. Nonnulli aliis adhuc artificii avaritiæ suæ explendæ utuntur, dum frumentum adhuc in herbâ emunt, & miserum agricolâ messe suâ pessimè defraudant. Id quidem contractûs genus juri civili non videtur adversum, uti patet ex *l. 78. §. f. ff. de contr. empt. cum & aliâs fructûs futuri in Commercio sînt, & in obligationem deduci queant, l. 24. ff. de legat. 1. l. 8. ff. de contrab. empt. l. 73. ff. de V. O.* Aymo Cravett. *consil. 145. num. 20.* Quia tamen observatum est, in tali venditione usuræ vitium involvi, in multis Rebus publicis prorsùs prohibitum est, ne frumentum in herbâ ematur. Vid. Johannes Copus, *de fructib. lib. 1. cap. 5.* Nicol. Boër. *decis. 296. n. 7.* Gasp. Roderic. *de ann. & menstr. reditib. lib. 1. quæst. 12. n. 38.* Sim. à Groenevvegen. *ad l. 78. de contr. emp. Joh. à Sande, decis. Frisic. lib. 3. tit. 4. def. 7.* Anton. Fab. *Cod. lib. 4. tit. 17. def. 8. n. 3.* Rationem reddit Copus triplicem, 1. ne si frumenta in herbis emerentur, à Dardanariis annona oneretur, 2. ne inopes agricolæ propter modicum precium, quod in præsentî offertur, lætissimâ fegete defraudentur, & ad extre-

mam inopiam redigantur, 3. ut foeneratorum calliditati obviam eatur, qui plerumq; exiguo dato precio amplissimam messem accipiunt. In Romano Imperio propter eadem rationes similis facta est prohibitio in recessu Imp. Augustæ anno 1548. promulgato, sub tit. von Verkaufung der Früchte im Felde / ubi causæ impulsivæ, quæ legi publicæ occasionem dederunt, his verbis exponuntur: Nach dem nicht ohne grofse verderbliche Beschwerden des armen gemeinen Volcks befunden / daß demselben durch etliche eigennützig / geizige Leute im Schein der Kauffmannschafft auff ihren Saamen / so noch auff dem Felde stehen / auch den Wein an den Stöcken / und andere ihre Früchte / Arbeit und Viehe / Geld oder ein anders hinaus geliehen oder gegeben / da durch dieselben armen nothdürftige Leute / was sie gar hârtiglich erarbeiten / näher / denn sich sonst nach gemeinen gewöhnlichen Kauff gebührt / zugeben verursacht / und gedrungen werden. Welches denn nicht allein denselben armen Leuten zu unwiederbringlichen Verderben / sondern auch ihren Herrschaften / denen sie fürter ihr Gebühriß viel desto weniger zu thun vermögen / zu grossen Abbruch / Nachtheil und Schaden gereicht / neben dem / daß solches wider alle Göttliche und Menschliche Satzungen / die Liebe des Nech-

sten und gute Sitten ist. Hierauf setzen
und ordnen Wir/ &c.

LXV. Putat quidem Johannes Copus, *d. l.* si omnino incertum sit, quanti messis tempore frumentum nasciturum aestimabitur, idque nulla prorsus conjectura colligi possit, quod tunc venditio foeneratitia non sit, nec emptores in poenam foeneratoribus impositam, incidant; sed tamen propterea non illico cessat legis vis prohibitiva, quæ non tantum propter foenus speratum, aut expectatum talem contractum infringit, sed etiam propter facilem deceptionem, per quam agricolæ ad vilius precium inducuntur. Et hinc optimè notat Gaspar Rodericus, *d. l.* talem legem non fundari super sola usura interpretativa, sed super fraude, & contractibus fraudatoriis Reip. perniciosis, & etiam super usura largè sumptà, sive super abundantia & supergressione casuali, & damnis agriculturalium inconsultis; quia & tunc defraudantur pauperes rustici, dum spè messis futuræ vendunt tantò viliori precio, quanto incertiore, & pluribus casibus obnoxiam: tunc n. non solum subest eadem fraudis ratio, sed major adhuc propter turpem & aleatoriam negotiationem, & facilitatem ad vili vendendum spem incertam. Et

hoc ipsum est, quod in dicta Imperii lege coerceri oportuit, cujus verba porro hæc sunt: Hierauf setzen/ und ordnen wir/ daß männlichen dem armen Mann in der Noth / und damit er seine Güter desto statlicher erbauen/ auch sonst mit anderer Nothdurfft sich erhalten möge/ auff Wein-frucht/ und anders umb den gemeinen Schlag/ Werth und Rauff/ wie die zur selben Zeit sind/ oder gemacht werden/ fürzu strecken / und zu leihen unverbotten seyn. Wo aber anders/ (notentur hæc verba, quæ non attendi volunt incertitudinem messis futuræ, & hinc precium de præsentem incertum) denn ist obvermeldet / gehandelt/ und hierinnen einiger Vortheil/ Argeliff / Gefahr oder Betrug gebraucht / so wollen wir hiermit ernstlich/ daß solcher Abkauffer/ oder Ausleiher die Hauptsumma verlohren/ und dazu von der Obrigkeit/ nach gestalt un gelegenheit der Sachen/ gestrafft werden soll.

LXVI. Qualis verò, & quanta est potestas Principis in prohibenda exportatione auri & frumenti, uti hæc tenus diximus, talis & tanta est etiam in prohibenda exportatione aliarum rerum, quibus carere Respublica nequit. Nec illæ tamen in quavis Rep. sunt unius ejusdemque generis, cum nec indigentia in quavis Rep.

Rep. sit earundem semper rerum. Ira Athenis multa erant, quæ dicebantur *δοσόμενα*, nimirum *πείσι* *σημίνα* *εξάμινα*, quæ vetita erant ex terrâ Atricâ exportari, ut *πῶσα* *ἡ ναυπηγήσιμα* *ἔλη*, omnis materia, fabricandis navibus apta, abies, pix, stuppa, &c. Quò pertinet etiam Venetorum institutum, quo per totum suum dominium vetant, ne quis quercus, etiam in proprio fundo natus, excindat & vendat, propterea quòd necessaria illæ sint Reip. ad triremes, aliasque naves ædificandas. Ant. Perez. *Cod. de cupress. ex luc. Daphn. num. 5.* Huc etiam pertinet, ni fallor, Constitutio de Perseis, per Ægyptum non excindendis vel vendendis, quæ extat in *l. 1. C. eod. lib. XI.* Affert enim Persea arbor multis morbis medicinam, si vel festuca vel folium ex eâ agris applicetur. Nicephor. *lib. 10. histor. Eccles. cap. 31.* & propter hunc usum cautum esse videtur, ne excindi posset. Gvid. Pancirolli. *lib. 2. var. lect. cap. 258.*

LXVII. Qui rerum momenta, & publica commoda attentius considerant, inter alia hoc animadvertunt, admodum perniciosum esse Rebusp. & civitatibus, si materiam rudem, quam cives ipsi opifices tractare commodè possint, evehi pati-

antur, & hinc svadent, ut alantur & præmio invitentur opifices, qui ex rudi materiâ, in patriâ natâ, merces conficiant. Quam in rem notatu digna sunt, quæ in Galliis observavit Johannes Bodinus, *lib. 6. de Rep. cap. 2.* Verba ejus sic habent: *Ex opere civium, quanta utilitates ad Reipubl. perventura sint, vel ex eo intelligitur, quòd Blasas ad conventus Gallicis acceptâ legatione profectus mercatorum querelas audiebat, cum dicerent, lanarum exportationem vetitam quidem fuisse, nihilominus tamen Italiam quendam ab Rege prece vel precio obtinuisse, ut lege solveretur, quâ quidem ratione, cum unus homo viliprecio lanarum, vini infinitam in Italiam exportavisset, ex materiâ pannos, à Florentinorum opificibus confectos, in Galliam revehi curavit, unde quantum pecuniarum coegerit, ex eo percipi potest, quòd materiam partibus quindecim confectam opus superaret, &c.* Eodem modo conqueritur Antonius Perez. *Cod. de litor. & itin. custod. lib. XII.* quòd Hispani aliis populis mittant sericum, lanam, chalybem, ferrum, aliasque merces; illæ verò diversimodè elaboratæ revehantur in Hispaniam, & ingenti coëmantur precio, ob vecturæ sumptus & artificium. In his talibus optimo jure Princeps exportationem prohibere

hibere potest, quemadmodum etiam prohibere potest invectionem aliarum mercium, quæ deteriores multò sunt illis, quibus patria terra abundat. Quò pertinet edictum Electorale Saxonicum, vom verbot der Corrosiv-Farbe/ Indigo genant/ in der Erledigung der Lands-gravam. tit. Justicien-Sachen num. 76. Et hæc quidem de classe primâ.

LXVIII. In secundâ classe Commerciorum, quâ prohibentur invehi, quibus depauperari potest Reip., maximam partem conficiunt ea, quæ luxum inducunt. Queritur de iis Tiberius Imp. apud Tacitum, l. 3. *annal.* Lapidum causâ pecuniæ nostræ ad externas aut hostiles gentes transferuntur. Et Lutherus suo tempore in mercatum Francofurtensem propter peregrinas merces, ad corrupendos Germanorum animos investas, acerbè stomachatus est, ipsumque Francofurtum baratrum ac voraginem omnis auri & argenti, quod in vicina regna & provincias transportatur, nuncupavit. Herman, Lather. *de cens. lib. 2. cap. 2. n. 67.* Eoq; pertinent odores, pigmenta, innumerabilia vestium ornamenta, colores preciosissimi, gemmæ, margaritæ, cupediæ, cæteraq; ejusdem generis. Et quis verò non detestetur peragrantis gulæ, & in succos insectos inquirentis, indu-

striam, atq; has undiq; versum indagine cupediarum, dum sordent cibi patrii, & conquiruntur pavus è Samo, Phrygia attagena, grues Melicæ, hædus ex Ambraciâ, pelamis Chalcedonia, muræna Tartesia, aselli Pessinuncii, ostrea Tarentina, pectunculus Chius, elops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiæ, palma Ægyptia, glans Hiberica, uti tales exquisitas ciborum delicias, Romanis usitatas, ex Varrone refert Agellius, *lib. 7. noct. Attic. c. 16. & lib. 15. cap. 8.* Quantus in vestimentis, & pellibus peregrinîs luxus sit, quotidiana docet experientia, & jam apud Romanos in usu fuerunt pelles Babilonicæ & Parthicæ, quarum fit mentio in *l. 16. §. 7. ff. de publican.* Nihil jam dicam de Commercio earum rerum, quæ ex auro, in tenuissima fila ducto conficiuntur, ut sunt guldne und silberne Epihen/ Ballaunen/ &c. Quæ negotiatio, quàm pernitiôsa Reip. sit, nemo animadvertit prius, quàm consideraverit, auri istius ita ducti univèrsam quantitatem lentè immiui, & tandem prorsus evanescere, atq; in nihilū redigi. Nulla autè vel vitiosior unquam, vel vesana magis, vel damnosa magis extitit negotiatio, quàm ea, quæ ante paucos annos inter Batavos circa flores, & eos imprimis, quos Tulipanos dicunt, ma-

gno gentiū deridiculo fuit frequen-
tata. Vix credet posteritas tantā hu-
jus seculi fatuitatem & deliramenta,
præsertim ubi legerit, quæ hæc de
negotiatione prodidit Meteranus
novus, sub anno 1638. *libr. 55.* De
Turcis refert Augerius Gislenius
Busbequius, *epist. 1.* Solere eos flores
valdè excolere, & alioqui minimè
prodigos, in eximio flore aliquot
asperorum sumptum facere. Sed
quid asperi aliquot ad mille, imò
bis mille florenos, quibus unicus
flos æstimatus, & venditus fuit apud
Batavos? Vellem ego hunc seculi
nævum reticere, sed hoc tamen for-
tè ejus memoria præstabit, ut cau-
tius aliquando mercari discant in-
ter posteros nimii florum admira-
tores. In his omnibus liberam facio
Principi potestatem vel restringen-
di, vel omninò prohibendi istius-
modi commercia, prout status Rei-
publicæ suæ effligat.

LXIX. Ad hanc classem refero
etiam histrioniam. Fuèrunt qui-
dem aliquando spectacula inter ef-
ficacissima regnandi instrumenta
habita, & è contrario exitiosum vi-
sum, infausta truciq; modestiâ, vel-
ut cruci perpetuò affixos, aut equu-
leo tenere populos. Sed in his ta-
men modus esse debet. Quod si
enim spectaculis & comædiis, aut

tragoædiis pleramque omnem im-
pendunt & vitam & substantiam,
vel prorsus interdicere poterit Prin-
ceps istiusmodi ludos, vel saltem
lucari, (h. e. mercedi histrionum,)
modum ponere, aut etiam istud ex
fisco numerare. Ita Tiberius ludo-
rum ac munerum impensas corri-
puit, mercedibus scenicorum rescis-
sis, & M. Antoninus Imp. tempera-
vit scenicas donationes, jubens, ut
quinos aureos scenici acciperent,
ita tamen, ut nullus editor decem
aureos egrederetur. Et in hoc u-
nico nunc subsisto, si scilicet vide-
rit Princeps, civium bona per e-
jusmodi spectacula attenuari. Vid.
Thom. Hurtado, *tr. 1. resol. 8.* Quòd
enim ideò etiam prohiberi debeat,
quia ad corrumpendos civium mo-
res magnam vim habere ars histrio-
nica creditur, uti prolixè contendit
Bodinus, *de Republ. lib. 6. cap. 1.* nihil
nunc attinet discutere. Ad eundem
censum refero agyras, medicos cir-
cumforaneos, circulatores & im-
postores alios, quorum hoc est præ-
cipuum studium, ut imperitam ple-
bem argento emungant, dum vanis-
simas artes magnà cum ostenta-
tione, & multis fraudibus profiten-
tur. De eorum artibus videri pos-
sunt Thomas Campanella, *de sensu
rer. lib. 4. cap. 4.* Herm. Lignarid. *in
oblect. acad. cap. 30.*

LXX. Sed quid dicendum erit de ollâ fortunæ, uti vocatur, (*Glücks-Topff*) quæ plerumq; magno cum irritamento exponitur? Et sunt quidem nonnulli, qui usum ejus non improbant, quemadmodum & Belgæ, & aliæ civitates talem sæpè instituerunt, redivitibusq; & lucra, inde collecta, ad ædificationem nosodochiorum, & carceris publici, in quo filii immorigeri, aliiq; ociosi homines coerceri solent, contulerunt. Hermann. Lather. *de cens. lib. 3. c. 15. num. 35. 36.* Et si modus iste, ut schedulæ unâ vice autoritate publicâ extrahantur, qualem præscribit Jacob. Bornitius, *de arar. lib. 2. cap. 4.* observetur, also daß die Gewinn-Zettel gleich mit den gemeinen außgehen/und sonsten keine blinden Zettel darinnen zu befinden/ omnis falsi videtur expers, fraudisq; suspicione carere. Lucrum enim in eo consistit, ut pecunia numerata ex supellectile argenteâ, & rebus similibus, emptorem, qui precium justum solvat, non inventientibus, exiguo temporis spacio possit confici, & creditoribus exindè satisfieri. Atqve hoc unico remedio civibus obæratibus consuli posse, creditum sæpè fuit. Sed enim cum fieri hinc soleat, ut amore & spe lucri, multi maximam partem substantiæ suæ consumant, & ære suo defraudentur, dum sche-

dulam unam post alterâ redimunt, nec satis coerceri possint eorum fraudes, qui ollam talem exponunt, & sortilegii hoc genus tam ex parte eorum, qui ollam instituunt, quam eorum, qui fortunam suam in eâ periclitantur, non usquequaque probari possit, rectius acqvirendi iste modus omninò prohibetur, præsertim si à privatis talis fortunæ lusus instituat. Et hæc scilicet ratio est Constitutionis Electoralis Saxonicæ, in der Policen-Ordnung/de anno 1612. tit. *Topff-Spiel.* Add. Philipp. Knipschild/ *de jur. civit. Imper. lib. 2. cap. 16. num. 113.* Besold. *Tbesaur. pract. verb. Glückshafen.* Henr. Canisius, *ad c. 4. X. de usur. n. 8.*

LXXI. Accedimus nunc classem tertiam, earum scilicet rerum, quæ propter statum & conditionem mercantium prohiberi solent. Inter quas jure civili eminent purpura, quæ olim pisciculi sanguine infecta, multis à Christo nato annis celeberrima, & summorum Imperatorum insigne fuit, magnificis impensis & sumptibus comparata. Ea in totum exempta fuit commercio privatorum, *l. 1. C. quæ res vend. non poss. adè* ut nec vestes, purpurâ prætextas, nec purpurea segmenta aut institas, nec stamina purpurea subtextas, vel vellera etiam, adulterino colore in speciem sacri muricis fu-

cati

cata habere licuerit, *l. 3. 4. & 5. C. de vestib. olober.* & Majestatis crimen commiserit, qui conchylio vestimenta tinxisset, *l. fin. Cod. Theod. de murilegul. & gync. l. 4. Cod. de vestib. olober.* Prohibitionem tamen istam temperavit Imperator Leo, *novell. 80.* subditis suis in usum, & speciem magnificentiæ purpuræ frustra, atque segmina tam divendi, quam emi permittens. Sed nec sub primordiis Imperatorum Romanorum tam severè prohibita videtur purpura, & imò illis temporibus eam in commercio fuisse, ni fallor, sufficienter ostendit locus, *Act. XVI. v. 14.* ubi mentio fit mulieris Lydiæ, quæ fuerit *προυργόπωλις*. In originem prohibitionis inqvirenti, id occurrit, quod usus purpuræ ab ipso mox Julio Cæsare omnibus, præterquam Senatoribus, interdictus fuerit, ut scribit Dio, *lib. 49.* propterea tamen in commercio esse nondum desiit, donec prohibitio ad ipsas etiam purpuræ nundinas extensa fuit, usu scilicet soli Principi, ejusque domui reservato, ex quo deinceps rex sacer dici cœpit, *l. 3. C. de vestib. olober.* Factum hinc porro, ut etiam navicula, functioni muricis & legendis conchyliis deputata, sancta haberetur, & duarum librarum auri illatione teneretur, qui naviculam talem ausus fuerit usurpare, *l. 9.*

Cod. de murilegul. Quod autem sibi solis purpuram adscripserunt, & reliquis omne ejus commercium interdixerunt Imperatores, factum esse videtur non tam propter ejus æstimationem, de quâ videri poterit Plinius, *lib. 9. c. 39.* quam ne facile rebellibus suppeteret purpura, quâ invasorem Regni & Imperii amicare possent. Joh. Marquard. *de jur. mercator. lib. 2. c. 1. num. 28.* Hodie verò nobilissimus ille color nuncquam comparet, quinimò jam diu sive per superiorum sæculorum inertiam, sive quod in commercio esse per Imperatorum edicta desierit, cœcis tenebris quasi obrutus, & sepultus jacet, ignoratâ penitus preciosissimæ tincturæ ratione. Nic. Fuller. *lib. 1. miscellan. sacr. cap. 20.* Conf. Gvid. Panciroll. *de reb. deperdit. tit. de purp.* & ibi Henr. Salmuth. it. Jacob. Cujacius, *l. 12. Obs. 24.* Anton. Perez. *Cod. de vestib. olober. n. 4. 5.*

LXXII. De fericis vestibus itidem aliqua in jure nostro extant interdicta, quippè quæ & ipsæ privatorum usu erant exemptæ, non tamen ita, ut purpureæ. Holoveras enim sive holosericas vestes viris tantum interdicit Imperator Theodosius, matronis non interdicit, nec etiam Viris subsericas, *l. 4. C. de vestib. bolover.* Sic & prohibitio auratarum & fericarum paragaudarum, auro

intextarum, Viri tantum facta est, non mulieribus, *l. 1. § 2. C. eod.* Tales autem paragaudæ pluris non erant, quam holoveræ. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Vid. Cujac. *ad d. l. 4.* Ne autem legi fraus fieret, ipsum etiam serici commercium, & comparandi serici à Barbaris facultatem omnibus auferri jusserunt Imperatores, præter comitem commerciorum, cujus cura fuit, ne illicita commercia exercerentur, & cui soli in usum Principis à Barbaris comparandi serici jus potestasque fuit, *l. 2. C. quæ res venir. non poss.* & ibi Sim. à Grœnevvegen. Quia tamen, ut dixi, eo tempore fœminis holoserica, & viris subserica non erant prohibita, prohibitio *d. l. 2.* ita accipienda est, ut nihilominus privatis sericum emere liceret à comite commerciorum. Sic enim rem temperare malo, quam dicere, ablatam esse privatis comparandi à Barbaris serici facultatem sine comite commerciorum, uti textum istum accipit Antonius Matthæus, *de crimin. tit. de illicit. pign. n. 4. pag. 287. h. e.* non prorsus ademptam esse facultatem serici, à Barbaris comparandi, dum tantum comparatio ista fieret, præsentem comitem commerciorum.

LXXIII. Cæterum unde originem habeat vestis serica, & numquid dif-

ferat à bombycinâ, multa adhuc est inter Eruditos controversia, & graviter à se invicem dissentiunt Justus Lipsius, *in Tacit. lib. 2. annal.* atque Nicolaus Fullerus, *l. 2. Miscell. cap. 11.* Nobis, eam litem componere, nunc non vacat, nec propriè nostræ est professionis: Id, quod justum est, querimus, atque ideò ex suprâ dictis conficimus, licere Principi subditis suis leges vestiarias præscribere, interdicto etiam, si parere illi aliter nolint, omni rerum prohibitarum commercio. Sed videndum est, ne hodiè vitia remediis sint fortiora. Eò enim luxuriæ deventum est, ut etiam proletarii cives, & eorum filiarum holosericâ veste, auratisque segmentis utantur, ut verendum sit, ne si opes defecerint, ad facinora incendantur, ex quibus mutatio & eversio statûs publici facile suboritur. Tibialia serica primus in fororibus suæ festivitatis nuptiali induit Henricus II. Rex Galliarum, uti ex Mercurio Gallico refert Limnæus, *in addit. ad lib. 6. cap. 2. num. 10. tom. 4.* At quis hodiè inter tonsores est, qui illis non utitur, aut licitè se uti posse non contendit? Plura ut hîc addam, seculi vitium non permittit, nec nostrum etiam institutum.

LXXIV. Invenio & de cupressis interdictum, *in l. 1. § 2. Cod. de cupress. ex luc. Daphn. lib. XI.* ubi in

priore quidem Constitutione sub mulctâ quinqve librarum, in posteriore autem sub mulctâ quingvâginta librarum auri prohibetur, ne quis ex Daphnes luco Antiochenæ civitatis præcidendæ, vel comparandæ sibi cupressi licentiam sumat. Notat tamen Didacus Covarruvias, *de veter. numism. collat. cap. 4. in Gregorii Haloandri codice d. l. 2. pro quingvâginta legi quinqve, & hoc magis convenire textui in l. 1. Qvicquid sit de poenâ, prohibito certa est, cujus rationem quærit Gvid. Pancirol. lib. 2. var. lect. cap. 258. in amœnitate nemoris illius. Et certè quàm amœnū ac deliciosum Antiochiæ istud suburbium olim fuerit, constare poterit ex peculiari descriptione, quam in theatro orbis edidit Abrahamus Ortelius. Solam autem amœnitatem, prohibitionis causam non fuisse, vel exinde patet, quòd in d. l. 2. etiam lapsas arbores, ex quibus scil. nulla amplius amœnitas nemoris sperari potest, quolibet modo transferendi denegetur licentia. Aliam igitur subesse oportet causam, quæ qualis fuerit, post tot secula difficulter eruatur. Cupressos quidem hoc loco servari scribit Philostratus, referente Ortelio, in memoriam Cyparissi, adolescentis Asyrii, in eam arborem conversi; Sed hoc fabulo-*

sum est, & Christiani Principis constitutione indignum.

LXXV. Glossa putat ideò cupressos excidi prohibitum, quia facerent ad continendos aggeres, per quos intra limites coërceretur Nilus. At verò, quid Nilo cum cupressis Daphnensibus? Quis tam vecors esset, qui per octoginta millia Germanica cupressos vehere vellet, ut aggerem faceret ad continendum Nilum? Est enim Antiochiæ, juxta quam situm fuit nemus istud Daphnense, elevatio poli secundum indicè Keplerianum, Tabulis Rudolfinis insertum, 36°. 15'. Nilus verò in mare mediterraneum se exonerat sub gradu 31. Tanta cum utriusq; sit distantia, minùs se probabilem reddit data de continendis aggeribus ratio. Nec verò primi fuerunt Arcadius & Honorius, qui commercium hoc cupressorum interdixerunt, sed jam ante eos circa annum Christi CCCLXXIX. ab Imperatoribus, Gratiano, Valentiniano & Theodosio, similem prohibitionem editam fuisse ex l. 12. Cod. Theodos. de jur. fisc. colligitur, ubi Alytarchæ, (h. e. Sacerdoti,) urbis Antiochenæ plantandi plures, excidendæ unius eupressi potestas datur, quæ tamen à Theodosio & Valentiniano planè deinceps adempta fuit; assignatâ tamen pro solatio, an-

Z z z z }

tiqvitus

tiquitus concesso, unâ librâ auri, *d. l. 2. C. de cupress.* Quantum autem conjicere licet, videntur cupressi adhibitæ ad conservationem & reparationem palatii Daphnensis, cujus fit mentio in *l. 2. Cod. Theodos. de aqua ductu*, quod sine dubio ex meris cupressis exædificatum fuit. Cum igitur arborum istarum quotidie necessarius esset usus, ne ex promiscuo Commercio aliquando deficerent, & ut simul amœnitas loci conservaretur, opus fuit talibus Constitutionibus, quibus emptoribus comparare cupressos prorsus interdiceretur.

LXXVI. Superest, ut de venenis aliqua addamus, quæ & ipsa non in omnium sunt Commercio. Ita enim constitutum olim fuit, ut qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit vel habuerit, poenâ legis Corneliæ reneatur, *l. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Venenum inquam scilicet malum, quia qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum an bonum, *l. 236. ff. de V. S.* Siquidem id nomen medium est, & tam id, quod ad sanandum, quam id, quod ad occidendum paratum est, continet, *d. l. 3. §. 2. ff. ad L. Corn. de sicar.* Veneni igitur mali nulla contrahi potest emptio, scilicet illius, quæ nullo modo adjectione alterius materiæ usu nobis esse potest. De

illo verò, quod mixtum aliis materiis adeò nocendi naturam depōnit, ut ex eo antidoti, & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest, *lib. 35. §. 2. ff. de contr. empr. Thom. Trevisan. l. 2. decis. 50. num. 5. Alberic. Gentil. ad l. 1. C. de mal. f. & math. Scaccia, de Commerc. §. 1. q. 1. n. 556. Joh. Gœdd, ad d. l. 236. ff. de V. S. Conrad. Summenhart. de contract. qu. 53.* Hinc etsi mala medicamenta, & venena in judicium familiarum herciscundæ veniant, judex tamen omninò interponere se in his non debet, sed protinus corrumpi & destrui faciat, *l. 4. ff. fam. ercisc.* quod verum arbitror, nisi venena illa bona sint, & divisio inter pharmacopolas facienda. Cæterum accuratius adhuc venena dividit & distingvit Paulus Zacchias, *in quest. medico-legal. lib. 2. tit. 2. q. 3.* Sed ea suo loco relinquimus, uti & quod de poenis, in eam rem constitutis disputari inter Doctores solet. Vid. Jacob. Menoch. *de A. 7. 2. cas. 359.* Anton. Gomez. *p. 3. resol. c. 3. resol. n. 9.* Id tantum curæ nobis est in præsentia, ut Principis potestatem in commerciorum prohibitione, aut restrictione ostendamus. Quod igitur jure civili jam olim optimis legibus prohibitum est, ne quis temerè cuique venenum vendat, id quivis hodie

diè imitari in suo territorio poterit Princeps. Quia enim periculosissimum semper est tractare venena, & aliqua etiam sunt, quæ juvare neque sanos neque ægros valent, nisi forte per accidens, uti id explicant Medici, & hinc facillè homicidia procurari possunt, prudentis legislatoris est dispicere & cavere, ne omnes habeant venena, neve omnibus divendantur. Fecit id in Imperio Germanico Carolus V. Imp., dum in ordinatione sua art. 37. ita edicit: Auch so einer Giftt kaufft / und des vor der Obriqkeit in Längnen stünde / und doch des Kauffs überwießen würde / macht auch gungsam Ursachen zu fragen / worzu er solch Giftt gebraucht / oder brauchen wollen. Es sollen auch alle Obriqkeit an ieden Orten die Apotheker / und andere / so Giftt verkauffen / oder damit handthieren / ein Gelübd und Eyd nehmen / daß si niemand einig Giftt verkauffen / noch zustellen / ohne Anzeigung / Vorwissen / und Erlaubung derselben Obriqkeit.

LXXVII. Pervenimus tandem ad classẽ quartam Commerciorum, scil. quæ ideò prohibentur, quòd de honestamento & dedecori sint Reip. Tale est commercium lenonum. Quo enim tempore homines emebantur, & vendebantur, & venaliciarii, atque mangones nego-

tiationem talem impunè exercebant, fuere, & qui puellas ære suo emerent, easque alerent, & merere, eas sibi cogere prostitutas, quas etiam amatoribus suis, si emere eas vellent, ut haberent, aut liberarent, vendebant, *πρωβοσμοί* inde dicti. De talibus lenonibus, & mulieribus prostitutis plena est comœdia veter. Nefarium autem hoc est commercium, quo ex publicis scortationibus, ex adulteriis, deflorationibus aut ex fornicationibus quæstus quæritur, non quidem proprio corpore, sed virgines, mulieres, matronas, aliorum uxores aut meretrices hujus quæstus gratiã impudentissimè prostituendo. Ludov. à Peguera. *decis. 15.* Sed fuit tamen aliquando inter pœnas Christianarum virginum aut matronarum, ut quæ fidem abjurare nollent, inter publica scorta à Lenonibus prostituenterentur, qualia exempla refert Dorscheus, in *catalog. supplic. quem præmisit orationi de admirand. mortis Christi*. Justinianus verò, *Novell. 14.* (& antea eum Imperator fortè alius, cujus est Constitutio in *l. 7. C. de spectac. & scenic. lib. XI.* à Cujacio ex libris *Βασιλικών* restituta,) omne istud commercium sustulit, ejectis ex urbe Constantinopolitanã lenonibus omnibus; qui, quas fraudes in seducendis miseris puellis adhibuerint,

præ-

prægnantissimis verbis illic plenius commemorat. Add. Conrad. Rittershus. & qvi ejus notas perpetuo exscribit, Matth. Stephan. *ad d. Novell. 14. Philipp. Paschal. de virib. patr. pot. part. 2. cap. 10.* Harum legum exemplo, etiam in nostris territoriis à Serenissimo Saxone constitutum est, *part. 4. constit. 29.* Würden auch andere Personen außserhalb der Eheleute und Eltern/ ihres Nutzes oder Geldes halber/ eine eheliche oder ledige Person verkuppeln/ die sollen willkürlich/ als mit Staupenschlägen gestrafft werden. Da sie es aber nicht Geldes oder Gewinnes halber gethan/ sollen sie mit Gefängniß oder Landesverweisung/ iedoch ohne Staupenschlagen/ gestrafft und belegt werden. Id obiter noto, etiam jure civili, ut quis leno aut lena dicatur, non necesse esse, ut ex professo in hac solâ negotiatione versetur, sed eam etiam lenam esse, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet, ut si quæ cauponam exercens, in eâ corpora quæstuarialia habeat, ut multæ adsolent, sub prætextu instrumenti cauponarii, prostitutas mulieres habere, *l. 43. §. 8. ff. de R. N.*

LXXVIII. Patet hinc, etiam lupanaria inter Reip. dehonestamentâ esse, & jure merito Commercium istud à Principe prohiberi. Fuêrunt quidem ea jure Romano-

rum aliquando permissa, & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercita fuêrunt, ut testatur Ulpianus, *in l. 27. ff. de hered. petit.* in bene constitutâ tamen. Rep. ferenda ea haud quaquam sunt, ut maximè haud exiguû sæpè quæstum, publicis operibus destinatum, ex vectigali meretricio fecerint nonnulli Imperatores. Vid. Herman. Lather. *de cens. lib. 1. cap. 5. n. 21. seq.* Nullo modo enim probari poterit Italorum institutum, qvi ut à stupris & adulteriis cives suos avertant, lupanaria permittunt, adversus quos graviter, ut decet, invehitur Claudius Espencæus, *de stat. vid. lib. 3. cap. 4.* Roma inquit, hoc est, in totius Christianismi metropoli, quid adhuc hac in re factum aut non factum? Anno 1538. Paulo III. delecti pro emendandâ Ecclesiâ reverendissimi Cardinales, aliq, viri graves, sic inter alia consuluerunt, corrigendum est hunc turpem abusum, quo illic meretrices, ut matrone incedunt, aut mulâ veuntur, affectantibus eas de mediâ die nobilibus, familiaribusque Cardinalium atq, Clericis, habitant etiam insignes aed. Nullâ in urbe hanc, ajunt, corruptionem vidimus, præterquam in hac omnium exemplari. Et hanc tamen turpitudinem corruptelamq, ne ille quidem ex consiliariis tùm unus, Paulus postea

IV. sustulit, quod, ut mihi bene sum conscius, eo, quo me colloquio dignatus est, quod potui ac debui modestia, privatim suaseram. Mirum certe tales tantosque viros consuluisse minuendum modò scortorum fastum ac luxum, non etiam ea simul ejicienda, an verò propter tam multos ibi cælibes necessariò retinenda? O rem horrendam, mihi sane sic eos sensisse, dicere religio sit, &c: Sed & Hispanis aliquando tolerata fuerunt publica ejusmodi lupanaria, etiam legibus in eam rem à Philippo II. Rege anno 1571. Madriti promulgatis, quas refert Joh. Mariana, de spectac. c. 17. Et in genere disputat Maximilianus Sandæus Jesuita, rectè meritoque meretricum genus, quæstumque meretricium posse permitti, imò & debere.

LXXIX. Tanta cum sit inter Pontificios lupanarium autoritas, mirum non est, agitari inter eos quæstiones, quæ & castis auribus, & Christianis planè indignæ, & propudiosæ sunt, quandoque etiam prorsus impia. Et quis verò non exhorrescat, postquam audiverit, moveri & dubitari inter Moralistas, utrum liceat corripere aut reprehendere meretricem, cui Magistratus permisit exercere meretricium. Et nihilominus tamen Dominicus Bannes, Ægidius Koning. & Ferdinandus de

Castro Palao dubitandi rationem, inde accersunt, quòd & Resp. hoc permiserit, & occasio hinc detur, ut plura & graviora mala sequantur, uti adulteria, Sodomix & bestialitates, quibus minuendis, ajunt, permitti lupanaria. Quasi verò non ipse quoque permittens corripì justè posset, & quasi permissione istà meretricium poneretur in genere licitorum; quasi etiam mala graviora, quæ insequuntur, necessariam haberent per modum causæ & effectus connexionem cum correptione meretricis, aut omissione vitæ meretriciæ. Nemini omninò licet omittere divinum præceptum, ut maximè per accidens, imò propria quandoque hominum, ad quos ea res spectat, culpà secuturum videatur majus malum. Huic quæstioni affinis est altera illa: utrum Patroni meretricum absolvi possint, etiamsi non renuncient officio, in quo ipsis est proxima peccandi occasio? Patronos autem hos dicunt, quibus autoritate publicà cura meretricum commissa est, ut incolumes illæ ferventur, discutiantque, an morbo contagioso laborent. Horum officium non licitum tantum esse dicit Thomas Hurtado, in resolut. moral. pract. 1. resoh. 15. n. 130. sed etiam necessarium, supposità scilicet meretricum permissione, quamvis habeant

A a a a

occa-

occasionem peccandi proximam. Solent verò Moralitæ plerumq; actûs ab invicem separare, & qui indifferentes aliàs sunt, non considerato sine ultimo, ad quem tendunt, propter indifferentiam suam licitos facere. Sic enim Thomas Sanchez concludit, licere alicui mutuo dare nummos, aut cubiculum accommodare petenti ad fornicandum, quando absq; gravi detrimento proportionato denegari nequit, quia sc. utrumq; est indifferens, & ex solâ pravâ abutentis intentione ad malum tendit. Vid. Hurtad. *d. l. & tract. 4. c. 8. resol. 39. n. 428. seq.*

XXC. Sed & Jctos nostros circa hanc materiam prava aliquando incescit opinio, dum nonnulli, quorum antesignanus fuit Philippus Decius, putarunt, cogi posse meretricem, quæ se publico lupanari exhibet, & prostituit cuicumq;, justam mercedem solventi, copiam sui facere, non aliter atq;ve cogi possint caupones ad recipiendos viatores. Ne verò id frustrâ, & sine legum auctoritate adseruisse videantur, in sententiæ suæ confirmationem allegant *l. 39. ff. de furt. l. 15. §. 15. ff. de injur.* sed per consequentias, minimè sibi cohærentes, & longè petitas. Quam ineptè enim textûs illi in hanc rem adducantur, ostendit Didacus Covarruvias, *lib. 3. resol. c. 14.*

n. 2. liberans veteres Jctos, autores istorum textuum, ab insultationib; Andree de Iserniâ, & Matthæi de Afflictis, qui, illos à naturali ratione defecisse, pronunciant. Eum sequitur Vincentius Caroccius, *de locat. & conduct. p. 3. qu. 30. n. 30.* qui tamen *n. 26. ex d. l. 39. ff. de furt.* maximè commendat veterum Jctorum injuvenes libidinosos, & amoris æstu ferocientes benignitatem atq; misericordiam, hoc ipso Decii sententiam amplectens. Nec verò ex cautionariâ professione ad meretriciam argumentari licet, dum caupo rem licitam facit, meretrix autem, ubi toleratur, non nisi permissam, & quidem ita permissam, ut rectius prohiberetur. Quandoquidem igitur omne istud Commmercium meretricium non exiguum foveat peccatum, & maximè turpe sit Reip., propudiosas ejusmodi publicarum libidinum victimas in sinu educare, rectè faciet Princeps, qui severâ cum animadversione istud prorsus prohibet, prostitulis ipsis & lastauris, si fieri aliter non potest, ejectis & proscriptis. Admittit tamen Decii sententiâ sub aliquâ limitatione Thomas Hurtado, *tr. 1. ref. 17. n. 144.*

XXCI. Possemus unicuiq; classis plura subjicere exempla, nisi nimia jam viderentur ista ratione nostri instituti. Ex his autem patet, quæ & quan

quanta Principi in Commerciis subditorum suorum competat potestas, eaq; clariùs adhuc elucescet in iis, quæ circa formam negotiationis à Principis imperio dependent. Et si enim in iis rebus, quæ prohibita non sunt, libera videatur negotiatori relicta facultas pro arbitrio rem emendi, exponendi, vendendi, permurandi, & quovis modo distrahendi; accidit tamen interdum, ut ex causis specialibus accidatur talis facultas, & ad certum locum, tempus, & alias circumstantias restringatur. Quod dum autoritate publicâ vel Principis vel Magistratûs, à Principe talem potestatem habentis, fieri debeat, consequens nunc est, ut paucis quoque de illis restrictionibus videamus, quippè per quas modus & forma negotiandi præscribi solet. Id obiter noto, in iis rebus, quæ in Commercio sunt, non debere fraudem committi à venditoribus, neque corruptas merces pro incorruptis vendi. Si quis enim merces corrumperit, uti faciunt, qui piperi pulverem, farinæ arenam, vino calcem, butyro sebum miscent, qui aromata loco subterraneo condunt, ut humor pondus augeat: qui pannis vilioribus sigilla falsa adpendunt, qui summâ parte facci, vel calathi poma decumana collocant, imo putria & austera, quicquid alia ejusmodi, qualia

sexcenta sunt, committunt; si quis, inquam, talia fecerit, stellionatus criminis reus erit, *l. 3. §. 1. ff. Stellionatus. Jac. Menoch. de A. I. Q. cas. 382. n. 3. Anton. Matth. de crimin. tit. de falsi. n. 15. Dn. Tabor. in racemas. ad tit. de crim. stell. num. 9.*

XXCII. Antequam verò pergamus, præjudicialis illa quæstio enodanda erit: utrum quis cogi possit, ut rem suam vendat? Et quæ demum regulariter cogi ad venditionem rei suæ nemo potest, *l. 11. C. de contrab. empt. l. 16. C. de jur. delib.* ne tamen quidem, quando venalem ipsè rem exposuit. Et si enim tamen animus, & intentio per expositionem talem colligatur ista, quod paratus sit venditor rem expositam vendere; non tamen cogi potest, ut præcisè Titio, aut primo licitanti vendat, ne videlicet præter voluntatem uni magis, quam alteri vendere cogatur, contra *l. 14. C. de contr. empt.* Quocirca nec injuriarum actione tenebitur, si vendere Titio noluerit. Carpov. *l. 1. Respons. 58. n. 14.* imò verò potest venditor omninò pœnitere, & rem, quam venalem exposuit, sibi reservare. *Jac. in l. rogasti n. 1. ff. si cert. pet. Sig. Scaccia, de sentent. & rejud. gloss. 14. qv. 29. num. 33.* Sed hoc tamen fallit in rebus, quæ ad vitum hominis pertinent, quas qui venales exposuit, etiam cessante,

Aaaaa

cjus

ejus rei inopiã, iusto precio eas vendere tenetur. Didac. Covarruv. 3. *resol. 14. n. 1.* Scaccia *d. l. Don. Garf. Mastrill. decis. 17. num. 4.* Petr. Nic. Mozzius, *de empt. tit. de reb. quæ emi & vend. poss. n. 58.* Capell. Tholosan. *qv. 447.* Ratio videtur esse ista, quia si non teneretur vendere, esurienti quandoq; difficile esset famem explere, & necessaria ad vitam comparare, cum tamen fames moram non patiatur diuturnam.

XXCIII. Quod si verò annonæ inopiã Resp. laborat, tunc etiam ille, qui res ad victum pertinentes venales non exposuit, nec publicæ venditioni obtulit, ad earum venditionem cogi potest. Mozz. *d. l. Augustin. Barbof. ad l. 11. C. de contr. empt. num. 20.* etiamsi Nobilis ille fuerit, aut Clericus. Joh. Bapt. Costa, *remed. subsidiar. 76. n. 3.* Sed tunc tamen iustum dari debet precium, & quidem, ut volunt Doctores, in pecuniã numeratã, ita ut cogi nequaquam possit venditor, ut habeat fidem de precio. Fabian. de Monte, *de empt. qv. 3. num. 40.* Alvar. Valasc. *consultat. 22. n. 6.* quod intelligo, nisi & ipsi ita depauperati fuerint cives, ut pecuniam adhuc paratam, quã emere possint, habeant. Alias enim, quoniam obstrictus sum, ut fidem potius habeam de pretio, quã ut patiar proximum fame enecari, du-

bium inter Christianos nullum est. Quod si aliqui tantum cives ita depauperati sint, ut cibaria sibi comparare nequeant, possunt cogi ditiores, ut pecuniam conferant ad emendam annonam, alias vè species, quibus communitati, fame laboranti, succurratur. Ant. Perez. *Cod. ut nem. lic. in coempt. spec. lib. X. n. 4.* Cæterum quodnam in hoc casu sit iustum precium, æquè adhuc controversum est. Sunt qui currente precio frumenta comparari debere volunt, Ludovic. à Peguera, *decis. 88.* Alii statuunt, cogi venditorem posse, ut rem vendat etiam minus iusto precio. Fabian. de Monte, *d. l. Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholof. d. l.* Alii in æstimatione faciendã attendi simul volunt locum, quo destinata fuit venditio frumenti,posito, venditorem non esse civem, sed peregrinè advenientem & transeuntem. Don. Garf. Mastrill. *d. decis. 17.* Denique Bachovius, *in Treutl. vol. 1. disp. 28. sb. 3. lit. C.* ita rem determinat. *Aliquando, inquit, definitio precii relinquitur arbitrio libero venditoris, & id precium iustum est, de quo inter partes convenit: aliquando non permittitur, veluti ex causã necessitatis publicæ, & hinc Magistratus si precium moderatum præstinet, hoc omnino iustum dicendum est.* Ego in hac Magistratus æstimatione acquiesco, & hanc unicã probo, cum non videatur con-

rar consultum, ut venditori in tali necessitate casu arbitrium relinquatur, quippè qui facillè extorquere ab emptoribus iniquum rei precium potest. Vid. Perez. *d. l. n. 5. 6.*

XXCIV. Potest tamen etiam extra necessitatis casum cogi quandoque, qui res, ad victum necessarias, habet, ut vendat. Et tùm sentio cum Ludovico à Peguera, *d. decis. 88.* currente precio merces istas æstimandas esse; quod & probare videtur Aufrelius, *d. l.* Ratio autem coactionis est ista, ne deficiat annona, quod fieri facillè posset, si aut ab his, qui coemptas merces supprimunt, aut à locupletioribus, qui fructus suos æquis precii vendere nolunt, annona oneretur, *l. 6. ff. de extraord. criminib.* Hâc ratione compelli etiam possunt rustici, civitati adjacentia prædia habentes, ut in civitatem potiùs, quàm in remotiora loca annonam ferant, & illic vendant. Lud. Peguer. *d. l. n. 3.* Joh. Fr. Ripa, *de peste cap. 4. n. 194. seq.* Covarruv. *l. 3. var. resol. cap. 14. n. 6.* Anton. Perez. *ad tit. Cod. de metallar. num. 14.* Qui, si Nobiles habuerint Dominos, etiam hi tempore necessitatis prohibere possunt, ne rustici extra castrum suum cibaria alibi vendant. Petr. Ant. de Petra, *de possess. princ. c. 6. part. 2. num. 58.* Dn. Parens, *p. m. in comm. conclus. 5. Nobiles conclus. 1.*

num. 160. quod tamen eò extendendum non est, ut extra casum necessitatis promissè id Nobilibus liceat. Dn. Mevius, *part. 2. decis. 279.* cùm in fructibus rusticorum prædialibus nec protimiseos quidem jus Nobiles affectare licitè possint. Rauchbar. *p. 2. qv. 22.* Rheinkingk. *de retract. qv. 3. n. 121.*

XXCV. Referuntur communiter adhuc aliæ causæ, propter quas ad venditionem rei suæ cogi quis possit, quas colligit Fab. de Monte, *d. l. n. 38. 39.* Aug. Barbof. *d. l. Didac. Covarruv. d. l.* Sed eas hic recensere, nostrum non fert institutum. Maneamus igitur in iis, quæ magis sunt necessaria. Nihil autem adhuc diximus de mercatoribus extraneis, fines nostros aut terras transeuntibus, num & illi cogi possint, ut res suas nobis vendant. E. g. prætervehitur navis, frumento onusta, quaritur, num attineri illa possit, & cogi vector, sive dominus granorum, ut ea civibus nostris, si qui emturi fuerint, venum exponat? Hic, si necessitate aut annonæ charitate pressa fuerit civitas, dubium non est, quin attineri possit navis, non quidem jure communionis pristinae reviviscentis, uti vult Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 2. num. 6.* sed jure Imperii, quod Magistratus civitatis in flumine publico habet. Ut enim

à quovis famelico privato, sine auctoritate publicâ, navis invadatur, permittendum non est. Quod si necessitas talis non adsit, puto adhuc, attineri navem posse, ut per aliquot dies venum exponantur merces, num fortè sint, qui empturi eas fuerint. Et hoc quidem casu defenditur detentio ex causâ utilitatis publicæ, propter quam multa licent, quæ aliâs non licerent. Rota Gen. *decif. 62. n. 2.* Utilitas autem publica in hoc versatur, quod consuli debeat Reipublicæ, ut nullus in rebus necessariis appareat defectus. Neutro casu damnum infertur venditori, posito, quod justum consequatur premium.

XXCVI. Quod autem hic justum premium sit, definire tam promptum non est. Quod enim supra de precio, à Magistratu constituto, dixi, procedere id tantum videtur in frumentis & victualibus, quæ reperiuntur in loco, atque ibi nata, aut à civibus comparata fuerunt. In frumentis verò, quæ foris advehuntur, si Magistratus similem æstimationem facere vellet, verendum esset, ne prorsus omne intercideret cum extraneis commercium, qui tamen ad cibaria invehenda potius sunt alliciendi. Quò referunt *l. 3. §. 1. ff. de de L. Jul. de annon.* ubi rescripserunt

Imperatores, jus non esse, ordinis cujusque civitatis premium grani, quod invehitur, statuere. Vid. Ant. Perez. *Cod. ut nem. liceb. in coempt. specier. num. 9.* quoniam alii textum istum ita accipiant, quod decuriones tantum illam potestatem non habeant, quippe quorum officium tam amplum non fuerit, cæteris autem Magistratibus jus illud competat. Dn. Hahn. *Obs. ad Wesenbec. d. r. num. 4.* Ego in posteriore casu non puto, aliud statuendum esse premium, quam quod vulgò receptum est, & pro tempore currens dicitur; priore autem casu, ne nimiam lucri cupiditate premium in immensum augeat venditor, poterit Magistratus cum eo per modum conventionis certum aliquod premium determinare, quod excedere deinceps integrum non sit. Ut enim præcisè currens precio vendat, cogi idè non potest venditor, quia & lucrum aliquod invideri non debet, & non aliter subveniri potest communi necessitati, nisi quid ultra commune premium licitando alii ad similem negotiationem alliciantur.

XXCVII. Sed & posteriore casu nolim ego promiscuè hanc facultatem attinendi merces à quavis civitate, flumini adjacente, usurpari. Etsi enim utilitatis, civitati indè pro

provenientis, magna sit habenda ratio, in respectu tamen plurium aliarum civitatum, quarum necessitati per negotiationem non minus subveniendum est, videtur mihi illa juxtà cum aliis considerari debere. Et omninò interest, ut libera conservetur mercatura, quæ quò magis impeditur, eò major in civitatibus metuenda est egestas. Hoc jus autem, si unaquæque civitas affectare vellet, dubium non est, multa & magna negotiationi excitari impedimenta; sed & extremis ad fines fluminum civitatibus perniciosum

planè id esset, proximioribus scilicet mercibus intercipientibus, & protimiseos quodam jure occupantibus. Quò rarior igitur inter civitates, uni flumini adjacentes, istiusmodi juris est usus, eò melior erit conditio, & mercaturæ ipsius, & reliquarum civitatum, jure tali non utentium. Et proindè rectè faciet Princeps, si jus istud arbitrio suo tribuat, nec patiatur promiscuum ejus in quavis universitate sibi subjecta usum, nisi vel ex concessione sua, vel præscriptione longissimà, talem facultatem acceperit.

CAPUT XLII.

De

Jure Stapulæ.

SUMMARIA.

- Jus Stapule quodnam sit? 1.
- Quomodò à jure Germanii & Emporii differat? 2.
- Jus autem Stapule strictissime accipitur. 3.
- Quod præscriptione etiam acquiri potest. 4.
- Nec iniquitatis arguendum est. 5.

I.

HOc scilicet jus est illud, quòd Stapule communiter dici solet, ambigua originis vocabulò, dum alii à latino stabuli deducunt, quòd sit locus stabularum mercium, alii Gallicam eam vocem dicunt, alii ex emporiis Hanscaticis in consuetudinem traductam scribunt, qui-

bus scilicet stapeln termino tecnico nihil aliud, quàm mercibus exponere, & iterum compingere significat. Id tamen diversimodè se habet, nec unius modi est in omnibus locis. Definiri potest, quòd sit jus civitatis, de certis quibusdam mercibus attendendis, ut in certo loco exponan-

nantur, vel solvendi vectigalis, vel vehicula aut naves mutandi, vel vendendi, vel denique censuram subeundi gratiâ, concessione Principis vel præscriptione acquisitum. Diversitas hæc finis difforme facit, & multiplex jus Stapulæ. Non enim semper includitur necessitas vendendi, ubi exerceri consuevit jus stapulæ, sed quandoque in solâ solutione vectigalis, aut mutatione vehiculorum terminatur, adeoque privilegium tale strictissimè & secundum verborum tenorem est intelligendum. Joh. Marquard. de jur. mercator. lib. 2. c. 6. num. 33. Diversitatem illam exemplis illustrat Ludovicus Gvicciardinus, in descriptione Dordraci his verbis: *Atrebatum Arthesia stapulam habet vini, ex Galliâ in illas oras terrestri itinere convehi soliti, quod necessum propterea ut negotiatores prius eò conducant, & in usum empturientium per aliq̄d tempus in foro venum exponant, quàm aliò possint transferre. Lapsò autem hoc tempore, & persolutis Reipubl. vectigalibus, civibusq̄, ut fas est, prospecto, vina quocunq̄, visum est, avehunt. Middelburgum Zelandia stapulam habet vinorum, ex Galliâ, Hispaniâ, Lusitaniâ, provinciis cateris in hanc Belgicam advehi solitorum, quare tenentur tam navte, quàm negotiatores naves suas vi-*

narias eò advertere, & vina in a-
Etam illam exponere, unde porrò, ve-
ctigalibus ritè depensis, ea, quò lubi-
tum est, transportant. Privilegia
Stapularum Dordracensium id possi-
simùm sanciunt, ut quocunq̄, vel Rhe-
no vel Mosâ conducunt aliqua vina,
frumenta, materiem, aliasve id genus
merces, & præter urbem hanc navi-
gant, naves in ejus portu exonerent,
persolutisq̄, inibi debitis vectigalibus,
merces, in civium naves impositas,
quocunq̄, visum est, transvebant, ni-
si tamen cum publicanis aliter paci-
scantur. Licet autem, subjungit porrò
Gvicciardinus, hæc privilegia mul-
tùm bodiè inter se discrepent, idq̄, pro
mercium juxtâ & urbium, quibus
concessa sunt, ratione: omnia tamen
à primâ sui origine vetus Stapula no-
men conservant, &c. Consimili mo-
do proprietates, & jura Stapularum
ad Rhenum ita exponit Christo-
phorus Lehmannus, in Cronic. Spi-
renf. lib. 4. c. 22. Solcher Staffel sind
in den Städten am Rhein = Strom
Cölln die erste/ Meins die andere/ und
Speyer die dritte/ und haben diese Ge-
rechtigkeit/ erstlich/ welche Schiffe den
Rhein = Strom auf = und ab = fahren/
und mit staffelbaren Gütern beladen
seyn/ daß sie daselbst auffkehren/ dieselbe
aufladen / ins Rauff = Haus führen/
niederlegen / und davon die Schuldig-
keit zahlen müssen/ welche nach entrich-
ten

tefen gebührlichen Accis überfchlagen/
das ist/ in andere Schiffe/ oder auf die
Ar geladen/ und in die Ober-Rheini-
sche Lande verführet werden. Wie den
die Stadt Speyer/ und deren Schiff-
Leute/ von Alters her/ die Schiffarten
auf Strasburg gehabt/ und davon/
vermöge Kaiser Friedrichs Privile-
gii, de dato 1182. nicht mehr denn 12.
Heller geben dörfen. Die andere Ei-
genfchaft oder Gerechtigkeit der Staf-
fel ist von Alters gewesen/ und noch/
nemlich Rauff-Haus/Kranen/Schif-
fer/ und Rärcher/ desgleichen Rauff-
Haus-Obherrn/ Kranen-Meister/
und Rauff-Haus-Knecht. Die dritte/
dass die Kauf-Haus-Verordnete/ über
die aufgeladene und niedergelegte Staf-
fel-Wahre/ ob sie von Würden oder
nicht/ erkennen und richten/ und die
so unfertig verwerffen/ und den Fahr-
ten zu Schiff und der Ar-Ordnungen
aufsagen.

II. Hic tamen notandum est, jus
Stapulæ quandoque strictius accipi,
& à jure Geranii, Kraen-Gerechtig-
keit/ distingvi. Jus Geranii enim,
(quod ita dicitur ab instrumento
tractorio, ad flumina & portus col-
locato, quo vasa, mercibus repleta,
navibus extrahuntur, iterumq; im-
ponuntur,) propter vectigalia in-
primis institutum est in utilitatem
Principis aut Reipublicæ, quando-
que etiam, ut fraudibus mercato-

rum occurratur. Klock. *de contri-
but. cap. 11. num. 12.* Sed jus Stapulæ
principaliter respicit commercia-
civitatis, cui id concessum est. Ad-
huc diversum faciunt, qui accura-
tè loqui amant, jus emporii, illudq;
pingvius esse dicunt jure Stapulæ,
quippè per quod commercia cum
exteris mercatoribus exercentur,
in usum & commodum civium,
cum jus Stapulæ etià in exterorum
utilitatem tendat, ita ut promiscuè
unicuique emere & vendere liceat.
Enucleavit istam distinctionem ver-
naculo idiomate Leuberus, *de jur.
Stap. Magdeb. num. 449.* cujus hæc
sunt verba: Das Jus Emporii er-
streckt sich noch weiter/ und ist vom Ju-
re Nundinarum, und Stapulæ derge-
stalt unterschieden / dass / wo ermelte
Nundina und Stapulæ seyn / da mag
auch ein Frembder Wahren zuführen/
und ein ander frembder Handels-Maß
von solchen frankden-Handels-Mann
die Wahren abkauffen / und haben da-
bey die Einwohner und Bürger des
Orts / da Jahrmärkte und Stapel
gehalten werden / mehr nichts / denn zu-
te bequeme Gelegenheit zu handeln/
und dass der Obrigkeit Zolle / Wehr-
Geld / Markt-Geld und Accisen ver-
macht wird / und dass die Einwohner
und Bürger etlicher Orten den Vor-
kauff vor andern haben. Aber wo das
Jus Emporii in vollen Stor ist / da mag

B b b b b

III

ein Frembder wohl frembde Wahren zuführen / solche niederlegen / und des Orts verhandeln / oder verkauffen / und zwar allein den Bürgern: Aber an solchen Orte dürfen Frembde von Frembden keine Wahren erhandeln / sondern die Frembden müssen die jemigen Wahren / so sie erhandeln und erkauffen wollen / allein von den Bürgern des Orts kauffen / erlangen / und handeln. Tàm strictè tamen vocabulum Emporii olim usurpatum fuisse , non arbitrator. Videtur enim denotasse in genere talem civitatem , in quam importantur & exportantur merces. Ita de Aquilejâ Herodianus , lib. 8. cap. 2. *Aquileja prius quòq; , ut erat ingens urbis ejus magnitudo , populo abundabat : Et velut Italia quoddam emporium ad mare sita , quâsiq; terminus Illyria , copiam rerum , è continenti per terram studiosq; convectam , navigantibus mercatoribus suggerebat , Et ab ipso mari res ad usum eorum , qui continentem colunt , necessarias , videlicet superioribus terris propter hyemis asperitatem minus feracibus , &c.*

III. Dixi autem , certas tantùm merces juri Stapulæ subjectas esse , unde strictissimè jus istud exponendum , nec ad alias extendendum est. Nec arbitrator , ulli civitati tàm laxè id competere , ut qualescunqve promiscuè merces attinere liceat. Ex

quo distingvi solent inter se Staffel-Güter / & Meß-Güter. Denn der Staffel-Güter halber muß man sich der Stadt Speyer Staffel-Freyheiten gemess halten / und Staffel halten : mit den Meß-Gütern aber / so man berechtigt / mag man unausgeladen vorbeyschiffen. Wehn. verb. Staffel-Recht. *Merces autem ista , quæ ad Stapulam pertinent , plerumq; sunt , quæ ad vitum faciunt , ut sunt vina , sal & salisamenta , frumenta , & ejusmodi alia. Possè tamen in aliis quoque diversi generis concessionem fieri à Principe , dubium non est.*

IV. De civitatibus , quibus jus hoc concessum est , in specie ut agam , & , quo quæque gaudeat privilegio , ut explicem , parùm ad rem facit , neque nostrum est , curiosè ea inquirere , quæ occulta esse ipsæmet nullæ civitates præoptant , soli scilicet possessioni & continuo usui insistentes. Solent etiam inter sese de jure tali sæpè disceptare civitates , præsertim si adversus invicem jus istud exercere velint , uti de Passavii & Ratisbonæ controversiis , superiori seculo agitatis , referunt Mynsingerus , *Respons. 19.* & Herman. *El. Rofacorb. pract. forens. cap. 85.* de Hamburgi & Magdeburgi nostro seculo , quæ motæ fuerunt , litibus , Joh. Marquardus , *d. lib. 2. cap. 6. num. 26.* quæ idè præterire necesse est , quia

exa-

exactissimam cognitionem requirunt, & cathedram scholasticam transcendunt. Id tamen simul annoto, non semper in dijudicandis istiusmodi causis privilegii concessi tenorem exigendum esse, cum, ut supra dixi, etiam præscriptione tale jus acquiri possit; id, quæ ratione contingat, pluribus exponit Thomas Maulius, *de jur. conducend. n. 25*: Sive autem ex privilegio, sive ex præscriptione, tale jus competat, non poterit negotiator, qui ad istud adstringitur, ut expositionem evitet, novas vias aut elusiones quærere, ne per indirectum sequatur, quod directò vetitum est. Maul. *d. l. num. 23*. Knipschild, *de jur. civ. imp. l. 5. c. 22. num. 42*.

V. Etsi autem iniquum videatur jus Stapulæ, respectu mercatorum, peregrè advenientium, dum mercaturæ quasi frenum injicitur, ne libera amplius sit, ut pro lubitu in terras quasque excurrat, sustineri tamen ex supra dictis utcumque potest. Dum enim ponis, liberam esse debere mercaturam, ego ex adverso pono, propter utilitatem civitatis libertatem commerciorum non nihil restringendam esse, sed ne restrictio ea infinita sit, simul addo, paucis civitatibus id jus permittendum esse. Nec verò ægrè ferre istud impedimentum debent mercato-

res, quippè quòd hâc ratione brevior interdum tempore merces suas vendere possint, & quidem pecuniâ numeratâ & paratâ. Utiq; enim etiam hîc locum invenire puto, quod supra ex Fabiano de Monte, & Alvaro Valasco retuli, non cogi posse venditorem, ut habeat fidem de precio. Dicit: posse mercatorem damnum incidere, dum fortè viliori precio venditur res in loco Stapulæ, quàm in loco, ex quo venit. Respondeo, non cogi mercatorem præcisè ad venditionem, nisi tùm, quando præterire civitatem contendit; aliàs enim, ubi damnosam negotiationem conjicit, poterit ille libero regressu domicilium suum repetere, etiam non persoluto stato portorio. Limn. *in addit. ad lib. 2. cap. 9. num. 130. tom. V*. Cæterùm minùs odiosum exteris erit privilegium Stapulæ, quò magis se commendat civitatis, cui id concessum est, indigentia. Et hanc privilegii causam impulsivam in articulis suis urgent Passavienfes apud Herman. Rosacorb. *d. l. Dasz die Stadt P. zwischen zweyen Wassern/der Donau und Dehn/ gelegen. 2. Dieselbe Stadt habe auffser gemelter beyd Wasserströhme keine Strassen auf dem Lande/ daraus sich die Inwohner besagter Stadt ernehren möchten. 3. Civitas habe auch kein Feld = Gebäu umb*
 B b b b 2 die

die Stadt / müssen also ihre Nahrung
haben von den 2. Wassern. 4. Da-
hero V. durch weyland Römische Kö-
nig und Käyser mit einer Niederlag/
Wein / Getreid / Sals / und andern

Gewerb begabt seyn / 2c. Possunt de ju-
re Stapulæ ulterius videri Loccen-
us, de jur. maritim. l. 1. c. 10. Fr. Styp-
mann. de eod. lib. 5. cap. Stamm-
ler. de reservat. Imp. §. 61.

CAPUT XLIII.

De

Jure Nundinarum.

SUMMARIA.

- Quæ inter Mercatus & Nundinas sit differentia? 1.*
Jus Nundinarum à Principe impetrandum. 2.
Mercatores autem cogi ad Nundinas nullo modo possunt. 3.
Nova autem Nundina, seu potius Mercatus, à Principe in suo territorio institui possunt,
licet vicinis noceatur. 4.
Inter Privilegia nundinalia præcipuum est, quòd Mercatores toto eo tempore pro debi-
tis conveniri aut arrestari nequeant. 5.
Num in alio ejusdem provincie loco idem privilegium obtineat? 6.
Rationes, huic sententia obstantes. 7.
Electoralis decisioni acquiescendum est. 8.
Quæ sit justa milliaris Germanici mensura? 9.
Responsum Wittenbergensium. 10.
Aliud Responsum Wittenbergensium. 11.
Henrici Vogt, Mathematici Stadenensis, sententia. 12.
Scabinorum veterum Lipsiensium Responsum. 13.
Liberalis illa milliaris commensuratio cum multis incommodis conjuncta. 14.
Unde initium mensurationis faciendum? 15.
Utrum pagus ipse totus, intra milliare contentus, intelligatur? 16.
Responsum Wittenbergensium. 17.
Circa tempus, quo haberi debent Nundina, cura Principis versari etiam debet. 18.

I.

AB hoc jure Stapulæ differunt
Mercatus sive Nundinæ solen-
nes, uti istam diversitatem explicat
Leuberus, de jur. Stap. num. 490.

Wo schlechte Jahrmärkte und Mes-
sen seyn / ohne Niederlagen und Sta-
pel-Berechtigung / da mag ein iederman
Wahren zu- und wieder ab-führen /
feil

feil haben / verkauffen / und nicht verkauffen / wie er will / er hat dessen allen guten freyen Willen / &c. Constituitur tamen etiam inter mercatum & Nundinas aliqua differentia. Siquidem mercatus locus est venalitiis rebus, die destinato vendendis, deputatus, seu forus venalis certis diebus deserviens cum aliquo privilegio: Nundina vero dicuntur statuti dies in civitate, vel loco mercandi causâ liberè concessâ à Principe cum immunitate donatâ. Marcell. Donat. in *Sveton. Claud. cap. 12.* Aliter Augustinus Barbofa, *C. de nund. Nundinae*, inquit, *sunt mercatus unius vel plurium provinciarum: Mercatus sunt Nundina unius civitatis*, cui ad stipulatur Antonius Perez. *C. de nundin. Hodiè*, inquit, *pro majoribus mercatibus sumuntur nundinae, pro parvis nundinis mercatus. Sed & aliter nundinarum vocabulum olim apud Romanos, aliter hodiè accipitur.* Erat enim apud Romanos nonus quisq; dies, ex quo nundinae appellabantur, mercatui destinatus, quo rustici mercandi vendendiq; causâ in urbem conveniebant. Fest. Pompej. *lib. 12.* Hodiè verò non rusticorum tantum gratiâ instituuntur nundinae, sed maximè mercatorum. Cæterum in Romanorum nundinis internundinum, sive spacium istud

temporis, quod inter duas Nundinas intercedebat, quod dierum fuerit, maximè adhuc disceptatur, aliis orbem illum Nundinalem ita determinantibus, ut in ipsâ octidode contingantur Nundinae, & septem tantum dies intermedii sint, aliis diem nonum, octidode orbem proximè sequentem, pro Nundinis habentibus, adeoque Nundinas enneade dierum integrâ claudentibus. Videri eâ de re poterit Joh. Seldeus, *de jur. nat. gent. & civ. lib. 3. c. 15.* Wilhelm Lanzius, *de an. Christi lib. 1. cap. 4.* Ad nos ea res nihil pertinet. Id intetim observo, fuisse jâ rum ætate Valentis & Valentiniani Imp. mercatus & Nundinarum vocabula promiscuè usurpata, & eodem tempore Nundinas non amplius rusticorum fuisse mercatum, sed negotiatorum, uti colligere licet ex *l. un. C. de nundin. & mercat.*

II. Talis cum hodiè sit nundinarum celebritas, dum scilicet negotiatores ex omnibus terræ locis undiq; certo tempore concurrunt, interest Reip. ut jus Nundinarum à Principe impetretur, & ab ejus regimine dependeat. *d. l. un. C. de nundin. l. 1. ff. eod.* Nec poterunt etiam istiusmodi privilegia & immunitates, quibus hodiè insigniuntur Nundinae, ab alio, quàm à Principe dari. Petr. Anton. de Petra, *de pr. princip.*

cap. 24. num. 262. Et in hoc scil. differunt Nundinæ, sive mercatus solennes à mercatibus vulgaribus & hebdomadalibus, gemeinen Wochenmärkten / quippe qui à quovis Magistratu municipali, sine Domini superioris consensu, institui possunt, nec ad eæ concedenda tantis immunitatibus & privilegiis opus est, quia non tam mercatus aut negotiationis, quam annonæ gratiâ haberi solent. Dn. Parens, p. m. in comm. conclus. S. civit. us, conclus. 1. num. 12. 13. Zahn. in ichnograph. municipal. cap. 61. num. 3. Klock. de contribut. cap. 3. n. 78. Et his scil. similes videntur Nundinæ Romanorum antiquæ, de quibus sunt Macrobiani, Varronis, & Dionysii Halicarnassei loca passim obvia. Colleg. Argentorat. tit. de nund. n. 1. Quod si extra urbem Romam in prædiis suis prius aliquis Nundinas instituere animum olim induxisset, impetrandum id fuerat à Senatu, uti de Solerte, Viro prætorio, refert Plinius, lib. 5. Epist. ad Valerian. Atque ita Claudium Imperatorem, legibus publicis se ipsum subicientem, jus Nundinarum in sua prædiâ à Consulibus petiisse, autor est Svetonius, in ejus vit. cap. 12. Barnab. Brisson. lib. 1. antiq. cap. 15. Sed tales Nundinæ ferè privatæ erant. Solennes autem, & publicæ Nundinæ

à Principe petendæ & concedendæ sunt. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. DUCUM c. 5. n. 437. Marcell. Donat. ad Sveton. d. l.

III. Regale tamen hoc plerumq; cum moderamine aliquo solent exercere Principes. Hinc est, quod nunquam Imperator consuevit alicui dare privilegium Nundinarum, nisi prius adjacentibus & vicinis civitatibus, quorum interesse posset, auditis, si credendum est Gailio, 2. Obs. 69. n. 25. Quod si deinceps dat, plerumq; solet addi clausula exclusiva, ne liceat intra duo vel pluramillia similem mercatum habere, qualem prohibitionem ad quindecim usque millia impetravit olim civitas Lipsia. Nec tamen privilegium hoc Nundinarum eam vim habet, ut possint exteri compelli ad conveniendum, & exercenda ibi Commercium, uti post alios inducere videtur Anton. Tessaur. de cif. 264. n. 2. nisi potius verba ejus accipienda sint de rusticis, circa civitatem habitantibus, quos compelli posse, ut cerealia aut cibaria in urbem ferant, & ibi vendant, dixi supra. Atque id non Nundinarum tantum tempore, sed & aliis locum habebit, quoties annonæ caritas id exegerit. Mercatores autem & negotiatores, ut ad Nundinas veniant, compelli nullo modo possunt. Et quid

quid verò opus est, ut cogantur illi, quos lucrum expectatum invitat, ut sponte veniant, indociles scilicet pauperiem pati? Ut maxime venerint etiam cum intentione vendendi merces suas, si tamen damnosam sibi præviderint negotiationem, putato adhuc cogi eos ad expositionem & venditionem non posse. Nec enim jus Nundinarum cum jure Stapulæ confundi debet, cum illud liberiora permittat Commercium, & plerumque immunitas hæc conceditur, daß alle und iegliche Personen/so den Jahrmartzt mit ihren Kaufmannschaften / Haab und Gütern besuchen / dazu und davon ziehen / sich desselben Jahrmartts / Gnaden und Freyheiten / von allermänniglich unverhindert / gebrauchen und geniessen / etc. uti habet diploma Cæsareum de Nundinis Lipsiensibus.

IV. Quod autem Gailius dicit, d. l. si novæ Nundinæ à vicino quodam Domino propria autoritate subditis suis permittantur, hoc, ad æmulationem alterius, & vicinorum locorum fieri, intelligi, & idem à vicinis prohiberi posse, ne hoc faciat, in eo rectè notatur Limnæo, in addit. ad lib. 4. cap. 8. num. 311. tom. 4. posito scilicet talem mercatum institui, qualis à Principe in suo territorio potest, præsertim cum non omnes mercatus in Germaniâ solennes sint,

& generales, sed quamplurimi particulares, à Principe tantum sine Imperatoris præscitu aut consensu speciali instituti. Licet n. in suo quodvis pro lubitu facere, etiam cum damno vicini, si tamen non directò animo vicino nocendi, sed rem suam meliorem faciendi id fiat, l. 1. §. 12 ff. de aq. & aq. plu. arcend. Nec in æmulationem factum dici potest, quod quovis modo damnum infert vicino, sed istud tantum, quando faciens nullam utilitatem ex facto percipit. Augustin. Barbosa, ad c. fin. n. 7. X. de nov. op. nunc. Conf. quæ dixi supra.

V. Inter privilegia Nundinalia primum & præcipuum est, quod mercatores toto eo tempore pro debitis civilibus conveniri aut arrestari nequeant, l. un. C. de nundinis quod tamen restringere communiter solent ad debita anteriora, ita ut excipiant debitum in ipsis Nundinis contractum. Sichard. ad d. l. un. num. 2. Petr. Peck. de jur. sistend. cap. 10. numer. 6. Klock. de contribut. c. 3. n. 83. id quod tamen in Electoratu Saxonie non observari tradit Dan. Moller. p. 1. const. 30. num. 9. Carpz. ibid. def. 26. & ostendit practica fori Lipsiensis, durantebus Nundinis nullum omnino decerni arrestum, sive reale sive personale,

nale, ut maximè debitor de fugâ suspectus sit. Moller. *d.l.n.6.* Carpzov. *def.25.* quo tamen casu in foro communi extra Electoratum arrestum non denegatur. Berlich. *p.1. conclus.77. num.10.* Ergò differentia juris communis, & Electoralis Saxonici hæctenus in eo est, quòd secundum illud (1) propter debitum, in ipsis Nundinis contractum, (2) si debitor de fugâ suspectus sit, arrestum decerni possit, secundum hoc verò neutro casu possit. Vicissim conveniunt in hac exceptione, quòd arrestum locum habeat, si privilegio Nundinarum fuerit renunciatum, Petr. Peck. *cap.21. num.2.* Johann. Yañez Parlador. *rer. quotid. c. fin. p.5. S.4. n.13.* Dan. Moller. *d.l.n.7.* Carpzov. *defin.27.* Balth. Conr. Zahn, *in icbnogr. municipal. cap.62. num.8.* Quod verò Peckius, *c.10. n.3.* porro statuit, etiam propter juratum debitum ipso Nundinarum tempore arrestum decerni posse, vereor ego, ut defendi queat. Juramentum enim obligationem extrinsecus non auget, sed intra suos limites manenti vinculum religionis & conscientiae annexit. Munnoz de Escobar, *de ratiocin. administr. c.4. n.8.* Hering. *de fidejussor. c.27. n.43.* Quia igitur obligatio ipsa privilegio Nundinali haudquaquam derogat, nisi expresse debitor ei renunciaverit, nec ju-

ramentum quidem hoc casu derogabit. Accedit, quòd privilegium plerumq; ita conceptum sit, ut, nisi aliter pactum fuerit, creditor prohibeatur Nundinarum tempore molestiam creare debitori, imò iple etiam iudex prohibeatur Creditori, tale quid petenti, annuere. Hujus utriusque obligatio non tollitur per juramentum debitoris.

VI. Privilegium de non arrestandis, quoniam in ipso Nundinarum loco observari sanctè debeat, dubium non est, sed ex facto nuper orta est quaestio, num etiam in alio ejusdem provinciae loco idem privilegium obtineat, adeò ut decerni per totum istud tempus nullum omnino arrestum queat. E.g. potest arrestum impetrari in Cancellaria Principis, hoc effectu, ut omnia debitoris bona, sub diversis licet iudicibus inferioribus sita, eo afficiantur, quaeritur, si mercator Lipsiensis suspectus sit, aut jam certò constet, bona ejus creditoribus non sufficere, utrum in Cancellaria Principis adversus eum arrestum petere Nundinarum tempore liceat? Et in utramque quidem partem in omnibus Jctorum Saxonicorum auditoriis valdè ista quaestio est agitata, ut fieri solet, quando de interpretatione privilegii, quo usque eam extendere liceat, discutatur. Pro affirmantibus in pri-

mis facit illud, quod privilegium Nundinale videatur esse locale, soli Urbi, aut oppido Lipsiensi concessum, cui ita quasi affixum sit, ut nec Nundinæ alibi haberi, nec privilegium de non arestando extra urbem observari debeat, idque inter alia patere ex eo, quod in solâ urbe Lipsiâ per campanam signum datur, ut sciatur, quando incipiat aut desinat usus privilegii. (2) Quod privilegium istud præter personas merces tantum respiciat, quæ vel inferantur vel exportentur, nec igitur extendi debere ad bona alibi sita, sive immobilia ea fuerint, sive mobilia, dummodò ne sint merces, ad negotiationem pertinentes. (3) Quod textus in *l. un. C. de nundin.* non sit absolute & simpliciter intelligendus, sed cum temperamento aliquo, ex differentiâ personarum convenientium petito. Loquitur enim Rescriptum secundum glossam de impetrantibus mercatum, hoc sensu, quod venientes ad nundinas non possint conveniri à facientibus eas, sive ab iis, qui Nundinas impetrarunt à Principe, sed conveniri tantum possint ab aliis mercatoribus, itidem peregrè venientibus. Augustin. Barbosa, *ad del. un. num. 3.* Videtur igitur Rescriptum solis mercatoribus extraneis favere, non civibus, nec igitur ad præsentem ca-

sum, quo de mercatoris Lipsiensis bonis disceptabatur trahi posse. (4) Quod arestum tali casu non ideò quaratur, ut negotiatio impediatur, sed tantum ut jus prioritatis impetretur, omni interim ulteriori executione sive in personam, sive in bona debitoris suspensâ, aut dilatâ. (5) Quod privilegia strictè sint interpretanda, nec extensio fieri debeat de causâ ad causam, de personâ ad personam, aut de loco ad locum, præsertim si quaratur de jure tertii. Andr. Gail, 2. *Obs. 1. num. 14.* Sig. Scaccia, *de judic. l. 2. c. 7. num. 582.* Jac. Marchisell. *q. 59. num. 2. 3.* Cachéran. *decis. 90. num. 11.* & quando tertius ille jus suum persequi per privilegium istud impeditur. (6) quod major sit securitas & libertas Commerciorum, si in decoctores, qui Commercium suâ improbitate impediunt, aresta & processus decernantur, quàm si privilegia illis applicentur, quibus se planè indignos reddiderunt.

VII. Scholæ diversæ sectatores pro sententiâ negativâ adducebant (1) textum in *d. l. un.* generalem esse, & loqui in genere de mercatoribus, quod nullus eorum in mercatibus atque Nundinis conveniri debeat, quæ verba non patiuntur, ut excludantur illi mercatores, qui

Cccce civis

cives sunt. (2) Constitutionem Saxoniam 30. part. 2. itidem generalem esse in verbis: Wir wollen aber sonderlich / daß in allen Fällen innerhalb der öffentlichen Märkte der Handel und Werbung haben die Freyheit gehalten / kein Arrest stat haben / auch Bürgerlicher Sachen und Obligation wegen niemand angehalten werden soll. Notentur verba in alienis Fällen / quæ nec exceptionem quidem propter locum fieri volunt, it: daß die Freyheit gehalten; atqui libertas dici nequit, bona ubi arresto gravantur, & debitor propter ea iudicio pulsatur. (3) Nundinas Lipsienses non simplicem esse unius civitatis mercatum, uti sunt, qui in oppidis adjacentibus stato tempore habentur, sed esse totius provincie, imò totius Imperii, uti loquitur Cujacius, *ad d. l. un.* Atqui tales quæ sunt, earum privilegia si non in toto Imperio, saltem in provinciâ istâ etiam extra civitatem, cui Nundinæ istæ destinatæ sunt, observari debere. Eaque res fecit penes quosdam Doctores, ut statuèrent, nec in illis quidem locis, per quos Mercatores ad Nundinas transire, vel finitis iis redire solent, arresta decerni posse. Petr. Peck. *de jur. sistend. cap. 10. n. 4.* quorum sententiâ confirmant verba privilegii Cæsarei, Lipsiensibus dati. Desgleichen die Wahren und

Güter/so zu/ist vß bestimten Märkten und Niederlagen getrieben und geführt werden / nicht sollen aufgehalten/verhindert/ oder rechtlichen arrest werden/ u. Istud tamen non observari dicit Mollerus, *p. 2. cons. 30. n. 9.* & usu contrario immutatum esse, Carpzovius, *ibid. def. 28. in fin.* Nihilominus hoc ostendunt dicta privilegii verba, mentem Invidiosissimi concedentis fuisse, etiam alibi sanctè coli debuisse Nundinas Lipsienses, non in provinciâ tantum, sed per totum Imperium. (4) Ipsos Electores & Duces Saxonie Serenissimos privilegia hæc urbi Lipsienti impetrasse. At disertè jam dici in sæpè citatâ, *l. un. C. de nund. eos, qui exercendorum mercatum aut Nundinarum licentiam meruerunt, nullam concurrentibus mercatoribus molestiam debere inferre; nec igitur in Cancellariâ Dominorum & Principum impetrantium arrestum decerni posse.* (5) Non ita ad locum restringi privilegium Nundinale, ut non etiam extra locum operetur, idque in primis parere ex eo, quòd Lipsia intra quindecim milliaria jus prohibendi habeat, ne similes Nundinæ celebrentur. (6) Arrestum, in Cancellariâ Principis impetratum, propter universalem effectum afficere ipsas etiam mercatores, Lipsiæ extantes, quæ tamen vi privi

privilegii ab omni molestiâ debent esse immunes. Idq; (7) multò minus concedendum esse, si debitum, propter quod arrestum petitur, ex negotiatione, aut propter eam fuerit contractum. (8) Per tale arrestum omnem posthac negotiationem ex parte debitoris impediri, & hinc fieri, ut cum per Nundinas contrahendo eluctari fortè æs alienum potuisset debitor, post arrestum bonis suis indictum, omnem fidem perdat, nec integrum ipsi sit, cum ullo creditore transigere aut pacisci, quia sc. illi, qui arrestum impetravit, tale jus quæsitum est, quod ipsi nullo modo interverti potest. (9) Fieri igitur hinc, ut per indirectum conveniatur, & molestiâ afficiatur, qui directò, ubi subsistit, non potuit.

VIII. Nos inter diversas has sectas non decet vel judicium, vel arbitratorum partes sustinere, sed interim dum Electoralis decisio expectatur, ne præjudicium faciamus, totam eam rem Lectoris censura submitimus, parati interim, si quæ porrò nata fuerint dubia, in cathedra excipere, eademq; vel diluere, vel explicare, prout dubitantis vel controvvertentis intentio admiserit. Nec enim infrequentes sunt in juris prudentiâ nostrâ ejusmodi quæstio-

nes, quæ in utramq; partem disputari tamdiu solent, donec supremus Legislator certum quid definiverit.

IX. Diximus hætenus, quæ ratione loci Principis esse possint partes circa Commercia. Quò & illud pertinet, quòd certi fines interdum & limites determinari soleant, quos egredi non licet vicinis inter se populis. Ita scil. Honorius & Theodosius Impp. severè prohibuerunt, ne quis mercatorum Romanorum ultra Nisibin, Callinicum, & Artaxatan emendi seu vendendi causâ ad Persas proficiscatur, etiam judici indictâ poenâ, per cujus limites commeaverint, l. 4. C. de commerc. & merc. Simile est, quòd singulæ civitates jure Saxonico fundatum de jure habeant privilegium hoc, ne infra milliæ circumcirca habeatur vinum, vel cerevisia extranea venalis, & ne fiant brassia, aut decoctiones hujusmodi, neq; habitare permittantur artifices vel mechanici in villis adjacentibus. Zobel, in gloss. lat. ad art. 66. lib. 3. Land. X. Circa quam tamen materiam memini disceptatum aliquando fuisse, quæ sit justa milliæ Germanici mensura, & quot virgas seu perticas cõnumerare necesse sit ad conficiendũ unum milliæ. Scabini Lipsienses veteres in sententiâ, quæ habetur post Weichbild, sub tit. Ob Edelleut auf ihren

Lehngütern mögen Bier brauen/ &c :
 ita responderunt, daß eine Meile von
 rechts wegen haben soll 60. Gewende/
 und ein ieglich Gewende 60. Ruthen/
 und eine Ruthe $7\frac{1}{2}$ Ele. Sequitur Zo-
 belius, d.l. & Georg. Schulz/ *ad rit.*
Inst. de excus. tut. in fin. Sed osten-
 dimus nos, hæc computatione non
 unum, sed duo cum dimidio ferè
 milliaria mediocria confici, prod-
 eunt n. 3600. virgæ, sive 54000. pe-
 des, quorum quindecim unam fa-
 ciunt virgam, quinque unum passum
 geometricum : Et sic igitur passus
 geometrici 10800. requirentur ad
 milliare Germanicum, cum tamen
 sufficiant ad commune passus 4000.
 ad magnum 5000, ad mediocre
 4500. Joh. Bapt. Ricciol. *in Geo-*
graph. lib. 2. c. 8. n. 11. Quamvis autem
 diversitas sit in magnitudine pedum
 pro diversitate locorum, uti docue-
 runt Wildebrordus Snellius, *in E-*
ratosth. Batauv. Angelocrator, Jaco-
 bus Capella, & alii, ipsa etiam millia-
 ria passim in Germaniâ varient, nul-
 libi tamen ad immensam istam ab-
 Jctis definitam longitudinem ul-
 lum milliare excurrat. Quocircâ
 rem ita determinare maluimus, ut
 ad unum milliare Germanicum me-
 diocre connumerentur virgæ 1500.,
 quarum unaquæque conficiat pedes
 15, sive ulnas $7\frac{1}{2}$ quo temperamen-

to iniquitas, quæ alias ex hoc privile-
 gio nasci videtur, præcinditur.

X. Hanc nostram sententiam
 jussu Serenissimi Saxoniz Electoris
 plenius exposuimus, mens. Augusto
 anno 1662. his verbis : Durchlauch-
 tigster Churfürst / E. Churf. Durchl.
 sind unsere unterthänigste gehorsamste
 Dienste besten treuen Fleißes iederzeit
 zu vor / Gnädigster Herr / Was E.
 Churfst. Durchl. / sub dato den 12. Julii
 jüngst / uns gnädigst anbefohlen / daß
 wir in unseren Urteils-Büchern / und
 gehaltenen Registraturen etliche Jahr
 zurück / wie in Abmessung der Meilen
 bey Schenckgerechtigkeiten / und ande-
 ren dergleichen Freyheiten erkant wor-
 den / mit Fleiß nachsuchen / mit was wir
 diesfalls finden würden / E. Churfürstl.
 Durchl. hiervon / nebenst unserm un-
 terthänigsten gut achten / was vor Eken
 bey dergleichen Abmessung in diesen
 Landen eigentlich zugebrauchen / ge-
 horsamsten Bericht erstatten sollen /
 das haben Wir mit unterthänigster
 Reverens in unserm versamleten Col-
 legio verlesen. Nun können Wir uns
 nicht besinnen / daß zu unserer Zeit ie-
 mahls dergleichen Casus vorkommen /
 finden auch in unserer Vorfahren Ur-
 theils - Büchern nicht die geringste
 Nachricht / außer daß unser lieber
 vor gewesener Ordinarius; D. Hen-
 ningus Goeden, in seinem zwoelften
 Consi-

Consilio der Lipsensiam Sententiam, so dem Weichbilde fast zuletzt angebrucht/verwirfft/ und nachdem er von Unterscheid der Land=Meilen eines und das andere erinnert/ endlich dahin schliesset/ daß/ wenn gehens/ fahrens/oder reitens wegen/sich Streit erreget/ die Meile nach der Land=Strassen/sonsten aber/wenn Privilegia, oder Statuta, auch auf eine Meile sich erstrecken/ diese nach der geraden Linie gemessen werden müste. Gleichwohl aber setz er nirgend/ was vor ein Maß darzu am füglichsten zu gebrauchen/oder wie lang und groß eine Meile eigentlich gerechnet werden solle. Und mithinmassen wir/ daß unsere Vorfahren/ so nach Ihm gelebet/ der Leipziger Urtheil vor gut gehalten/ inmassen solches D. Joh. Schneidewein/ad §. Datus num. 3. seqq. Instit. de excusat. tut. und ad §. Rufus 5. num. 40. seqq. ingleichen D. Georg. Schuls in seiner Synopsi Institut. tit. 25. in fin. anführen. Wir müssen auch gestehen/ daß uns die Meinung/ welche die Meile nach der Land=Strassen/ auch bey Schenk=Gerichtigkeiten/ und andern Privilegiis, gemessen haben wir/ viel besser und billicher vorkommet/ in Erregung/ daß dergleichen Privilegia gemeiniglich in præjudicium Tereti ertheilt werden/ welche denn mehr zu restringiren/ als zu extendiren. Sijn. Sonsten aber finden wir bey

erwehnten Leipziger Urtheil so viel/ daß es eine Meile gar zu weit/ nehmlich auf 3600 Ruthen/ oder auf 54000 Füsse oder Schuhe/ deren 15 eine Ruthe machen/ hinaus wirfft/ welches denn/ weil es nach der gemeinen Messung sich bey 2½ mittelmaßige deutsche Meile beträgt/ das Privilegium der Städte/sonderlich wenn die Meile der geraden Linie nach gemessen werden solte/ allzuweit extendiren/ und hingegen denen von Adel/und dem Landmanne/ allzukurz thun würde. Und halten Wir demnach unsers Theils davor/ es dörfte in dergleichen Fällen am besten seyn/ wenn die Meilen weder zu groß/ noch zu klein/ sondern mittelmaßig gemessen/und der gemeinen Land=Strassen nach auf 1500 Ruthen/ deren iedwede/ hiesigen Land= Brauch nach/ 15 Schuhe/ oder 7½ Werk=elc/ in sich hält/ gemessen würden. Welches E. Churf. Durchl. Wir gehorsamst berichten sollen. Und E. Churfürstl. Durchl. unterthänigste Dienste zu leisten sind wir iederzeit pflichtig. Dat. Wittenberg/ den 1. Augusti, A. 1662.

XI. In eundem sensum respondimus deinde ad requisitionem D. Georg. Marstadius/Syndici zu Burdisin/ Menl. Septemb. 1672. Ist bey einer vornehmigen Person Zweifel erregt worden/ wie die Meilen/ nach Sächsischen Rechten/ zu messen seyn/ nach mehrern Inhalt des uns zugeschie-

schickten Berichtes. Wenn nun gleich von den alten Schöppen zu Leipzig hiebvor gesprochen / und von etlichen andern Collegiis hernach also gleichmäßig angenommen worden / daß eine Meil Weges sechzig Gewände / und ein Gewänd sechzig Ruthen / und eine Ruthe achtehalb Ellen / und in Summa / eine Meile 3600 Ruthen / oder 27000 Ellen haben solle ; Dennoch aber / und dieweil dergleichen Art / eine Meile zu messen / unter den alten und neuen Geometris, und andern Scriptoribus, ganz unbekannt / auch weder in Rայferlichen / noch Sächsischen Rechten fundiret / und die alten Schöppen zu Leipzig derselben keine autoritās geben können / in dem sie von einer solchen Sache / so ausser ihrer Profession ist / ihr Gutachten ertheilet / hierüber die jenigen Doctores, so von dergleichen consuetudine attestiren / sich bloß auf obgedachtes altes Schöppen-Urtel beziehen / und sonst kein Exempel / daß es also gehalten worden / anführen / endlich auch dem Land-Manne allzu nachtheilig seyn würde / wenn den Städten zu ihrer Bier-Nahrung / und andern Gewerbe / eine dergleichen Meile / so sich / der gemeinen Messung nach / auf die drittehalb Meilen beträgt / verstattet werden solte / in Erwägung / daß auf solche Masse die

Städte / mit ihren Juribus, an einander reichen / und sich damit zusammen flechten / hingegen den Land-Manne dadurch die Freyheit gānzlich benehmen würden ; So erscheinet dammenthero allenthalben so viel / daß die Meile nicht nach angeführten Schöppen-Urtel / sondern vielmehr nach der gemeinen Art / und wie es die Deutschen Feld-Messer iederzeit im Gebrauch gehabt / iedoch dergestalt / daß sie weder zu groß / noch zu klein falle / zu messen / und wird also die mittelmäßige Meile 1500 Ruthen / und iedwede Ruthe 15 Schuhe / oder $7\frac{1}{2}$ Werk-Ell / und also zusammen 22500. Schuhe / oder 4500. Schritt in sich begriffen / etc.

XII. Observarunt hoc etiam alii artifices, computationem & definitionem milliarii Saxonicae comparari convenire geometricae rationi, dudum receptae. Sic enim de eā judicat Johannes Henricus Vogt, Mathematicus Stadensis, im ersten Hundert Mathematischer Raritäten / num. II. Die Geometrie sind nicht einerley Meynung / was vor eine Länge eine deutsche Meile eigentlich halte. Sintermaßl auch die Meilen in Deutschland gar ungleich / bald groß / bald klein / bald mittelmäßig gefunden werden. Ins gemein wird davor gehalten / oder gerechnet : Eine

Jure Nundinarum.

	Stadia,	Palsus,	Pedes,
Eine große deutsche Meile auf	- 40.	5000.	25000.
Eine mittelmaßige	- 36.	4500.	22500.
Eine kleine	- 32.	4000.	20000.
Wenn aber im Sachsen-Spiegel enthalten ist / daß eine Deutsche Meile von Reiches wegen soll halten		60 Gewände /	
Jedes Gewände		60 Ruthen /	
werden		3600 Ruthen /	
Jede Ruthe		5 1/2 Ele /	
werden		27000 Ellen /	
Jede Ele.		2 Fuß /	
werden		54000 Fuß /	
das sind		10800 volle Schritte /	
oder		86 2/3 Stadia,	
die erfordert		4 2/3 Stunden.	

So wird man bis hieher an der Ruthen- und Meilen-Maße viel verlohren haben. *Hactenus ille.*

XIII. *Fateor, sententiam hanc nostram, quam supra exposui, multum discedere ab reliquorum JCoorum, & Antecessorum etiam nostrorum placitis. Majores enim nostros Lipsiensium veterum Scabinorum doctrinam comprobasse, non tantum ex Schneidevini & Schulitraditis supra allegatis, sed etiam sequente Responso liquet, quod is mihi in manus venit, & exam est, an den Land-Vogt des*

Mark-Gravithums Laubitz / his verbis: Wohlgebohrner / Edler / Herr. Alß E. Gn. uns berichtet / welcher Gestalt die Irrungen zwischen den Prelaten / Herren / und denen von der Ritterschafft / in Gubenischen Reichbild an einem / und der Stadt Guben anders Theils verglichen / auch / so viel die Messung der Meil. Weges anlanget / der Römischen Käyserl. Maj. Hochmilder Gedächtniß Declaration zugeschiedt / und gnädiglich begehret / weil höchstgedachte Käyserl. Maj. sich dahin erkläret / daß die

15, mit einer
ist vollkommen
and-Weis
möglich ist
wird die
Ehre
nach in
ist 2. 2. 2.
in Guben
die zu
entweder
2. 2. 2.
ist

die Meilen nach Sachsen-Rechte gemessen werden sollen / E. Sn. des Rechts hierüber / wie die Meile dießfalls zu messen / zu be- richten. Demnach sprechen Wir darauf vor recht / daß / nach Säch- sischen Gebrauch / eine Meile ha- ben soll 60. Gewände / und ein Ge- wände 60. Ruthen / und eine Ru- the $7\frac{1}{2}$ Ele / darnach eine Meile zu überschlagen / und zu messen / also / daß sie nicht nach dem Richt-Ste- ge / auch nicht nach dem nächsten überfeld / sondern nach der Gemein- nen Land-Strassen / da man pflegt zu gehen / zu fahren / und zu rei- ten / obberührter Gestalt gemes- sen werden. Und wird dießfalls die Ele / so im Subenischen Reich- bild bräuchlich / darzu genommen und verstanden / V. R. W. Atque ita in praxi olim observatum fuisse, etiam in nostris provinciis confir- mat antiqua annotatio, quam, in Bibliothecæ paternæ schedis consi- gnatam, inveni his verbis: Aus dem alten Pergamenen Rath- Buche zu Leipzig. Unser gnädiger Herr / Herzog Georg von Sach- sen / xc. hat dem Rathe geschrie- ben / ihrer Untersaß zweene gegen- samem Unterricht eine Meile zu messen. Demnach haben die Her- ren der Rätbe außgefertiget Ja-

cob Zelen / und Hans Berken / mit solcher Unterrichtung eine Meile zu messen mit einem Rade / das mit einem Umbgange die Länge einer Ruthen gleich treffen soll / uff die Ruthe soll seyn $7\frac{1}{2}$ Elelang / soll eine Meile halten 60. Gewen- de / und ein Gewende 60. Ruthen. Ist also uff eine Meile zu rechnen 3600. Ruthen: solches ist gesch- ben Montags / in die Georgii, an- no 1509. Macht also eine Meile 27000. Elen / oder Schritte.

XIV. Sed enim, qui considera- verit, liberali ista milliari com- mensuratione prorsus extingvi li- bertatem eorum, qui ruri degunt, & in tanta oppidorum Saxonico- rum copia alterum alteri perpetuo confine esse, & per ejusmodi men- suram conjungi, ut vix fieri possit, quin privilegio; civitatibus conces- so, ubique in provinciis sit locus, nec dari possit unquam casus, quo non oporteat civitatis alicujus jura observare, fatebitur ipse, non tam pro privilegio id habendum esse amplius, quam pro jure communi, atque universali, & iniquam pror- sus conditionē inferri reliquis pro- vincialibus. Ulnæ enim 27000. ut supra computavimus, facient 10800 passūs, & sic plus quam dimidium itineris diutni, cum itineri facien- do viginti millia passuum in dies

singu-

singulos peragenda computentur, *h3. ff. de V. S. Johan. Köppen, qv. 16, num. 13.* In ambitu istiusmodi spaciū extēsi non una semper, quæ in centro est, sed plures insuper aliæ civitates reperiuntur, quarum si unaquæque privilegio milliaris uti velit, plurimæ extra, & ultra ambitum simbrias suas dilatabunt, non sine insigni paganorum damno & incommodo.

XV. Disquiritur insuper, unde initium mensurationis faciendum sit, utrum à portâ Urbis, uti volunt Matth. Colerus, *decis. 215.* Paulus Matth. Wehnerus, *in observ. pract. vocab. Meile / an verò à continētibus ædificiis, & burgis propè civitatem, quò inclinare videntur textus, in l. 154. & l. 147. ff. de V. S. Remissivè eà de re agit Sigism. Scaccia, de judic. lib. 1. cap. 91. num. 32.* Nobis magis placet sententia posterior. Etsi enim Urbis appellatio muris finiatur, *l. 2. ff. de V. S.* aliud tamen est Urbs, aliud Civitas. Et non tam Urbi, quàm Civitati, concessa sunt ejusmodi privilegia; Civitas autem comprehendit etiam eos, qui extra pomeria aut muros habitant, cum civitas non in muris, sed in viris, consistat. Vid. Justin. *l. 2. c. 12. & 14.* & quæ ibi notant Commentatores. *Inter Urbem & Civitatem hoc inter-*

est, inquit Nonius Marcellus, *de*

propr. lat. ferm. Urbs est adificia. Civitas incola. Et Servius: *Urbs muros, Civitas ejus habitatores significat.* Nec tamen disimulo, privilegium istud civitatum reale esse, & loco adherere. Etsi enim ultimato referatur ad personarum & civium utilitatem; quia tamen utilitas illa non directè & immediatè personas afficit, sed in rebus hæret, inde istud non ex utilitate inde proveniente, sed ex qualitate & causâ ipsâ æstimandum est. Quemadmodum & aliàs Privilegium, quod personæ mysticæ, h. e. Civitati, Collegio, Universitati, competit, pro reali habetur, *l. 4. §. 3. ff. de censib.* Vid. G. Franzk. *ad tit. Digest. de constit. pp. num. 37. seqq.*

XVI. Non minùs disquiritur de termino ad quem, utrum pagus, cuius extremi fines versùs civitatem intra milliare comprehensi sunt, ipse totus, cum omnibus suis partibus & agris reliquis, intra istud milliare contentus intelligatur, an verò ultra terminum dimensionis finitæ milliare non excurrat, adeoquè utrum una pagi portio intra milliare, altera extra illud consistere queat? Pro negativâ allegari posset, quòd unum idemquè corpus contrarias non recipere queat qualitates, neque universalitas, qualis est pagus, intelligi amplius possit, ubi se-

D d d d

paran-

parantur corpora, ex quibus universitas constat, arg. l. 23. ff. de usu cap. Videri enim pagum esse *ἐκ τῶν χωρημάτων*, quæ scilicet connexa aliàs vocantur, l. 30. ff. eod. ubi plures partes ita uniuntur; ut totum aliq̄d constituant. Quicquid autem prædicatur de parte, prædicatur etiam de toto. Atque hinc si pars aliqua pagi intra milliare consistet, ipse totus pagus intra istud intelligetur. Verùm ipsimet Philosophi distinctionem hic faciunt inter ea, quæ prædicantur simpliciter de toto, & quæ prædicantur secundum quid, ita ut necesse non sit, prædicatum tale posterius de toto ita concipere, ut affectæ simul intelligantur omnes ejus partes. Neque si unica alicujus pagi domus combusta est, totus illic pagus combustus esse dicetur. Per consequens neque totus pagus, milliari inclusus, intelligetur, si vel maximè dimidia ejus pars intra milliare subsistat.

XVII. Responderunt ita ad utramque quæstionem Antecessores nostri, an Bürgermeister und Rath-Mann der Stadt Guben: Daß eine Meil Weges von eussersten Häusernt euerer Vorstadt angefangen / bis an die nechsten Häuser der Dörffer / vermöge der Rechte / billich gemessen wird /

B. A. B. Et paulò plenius nos ipsi an D. Georg Marsmann / Syndicum zu Budisin / mens. Septemb. 1672. Auf die dritte Frage erkennen Wir vor Recht / wenn gleich etliche Rechts = Lehrer der Meynung seyn / daß die Messung der Meile von dem Stadt-Thor angefangen werden muß se. Dieweil aber dennoch in gemeinen Kayserslichen Rechten ein anders deutlich verordnet / un̄ daß dasselbe jemahls geändert sey / nirgend zu befinden; So wird der Anfang der Meile von den letzten und eussersten Häusern der Vorstadt billich genommen. Auf die vierte und letzte Frage erachten Wir Rechtens seyn. Obschon von etlichen davor gehalten werden wil / als ob das ganze Dorff / welches zu eusserst gegen die Stadt / davon die Meile angefangen worden / mit der Mess-Ruthe berührt wird / mit allen seinen Häusern / und zugehörigen Feldern / in die Meile gezogen werden müste / und dergestalt die darinnen gelegene Ecken / so doch bey der Aufmessung nicht erreicht worden / annoch in die aufgemessene Meile gehöre; Dennoch aber / und dieweil die Aufmessung zu dem Ende geschieht / daß man einen richtigen terminum ad quem haben möge / und die Geometrische Aufmessung nach Elen und Ruthen keine dergleichen extension erleiden muß / oder

oder doch auf solchen Fall man eine so genaue Aufmessung / so durch den Feld = Messer geschehen müste / nicht nöthig hätte / auch daraus / wenn die Meile mitten in das Dorff fiel / nichts ungeräumtes erfolget / in deme die eine Helffte gar wohl binnen der Meile / die andere aufferhalb derselben gelegen seyn kan ; So erscheinet dammenhero so viel / daß die Häusel und Schencken / so von der Mess = Ruthen bey Beschließung der Meile nicht erreicht werden / in die abgemessene Meile nicht zu ziehen / V. X. W.

XVIII. Circa tempus, quo haberi debeant Mercatus & Nundinae, non minor debet esse cura Principis, in primis in eo, ut diebus festis, in gloriam nominis divini institutis, omnis quiescat negotiatio, c. 1. X. de fer. In quo articulo admodum prolixus & subtilis est Conradus Summenhart, de contractib. quaest. 51. Nobis examinare ea nunc non licet. Quia verò nundinae, etiam Imperatorum privilegiis concessae, plerumque certis diebus dominicis inchoari & finire jubentur, istas consuetudines non improbat Paulus Laymannus, theol. moral. lib. 4. tr. 7. cap. 2. num. 6. Sed tamen, quantum fieri potest, mode-

randas esse ait, ut saltem negotiationes seu nundinationes non fiant ante rem divinam peractam. Rectius Serenissimus Saxoniae Elector omnem illam consuetudinem rejicit, & exterminat in der erneuerten Policen = Ordnung / de ann. 1661. tit. 2. §. 5. Und weilt an etlichen Orten durch die Jahr = und Wochen = Märkte / wenn dieselbe auff die Sonn = und Feyer = Tage gefallen / der Gottesdienst von vielen mit Aergerniß hindan gesetzt / und versäumet wird; So sollen dergleichen Jahr = und Wochen = Märkte auf die Werk = Tage verlegt / und also niemand / umb der Krämeren willen / an seiner devotion gehindert / oder davon abgehalten / viel weniger die gewöhnlichen Predigten deswegen eingestellt werden. Principis est, ut dixi, talia prohibere, non Episcopi, ut vult Augustinus Barbosa, ad c. 1. X. de fer. num. 5. Cujus enim est condere ferias, l. 4. C. de fer. ejus etiam est, quicquid adversus ferias facit, prohibere; quam ob causam etiam luxationem Pontificis Romani, in Calendario factam, rectè repudiârunt Principes Germaniae, potestatis suae tenaciores, quorum causam agit Lud. de Montesperato, in vind. pac. Qsnabr. §. 15. n. 157. seq.

Dddd 2 . . . CAP.

CAPUT XLIV.

De

Jure Principis circa usuras, & contractus usurarios.

SUMMARIA.

*Romani veteres fœnus non admittebant. 1.**Circa centesimam, & fœnus unciarium, hæc inter Gronovium & Schookium. 1.**Constantinus Imperator diversimodè circa fruges & pecuniam usuras admisit. 2.**Justinianus, dum usuris certum modum posuit, an permiserit tantum usuras, an etiam adprobaverit? 3.**Modus, à Justiniano prescriptus, qualis? 4.**Princeps usurarios contractus omnes severè debet prohibere. 5.**Quoniam, causis piis permittendæ sint usura, Constitutio Saxonica. 6.*

L

Illud etiam pertinet ad commercia, & ad inspectionem atque dispositionem Principis, ut usurarias pravitates tollat, & usuris ipsis certum ponat modum. De Usuris, num licitæ sint, & tolerari in Republicâ debeant, non est, ut prolixè hic disceptemus, cum integri eâ de re & Theologorum, & Canonistarum, & Juris Consultorum proissent tractatus, quorum aliqui prorsus damnant easdem, & proscribunt, aliqui verò admittunt quadantenus, & sub certis limitationibus. Et quidem placuit aliquando ipsis etiam Romanis, fœnerari nullo modo licere, vel ex eo capite, quòd crebræ inde seditiones, & contentiones in populo excitari solerent. *Sane, in*

quit Tacitus, *lib. 6. annal. vetus Urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumq; creberrima causa, eoque cobibebatur antiquis quoque, & minus corruptis moribus.* Et Appianus Alexandrinus, *lib. 1. civil. Abborruisse quidem mihi videntur veteres Romani fœnoris consuetudinem, quemadmodum & Græci, nec secus ac cauonandi questum quendam existimavisse, gravem intolerabilemq; pauperibus, & inimicitias ultrò procreantem, &c.* Sed cum propter commercia identidem repeteretur, & invalesceret fœnerandi consuetudo, de coërcitione magis & modi positione, quam omnimodâ abrogatione deinceps deliberatum & constitutum fuit. Nec tamen lege

lege XII. tabb. alia, quàm unciaria usura permiffa legitur, sed quæ se-
 quioribus temporibus ita aucta est,
 ut ad centesimam usq; excresceret,
 etiam inter ipsos Christianos, uti
 patet ex *l. 1. & 2. C. Theod. de usur.*
 Continet autem centesima duode-
 cim usuras unciarias, eaq; legitimæ
 deinceps usuræ nomine veniebat,
 quam etiam in pandectis legitimæ
 nomine sæpissimè appellasse pru-
 dentes, opinatur Fr. Balduinus, in
Justinian. pag. 61. Atq; ita quidem
 post Balduinum fœnus unciarium
 explicarunt alii, quos secutus Janus
 Fridericus Gronovius, acerrimum
 insectatorem atq; adversarium si-
 bi excitavit Martinum Schookium,
 qui integris tractatibus unciarium
 fœnus nihil omninò differre ab us-
 ris centesimis asseruit. Illorum li-
 tem ut meam nunc faciam, nihil
 hic interest. Videamus potiùs, qua-
 liter Principes circa usurarum cau-
 sas potestate suâ usi fuerint.

II. Constantinus Imperator, in
l. 1. C. Theod. de usur. ita constituit,
 ut si fruges mutuò darentur, usuræ
 nomine tertiam partem, h. e. in
 duos modios modium tertium sti-
 pulari liceret: pecuniæ verò non
 nisi centesimam. Frugum ergò u-
 suræ triplo majores esse poterant,
 quàm pecuniarum: ἡμισολίας dix-
 erunt Græci. Quod vocabulum ita

explicat Agellius, *lib. 18. c. 14.* ut sit
 hemiolios, qui numerum aliquem
 in sese habet, dimidiumq;ve ejus; ut
 tres ad duo, quindecim ad decem,
 triginta ad viginti. Lege igitur Con-
 stantini permiffum erat, ut, duobus
 modiis datis, tertius usuræ nomine
 præstaretur. Quæ proportio aliàs
 fescupla, sive sesqualtera dicitur. Vid.
 Franc. Florens, in *dissertat. Canon.*
pag. 217. Ratio autem, cur majores
 toleraverit Constantinus usuras in
 frugibus, quàm in pecuniâ, hæc da-
 ri solet, quòd fructuum & incer-
 tum atq; inconstans sit præcium, &
 incertus eorum præventus, cum fi-
 eri possit, ut crediti tempore con-
 stent magno, solutionis verò tem-
 pore parvo. Quæ eadem ratio fe-
 cit, ut cum aliàs pecuniâ creditâ ex
 nudo pacto non deberentur usuræ
l. 3. C. de usur. frugum tamen usuræ
 ex nudo pacto peti possent, & præ-
 stari deberent, *l. 12. C. eod.* Hugo Do-
 nell. *ad d. l. 12.* Gasp. Caballin. *de*
eo quod interest. num. 95. Francisc.
 Duaren. *ad tit. de usur. cap. 2.* Jaco-
 bus Gothofred. *ad d. l. 1. C. Tb. de*
usur. Statuerunt deinceps & alii
 Imperatores circa usuras, quod ex
 commotò Reip. visum fuit. Et ipse
 deniq;ve Justinianus, observato cer-
 tio debitorum & creditorum discrimine, nec non aliis consideratis cir-
 cumstantiis modum usuris posuit,

in l. 26. C. de usur. itemque in novel-
lis quibusdam.

III. De hac Justiniani ^{romano} ~~romano~~ ^{sententia} ~~sententia~~ disquiritur, num permiserit tantum ille usuras, an etiam approbaverit. Multum enim inter se ista differre, alibi dixi. Sunt, qui neutrum asserere, sed imò prohibitas eas à Justiniano contendere velint hoc argumento, quòd Justinianus professus fuerit Catholicam fidem, & se admittere ac probare quatuor Concilia universalia, l. 8. §. *Suscipimus C. de SS. Trin.* ex quibus Nicenum usuras prohibuerit *c. quoniam 3. dist. 47.* At enim cum argumentum à tacito non procedat, quando contrarium est expressum, quod tacito prævalet, & ut ante dixi, Justinianus disertis verbis modum usuris posuerit, nec ullibi eas expressè prohibuerit, argumentum id hodiè non facile inveniet assensum. Vid. H. Zæf. *comment. in Digest. tit. de usur. num. 9.* H. Canif. *de usur. c. 1. n. 31.* Alii igitur, quos sequitur ipse Zæsius, *d. l. num. 10.* malunt, Justinianum non adprobasse usuras, sed tantum tolerasse, majoris mali evitandi causà & in egentium subsidium. Quibus equidem assisterem & ego, nisi moveret illud, quod cum Justinianus Viris illustribus trientem usuram stipulari aut exigere concesserit, *d. l. 26. C. de usur.* fiscum tamen

suum tam illustrem esse non judicavit, quin ei usuram semissem permitteret, *l. ult. C. de fiscal. usur.* At si usuras prorsus improbasset Imperator, nec sibi quidem aut fisco suo indulgere tale quid debuisset, tantum abest, ut graviores ei concedere potuisset. Facere rectè cives suos Princeps optimus faciendo docet, cumque sit imperio maximus, exemplo major est, ait de Augusto Vellejus Paterculus. Et quam verò hic causam subesse credamus, quòd fisco usuras permittere necesse habuerit Justinianus, cujus tamen ipse & arbiter est, & moderator, quique, nisi ipse nolit Imperator, legibus coerceri poterit quam facillimè? Ipsi sibi dum lex est Princeps, quid opus est, ut permittat sibi? Permissio enim tum ferè locum habet, quando actus, quem permittimus, non est in nostrà potestate, nec impediri facile potest. Dixerim ergò non permittas tantum, sed approbatas etiam jure Justinianè fuisse usuras, ut tamen intra modum constitutum continerentur.

IV. Modus iste diversimode se habuit; Mercatoribus enim beses, cæteris semisses, illustribus & super-illustribus trientes tantum concessit, *d. l. 26.* Modus talis videtur petitus ex ratione ejus, quod interest quatenus probabiliter interesse vi-

detur

detur Creditorum, quorum pecuniâ debitores utantur. Sed tamen & debitorum habita fuit ratio, ut si agricolis pecunia mutuò data esset, quicumque fuerit creditor, non alia ei solveretur usura, nisi triens, aut non multo major triente, quotannis scil. in singulos solidos siliqua una, quæ est vigesima quarta pars solidi; at si fruges mutuò datae fuerint, ut tùm octavam modii partem in singulos modios stipulari liceret. *Novell. 32. 33. 34.* Duplo ergò majorem usuram frugum, quàm pecuniæ, concessit Justinianus. Circa fœnus nauticum, & pecuniam trajetitiâ, quando scil. Creditor suscipit maris & alienæ navigationis, tùm & ipsius sortis periculum, revocavit Justinianus usuras ad finem centesimæ, cum antea infinitas stipulari liceret. Sed quàm inconstans ipse Imperator circa usuras nauticas deinceps fuerit, docent novellæ 106. & 110. Et videtur utiq; in hoc genere considerari debere, qualis sit conditio pecuniæ creditæ, quod periculum, & quousq; susceptum, ut certi aliquid statui queat.

V. Et hunc in modum plerique omnes Germaniæ Principes legibus publicis usuras coercere soliti semper fuerunt. Cumque innumeræ & infinitæ sint non circa mutuam tantum, sed alios etiam contractus

usurarios fraudes, ut propter speciem honestatis, quam gerunt, discerni vix queant, præsertim ubi cum homine indigente negotium agitur; hoc erit Principis officium, ut argutias illas, & fraudandi artes qualitercunque describat, easque sanctionibus suis prohibeat, ut eò magis sibi ab improbis istis dardanariis, & iniquis hirudinibus caveant simpliciores. Laudanda hic imprimis est Augusti, Electoris Saxonæ, gloriosissimæ memoriæ, provida solersque constitutio, in Comitibus Tor-gaviensibus, anno 1583. communi Statuum consensu edita, quæ sub tit. von Bucher / wucherlichen contracten und Partiten / varias ejusmodi circumveniendi artes, & fraudulentos contractus describit, eosque non prohibet tantum, sed poenis etiam in delinquentes animadvertere jubet. Ejusdem notæ est Constitutio alia, anno 1625. ab Serenissimo Electore Dn. Johanne Georgio I. glor. mem. promulgata, in quâ speciales hæ, in usurarios decernuntur poenæ: *Das sie nicht allein des vierten Theils / sondern der ganzen auff Bucher ausgeliehenen Summen verlustig seyn / hierüber auch als öffentliche Leutschinder und Landverderber zum Reichstuel und tröstlichen absolution, oder Tusch des Herrn / durchaus nicht gelassen, auch nach ihren Tod mit*

dc mit

Tode mit Christlichen und gebräuchlichen ceremonien nicht bestattet/ ipso jure & genere facti anrücklich un ehrloß/ dannenhero redlicher Leute Gemeinshaft/ und aller ehrlichen und fürnehmen Aempter unwerth/ und unfähig geachtet/ ihnen kein beständig testament zu machen/ auch/ da es albereit gemacht/ ohne Bestellung caution, wegen Erstattung des empfangenen Buchers ganz unkräftig un nichtig gehalten/ auch Zeugnis zu geben nicht verstattet/ ja als dem gemeinen Wesen hochschädliche Leute gänzlich aus und abgeschafft werden sollen/ 2c.

VI. Cæterum cum ex constitutionibus harum terrarum non nisi quincunces usuræ licitæ sint, sæpè disquisitum fuit, utrum etiam Ecclesiæ, Nosocomia, & aliæ piæ causæ ad hanc legem adstrictæ sint, an verò illis semisses quandoq; accipereliceat? Præterquam enim, quòd favor piæ causæ maximus semper sit, contingere potest, ut per constitutionem annuorum reddituum, per legatum aut fideicommissum, aut alio quocunq; modo, extra causam mutui, semisses usuræ debeantur, quo casu utiq; nulla subesse videtur iniquitas, cum unusquisq; suarum rerum sit moderator & arbiter, & in testamentis, quorum ipsorum etiam favor maximus est, unicuiq; pro arbitrio suo disponere liceat, heredi

autem hereditatem vel adire vel repudiare integrum sit. Quorum omnium, & aliorum insuper respectu hæc tandem placuit Serenissimo Electori decisio, quam speciali Rescripto expressit, an das geistl. Consistorium, itemq; an die Juristen Facultät zu Wittenberg/ his verbis. Würdige/ hochgelahrte/ Lieben andächtige und getreue/ Euch wird erinnerlich seyn/ wie sich eine Zeit hero wegen der capitalien/ so denen Kirchen=Schulen/ Hospitalien/ und andern piis causis unserer Lande zuständia/ die Frage ereignet/ ob dieselbe mit fünff oder sechs vom Hundert verzinsel werden solten. Nun wir denn dieses Werck mit dessen einlauffenden Umständen nicht allein durch unsere Raths=Collegia in reise deliberation gezogen/ sondern auch bey neulichsten Land=Tagen unserer gesamten getreuen Landschaft zur Berathschlagung zustellen lassen/ und nunmehr nachfolgender resolutionen schlüssig werden/ daß so viel vorse erste tempora præterita betrifft/ von denen debitoribus, die mit gewissen capitalien Kirchen/ Schulen/ Hospitalien/ und anderen piis causis verhaftet/ und in unserm Churfürstenthumb/ und in incorporirten Landen angelesen/ wenn anders 6. vom 100. verschrieben/ nicht umbillich solcher Zins gefordert/ und in Fall von anno 1628. an/ bis auf den Land=Tags Abschied anno 1661. von

Von dergleichen Zinsen etwas rückständig / solche Reste de jure exigirt werden können / auch der Richter darauf zu erkennen schuldig / und zwar daß hierunter nicht distingvirt werde / ob das debitum ex mutuo, pacto retrovenditionis, antichretico vel quocunqve alio pacto herrühre / es were denn / daß ein anders verglichen / oder verrechnet. Fürs ander / daß seithen dem Landtags-Schlusse anno 1661. und ins künfftige von denen mehr berührten piis causis eben so wenig / als andern Creditoribus 6. von 100. als ein Zins / ob er gleich verschrieben / oder noch verschrieben werden möchte / es rühre abermahl ex mutuo, pacto retrovenditionis, vel ultimā voluntate her / zu fordern / noch in judiciis darauf zu erkennen. Jedoch auch / daß der Debitor, so seithen ann. 1661. gleich wohl verschriebener massen 6. vom 100. gutwillig entrichtet / solchen sechsten Gilden (die lites, so daraus entstehen könten / zu vermeiden) ex condictione indebiti zu repetiren keines wegcs Macht habe. Davon aber nehmen wir billich aus / wenn einer per legatum, fideicommissum oder donationem tam inter vivos, quam mortis causa seine Erbschafft beschwehret / oder vor sich und seine Erben versprochen hette / annuos redditus ad certam piam causam abzustatten / da denn die

Erben / wenn sie gleich competentem sortem, den Zins auf 6. vom 100. gerechnet / darzu ausgefetz / auch darüber qvittirt, dennoch / weil alhier bloss ad mentem testatoris & favorem piæ causæ zusehen / den Abgang zuersehen schuldig seyn sollen. Ingleichen soll angeschlossen seyn / wenn einer gewisse redditus ad certam piam causam obgesetzter massen gewiedmet / und etwa / daß es desto richtiger erhoben würde / dazu eine gewisse Schuld-Post ausgefetz hätte / da denn abermahl / weil nicht so wohl die Schuld-Post / als annui redditus legiret, und die Schuld-Post nur demonstrationis & facilioris perceptionis ergo angehangen / die Erben den Abgang zuersehen / anzuhalten. Was aber die von denen geistlichen arariis ausgeliehene nomina & mutua betrifft / dieselben bleiben allerdings sub regula, daß sie höher / als mit fünffen von Hundert nicht verzinslet werden sollen. Mit gnädigsten begehren / Ihr wollet / da bey unserm Consistorio zu Wittenberg zwischen den Parteyen diesfalls Irrungen herfürkommen / dieselben auf solche masse bescheiden / daran geschicht unsere Meinung / und Wir sind euch mit Gnaden geneigt.

Datum Dresden am 30.

Augusti anno

1671.

Eeeee CAP.

CAPUT XLV.

De,

Jure constituendi mensuras.

SUMMARIA.

In Commercii plurima committuntur fraudes. 1.

Commendatio rei à venditore facta non punitur. 2.

Reticentia tamen ejus puniri quandoq; solet. 3.

Num peccet, qui vendit frumentum precio corrente, dum non nescit, viliori precio max comparari posse? 4.

Sciens moneta valorem mox mutatum iri, non excusatur, si solvat in valore presenti. 6.

Mensura etiam subiecta sunt dispositioni Principu. 7.

Mensurarum ubiq; magna diversitas. 7.

Eas Principes, ut aequales facerent, frustra sæpè conati sunt. 8.

Legibus tamen suis id efficere summâ animi consensione debent, ut justa habeatur mensura, & justum pondus. 9.

Exemplo prævêrunt Imperatores Romani. 10.

Pœna corrumpentium mensuras. 11.

Solebant etiam olim modios æneos, aut lapideos in publico collocare, ut aliorum mensura secundùm eos examinari possent. 12.

I.

Occurrunt in commerciis plurima talia, quæ Principis curæ & inspectioni succumbunt. Dum enim plerorumq;ve negotiatorum vita ad quæstum, ad lucrum, ad divitias adornata est, illos earundem occasione turpia plurima, & dignas supplicio fraudes sæpè numero committere, dubium non est. Vid. Henr. Cornel. Agripp. *de vanit. scient. cap. 72.* Fraudes illæ non verbis tantum committuntur, sed factis

etiam, iisdq; sæpè improbisimis. Ad verba pertinet querela Saliceti, *in autb. ad hac C. de usur.* ubi ait: *o magnam notam temporum nostrorum, quis est hodiè mercator, qui in venditione mercium non dicat mendacia, & plerumq;ve, ut emptores alludat, etiam dejeret.* Add. Ventur. *de Valentiis, in Partben. litigios. lib. 1. cap. 10. n. 11.* Cels. Bargal. *de dol. l. 5. c. 15. num. 6. seq.*

II. Sed nec omnes tamen, quæ verbis

verbis committuntur fraudes, legibus civilibus coerceri debuerunt. Quia enim hæc quasi naturalis est venditorum indoles, ut de rebus vendendis, quod bonæ sint, prædicare soleant, ne lites in infinitum multiplicentur, noluerunt Legislatores Romani quamlibet levem jactantiam potestati coactivæ subijcere, aut judicio terminari; sed curiosè distinxerunt, num generaliter commendandi causâ dictum aliquid fuerit, e.g. servum esse frugivum bonum, &c.: an verò venditor in specie certum genus bonitatis vel artificii expresserit, *l. 43. ff. de contr. empr. l. 19. ff. de ad. ed.* Illo casu, quia emptor etiam sine venditoris laude præviâ rem empturus plerumque esset, tanti visâ non fuit commendatio addita, ut propter eâ venditor condemnari deberet. Quod igitur venditor, ut commendat, dicit, sic habendum, quasi neque dictum, neque promissum est, *l. 37. ff. de dol.* Et commendatio ideò interposita creditur, ut citius res, non ut pluris ematur. Quod si verò dixerit aliquid venditor, vel promiserit specialiter, abesse quod adsit, vel adesse quod absit, ut si servum artificem, literatum, &c. dicat, aut si eum non furem, nec aleatorem esse asseret, qui talis non est, ex edicto aut empti judicio teneri eum voluerunt, *d. l. 19. ff. de adit. ed. l. 13. §. 4. ff.*

de act. empr. l. 31. §. 2. ff. de adit. ed. Franzk. tit. de ad. ed. num. 74. seq. Hæc enim istiusmodi sunt, propter quæ consequitur venditor, ut pluris vendat, eaque res sola facit huic præstationi locum. Hug. Donell. *lib. 13. c. 3.* Sed est tamen in priori casu adhuc aliqua differentia. Dixi, propter nudam venditoris commendationem de jure civili judicium fatigari, & venditorem condemnari non debere. Quid verò, si decipiendi emptoris causâ dictum aliquid fuerit, quo motus emptor aliàs non empturus contraxit, num & hæc impunis erit commendatio? Hic verò disertè ait Ulpianus Jctus, *in d. l. 37. ff. de dol.* æquè quidem sic habendum esse, ut non nascatur adversus dictum promissumve actio, dari tamen actionem de dolo. Poterat scilicet ista commendatio, ut simplex dictum promissumve, jure civili negligi, nisi inductus eâ fuisset emptor, ut emeret. Et quia sic dolo dedit causam contractui, non ex contractu ipso aut promisso datur actio, eò quod contractus, tali modo initus, non subsistat, *l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 3. §. f. ff. pro soc.* sed de dolo, quæ subsidiaria est, *l. 1. §. 3. ff. de dol. Cels. Bargal. de dol. lib. 3. cap. 3. num. 56. seq.*

III. Sed & reticentia quandoque in commerciis puniri solet, quæ
E e e e 2 consistit

CAPUT XLV.

De,

Jure constituendi mensuras.

SUMMARIA.

In Commercium plurima committuntur fraudes. 1.

Commendatio rei à venditore facta non punitur. 2.

Reticentia tamen ejus puniri quandoq; solet. 3.

Num peccet, qui vendit frumentum precio corrente, dum non nescit, viliori precio max comparari posse? 4.

Sciens moneta valorem mox mutatum iri, non excusatur, si solvat in valore presenti. 6.

Mensura etiam subiecta sunt dispositioni Principis. 7.

Mensurarum ubiq; magna diversitas. 7.

Eas Principes, ut aequales facerent, frustra sæpè conati sunt. 8.

Legibus tamen suis id efficere summa animi consentione debent, ut justa habeatur mensura, & justum pondus. 9.

Exemplo prævêrunt Imperatores Romani, 10.

Pæna corruptentium mensuras. 11.

Solebant etiam olim modios æneos, aut lapideos in publico collocare, ut aliorum mensura secundùm eos examinari possent. 12.

I.

Occurrunt in commerciis plurima talia, quæ Principis curæ & inspectioni succumbunt. Dum enim plerorumq; negotiatorum vita ad quæstum, ad lucrum, ad divitias adornata est, illos earundem occasione turpia plurima, & dignas supplicio fraudes sæpè numero committere, dubium non est. Vid. Henr. Cornel. Agripp. *de vanit. scient. cap. 72.* Fraudes illæ non verbis tantum committuntur, sed factis

etiam, iisdq; sæpè improbisimis. Ad verba pertinet quærela Saliceti, *in autb. ad hac C. de usur.* ubi ait: *o magnam notam temporum nostrorum, quis est hodiè mercator, qui in venditione mercium non dicat mendacia, & plerumq; ut emptores alluciat, etiam dejeret.* Add. Ventur. de Valentiiis, *in Parthen. litigios. lib. 1. cap. 10. n. 11.* Cels. Bargal. *de dol. l. 5. c. 25. num. 6. seq.*

II. Sed nec omnes tamen, quæ verbis

verbis committuntur fraudes, legibus civilibus coerceri debuerunt. Quia enim hæc quasi naturalis est venditorum indoles, ut de rebus vendendis, quod bonæ sint, prædicare soleant, ne lites in infinitum multiplicentur, noluerunt Legislatores Romani quamlibet levem iactantiam potestati coactivæ subijcere, aut iudicio terminari; sed curiosè distinxerunt, num generaliter commendandi causâ dictum aliquid fuerit, e.g. servum esse frugi, equum bonum, &c: an verò venditor in specie certum genus bonitatis vel artificii expresserit, *l. 43. ff. de contr. empt. l. 19. ff. de ad. ed.* Illo casu, quia emptor etiam sine venditoris laude præviâ rem empturus plerumquæ esset, tanti visa non fuit commendatio addita, ut propter eâ venditor condemnari deberet. Quod igitur venditor, ut commendat, dicit, sic habendum, quasi nequæ dictum, nequæ promissum est, *l. 37. ff. de dol.* Et commendatio idè interposita creditur, ut citius res, non ut pluris ematur. Quod si verò dixerit aliquid venditor, vel promiserit specialiter, abesse quod adsit, vel adesse quod absit, ut si servum artificem, literatum, &c. dicat, aut si eum non furem, nec aleatorem esse assereret, qui talis non est, ex edicto aut empti iudicio teneri eum voluerunt, *d. l. 19. ff. de adit. ed. l. 13. §. 4. ff.*

de act. empt. l. 31. §. 7. ff. de adit. ed. Franzk. tit. de ad. ed. num. 74. seq. Hæc enim istiusmodi sunt, propter quæ consequitur venditor, ut pluris vendat, eaqve res sola facit huic præstationi locum. Hug. Donell. *lib. 13. c. 3.* Sed est tamen in priori casu adhuc aliqua differentia. Dixi, propter nudam venditoris commendationem de jure civili iudicia fatigari, & venditorem condemnari non debere. Quid verò, si decipiendi emptoris causâ dictum aliquid fuerit, quo motus emptor aliàs non empturus contraxit, num & hæc impunis erit commendatio? Hic verò disertè ait Ulpianus Jctus, in *d. l. 37. ff. de dol.* æquè quidem sic habendum esse, ut non nascatur adversus dictum promissumve actio, dari tamen actionem de dolo. Poterat scilicet ista commendatio, ut simplex dictum promissumve, jure civili negligi, nisi inductus eâ fuisset emptor, ut emeret. Et quia sic dolo dedit causam contractui, non ex contractu ipso aut promisso datur actio, eò quod contractus, tali modo initus, non subsistat, *l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 3. §. f. ff. pro soc.* sed de dolo, quæ subsidiaria est, *l. 1. §. 3. ff. de dol. Cels. Bargal. de dol. lib. 3. cap. 3. num. 56. seq.*

III. Sed & reticentia quandoq; in commerciis puniri solet, quæ consistit

consistit in dissimulatione vitii seu morbi, dum vel venditor, rem tradens, nihil omnino de illo pronunciauit, nec de eo emptorem tertio rem fecit, vel fallendi eausa obsecrere aut insidiosè est locutus, vel dissimulanter, non palam & rectè prædixit. Franzk. *tit. de edil. ed. num. §. i.* Et quod mirari licet, etiam in ignorantem venditorem hoc casu animadvertunt leges civiles, quantumquam mitiore sententiâ, quam condemnari solet sciens, *l. 13. ff. de act. empt.* Ædiles enim edicto suo Emptoribus, ne in damna constituerentur, succurrere voluerunt, & quia venditor vel potuit vel debuit qualitates rei venditæ notas habere, non debuit ejus ignorantia nocumento esse Emptori, cujus nihil interest, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate, *l. 1. §. 2. ff. de Æd. edict.* Quod autem de reticentiâ generaliter dixi, multum restringunt leges civiles, tum circa ipsa vitia & morbos, tum in illo casu, ubi distinctè de redhibitoriâ, & quanti minoris actione agendum fuerit. Ita e. g. si furtum domino servus fecerit, non est necesse, hoc in venditione servi prædicere, nec ex hac causa redhibitio est, *l. 52. ff. de edil. edict.* præstare tamen debet, quanti emptoris interfuit non decipi, *l. 13. §. 1. ff. de act. empt.* quia aliàs si scivisset Emptor, servum non emisset.

IV. Et hæc quidem in foro externo secundum leges Romanas ita obtinent. In foro conscientia disputare cœperunt Moralistæ de casu, eum quis frumentum habens, inopiâ Remp. præmente, sciat, naves paulò post frumentum advecturas, quò vilitas annonæ consecutura sit, viliori què precio frumentum sit vendendum, an teneatur is civibus ignorantibus hoc ipsum prænunciare, ne tanti emant frumentum, quod à se venditur? Breviter: an vendere possit frumentum suum eo precio, (currente licet,) quod non darent Emptores, si eandem, quam venditor, haberent scientiam? Operosè & prolixè eam quaestionem tractat Conradus Summenhart, *de contract. quest. 62.* Plerique putant nullam culpam habere venditorem, si non enunciet, quæ aliunde ventura aut futura sint, & posse igitur frumentum suum eo precio, quod de præsentis constituitur, vendere, nec ulli hinc facere injuriam, sed uti eum jure suo vendendi merces pretio justo currente. Didac. Covarruvias, *in c. peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. §. 4. n. 6.* Paul. Laymann. *theol. mor. lib. 3. tr. 4. c. 17. §. 1. n. 9.* Joh. de Salas, *de empt. vend. dub. 32.* Sequitur Jacob. Menochius, *de arb. jud. quest. cas. 185. n. 22.* Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 12.*

Cap. 12. num. 9. qui distinguit, utrum quid rem ipsam vendendam contingat, an verò non contingat, sed extrinsecus adveniat; non illud, sed hoc celari emptorem posse, uti jam ante Grotium plenius exposuit Alexander ab Alexandr. *lib. 6. genial. dier. cap. 1.*

V. Ego verò nec Moralisticis, nec vel juranti Grotio id crediderim, sed illis omnibus duo ista juris naturalis præcepta repono. Primum: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Alterum: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Jam certus sum, venditorem frumenti, qui naves frumentarias in cursu esse novit, nolle eo precio emere frumentum, quo ipse vendit. Qui igitur excusari poterit, quòd à proximo precium, quòd ipse non daret, expetat? Jure suo tum demum quis justè utitur, quando id fit sine injurià alterius. At injurià non caret, postulare precium, quod certo novi non daturum emptorem, si eandem mecum notitià haberet, quoq; ipse interim defraudatur, perendiè viliori precio empturus. Quapropter non possum non succensere hodiernis morum Doctoribus, qui in foro conscientie interno, dum inter legem justitiæ & charitatis interisq; officiis, proximo debitis, distinguunt, licita sæpenuerò faci-

unt, quæ nec gentilis quidem admitteret. Laudo hic Ciceronem, haud paulo accuratiorem, & Moralisticis omnibus palmam præripientem, qui *lib. 3. de offic.* argumentum hoc enucleatè tractat, cumq; multa lectione dignissima in utramq; partem disputasset, ita tandem concludit: *Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic adiam venditor celare Emptores debuisse: neq; enim id est celare, quicquid reticeas, sed cum, quod tu scias, id ignorare, emolumenti tui causa velis eos, quorum inter sit id scire, hoc autem celandi genus quæ vale sit, & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis, est non ingenui, non justis; non viri boni, versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, calididi, vesicatoris, vafri, &c.* Hanc Ciceronis sententiam Stoicam vocat Did. Covarruvias, *d. 1.* & ad hominem perfectiorem, virum bonum, ubiq; sanctum, & honesti cultorem pertinere asserit. Atqui talem vult forum conscientie internum, quod omnes hominum actiones ad præcepta juris divini & naturalis rigidissimè examinat, quodq; nec tantillum à præceptis istiusmodi deviare permittit. Ciceroni consentit Bartolus noster, qui in *l. quæro ff. de act. empt.* scribit, vendentem alteri frumentum, certo precio, & eo tempore justo,

Ecccc 1

scien-

scientiam tamen occultè & secretè à Senata decretum esse, ut minori precio vendatur, si emptor insciens sit hujus decreti, teneri emptori ad id, quod ejus intersit, frumentum illo precio emisse. Idem statuit Anton, Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 2. num. 32.*

VI. Similis est quæstio circa mutationem monetæ, an sciens monetam esse mutandam, si solvat, mutuo det, aut erogat ante legem promulgatam, teneatur de hac reticentiâ. De eâ remissivè videri poterit Augustinus Barbosa, *ad c. 2. in fin. X. de maledic.* Plurimi cum distinctione respondent, & statuunt, magistratum & Assessores ejus injustè acturos, si ejusmodi decretum, quod civibus omnibus æqualiter promulgatum esse convenit, alicui ante prodant, vel ipsimet ejus scientiâ utantur cum reliquorum damno, diversam autem rationem esse eorum, qui non sunt ex Magistratu aut Concilio. Nam quibus nulla officii obligatione incumbat impedire, nec cives occasione publicorum decretorum damnum aliquod patiantur, eos nullâ justitiæ aut charitatis lege prohiberi, quò minus privatâ notiâ ejusmodi decreti, mox promulgandi utantur. Ita diserte P. Laymann. *theol. mor. lib. 3. tr. 4. cap. 17. §. 1. num. 9.* Ego rationem distin-

ctionis nullam video. Non enim, quia persona publica, quæ in Consistorio Principis adsidet, propter officium istud, quod gerit, damnum avertere à civibus tenetur, idcirco privatus avertere non tenetur, sed liberè damnum inferre potest. Nec verum est, nullâ charitatis lege privatam prohiberi in damnum alterius suâ notiâ, & tempore adhuc commodo uti. Quocirca existimo, non posse vel Principem, vel Consiliarium ejus, vel privatam quemcunque, qui prohibitionis futura habet notiâ, monetam, mox prohibendam, inter cives erogare, nisi cum denunciaione. Per consequens, ut maximè debitum in diem, invito quamvis creditori solvi possitante diem, *l. 50. ff. de O. & A. l. 38. §. 1. ff. de V. O.* nego tamen solvi posse ei invito in monetâ mox prohibendam.

VII. Pergimus ad facta, in quibus plerumque destinata magis negotiatorum fraus conspicitur. Inter ea eminet falsatio mensurarum & ponderum, si quis vel non probatis talibus utitur, vel publicè à magistratu approbata corrumpit, majora vel minora ea faciendo. Joh. Althus. *Dicæolog. lib. 1. c. 104. n. 27.* Id delictum cum sæpè in divinâ Scripturâ notetur, merito ad Principis inspectionem refertur, ut de justis

justis ponderibus & mensuris provideat: eaqve propter curam istam ad Regalia, & superioritatem, maxime quod constitutionem mensurarum concernit, nonnulli referunt. Casp. Manz. *decif. quæst. 92. n. 9.* Putat quidem Dionysius Gothofredus, *ad l. 32. ff. de fals. subditis*, altam jurisdictionem habentibus, ex longa præscriptione in suo territorio suarum mensurarum quantitatem, diversam à principali, tueri licere, non licere augere vel minuere sine autoritate Principis. Ego nec illud quidem licere arbitror sine conniventia Principis, adeoq; omnis tamen sustinetur mensura, quoad Principi placuerit. Nec propterea quicquam hic facit jurisdictio, nisi quatenus Principis voluntati inservit. Hic verò optandum esset, haberi uniformes mensuras per universum terrarum orbem; id enim non Commerciis tantum, sed Mathematicis etiam negotiis apprimè utile esset atq; proficuum; sed verò tanta ubiqve occurrit diversitas, ut inane prorsus sit votum, & spes omnis decollet. Notatu digna sunt verba Athanasii Kircheri, qui *lib. 2. de mund. subterr. cap. 7.* ita philosophatur: *Tanta est diversitas mensurarum, ut sit vix oppidum, quod ab altero mensura quantitate non differat, adeoq; nihil difficilius est, quàm*

omnem earum mensurarum differentiam ad unam stabilem & incommutabilem mensuram redigere, cum fundamentum desit mensuræ. Si enim statuas pro minimo mensuræ termino v. g. granum tritici aut sinapis, memorata grana adeò differentis quantitatis sunt, ut ea pro diversorum climatum, horizontium, terrenorumq; conditione notabilem quantitatem acquirere comperias. Si vero quaecumq; humani corporis membrum pro certo mensuræ fundamento adsumpseris puta pollicem, palmum, spithamam, pedem, passum & similia, tantò samè sub iis quòq; majorem inæqualitatis differentiam reperies, quanto homo ab homine quoad naturalem, corporis constitutionem, differentior est, &c.

VIII. In tantà mensurarum diversitate difficile erit uniforme aliquod genus præscribere, imò penè dixerim impossibile. Tentasse id ajunt Ludovicum II. Francorum Regem, verùm obtinere id nullatenus potuisse. Anton. Mornac. *ad l. 18. ff. de dol.* Et sunt, qui mutationem istam haudquaqvam utilem Reip. fore putant, quòd ex antiquis scripturis & instrumentis, quibus ad mensuram quotannis certum frumenti genus solvi debet, infinitæ dehinc metuendæ essent lites, cum nec desint hodiè tales, nullà adhuc

tum mutatione factâ. Nec temere adeo everti poterit regula, quam hodiè in judiciis sequimur, ut inspicatur consuetudo, & modus mensuræ particularis, in quo res mensuranda sita est. Carol. Molinæus, *ad consuetud. Paris. §. 11. n. 5.* Hier. Cævall. *q. 733.* Quod si Princeps æqualem ubiq; in territorio suo præscripserit mensuram, cavere hoc maxime debet, ne aliqua inde, in iis maximè, quæ ad pias causas destinata olim fuerunt, nascatur confusio, sed ut proportione habitâ ad communem istam mensuram tempestivè reducantur. Eoq; refero, quod à Frederico II. Imp. constitutum fuit, *l. 3. constitut. Neapol. tit. 36. l. 2.* Mercatores quoslibet Regni nostri sub eisdem ponderibus & mensuris, in rebus magnis & minimis, & sub eisdem cannis, quas ipsis curia nostra dederit, vendere volumus merces suas: ita tamen ut ex mensuris majoribus, in jure, quod ex mensuris ipsis curia vel cujuslibet loci Domino debeatur, nullum collatoribus damnus seu præjudicium afferatur: sed proportionem minoris mensuræ diligenter attentâ non plus proinde solvatur, nisi quantum primitus solvebatur.

IX. Quod si hanc uniformem mensuræ rationem obtinere nequeat Princeps, ad ejus curam nihilominus pertinet, ut justa ubiq; habe-

atur statera, justum pondus, justam mensura. DEUS ipse Legislator ita populo suo præcepit, *Levit. XIX, 8.* Non facies iniquitatem in iudicio, in mensurâ magnâ, in pondere, & in mensurâ parvâ. Statera justa, pondera justa, epha justum & bin justum erit vobis, &c. Quæ verba ex idiotissimo lingvæ Hebraicæ, & commentatoribus eleganter exponit Laurentius Bochellus ad Francisci Raguelli leges polit. *tit. 9.* Propriè, in dimensione, in pondere & in mensurâ. Inter hæc tria n. Hebraici ita distinguunt, ut Middah referatur ad dimensionem agrorum, in quâ dicunt iniquitatem committi, quando mensuratur alicui prædium, cum cælum serenum est: alteri verò cum pluviosum est: tum n. inquirunt, in æqualitas & in fune quo fit dimensio, & cælo sereno est contrarior: pluvioso verò est longior. Mischkad referunt ad trutinam, & ad pondera, & dicunt, non tantum eum pœcare, qui utitur injustâ trutinâ & ponderibus, sed & eum, qui domus suæ habet, etiam si non utatur. Messuram dicunt esse mensuram, & generaliter esse vocabulum ad arida & liquida. Hanc mensurâ iniquitatem fieri dicunt, cum quis metitur liquorem & ex alto infundit, sive distillat illum in vas subjectum, ut ex isto casu, & distillatione vertatur in spumam: quo fit, ut vas plenum esse videatur, cum vix media ejus pars plena sit, &c. His

His fraudibus ut occuratur, legibus opus est, & sanctionibus, quas non minus Magistratus, quam ipsos etiam Principes edere oportet, & Principes quidem præcipue, quòd horum potestas summa, Magistratum autem dependens sit, neque Magistratus arbitrium prorsus liberum existat. Unde non satis consideratè agere mihi videntur illi, qui jus mensuræ, & ponderum ad mixtum Imperium, sine omni distinctione referunt, cum utique de constitutione mensurarum si agatur, semper ea petenda sit ab eo, qui τὸ κρείον tenet, si verò constitutæ illæ jam fuerint, inspectio circa eas Magistratui non sit deneganda.

X. Plurimæ ex veterum monumentis adhuc supersunt leges, quibus quantum in examinandis ponderibus, & mensuris, curam gesserint Imperatores, manifestum redditur. De ponderibus quod, verba sunt Valentiniani Imp. novell. 25. ut *fraus penitus amputetur, à nobis aguntur exagia, (h. e. examina, sive exactæ inquisitiones,) quæ sub interminatione, superius comprehensâ, sine fraude debeant custodiri.* Et Majorianus, novell. 1. *illis quod fraudibus obviandum est, quas in varietate ponderum exactorum calliditas facere consuevit, qui veteribus caligi-*

nibus abutentes, Faustina aliorumque nominum nescientibus faciant mentionem. Quibus penitus amotis, atque in perpetuum hæc lege damnatis, à prætorianâ sede ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates pondera examinata mittantur: quibus tam omnis exactor, quam negotiator utatur, capitale sibi sciens unusquisque supplicium, si constituta transcenderit. In Scotiâ mensuras, & pondera sollicitè definivit David I. Rex, uti de illis specialiter concepta agit Assisâ, uti vocatur, quam refert Johannes Skenæus, pagin. 161. & in itinere Camerarii apud eundem Skenæum, pag. 168. cap. 30. hæc legitur Constitutio: *In omni itinere Clericus Camerarii deferat secum pondera, & mensuras, & faciat, quòd strictissimè examinentur pondera tronarum, & quòd omninò concordent cum ponderibus suis, & nec minus, nec plus.*

XI. Poena transgressoribus variè, olim jure Romano decreta fuit. Majorianus, lege supra citatâ, capitale supplicium infligi voluit. Trajanus & Hadrianus, Imperatores, legis Cornelie testamentariæ poenâ corruptores mensurarum teneri voluerunt, l. 6. ff. de extraord. criminib. l. 32. ff. de L. Cornel. de fals. Aliquando in duplum condemna-

bantur fraudatores, quanti ea res fuerat, *d. l. 32.* Sed & qui commodant pondera falsa, improbi hujus facti poenam luebant, & vel furti tenebantur, *l. 52. §. 22. ff. de furt.* vel de dolo, *l. 18. §. 3. ff. de dol. mal.* ubi in primis videndus est Accursius. Tam varia cum in jure civili inveniantur falsariorum coercitiones, de quibus plenius agunt Petrus Gregorius, *l. 36. Syntagm. c. 1.* Jacob. Menochius, *de A. J. Q. cas. 317.* plerique hodiè poenam faciunt arbitriam. Et quoniam de jure Saxónico certam eam & definitam asserat Matth. Colerus, *decis. 179. num. 10.* arbitrariam tamen adhuc eo jure statuit Carpozovius, *prax. criminal. part. 2. qvæst. 93. num. 82.* Sequimur verò hodiè in primis Ordinationem Criminalem Carol. V. Imperatoris, qui *art. 113.* ita constituit: Welcher bößlicher un gefährlicher Weise Maß/ Wag/ Gewicht/ Speccren/ oder andere Rauffmannschafft fälschet/ und die für gerecht braucht/ und aufgiebt/ der soll zu peinlicher Straff angenommen/ ihme das Land verbothen/ oder an feinen Leibe/ als mit Ruthen aufgehauen/ oder dergleichen/ nach Ge-

genheit und Gestalt der Ueberfahung gestrafft werden / *21.*

XII. Mensurà ita à Principe constitutà & sancitâ, ad Magistratûs pertinet eam conservare, & ne fraus aliqua committatur, sedulo dispicere. Fabjan. de Monte, *de empr. qv. s. num. 13.* Quà ratione Ædiliûm olim hæc cura erat, ut mensuras falsas frangerent, *l. 13. §. 8. ff. locat.* Franc. Duaren. *disp. anniv. lib. 1. cap. 26.* Ne verò ignorantiam prætexere possint fraudatores, præstat modios æneos vel lapideos cum sextariis atq; ponderibus per mansiones, singulasq; civitates collocare, ut fieri jusserunt Imperatores, *in l. 9. C. de susceptor. lib. 10.* aut etiam justam mensuram in loco publico sanctè custodire, uti voluit Justinianus Imperator, *Novell. 128. cap. 15.* ad quam, veluti exemplar, confici possint aliæ, quæ, si justæ repertæ fuerint, plerumque publico Magistratûs signo notari solent. Gvid. Pap. *qvæst. 490.* Add. Rittershus. *in Novell. part. 3. cap. ult.* Francisc. Niger Cyriac. *controv. 131. num. 3. 4.* Johann. Saïson ad consuetud. Turonens. *tit. 2.*

art. 2.

CAPUT XLVI.

De

Jure constituendi rerum precia.

SUMMARIA.

*Princeps & Magistratus possunt statuere rerum precia. 1.**Sed id locum tantum habet in rebus, ad vitam conservandam necessariis. 2.**Quid attendi debeat in statuendo precio. 3.**Pharmacopais etiam certa debent statui precia. 4.**Episcopi Ecclesia utrum commendata olim inspectio rerum, ad victum necessarium, num. 5. 6.**Statuto precio, etiam pena decernenda est in transgressores. 7.**Principis etiam est, contractus usurarios prohibere. 8.**Cambia quatenus subjecta sint Imperio Principis. 9.**De assecurationibus quid statuendum. 10.*

I.

ET hæc quidem de inspectione circa mensuras & pondera. Sequitur, ut videamus de rerum preciiis, quæ nimia sæpè faciunt venditores. Justitia precii in quo consistat, & unde petenda sit, latiore[m] exigit discussionem, quàm institutum hoc nostrum admittit. Diximus eâ de re, quasi in compendio, & per saturam, *disseruat. de Mohatr. num. 35. seq.* Hic verò illud tantum in disceptationem venit, utrum Princeps, & ex ejus jussione Magistratus, rerum precia definire queat? Sanè si naturam emptionis & venditionis in abstracto considerare velimus, cum in eâ consensus requiratur liberrimus, & porrò, ut venditor talis sit, qui suæ rei mode-

rator sit, & arbiter, difficile videtur asserere, posse rebus promercalibus ab alio, quàm qui earum dominus fuerit, precium statui. Quò pertinent ea, quæ congestit Petr. Gregorius, *Syntagm. lib. 25. cap. 13. num. 2.* Vicissim quia Reip. interest, propter communem necessitatem, & ad avertendam inopiam, venditorum avaritiam coerceri, præter Dardanarios nemo erit, qui non necessarium esse dicturus sit, ut justum aliquod à superiore, potestatem *аврынасмлò* habente, precium statuatur. Sig. Scaccia, *de commerc. §. 2. gloss. 3. num. 104.* Libertas enim, quæ venditori aliàs in contrahendo competit, ex necessitate boni publici ita attemperanda est, ut hujus magis, quam

qvàm illius, habeatur ratio. Lud. à Pegverà, *decif. 88. num. 1.* Cùm enim propter inopiam publicam cogi Dardanarius simpliciter possit, ut frumentum, quod habet, vendat, uti suprâ dixi, cogi etiam poterit, ut vendat justo precio. Et huc pertinet insignis Constitutio Justiniani, quæ extat in *Novell. 122.*

II. Video tamen, à plerisque Doctoribus illam potestatem restringi ad eas res, quæ ad victum sunt necessaria. Fabian. de Monte, *de empt. quæst. 3. num. 39.* Didac. Covarruv. *l. 3. resol. c. 14. num. 3.* Anton. Gomez. *lib. 2. resolut. cap. 2. circa fin.* Stephan. Aufrer. *ad Capell. Thalos. decis. 447.* Garf. Mastrill. *decif. 17.* Steph. Gratian. *disceptat. 149. n. 37.* ita tamen, ut sub illis comprehendantur etiam, quæ ad amictum & vestitum pertinent. Aufrer. *d. l. Augustin. Barbos. ad l. 1. c. de Episc. aud. num. 3.* imò etiam hospitium & ædes, Franc. Card. Mantica, *lucubr. Vatican. lib. 4. tit. 20. num. 29.* Benvenut. Stracha, *de mercatur. part. 4. num. 51.* In aliis rebus, quæ tales non sunt, liberam relinquunt venditori dispositionem. Paul. Laymann. *Theol. moral. lib. 3. tr. 4. cap. 17. §. 5. num. 34.* Aufrer. *d. l.* Ratio videtur esse ista, quia rebus illis, quæ ad victum pertinent, carere nemo potest, & hinc ad conservandam vitam emere cogitur

unusquisque; id dum non nesciunt venditores, facile in *πλεονξία* prolabuntur, & iniquo precio merces suas exponunt, quibus proinde coercendis, & ut annona ne carius justo vendatur, necessaria est superioris inspectio, præsertim cùm aliàs precii constitutio in solius venditoris esset arbitrio, cui ad stipulari deberet emptor, nî fame perire mallet. At in reliquis rebus, quæ tam necessaria ad usum quotidianum, & vitam producendam non sunt, non venditoris tantum, sed emptoris etiam sese exserit arbitrium, quippè qui illis carere, & non emere potest. Imò multum restringitur in illis arbitrium venditoris, quòd magis ex Emptoris voluntate precium constituendum sit, ideò quòd nulla res pluris aut majoris precii sit, quàm prout emptorem invenit. Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. l. 9. num. III.* Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. c. 23. num. 78.* Petr. Nic. Mozz. *de empt. & vend. tit. de substantialium. 30.*

III. Ut verò justum in rebus necessariis Princeps definiat precium, necesse est, omnes probè consideret circumstantias abundantia aut sterilitatis, nec non sumptuum ac laboris, quem agricolæ impenderunt. Neque verò in his solum subsistere debet Principis circumscriptio, sed alia

alia etiam, annonam per se non contingentia, attendere oportet, ut justum annonæ constituatur precium. Quia enim evenire plerumque solet, ut charistia tempore aliarum quoque mercium precia crescant, damno utique afficerentur agricolæ, si ipsi magno precio coemere res alias necessarias, frumentum autem suum vili vendere cogentur. Nec enim patitur æquitas, ut unum hominum genus inopiam sublevare debeat, reliquis interim lucro intentis, sed ab omnibus simul conferri debet, ad avertendum id, quod omnes simul tangit. Paulus Laymann. *Theol. mor. lib. 3. tr. 4. cap. 17. §. 1. num. 4.*

IV. In eundem censum referenda sunt mercimonia Pharmacopæorum, siquidem illa etiam ad alimenta communiter referuntur, *l. 44. ff. de V. S. l. 22. §. 8. ff. fol. matrim.* Bartol. *de alim. num. 6.* Joh. Bapt. Pontan. *de alim. cap. 17. num. 20.* Mart. Coler. *de alim. lib. 2. c. 1. num. 4.* Joh. Goëdd. *ad d. l. 44. ff. de V. S.* Ea quoque proinde æquo precio unicuique, & pauperi & ditiori, sunt vendenda. Quæ de re etsi juramento Reipublicæ adstringantur pharmacopola, cujus summam refert Besoldus, in *thesaur. pract.* plerique tamen eorum *ἄλογιστα* ita laborant, ut de ea licet convicti sint, multa tamen

semper mentiantur, quibus utcumque se excusent, & lucrum suum extenuent, ex aliorum interim marcupiis, ad pulvisculum interdum excussis, solum probè farcientes. Nec malè igitur sordidum & avarum, pharmacopolarum quæstum dixit Annæus Robertus, *rer. judicatar. lib. 1. cap. 5.* Illis ut fibula injiceretur, hunc in modum constituerunt Statius Imperii in Reformatione Augustæ anno 1584. promulgatâ: *Nachdem in den Apotheken zu zeiten alte verlegene und undienliche materialia, und andere dergleichen Species, so man in den Recepten und Arzneyen pflegt zu gebrauchen / befunden werden / die dem Menschen / so die einnimbt / zu Erlangung seiner Gesundheit mehr schädlich / denn nützlich sind: So meinen wir hiermit ernstlich / und wollen / daß die Obrigkeiten / unter denen Apotheken sind / dieselbige durch ihre darzu Verordnete / und der Sachen Verständige / jährlich aufs wenigste einmal visitiren / und besichtigen / gute Ordnung und Reformation darinnen fürnehmen / und den Materialien gebührlichen Werth setzen lassen / damit ein ieder umb sein Geld gute / frische / und tägliche Materialien / und Arzneyen bekommen / und haben möge.* Repetitur id in Ordinatione politicâ anno 1577., in quâ additur: *und in dem nicht betrogen / noch übernommen*

verde. Sed hic locum invenit iusta
querela Petri Gregorii, *Syntagm.*
l. 25. c. 14. num. 6.

V. Cura & inspectio talium re-
rum necessariorum apud Romanos
olim Præfecto urbi erat commen-
data, *l. 1. §. 11. ff. de præfect. Urb.* Num
alii successu temporis ei surrogati
fuerint, curiosè nunc non inquiri.
Videri potest Petrus Gregorius, *Syn-
tagm. lib. 36. cap. 30. num. 9.* Illud
invenio, Arcadii Charisii Jcti tem-
pore, Episcopos dictos fuisse, qui
præfuerunt panī, & cæteris rebus
venalibus, uti patet ex *l. 18. §. 7. ff. de
munerib.* Vocabulum enim Epi-
scopi generale est, & significat
quemlibet observatorem, Inspecto-
rem, curatorem & custodem. Vid.
Claud. Espencæus, *in 1. Timoth. cap. 3.
pag. 38.* Episcopis Ecclesiæ eam cu-
ram cessisse constans est Doctorum
sententia. Didac. Covarruv. *l. 3. var.
resol. cap. 14. num. 5. circa fin.* Franc.
Card. Mantica, *lib. 4. lucubrat. V a-
pican. tit. 20. num. 24.* Aug. Barbof.
*de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 82.
num. 6.* Sig. Scaccia, *de commerc. §. 2.
gloß. 3. num. 104.* Nituntur illi tex-
tibus, in *l. 1. C. de Episc. audient. &
cap. 1. X. de empt. vend.* Quod prio-
rè attinet, eadem ferè ille conti-
net verba, quæ leguntur in *l. 1. C. de
commerc.* qui textus sine dubio in-
teger magis est, minusq; corruptus,

uti patet ex *l. 5. Cod. Theodos. de lu-
stral. collat.* Sed ex utroque tamen
codice, jura tam corrupta exhibe-
ri, ut vix inde aliquis possit elici
sensus, fatetur Gvid. Pancirol. *thes.
var. lect. lib. 2. cap. 172.* & post eum
August. Barbof. *in d. l. 1. C. de Epi-
scop. aud.* qui ambo, ut veram sen-
tentiam eliciant, literæ textus Ju-
stiniani præse inhærent, nisi quòd
Pancirollus & inscriptionem emen-
det. Sed enim cum textus in Co-
dice Theodosiano, quem sine du-
bio secutus fuit Justinianus, nullam
omniò mentionem faciat vel Epi-
scopi, vel præcii alicujus constitu-
endi, sed de lustrali collatione, à ne-
gotiatoribus præstandà, agat, dif-
ficilè erit, receptam sententiam tue-
ri, nisi dicamus, de novo id consti-
tuisse Justinianum, & Constitutio-
ni Valentinianæ tale Jus inseruisse.
Vid. omniò Jacobus Gothofre-
dus, *ad d. l. 5. Cod. Theod. de lustral.
collat.*

VI. Alter textus ex Jure Canoni-
co æquè adhuc controversus est
propter auctoritatem, quam gerit.
Desumptus is esse dicitur ex Conci-
lio apud Alumnas, quod, quæle fue-
rit, ignoratur, nec id in libris Con-
ciliorum se invenisse testatur Anto-
nius Augustinus, *ad dist. cap. quod
extat in 1. compil. l. 3. tit. 15. c. 2.* Un-
de alii legunt apud Alum, alii apud

Alumnias, alii *Alumpnas*, *Arvernas* alii, alii denique apud *Alvim*, aut apud *Alvernam*, aut *Alverum*, aut *Alucensem*, &c. Tam variè cum natalibus hujus capituli determinentur, nec in ullius Concilii canonibus reperiri hactenus verba ista poterint, de fide Pontificis merito licet dubitare. Accedit, quòd textus ille Presbyteris hanc det potestatem, precium constituendi, per quos et si cum glossa intelligere velit Augustinus Barbosa Episcopus, videat tamen, ne impingat in sententiam suorum sociennorum, qui immentam differentiam inter Episcopos & Presbyteros, eamque, jure divino introductam, statuunt, de qua re multum disputatum est in Concilio Tridentino, uti notat Petrus Svavis, in *hystor. lib. 7.* Sed etsi forte talem spartam aliquando susceperint Episcopi, non dubito tamen, bonis moderatisque Antistitibus non magis eam placuisse, quam forensium negotiorum transactionem. Refert enim Posidonius, Augustinum ei cognitioni interdum adusque prandii horam, nonnunquam usque ad vesperam vacantem solitum eam angariam dicere, quæ animum à rebus, ad se propriè spectantibus, avocaret, & in causâ esset, ut res utiliores omitterentur. Laudanda igitur ma-

gis est consuetudo, quæ, uti ait glossa, invaluit, ut hodiè Episcopus non amplius rebus precium imponat, eamque ita in Francia observari testis est Nicolaus Boërius, *decif. 69. num. 21.* quem laudat, & defendit Didacus Covarruvias, *l. 3. var. resol. cap. 14. num. 5. in fin.*

VII. Quod si igitur ita à superiore precium rebus impositum est, excedere id venditoribus planè non licet. Si quid enim tale quid factum fuerit, non cogi tantum debet venditor, ut restituat, sed puniri etiam potest arbitrio judicis, ut contemptor, & transgressor legis. Nec tueri se poterit ille Constitutione Cæsarum, quæ extat *in l. 2. C. de rescind. vend.* quippè quæ ad hunc casum minimè pertinet. Didac. Covarruv. *d. l.* Rationem diversitatis reddit Sig. Scaccia, *de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 10. n. 78.* quia scilicet in aliis venditionibus precium suam habet latitudinem, & difficile planè est invenire punctualiter justitiam precii, & consequenter, ne infinitæ oriantur lites, haud levis in illis toleratur excessus, vel ideò saltè, quod evidenter de eo non semper constat, sed in eo casu, quando precium est taxatum, & definitum, de excessu, quem venditor facit, evidenter constat, & pro-

& propterea facile lis dirimi potest in judicio, ut proinde necesse non sit connivere, & venditoribus fraudes, quas faciunt, indulgere.

VIII. Quandoquidem autem in commerciis usu venire solet per sepe, ut in creditum eatur, id vero gratis ut fiat, genio seculi ferè adversum sit, & hinc plerumque usura, aut quid aliud ultra id, quod principaliter & primario debetur, expeti soleat, ne in immensum & infinitum hominum cupiditas evagetur, certi ponendi sunt cancelli, intra quos ea contineatur, etiam poenà indictà, si contineri aliter nolit. De justitià talis excessus dicere, nunc nihil attinet, poterit eà de re videri disertatio nostra, de *Mobatrà*, ubi ex professo istam quaestionem tractavimus. Ponamus verò, licitas haudquaquam esse usuras, tam avidus tamen est illarum apud plerosque omnes appetitus, ut moribus prævalentibus admittere potius eas, & limitare debeant Legislatores, quam hoc adsequi, ut palàm fiat, quibus flagitiis impares sint. Talia occurrunt compluria, quæ funditus extirpari, & omnino prohiberi in Republicà nequeunt, de quibus videri poterit Dn. Tabor, de alt. tant. part. 3. art. 4. num. 11. 12. Bernh. Sutholt. de juris dict. num. 81. 82. quatenus verò permissio Princi-

pis intelligenda sit, & num propter factam determinationem atque limitationem res ipsa ponatur in genere licitorum, abundè, ni fallor, suprà exposui. Dum igitur corrigendi sunt in hoc negotii genere mores hominum, ad Principem spectat, ut metas ponat, & terminos constituat. Inter Imperatores Romanos diligentissimo omnium fuit Justinianus, qui primus de modo, & sine, & quantitate justæ & legitimæ usuræ permulta edixit. Nec enim potuit tale quid uno verbo definiri, quod variè ex circumstantiis æstimari oportuit. Distingvendum scilicet fuit, quis esset creditor, quis debitor, & cujus rei, & quo periculo, quæque conditio obligationis, & quæ mora esset. Horum omnium intuitu diversimodè suam voluntatem explicavit Justinianus, uti per collectionem omnium ejus constitutionum enucleatè exponit Franciscus Balduinus, in *Justinian. p. m. 59. seqq.* Ex recessibus Imperii quincuntes usuræ permittuntur, damnatis omnibus aliis contractibus usurariis, cum amissione quartæ partis sortis; in hoc Electoratu Saxonico cum amissione totius sortis secundum edictum, quod anno 1625 promulgatum fuit, ut eò magis scilicet coërceatur avaritia fœneratorum. Vid. Carpzovius, *prax. crim.*

part. 2 quæst. 92. Quod et si durum videatur, sanciri tamen ideò debuit, quod leges anteriores non sufficientes fuerint delicto coercendo. Et vel nunc etiam, lege novissimà non obstante, clanculum talia sæpè committuntur, quæ severam animadversionem merentur.

IX. Non minor Principi incumbit sollicitudo, ne in cambiis & assecurationibus exorbitent negotiatores. In utrisque enim multæ fraudes committuntur, propter quas non damnum tantum privatis, sed ipsi etiam Reip. inferitur. Et de cambiis quidem, quatenus licita sint, & numeri ferri debeant in bene constitutâ Rep. operosè nunc non discutimus; peti eorum justitia solet ex ratione expensarum, periculi, laboris, sollicitudinis, vexationis & industriz, uti istiusmodi fontes aperit, & inquirat Fernandus Vasquius, *lib. 6. controuv. cap. 60.* Garf. Mastrill. *de decis. 303.* Nicol. de Passerib. *de scriptur. priv. lib. 3. quæst. 3.* Conrad. Summenhart, *de contractib. quæst. 99.* Paul. Laymann. *theol. moral. l. 3. tr. 4. c. 19.* Sig. Scaccia, *de commerc. §. 1. q. 7. part. 1.* Camill. Borell. *rom. 2. decis. 23. n. 76. seqq.* Fr. Card. Mantica, *Lucubrat. Vatic. lib. 25. tit. 3. n. 15.* Franc. Stypmann. *de jur. marit. part. 4. cap. 8.* Id certum est, post

inventum nummum admodum utile esse humano generi istud Commercii genus. Sed quia infinitis fraudibus res ea subjecta est, providere hic debet Majestas, ne justitiæ limites excedantur. Et quidem ut lege universali precium aut lucrum, quod campiori percipere licitum fuerit, definiatur, impossibile forte est propter diversitatem locorum, temporum, consuetudinum, pecuniæ copiam vel inopiam, incursus latronum, sumptuum & impensarum varietatem, & ejusmodi circumstantias alias, quæ vel augere, vel minuere possunt cambii precium. Ut verò promiscuæ hominum avarorum libidini cambia relinquantur, & bonis moribus adversum est, & Principe virtuoso indignum. Quocirca optimè fecerit Princeps, si curiam Mercatorum constituat, & illorum religioni totum hoc negotium committat, ut de justitiâ vel injustitiâ cambiorum judicent, & in transgressores vel ipsi animadvertant, vel Principis aut Magistratus ordinarii sententiam requirant. Fuisse enim talia olim collegia, & in iis judices, constat ex *l. fin. C. de jurisdict. omn. jud.* à Principe scilicet; aut eo, qui in νόμιον habet, constitutos, uti notat Anton. Perez. *ibid. n. 2.* Quò etiam pertinet *l. 2. in fin. C. de constit. pecun.*

G g g g g

X. Idem

X. Idem dicendum arbitror de
 affecurationibus, contractu oppi-
 dō celebri, & frequentissimo in em-
 poriiis & locis maritimis, sed qui
 tamen & ipse multas sæpè parit &
 satis intricatas controversias, uti vi-
 dere licet apud Alvarum Valasc. *com-
 sultat. 64.* Petr. Santern. *de affecurat.
 per tot. Sig. Scacciam, de commerc.
 §. 1. q. 1. n. 128. seq.* Franc. Stypmann.
de jur. mar. part. 4. cap. 7. Rutger.
 Ruland. *de commissar. part. 3. lib. 3.
 cap. 15.* Joh. Marquard. *de jur. merc.
 cat. Rot. Genuens. decis. 25. 63. & 102.*
 & alios passim. Ut autem contra-
 ctus iste fraudibus negotiatorum,
 quantum fieri potest, liberetur, pro-
 vidi est Principis, legibus cavere.
 Eamque in rem elegantes passim
 prostant constitutiones, inter quas
 maximè celebris est ordinatio Phi-
 lippi II. Regis Hispaniarum, anno
 MDLXIII. Bruxellis edita, & anno
 MDLXXI. repetita, quam etiamnum
 veluti cynosarū plerumq; sequun-
 tur negotiatores. De præmio ta-
 men, siue precio securitatis, quod
 consteum vocant, dubito, num le-
 ge publicā ad certam quantitatem
 reduci possit. Quanquam enim
 ejus, quod à lege taxatum est, quod-
 que proindè excedi à contrahenti-
 bus nequeat, sæpè faciat mentio-
 nem Sig. Scaccia, *d. l. §. 3. gloss. 3. ve-*

rendum tamen est, ne si quid tale
 statuatur, iniqua contrahentibus
 inferatur conditio. Id quidem cer-
 tum est, constitutionem præmi ad
 æstimationem mercium habere re-
 spectum; quā ratione, si merces sint
 impositæ navi, quarum æstimatio
 non excedit mille, & contractus as-
 securationis fiat in duplū istius præ-
 cii, non subsistet iste, nisi in mille.
 Anton. de Gamma, *decis. Lusitan. 181.
 n. 2.* Anton. Perez. *Cod. de naufrag.
 n. 22.* Sed verò quia periculum idem
 semper non est, & propter pericu-
 lum tamen affecuratio contrahitur,
 magis est, ut statuamus, definitio-
 nem & constitutionem præmi libe-
 ræ contrahentium voluntati esse re-
 linquendam, qui pro ratione navi-
 gationis, longioris vel brevioris, at-
 que imminentium periculorum in
 certam summā facilè consentient,
 ut tamen & consuetudini ne nimi-
 um detrahatur, & dolus omnis
 quam longissimè absit. Dolo au-
 tem non caret, qui rem, de quā agi-
 tur, aut salvam, quò destinabatur,
 pervenisse, aut periisse certò novit,
 eò quòd propria materia hujus con-
 tractus sit damnum sub ratione in-
 certi. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac.
 lib. 2. cap. 12. n. 23.* Ant. Perez.
d. l. n. 23. Alvar. Valasc.
d. l. num. 8.

CAP.

CAPUT XLVII.

De
Jure concedendi monopolia.

SUMMARIA.

*Monopolia non sunt admittenda in Rep. 1.**Per Principis concessionem vitiositate suâ non liberatur monopolium. 2.**Causa, quibus excusari potest concessio monopolii. 3.**Inde etiam excusantur privilegia, pharmacopœis concessa. 4.**Concesso monopolio constitui a Principe debet precium rerum vendendarum, 5.**Etiam Principes quandoq; monopolia exercent. 6.*

I.

ANte omnia autem id maximè cavendum est Principi, ne in Rep. suâ monopolia exercentur. Quantum enim per ea damnum inferatur bono publico, jam diu longâ experientiâ observatum fuit. Et quæ verò major in Rep. tyrannis esse potest, vel pestis potiùs, quàm, interturbatis Commerciis, rerum necessariorum, ad vitam tuendam, usum pendere à paucorum hominum, aut unius sæpè arbitrio & avaritiâ? ita ut sycophantæ meritò hi possint appellari, & quadruplatores, ex alienis dispendiis quæstui suo inhiantes. Tiber. Decianus *tract. crim. l. 7. c. 21. num. 3.* Optimè igitur fecerit Princeps, si omnia in univèrsum pacta, ad monopolium inducendum facientia, simpliciter prohibeat, exemplo Zenonis Imperatoris, cujus est constitutio in *l. m. c.*

de monopol. Nec enim unò modo monopolium exercetur, sed diversæ ejus passim sese exerunt species, tam occultæ sæpè & latentes, ut non animadvertantur, nisi damno jam dato. Videri de illis poterunt Tiberius Decianus, *d. c. 21.* Cunrad. Summenhart, *de contract. quæst. 51. circa fin.* Jacob. Menoch. *de arb. jud. qu. cas. 569.* Joh. Sichard. *ad d. l. un. c. de Monopol.* Joh. Althuf. *dicæol. l. 1. c. 133. num. 31.* Producent aliqui & extendunt sententiam constitutionum de Monopoliis etiam ad illos, qui docent, qui causas orant, qui medicinam faciunt, si, stimulante avaritiâ, didactra atq; salaria sua in immensum augeant, & contra, quàm aut lege aut more civitatis constitutum est, Reip. graves sint. Hoc enim est, ut non nemo dixit, ex Musis virginibus facere meretrices

G g g g g 2

An

Ant. Matthæ. *de criminib. tit. de crim. extr. c. 5. num. 5.*

II. Quæri nihilominus solet, an ita illicita sint monopolia, ut nullo modo licita fieri possint. Qui per auctoritatem Principis ea in genere licitorum poni posse contendunt, non omnem tollunt difficultatem, si in eâ solâ subsistant. Sanè à Principe impetrari debet jus monopolii exercendi, cum officialis aliquis, aut potestas inferior concedere id minimè queat. Petr. Anton. de Petra, *de potestat. princ. c. 13. num. 10.* Sed propterea tamen suâ vitiositate non liberatur monopolium. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. part. 3. limit. 10. num. 12.* Potest enim etiam Princeps iniquum constituere, & tale quid permittere, quod in perniciem civium tendit. Et conqueritur Johannes Sichardus, *ad l. un. C. de monopol. num. 11.* per privilegia multa hodiè excusari monopolia, nec in Comitibus provisionem fieri adversus ea posse, nisi privilegiis etiâ ipsis derogetur. Laudanda hîc est provida Zenonis Imp. cura, qui ut monopolia tolleret, nullum omninò valere voluit privilegium, disertè edicens, ne quis pro suâ auctoritate, vel sacro jam elicitò, aut impostorum eliciendo rescripto, aut pragmaticâ sanctione, vel sacrâ Imperatoris pietatis adnotatione, mo-

nopolum auderet exercere, *d. l. un.* Sed & aliàs nullum omninò privilegium vel dari vel usurpari potest in præjudicium tertii, de quâ reegi *suprà.* Fruantur igitur, qui monopolium ex gratiâ Principis exercent, suo hoc privilegio, sed ita, ne id fiat in dispendium Reip., aut cum damno proximi.

III. Quocirca tùm demùm licitum fiet ex concessione Principis monopolium, si & certa subsit causa, & adstringatur ille, qui privilegium impetrat, ut justo precio merces vendat. Hug. Grot. *l. 2. de jur. bell. & pac. cap. 12. n. 16.* Causæ possunt esse variæ, ut si cives reliqui impensis faciendis impares sint, & rebus aliundè advehendis non sufficiant, & sine tali monopolio conservari civitas non possit: quâ ratione licita censentur in quibusdâ locis lupuli, calcis, cerevisiæ, vinorum exoticorum, pannorum, &c. monopolia. Ant. Perez. *C. de monopol. n. 3.* Ita si unus, duo, tresve mercatores, aut artifices toti sufficiant civitati, plures autem sibimet ipsis damno sint, ne omnes esuriant, & multitudine civitati noceatur, poterit Princeps uni illi, aut duobus, aut tribus totum Commertium committere. Sic etiam inventoribus rei alicujus novæ, & artis, bono publico proficiat, concedi potest remunerationis gratiâ

gratiâ ad aliquod tempus ejus artis exercitium, exclusis aliis, qui eam æquè benè profiteri possent. Marcell. Donat. in *Sueton. Tiber. cap. 71.* Quâ ratione etiam typographis, vel bibliopolis indulgeri solent privilegia, ut intra certum tempus soli libros vendant, quos typis excuderunt, vel impensis suis excudi curant. Sigism. Scaccia, *d. l. num. 16.* Dn. Hahn, in *Wesfenbec. tit. de serv. export. Dav. Mevius, part. 3. de tis. 70.*

IV. Ita interest Reip. præter pharmacopœos, nullos alios admitti, qui medicamenta vendant, tum ut instructa magis sint pharmacopolia, & ne egeant, qui illis præficiantur, tum quia periculosum nimis est, ab aliis, rerum istarum minus gnaris atq; peritis, medicamenta accipere. Atque idcirco responderunt Domini an Elias Weidmannen/Apothecern zum gülden Löwen in Leipzig/ mens. August. 1659. Als Ihr uns euren Bericht/ und angeheffte Rechts = Frage/ nebenst Beylagen num. 1. 2. 3. zugeschickt/ und euch des Rechts darüber zu berichten gebethen habt; Demnach erachten/sprechen und h. wir ic. Darauff in Rechten ergr. Habet Ihr nebenst dem andern Apothecern zu Leipzig viel Jahr hero mit

de Materialisten daselbst Streit gehabt/ ob sie Composita, und andere dergleichen Sachen/so euch dem Apothecern sonst alleine gebühren/zuverfertigen/ und zuverlauffen befugt weren/ und es wollen dieselbe/ ungeachtet des halben Churfürstl. Gnäd. verordnungen ergangen/ noch nicht davon absehen/ nach mehrern Inhalt eures Berichtes und der Beylagen. Weñ nun gleich die Materialisten vorwenden/ das ihnen in ihren Confirmirten Innungs- Articeln eine unumschränckte Handlung zugelassen/ und dergestalt Apothecern Wahren zu verfertigen v. zuvertreiben unverbotten/ Dennoch aber/ v. dieweil Ihre Innungs = Artikel darauff sie sich beziehen/ nur von Specereyen reden/ dero selben auch solche Nahmhafftig machen/ un̄ unter solchen ganz und gar keine eigentliche Apothecern Wahren zubefinden/ sonst auch nirgend erscheinet/ das ihnen solche unumschränckte Handlung/ wie sie dieselbe verstehen/ zugelassen sey/ sondern vielmehr durch Churfstl. Gnäd. Verordnung/ de dato dem 1. Decembr. anno 1658. ausdrücklich versehen/das zu Leipzig niemand nachgelassen werden soll/ in Bürger und andern Häusern die in öffentlichen Apotheken/ bißhero üblich befundene Arzneyen Simplicia oder Composita, durch sich selbst/ oder eigene Apothecern-Gesell-

ken und Laboranten auffm Kauff zu-
verfertigen / umbs Geld den Patien-
ten zu überlassen / und Gewerbe damit
zu treiben ; So erscheinet dannenhe-
ro allenthalben so viel / das die Mate-
rialisten / Medicamenta Simplicia
und Composita zu verkauffen / oder
darmit zu handeln / nicht befugt / B.
X. B.

V. Alterum, propter quod licitum fieri dixi monopolium, est constitutio precii. Monopolia enim ideò ferè odiosa & prohibita sunt, quia venditores plerumq; iniquum precium rebus suis promercedibus ponunt. Vitium igitur istud ubi purgatum fuerit, tolerari facile poterit monopolium, etiam rerum ad annonam pertinentium. Sed quia difficile est venditori in tantà felicitate, de quâ sibi maximè blanditur, modum sibi ponere, superioris necesse est ut accedat jussio, per quam coërceri queat *πλεονεξία*, sub poenâ amissionis privilegii, nisi pareatur. Tali igitur modo adornatum monopolium nihil habebit iniqui, præsertim cum, ut supra dixi, excedere precium ita taxatum venditori nullo modo liceat, tantum abest, ut monopolia omnia aut cum jure naturæ pugnare, aut injusta esse dici queant. Sed hic tamen

probè circumspèctum nihilominus decet esse Principem, ne ministrorum avaritiâ, quibus nimium quandoq; confidunt, decepti monopolia concedant propter præsentem aliquam utilitatem, quam satis fuisset ab initio totam respuere, quàm post vulneratam salutem publicam de remediis cogitare. Marcell. Doct. nat. d. l.

VI. Utinam verò ipsi etiam Principes monopolii abstinere. Habuerunt, & etiamnum habent nonnulli sua horrea, suasque cellas, ut rem privatam suam novo quodam monopolii genere augerent, certoq; anni tempore singulas res, ad victum necessarias, suo arbitrio vendant, edicentes publice, neminem alium ejus generis merces vendere, omnes autem à præfectis fisci emere debere. In quos graviter invehitur Tiberius Decianus, d. l. num. 5. Non invidendum tamen est hoc mercimonii genus Principibus, si tanta ærarii publici fuerit inopia, ut non sit, unde peti possint sumptus publici, præsertim si aliàs parcat subditis, & ab onere tributorum atq; vectigalium illi interim liberentur. Vid. Herman. Lather. de cens. lib. 3. cap. 14. n. 33. seq. Dn. Carpzov. lib. 1. respons. 42. Extra hanc

hanc causam, si mercimonia, ad pri-
vatos pertinentia, ad se rapiat Prin-
ceps, non aliud ad posteritatem
transferet encomium, quàm quod

de se meruit Ferdinandus, Rex Nea-
politanus, apud Philip. Cominæum,
de bell. Neap. lib. 2. Conf. Ant. Mor-
nac. *C. b. r.*

CAPUT XLVIII.

De

Jure concedendi Rescripta moratoria.

SUMMARIÆ.

Ad Creditorum inhumanitatem temperandam solet debitoribus subvenire Princeps per Rescripta moratoria. 1.

Horum Rescriptorum varia sunt Synonyma. 2.

De justitiâ talium Rescriptorum. 3. 4.

Dari ea debent nullâ suâ culpâ facultatibus lapsis. 5.

Talia Rescripta à solo Principe conceduntur. 6.

Inducia quandoque etiam à Creditoribus dantur. 7.

Explicitio l. 2. C. de prec. Imp. offer. & l. 4. eod. 8. 9. 10.

Quousque Rescripta moratoria se extendere debeant. 11.

Debitor, impetrans Rescriptum moratorium, cautionem præstare debet. 12.

Ea tamen cautio à Creditoribus petenda est. 13.

Aliquando cautio ea necessaria non est, etsi petita fuerit. 14.

Forma Rescripti moratorii, in aulâ Saxonica Electorali usitata. 15.

Effectus talis Rescripti consistit in suspensione exactiõnis debiti. 16.

Excipiuntur tamen à Doctoribus debita nonnulla, in quibus nulla Rescripti ejusmodi est efficacia. 16.

Debitor, qui impetravit Rescriptum moratorium, an immunis sit ab usuris præstandis. num. 17. 18.

Inducia moratoria utrùm etiam profint fidejussoribus debitoris? 19.

I.

QVemadmodum verò Princeps
aspiduus esse debet in præscri-
bendis legibus, & severus in vindi-
candis fraudibus mercatorum, ita
& facilis esse debet in juvandis illis,
qui nullâ suâ culpâ grave dispendi-
um, & jacturam rei familiaris inci-

dérunt, & hinc alieno ære obruti
Creditorum exactiõibus expositi
sunt. Sunt enim Creditores quan-
doque tam iniqui & inhumani, ut
non in bona tantum, sed in ipsa
etiam debitorum corpora, si lice-
ret, non vererentur sævire. Et licuit

qui-

quidem id aliquando, uti ex variorum populorum moribus comprobatur Annæus Robertus, *rer. judicat. lib. 2. cap. 6.* Conf. Car. Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom. l. 1. c. 6. num. 30.* Petr. Gregor. *l. 22. Syntagm. cap. 6.* Franc. Hottomann. *qvæst. illustr. 26.* plerisque tamen sæva nimis, & crudelis vis fuit istiusmodi executio. Et Leges Romanæ maximè commendant Creditorem, qui non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbet, sed moderatum, & cum efficacità benignum, & cum instantiâ humanum, *l. 33. ff. de usur.* Sed quia nihilominus Creditores severissimè quandoque debitores suos urgent & insectantur, placuit Principibus, calamitosos debitores in singularem recipere tutelam, eosq; gratioso aliquo Rescripto munire, ut interim, dum à Creditorum importunis flagitationibus & injuriis immunes sunt, & securi, ad lautiorum fortunam pervenire, & de comparandis pecuniis, solutioni sufficientibus, cogitare queant.

II. Dicuntur istiusmodi Rescripta, induciæ moratoriæ, & literæ induciales, item Rescripta moratoria, seu dilatoria, quòd scilicet moram & dilationem solutionis conferant debitoribus, aut potius, quia morantur, & differunt exactionem.

Aliis literæ securitatis, & simpliciter, securitas. Johann. Petr. Surd. *decis. 301. & 307.* literæ respirationis. Ant. Fab. Cod. *l. 1. tit. 9. def. 14.* literæ gratiæ, & simpliciter, gratia. Joh. Bapt. Asinius, *de execut. §. 6. cap. 69.* literæ salvi conductus, Jacob. Menoch. *de A. J. 2. cas. 203. n. 14.* induciæ quinquennales, nempe quòd ad quinque annos plerumque concedantur. Paul. Matth. Wehner. *in observ. pract. Anstands-Brieff.* Hodie in his Provinciis eisdem Brieffe appellantur, quòd veluti ferreum faciant debitorem, quem nullâ executione interim, dum Rescriptum vires habet, superare queant Creditores.

III. Talia Rescripta, ut maximè Creditoribus odiosa videantur, & adversa, æquitàtem tamen continent haud exiguam. Certum enim est, iniquè, & contra charitatem, agere Creditorem istum, qui debitorem, nullâ suâ culpâ ad pauperiem redactum, actione & executione persequitur, ejus calamitatem miserari potius debuisset. Iniquitas hæc cum adversus charitatem faciat, non adversus justitiam externam, & ad internum magis conscientiæ forum pertineat, non facile à Legislatore coercetur, Sed nec omnes & singuli actus virtutum moralium, præterquam, qui justitiæ sunt, præ-

præcisè per leges positivas imperari possunt, nisi ex intermissione unius vel alterius tranquillitas externa & status publicus lædatur. G. Franzk. *lib. 2. resolut. 7. num. 56.* Miseranda igitur cum sit eorum calamitas, qui non suo factò, aut culpâ, sed casu, & per adversam fortunam, in eam sortem deveniunt, non crediderunt Legislatores, tam inhumanum exiturum esse Creditorem, ut, quod sibi fieri nolit, in alterum statuât. Et quia misericordia est inter eas virtutes, quarum natura coactionem repudiat, & cujus proinde actus oppositus puniri non facillè potest, aut solet. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 20. num. 20.* totum istum virtutis actum, ut in aliis similibus, conscientia & pudori Creditoris reliquerunt. Selden, *de jur. nat. & gent. l. 1. cap. 4.* Arnold. Vinn. *ad pr. Inst. de Oblig. num. 8.*

IV. Quia verò stricto jure plerumque uti solent Creditores, & id, quod honestum est, quodque ipsos ex charitate deceret, rarò nonnunquam attendunt, ut ab eorum injuriis tutus esse possit debitor, Principis auctoritatem intercedere oportet, ut hâc ratione per indirectum Creditores ad meliorem mentem, & saniorum affectum redigantur. Conf. Philipp. Zorger. *qvæst. 5.*

num. 379. Nec dicere poteris, iniquam hâc ratione Creditoribus inferri conditionem; illos siquidem exigendo uti jure suo, & hoc illis ne per Principem quidem auferri debere. Jus enim, quod hâc ratione à justo & justitiâ differt; aliquando minus æquum est, & injuriæ propius. Claud. Salmaf. *in Defens. Reg. p. m. 62.* Eiq; temperando poterit Princeps potestate sibi concessâ uti, ut in tramitem justitiæ & justitiæ redigatur. Nec etiam auferitur id, quod tantum differtur, nec magnum, adeò damnum est in morâ modici temporis, *l. 21. ff. de judic.* Iniqua igitur non poterit esse conditio, quæ iniquitatem corrigit, & rigorem exactionis temperat, præsertim cum ei Scripturæ Sacræ monita adsistant, quæ refert Anton. Tessaur. *decis. 186. num. 3.* Accedit, quod intersit Reipubl., & præstet habere subditos obæratos, rei tamen suæ familiaris augmento studentes, quàm ad inopiam ita compulsos, ut ad novissimam ipsi penuriam devenire fluctuentur, & neque consveta & legitima tributa, & pro veritate piis functiones, secundum publicum censum, possint sine maximâ necessitate persolvere, ut loquitur Justinianus, *Novell. 8. præfat.*

V. Hæ sunt causæ impulsivæ, & justificæ simul, quæ Principem mo-

H h h h

verè

vere solent, ut Rescripta moratoria concedat. Ex quibus patet, non aliis ea applicari debere, præterquam debitoribus nullâ suâ culpâ, sed vel calamitate belli, vel naufragio, vel alio casu fatali facultatibus lapsis. Utque eâ de re certius constet, voluit Imperator Reipublicæ Germ. nulli concedi debere ejusmodi moratoria, nisi per testimonium Magistratûs sui, sub quo domicilium habet, vel alia fide digna instrumenta docuerit, facultatum suarum se sine culpâ suâ jacturam fecisse. *Reformat. guter Policey zu Augsp. anno 1548. tit. von verdorbenen Rauffleuten/ibi: So meinen wir hiermit ernstlich/ wir wollen/ daß ihnen solche moratoria, oder quinquentell/ hinfüro nicht mehr gegeben werden sollen/ Wir/ unsere Nachkommen/ Römische Käyser / oder Könige / seyn denn von der Obrigkeit / darunter solche verdorbene oder aufgestandene Rauffleut geseffen/ zuvor eigentlich berichtet/ oder vergewiffert. Oder / daß dieselben Rauffleut glänbliche Urkunden / oder Schem / vorbringen / daß sie aus unversehenen zugestandenen Unfällen ihrer Leib oder Güter verdorben / und aufgestanden seyn / und daß in solchen Fällen die moratoria, oder quinquentell / stat haben. Wo aber die anderer Gestalt / und mit verschwiegener Wahrheit außbrachte oder erlangt wer-*

den/ alsden sollen sie krafftlos/ und unfürträglich seyn / und dafür gehalten werden. Consequens hinc est, eos, qui per luxuriam, nimiamq; bonorum suorum profusionem, ad paupertatem redacti sunt, ut & eos, qui calamitatem simulant, tantum bonorum cæteroquin habentes, ut & Creditoribus indè satisfieri possit, & ipsi quoque post exsolutum omnes æs alienum nihilominus retineant; quantum ad vitam conservandam, & honestè ducendam sufficit, tali beneficio haudquaquam afficiendos esse. Add. Benvenut. Stracha, de decoctor. part. 6. num. 20. Hering. de fidejussor. c. 5. num. 103.

VI. Quia verò per Rescripta moratoria actiones, & executiones intentatæ impediuntur, & hinc aliquod præjudicium, aut incommodum saltem Creditoribus nascitur, non promiscuè à quovis Magistratu concedi ea debuerunt, quòd ea res & accuratorem disquisitionem, & majorem auctoritatem requiret, sed à solo eo, qui superiorem non recognoscit, aut qui saltem Imperii jura habet. Anton. Fab. *Cod. lib. 1. tit. 9. def. 17. Nec moveor per l. 45. §. 10. ff. de jur. fisci. ubi etiam judicibus aliqua potestas concedendi dilationes adseritur. Id enim uti negandum non est, ita certum est, potestatem istam à potestate principali*

pali specie differre, quod & in unam
verba in isto textu, dum ait *J. C. ut
prolixioris autem temporis spacium
ab Imperatore postulandum est.* Et
sicut privatus debitori suo per con-
ventionem, ita iudex condemnato
per sententiam dilationem ad con-
parandam pecuniam dare potest;
nec tamen ista dilatio eodem mo-
do se habet, quo se habet concessa
& Principe per Rescriptum, quod
vel inde patescit, quia & privati
conventio, & iudicis sententia, aut
decretum, ad unam certam causam
restringitur, Rescriptum autem,
Principis universaliter se adversus
omnes Creditores extendit, & ad
omnes causas, nisi quaedam excipi-
antur. Sed & dilationes, quæ à ju-
dice dantur, mediata ipsum Prin-
cipem habent autorem, cujus ex
auctoritate iudex jurisdictione sua &
potestate utitur. Sic enim lege,
h. e. auctoritate Imperantis intro-
ductum est tempus istud, quod post
condemnationem reis indulgetur,
l. 21. ff. de judic. uti patet ex colla-
tione, *l. 31. ff. de re jud.* Conf. *Laz-
zar. Foenut. de momenti temp. cap. 11.
num. 4.* Bachov. *in Treutler. vol. 2.
disput. 27. sb. 6.*

VII. Minus negotium facescit
textus, in *l. fin. C. qui ban. ced. pass.*
Dicitur quidam ibi, quod etiam Cre-
ditores indulgere inducias quin-

quennales possint; sed hoc non fa-
ciunt eâ potestate, quâ indulget
Princeps. Et imò ingens admodum
discrimen subesse, arguitur ex eo,
quod induciæ, quæ à Principis ma-
nu expectantur, plerumque in vitis
Creditoribus dentur. Nicol. de Pas-
serib. *de scriptur. privar. l. 3. quest. 5.
num. 42. p. m. 286.* cum altera illæ
non nisi per consensum credito-
rum vel omnium, vel plurium, atq;
hinc per modum conventionis cum
debitore, & per liberam juris sui re-
missionem concedantur. Nec igitur
necesse est, ut hæ Creditorum
induciæ diplomate Principis con-
firmantur, ut proinde ab ipso etiam
Principe indulgeri dicantur, uti
vult Andr. Knichen, *de Sax. non prov.
jur. verb. Ducum. cap. 5. num. 459.*
Osvvald. Hilliger, *in Donell. enucl.
lib. 22. c. 9. lit. G.* Linnæus, *jur. publ.
lib. 4. cap. 8. num. 312.* Id enim frustra
probari ex *d. l. ult. C. qui bon. ced. pass.*
ostendit Carpovius, *in asyl. debitor.
sb. 63. n. 68.* qui de his, ex indulgentiâ
Creditorum concessis induciis, pro-
lixius videri poterit, cum tractatio
ista ad institutum nostrum proprie
non pertineat. Add. Petr. Paul. Pa-
ris. *vol. 3. consil. 100.* Quod autem
Antonius Faber putat, *decad. 25.
error. prag. 3.* olim non obtinuisse
in vitis Creditoribus Rescriptum,
Principis moratorium, sed potuisse

H h h h h 2

qui.

quidem Principem admittere debitorem ad miserabile beneficium cessionis, etiam invitis Creditoribus, non potuisse tamen similiter indulgere inducias, nisi volentibus & eligentibus Creditoribus, in quam sententiam etiam inclinare videtur Bachovius, in *Treutler. vol. 2. disp. 24. eb. 4. lit. E.* Id nullâ planè autoritate firmatur, & eâdem facilitate, quâ asseritur, potest negari.

VIII. Prima Rescripti moratorii mentio fit in *l. 4. C. de prec. Imp. off. fer. altera, in l. 2. eod.* Primum textum malè ad hanc materiam applicari dicit Cujacius, *l. 2. Observatio.* & cum accipit de præscriptione dilatoriâ pacti conventi, ne intra quinquennium petatur, tale enim putat Creditori, suum persequenti, ante quinquennium remitti, & relaxari posse. Et hinc alteram lectionem probat, quæ pro vocabulo *permittitur*, substituit vocab. *remittitur*. Eaque lectio confirmatur ex *l. 3. Cod. Theodos. de divers. Rescript.* quâ tamen non obstante Anianus Interpretes inducias moratorias intelligit. Cum Cujacio hætenus facit Antonius Faber, *dict. error. 3.* quod putat, textum istum de Rescriptis moratoriis planè non agere, sed in explicatione tamen, & enucleatione veri intellectus à Cujacio dissentit. Contendit enim Faber, per-

tinere textum ad dilatorias exceptiones, ipsam causam non spectantes, sed personas tantum, sine quibus judicium consistere non potest, judicis scilicet actoris, aut procuratoris. Sed nec alterum quidem textum in *l. 4. C. de prec. Imp. off.* quem inconcussum reliquerat Cujacius, probationi aptum dicit Faber; pertinere enim illum vel ad dilationes, quæ sunt modici temporis, secundum *l. 21. ff. de judic.* vel ad quinquennales, Creditoribus volentibus, juxta *l. ult. C. qui bon. ced. poss.* à Principe concessas. Ex quo concludit, nullum in toto jure locum esse, quo quis possit usum probare hujusmodi Rescriptorum de quinquennialibus, imò nec de annualibus quidem, invitis Creditoribus emissorum.

IX. Utrique, & Cujacio & Fabro, adversarium se præbet Osvaldus Hilliger, in *Donell. enucl. lib. 22. c. 9. lit. E.* meo judicio non ineptum, nec vitiligatorem. Quod enim Cujacii interpretationem attinet, rectè dixit Faber, non minorem Reo inferri injuriam, si temporalis exceptio, ex pacto competens, ei adimatur, quàm si exceptionem perpetuam habuisset. Quia enim tempore Constantini, cujus est constitutio in *d. l. 2. C. de prec. Imp. off.* nondum sublata fuit illa poena, quâ plus

plus petens causa cadebat, §. 9. *Inst. de act. §. 10. Inst. de except.* non potuit à Principe sine magna Rei injuriâ talis exceptio, quâ in totum perimi potuisset actio, auferri, cum nec Zeno quidem Imperator penam plus petitionis omninò sustulerit, sed tantum mutationem ejus & mitigationem induxerit, *d. §. 10.* Fabri autem interpretatio in conjecturis consistit, quas ex textu non eruit, sed infert, ut pragmaticis errorem imputet. Et sæpe tamen dilatoriæ exceptiones judicium respicientes, quas remitti posse putat Faber, majus præjudicium faciunt, & graviolem reo injuriam inferunt, quàm Creditori induciæ quinque-nales. Sanè exceptionem præventionis, & ejusmodi alias si Princeps Rescripto adimere velit, quis neget iniquam reo conditionem inferri? Imò sunt aliquæ, quas nullo rescripto adimi posse constat, qualis est exceptio adversus militem, de quâ disertus est textus, *in l. 7. C. de procurator.* Interim non diffiteor, Principem causam committere posse, ut exceptionibus dilatoriis rejectis in causâ procedatur, *c. 13. X. de off. & pos. jud. del.* quo tamen casu exclusæ tantum intelliguntur exceptiones frivole, & quæ sunt de apicibus juris. Zanger. *de except. part. 2. c. 11.*

num. 18. Gaill. t. obs. §. 33. num. 5. Aug. Barbol. ad d. c. 13.

X. Frustrâ autem contendunt Cujacius & Faber, non satis sibi coherere textum, nec posteriorem partem respondere priori, si prior pars de concessione intelligatur. Sensus enim satis perspicuus est, si dicamus, exceptionem dilatoriam nondum competentem concedi potest, quando jus creditoris non intervertit, sed tantum suspendit; quando autem exceptio jam competens totum jus perimit, convelli & relaxari eam non posse. Sive ut Hilliger *d. l.* explicat, ita formanda est oppositio: *Debitori ex miseratione dilationes & induciæ à nobis haud agrè indulgentur; creditori autem, qui exceptione perpetuâ removetur, tantum abest, ut unquam actionem efficacem concedamus, ut & ejusmodi petitionem fieri distictè nolimus & prohibeamus.* Et quid verò hoc absurdi erit, si dicamus, non coherere sibi textum, & in posteriore parte aliam planè materiam tractari, atque Imperatorem Constantinum de duabus quæstionibus consultum ad utramque uno rescripto respondisse? Tales enim constitutiones in Codice Justiniano reperuntur plures, quæ cum compendiosè conceptæ, & carptim collectæ sint, mirum non est, legenti aliam,

Hhhh ; aliamq;

aliamque sæpè inopinatò obvenire materiam. Quod verò alterum textum attinet, in l. 4. C. de prec. Imp. off. non potest ille vel de dilationibus modici temporis, vel de quinquennialibus, à creditoribus concessis, accipi. Neutrubi enim opus est Rescripto principali; sed in illis iudicis potestas sufficit, in his partium conventio.

XI. Circa tempus, ad quod usque induciæ ejusmodi moratoriæ indulgeri debeant, multum disputatur inter Doctores. Nec n. ad quinquenniū semper conceduntur, sed annus interdum, interdum biennium aut etiam triennium & quadriennium præfigitur, & de talibus quidem dubium nullum movetur. Sed utrum Princeps etiam ultra quinquenniū gratiam debitori facere possit, disceptatur. Negat id Antonius Hering, de fidejussor. c. 5. num. 135. sed trepidè, & titubanter, audaciùs Antonius Faber, Cod. l. 1. tit. 9. def. 17. ubi, si in tempus longius facta fuerit concessio, ne quidem pro quinquennio ipso defendi inducias posse contendit. Eandem sententiam tenet Nicolaus de Passerib. de script. priv. lib. 3. q. 5. n. 4. pag. 282. Conf. Carol. Tapia, in rubr. Dig. de constit. Pp. c. 1. num. 64. Molter. l. 4. semestr. c. 6. num. 6. Ego hic Principi metas ponere nolim, secutus Lancel-

lottum Conradum, in compl. omnia. jud. l. 1. c. 1. §. 4. obs. 23. v. 3. Limna. lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 332. præsertim cum temporis spacium nulli in jure definitum sit, nec ex nomine, quod quinquennales dicuntur, validum duci possit argumentum; & licet tempus definitum esset, Princeps tamen sibi met ipsi id posuisset, nec propterea aliorum potestati, imò nec propriæ suæ derogasset. Pro ratione igitur circumstantiarum longius aut brevius tempus Princeps constituere, & constitutum etiam quandoque prorogare potest, hoc tantum observato, ut id non fiat sine causâ, neve gravius damnum aut præjudicium inferatur Creditori, quàm quod invitum eum subire æquum sit, quod justâ reprehensione perstringit Carolus de Grassis, except. 32. num. 96. Quantumcumque verò tempus concessum fuerit, initium id illicò capit ex die, quo exhibetur debitori, sive à die, quo id datum & subscriptum est. Gvid. Pap. decis. 109. Petr. Peck. de jur. sistend. c. 45. n. 20. Possent enim debitor in fraudem Creditorum rescriptum istud penes se retinere, & tùm demum, quando nullum amplius effugium restat, eo nti, quod permittendum ipsi non est. Quod si tamen debitor, quo minus utatur, impeditus fuerit, in carcere fortè deten-

dētentus, aut aliās prohibitus, ab eodie computandum erit temporis initium, quo impedimentum cessat. Anton. Fab. *Cod. l. 1. tit. 9. def. 2.*

XII. Ceterum, ut Rescripta moratoria valeant, à debitore requiritur fidejussio idonea, propter textum *l. 4. C. de prec. Imp. off.* ubi constituunt Imp. universa Rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valere, nisi fidejussio idonea super debiti solutione præbeat. Ubi obiter noto, in Codice Theodosiano nihil omnino haberi de fidejussione, quod argumentum præbet, Justiniani infarcientis hoc esse institutum. Ita enim legitur in *l. 6. C. Tb. de divers. rescript. Universa Rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus impetrata sunt, rescindantur: cum sint acerbius perurgendi, qui mansuetudinis nostræ pudore fatigato, non quod utilitatibus publicis, sed quod suis fraudibus convenires, aspexerint. Dat. 5. c.* Fidejussorem autem idem requirunt Jura Justiniana, ne debitor bona, quæ adhuc habet, durantibus induciis confundat, aut eis collectis & confarcinatis aufugiat, & sic creditorem suum, qui induciis concessis damnum sibi hinc datum facile imputabit, defraudet & eludat. Et hæc ratio fa-

cit, ut fidejussione exactio in æquitate naturali fundetur, ita ut nec Princeps eam, si petatur, remittere possit.

XIII. Quid verò si à Creditoribus ea non petatur, & ex hoc ommissa fuerit, num propterea invalidum erit Rescriptum. Ita videtur innuere textus in *d. l. 4.* ubi generaliter dicitur: *non aliter valeant.* Quod enim non nisi sub certo modo valere debet, non valebit, si modus iste fuerit omissus. Nihilominus tamen verbis istis generalibus non obstantibus plerique omnes sentiant, non invalidari Rescriptum, ut maximè præstita non fuerit fidejussio, si ea à creditoribus non fuerit petita. Vid. Nicol. de Passerib. *de script. priv. lib. 3. qu. 5. pag. 283. 284.* ubi cum Doctoribus hanc ponit regulam, quòd, quandocumque lex vel statutum, ad validitatem actus cautionem aut fidejussorem requirit, semper id intelligi debeat sub hac qualitate, si petatur à parte. Conf. Carol. de Grassis, *except. 32. num. 100.* Hillig. *in Donell. enucl. l. 22. c. 9. lit. N. Gail. l. 2. obs. 46. num. 14.* Dan. Moller. *p. 1. const. 19. n. 15. 16.* Lancellott. Conrad. *in templ. omn. jud. d. l. num. 11.*

XIV. Observantur autem à Doctoribus quædam exceptiones, quibus necessaria non est cautio fide-

Jullo-

jussoria, e. g. quando ante impetratas inducias idonei fidejussores debito accesserunt, qui induciis currentibus adhuc obligati sunt. *Limn. l. 4. jur. publ. c. 8. num. 330.* it. si debitores habeant bona immobilia, tunc enim, si hypothecam in iis constituent, cautio fidejussoria ipsis remitti potest, quod ita observari notat Anton. Perez. *C. de proc. Imp. off. num. 6.* Extra hos aut similes casus nego, intermitteri posse cautionem fidejussoriam, si ea à creditoribus petita fuerit, nec tamen propterea Zangero insultandum censeo cum *Limnzo d. l. quod scripserit ille, part. 2. de except. c. 12. num. 4.* cautionem fidejussoriam hodiè exigi non solere. Non arbitror enim, hanc Zangeri mentem fuisse, quod petita à creditoribus cautio eis denegari, & omninò intermitteri possit, sed de consuetudine is attestatur, quod induciis moratoriis hodiè non semper accedat cautio, ideò scil. quod peti non soleat, suffragante etiam Carpzovio, *in asyl. Debitor. tb. 61. num. 33.* Quòd si verò nec fidejussores invenire, nec pignoribus cavere possit debitor, benigna ea est sententia, ut admittatur ad cautionem juratoriam. *Ant. Fab. Cod. l. 1. tit. 1. def. 21.* dum tamen probata ille fuerit fidei & existimationis, *Gail. lib. 1. obs. 148. num. 6,*

XV. Ex aula nostra Electorali Saxonica Rescripta ejusmodi moratoria hunc in modum & sub taliferè formà exarari & concedi solent: *Hochgelahrter Rath/ und liebe Getreue/ Nach dem aus euern/ wegen des von N. N. Handelsmann zu Wittenberg gesuchten fünfzigjährigen anstands wieder seine Gläubigere/ sub dato den 21. Januarii 1667/ eingeschribten unterthänigsten Bericht unter andern zuvernehmen/ wie ermelter N. nicht durch sein verschulden/ sondern vermittelst unterschiedener Unglücksfälle in Abfall seiner Nahrung gerathen. Als seynd Wir bey so beschaffenen Dingen gnädigst zu frieden/ das Supplicanten/ wegen Bestellung gütlicher Caution, der gebethene Anstand auff zwey Jahr lang verstattet und eingecumet werde/ Si. rmit begehrende/ ihr wollet die Gläubigere auff dem fall/ Krafft dieses/ also bescheiden/ und Supplicanten wieder dieselben so lange darbey schützen. Wochten wir auch mit Beyfügung dessen/ so er N. zugleich supplicando nochmals gesuchet/ hirt wieder nicht bergen/ und geschicht daran Unsere Meinung. Datum Dresden/ am 14. Martii Anno 1667.*

XVI. De effectibus Rescripti moratorii breviter notetur, suspendi per illud exactionem debiti, adeoq; securum reddi debitorem, ne interim à Creditoribus urgeri possit.

Ex-

Excipiunt tamen Doctores casus aliquos, quibus Rescripti concessi nulla est efficacia. Qvò referunt (1) id, qvò Ecclesiæ debetur, aut alii piæ causæ. Nic. de Passerib. *de Rescript. priv. lib. 3. q. 1. n. 65.* Carol. de Grassis, *d. except. 32. n. 35.* propter favorem scil. piæ causæ, non idèò, qvòd Principes seculares non possint circa res Ecclesiasticas aliquid statuere, uti perperam statuunt Doctores citati, & Menochius, *de A. J. Q. cas. 203. num. 20.* Debitis Ecclesiasticis comparantur à plurimis debita pupillaria, & miserabilium personarum, unde in istis quoque Rescripta moratoria nullum habere locum contendunt. Anton. Fab. *Cad. d. def. 20.* qvòd de miserabilibus quidem personis ambab9 largior manibus, & ita quidem, ut nec alimentorum debita Rescripto suspendi posse existimem; sed pupilli causa mihi non videtur æqvè favorabilis. Menoch. *d. l. n. 23.* nisi & ille quoque egestate prematur. Tum enim generaliter tenendum, contra creditorem æqvè inopem, vel etiam pauperiorem, Rescripti moratorii nullum esse usum. Ant. Tessaur. *decis. 186. num. 7.* (2) debita Fiscalia, ea scil. qvæ Reip. debentur, quia ea necessaria sunt, & qvàm citissimè solvi debent. Hunn, *de*

morator. dilat. num. 22. Qvæ enim Principi debentur, nec fiscalia propriè sunt, nec eodem favore gaudent, cum Princeps in bonis suis patrimonialibus specialem prærogativam hoc casu non habeat. Ad fiscalia tamen refero ea, qvæ ex delicto veniunt. Menoch. *d. l. n. 16.* cum in illis prævaleat favor Reip. cujus interest, ne delicta maneant impunita, qvæ ratio facit, ut, propter debitum ex delicto, ne quidem ad cessionem bonorum admitti possit debitor. Joseph. Ludovic. *decis. 32. n. 2.* (3) debitum juratum. Nicol. Boër. *decis. 269. num. 5.* Anton. Tessaur. *decis. 286. n. 4.* qvòd ita intelligendum, nisi Princeps juramentum simul relaxaverit. Carpzov. *in asyl. deb. d. l. num. 52.* qvæ tamen relaxatio cautè, & summâ cum circumspectione fieri debet, uti rectè monet *in addit.* Tessaur. *d. l.* (4) id quod debetur opificibus & mercenariis. Moller. *l. 4. semestr. c. 6. n. 2.* Mart. Naurath. *in annotat. ad Zocf. Cod. de prec. Imp. off. in fin.* quorum mercedes & divino & humano jure maximè privilegiatæ sunt, idèò scil. qvòd plerumque illi maximo labore & sudore victum sibi comparant, & vix tantum acquirere possunt, quantum quotidianæ sufficit necessitati. Alias exceptiones hie

non addam, ne nimium excrescant hæ pageillæ. Videri illæ poterunt apud Anton. Fabr. *d. def. 20.* Hunn. *ad jus Canon. disp. 12. n. 93.* August. Barbof. *ad lib. 2. C. de prec. Imp. off. Limn. d. l. n. 333.* Nicol. de Passerib. *lib. 3. q. 5. p. 266. seq.* Hillig. *in Donell. l. 22. c. 9. lit. M.*

XVII. Antequam finiamus, duo adhuc circa materiam quinquennialium erunt consideranda, propter quæ in partes ire solent Doctores. Primum est, utrum debitor, qui impetravit inducias moratorias, tempore securitatis immunis sit ab usuris præstandis? sive: utrum per quinquennales sistatur cursus usurarum? Affirmativam tenet Scabinatus Lipsiensis, teste Carpzovio, *part. 2. constit. 30. def. 46.* cui ad stipulantur Carol. Molinæus, *de usur. n. 624.* & qui eum ad verbum exscripsit Gasp. Roderic. *de annuis & menstr. reddit. l. 3. q. 9. num. 16. seq.* Aug. Barbof. *ad l. 2. C. de prec. Imp. off. num. 5.* Petr. Peck. *de jur. sistend. c. 45. n. 20.* Moller. *lib. 4. semestr. c. 7.* Negativam è contrario tuetur Facultas juridica Lipsiensis duce Finckelthufio, *observ. 47.* consentientibus Antonio Fabro, *lib. 1. tit. 9. def. 8.* Limn. *l. 4. jur. publ. c. 8. num. 340. in fin.* Bachov. *in Treutl. vol. 2. disp. 24. sb. 4. lit. E. in fin.* Hillig. *in Donell. enucl. l. 22. c. 9. lit. N.* Hering. *de fidejussor. c. 22. num. 43.* Wehner. *observ. pract. voc. ab. Anstands-Brief.* Hunn. *ad jus Canon. disp. 12. num. 95.* Alii distingvunt, utrum cursum jam ante rescriptum habuerint usuræ, an verò nondum coeperint habere, ita ut posteriore hoc casu deberi non possint, priore verò cursum continent. Anton. Perez. *Cod. de prec. Imp. off. num. 7.* Garl. Mastrill. *decis. 16. n. 4.* quem refert & sequitur Joh. Aloyf. Ricc. *p. 1. decis. 8.* Nos primam sententiam, ut benigniorem, amplectimur. Est enim inhumanum, ab eo, qui per infortunium facultatibus lapsus est, usuras exigere, cum potius opem auxiliumq; ferre ei debeamus; & omnium consensu injusta censentur & mordentes usuræ illæ, quæ à debitoribus indigentibus accipiuntur. Cumq; usuræ propter moram debeantur, non intelligi potest mora commissa, quando per moratorium Rescriptum mora omnis purgatur. Quod si per conventionem promissæ fuerint usuræ, conventio ista, si destituatur vinculo naturali, non tenet, nisi per modum obligationis civilis. At obligatio civilis temperari, suspendi & modificari potest à Principe. Quidni igitur possit etiam stipulatio usurarum,

ram; casu eo, quo iniqum est pe-
tere usuras, quoque naturali æqvita-
te conventio destituitur.

XVIII. Non moveor, quod rege-
runt diversæ Scholæ sectatores, be-
neficium & Rescriptum Principis
non debere esse captiosum, aut in-
juriousum; injuriam autem fieri cre-
ditoribus, si iis jus circa usuras quæ-
situm auferretur, & obligatio non
permaneret in suo statu. Dixi enim
suprà, etiam jus quæsitum à Princi-
pe tolli posse, si conjunctum id sit
cum injuriâ alterius. At tale est
istud, quod exigitur à Debitore de-
pauperato, & ad inopiam redacto.
Facit, quod principalis finis quin-
quennialium sit, ut debitor interim
spacium habeat fortunas & facultates
suas restaurandi. At profectò in-
staurari illæ difficulter poterunt, si
quovannis usuras debitas colligere,
& elapso quinquennio non inte-
gram tantum sortem, sed quadran-
tem insuper totius, usurarum nomi-
ne, solvere debet. Concludo igitur,
propter Rescriptum morato-
rium sisti cursum usurarum, si non
ex ipsis Rescripti verbis, saltem ex
ratione juris, quæ debitori hoc casu
magis adsistit, quàm creditori. In
Electoratu tamen Saxonico hoc ju-
re nunc utimur, ut non sistatur cur-
sus usurarum, sed earum solutio u-

nà cum sorte differatur, donec ela-
psa fuerit mora, benignè concessa,
hâc insuper cum limitatione, ut si-
cubi post finitas inducias in conti-
nenti probet debitor, se nullum ex
bonis suis interim percipere potuis-
se emolumentum, etiam usuræ ei
remitti debeant. *Novell. decis. Ele-
ctoral. Saxon. 30.*

XIX. Alterum est, utrum indu-
ciæ moratoriæ non ipsi tantum de-
bitori principali, sed etiam fidejuc-
soribus ejus prosint? Loquor autem
de fidejussoribus, non illis, qui, ut
Rescriptum valeat, interveniunt,
sed qui jam antè, cum nomen con-
traheretur, pro debitore fidem de-
derunt. Hic verò iterum inter se
graviter dissentiunt Doctores. Ad
fidejussores n. gratiam quinquen-
nialium porrigi negant Rauchbar.
*part. 2. q. 7. num. 36. Sig. Scaccia, de
judic. lib. 2. cap. 7. n. 383. Joh. Ru-
dinger, cent. 1. obs. 27. Carol. de Gras-
sis, except. 32. num. 37. Nicol. de Pas-
serib. de script. priv. l. 3. q. 1. Anton.
Fab. Cod. lib. 1. tit. 9. def. 14. num. 2.
Menoch. de A. J. Q. cas. 203. n. 26.
Coler. de process. executiv. part. 1.
c. 4. num. 19. E contrario affirmant
& propugnant Matth. Steph. de ju-
risdict. l. 2. part. 1. c. 7. num. 394.
Bachov. in Treutler. d. l. Carpzov.
in asyl. deb. th. 61. num. 43. seq. Limn.*

l. 4. jur. publ. c. 8. num. 337. seq. Illico Umnius, *de process. disp. 8. n. 26.* Quintilian. Mandos. *de imbibit. q. 68.* Ant. Perez. *Cod. de prec. Imp. off. n. 8.* Nos in hoc conflictu posteriori cœtui adhærebimus considerantes, quòd conveniri nequeat fidejussor, antequam debitor principalis excussus fuerit, *Novell. 4. c. 1.* Dum autem ille, ne excussio locum habeat, per moratorium Rescriptum sibi prospexit, quomodo ordine inverso fidejussor ante debitorem conveniri possit, nulla ratio apparet. Cui accedit, quòd fidejussor, antequam dies solutionis venerit, actione pulsari nequeat. At per moratorium Rescriptum dies solutionis prorogatus est, nec venisse adhuc dici potest. Quod si, ut solvat fidejussor ante istum diem, cogi possit, sequeretur, pluseum debere, quàm debet is, pro quo obligatur, quod est contra *§. 5. Inst. de fidejuss.* Ex quo patet, tam personale non esse tale Rescriptum, saltem ex ra-

tionem juris, ut non ad alios quoque ejus efficacia extendatur. Dixi, ex ratione juris. Directò enim Rescripto isto immunes non præstantur fidejussores, sed per consequentiam tantum; quatenus, manente beneficio excussionis, conveniri fidejussores non possunt ante debitores principales. De heredibus tamen debitoris, utrùm beneficium hoc ad eos porrigatur, sicubi debitor intra tempus præfinitum defunctus fuerit, haud frustra licet dubitare, cum certum sit, in concessione beneficii industriam debitoris fuisse consideratam, & hinc spem conceptam, fore, ut intra destinatum tempus reparare fortunam suam, & facultates restaurare possit. Industria autem personæ ubi privilegio alicui causam dedit, privilegium illud ad heredes non extenditur, cum industrialia ad heredes non transeant. Joh. Bapt.

Costa, de fact. scient. §. ignor. inspect. 22. n. 6.

CAPUT XLIX.

De
Jure Monetæ.

SUMMARIA.

- Permutatione rerum absolvitur antiquissimum commercium. 1.
 Nummus res ipsas redigit ad æqualitatem. 2.
 Nummi commoditas se exerit in emitione, judiciis familia hereticunda, communi dividendo, negotiis, atq; aliis commerciis. 3.
 Nummi inventorem fuisse Tharem, patrem Abrahami, plurimi volunt. 4.
 Jus Gentium quid sit? 5.
 Nummi usus juri Gentium adscribitur. 5.
 Nummi usus, & origo, quâ ratione juri Gentium adscribi possit? 5.
 Nummus est Juri Gentium non inventione, sed imitatione tantum, & usu. 6.
 Juri Gentium dicitur illud, quod successivè placere omnibus visum est; atq; id votini orbis Decretum, & Concilium fuisse existimatur. 6.
 Nummi usum hodiè plerq; omnes gentes receperunt. 6.
 Emio & venditio, quâ ratione sit Juri Gentium. 6.
 Nummum fabricare, & Monetam cudere, nemo pro lubitu debet. 7.
 Monetam cudendi potestas inter Regalia refertur, & penes eam est, qui summum in Republicâ Imperium habet. 7. 8. 9. 11.
 Nummo dat formam & precium solus Princeps. 8.
 Nummus est in commercio privatorum respectu publicè indicaturæ, ut commercia faciliora reddantur. 8.
 Monetam cudendi Jus vel concessionis, vel præscriptionis titulo, an ab inferioribus acquiri possit? 9. 10.
 Monetam cudendi qui privilegia habet, Imperiali conformem cudi faciat. 10.
 Potestas Monetam cudendi inferiori competens non est plena, sed restricta. 10.
 Abusuntur potestate cudendi Monetam Principes inferiores, qui Monetam nec pondere, nec materiâ superioris legibus respondentem, cudunt. 10.
 Monetam cudendi jus sine titulo exercens crimen læsæ Majestatis committit, licet bonam & perfectam cuderit Monetam. 11.
 Summum in Rep. Imperium tenens num Monetam, semel approbatam, & inter subditos usitatam, mutare pro lubitu possit? 12.
 Jus quæsitum nec à Principe auferri potest. 13.
 Moneta mutatio multa secum affert Reipublica incommoda. 13.
 Pecunia, ut quantitas, corpori contra distinguitur, & inter res corporales refertur. 14.
 Materia, & forma constituunt nummum. 14.

Materia ad conficiendum nummum eligi debet, quæ publica, perpetua, ac tractabilis est. 15. 40.

Aurum altero metallo tum raritate, tum virtute præstat. 16.

Moneta ex corio, vel aliâ quavis materiâ non est vera moneta, sed tantum subsidiaria. 17.

Principi competit, ut moneta conservetur integra & illibata. 17.

Stannum omnibus aliis metallis est maximè inimicum. 18.

Ne quis nummos stanneos, plumbeos emere, vendere dolo malo vellet, Lege Corneliâ exprimitur. 19.

Nummos non alios habuerunt Romani, nec nos alios in usu habemus, præter aureos, argenteos, & æreos. 20.

Aurum & argentum ad summam bonitatem, & numeris omnibus absolutam puritatem excogvi potest. 20.

Mixtura metallorum & necessaria quandoq; est, & communi bono magis proficua. 20. 22.

Commixtio metallorum in omnibus hodiè benè constitutis Rebus publicis ac civitatibus saluberrimis Constitutionibus certa permittitur. 23.

Pes quid sit? 23.

Liga quid sit? 23.

Liga in nummo lege publicâ præscribitur. 24.

Pondus certum in nummo lege publicâ determinatur. 24.

Numismata eundem habeant valorem, quem ipsa habet materia. 24.

Essentialis forma nummi consistit in quantitate, quam ex Jure Gentium habet. 25.

Æstimatio publica, cujus fit mentio in L. i. π. de Contr. empt., quæ intelligenda. 25.

Accidentalibus nummi forma in valore impositio, & caractere consistit. 26.

Justa nummi æstimatio requirit, ut justa inter metalla constituatur proportio. 27.

Precia rerum non ex affectu, nec ex nudo hominis arbitrio, sed communiter funguntur. 27.

Argentii libra una tempore Constantini M. valuit centum libras æris: Auri autem, argenti libras quatuordecim ac propè dimidiam. 28.

Character nummi quid sit? 29.

Nummus antiquus non habebat signaturam. 29.

Nummus est inventus, ut esset instrumentum, per quod commercia, in societate hominum necessaria, eò meliùs perfici possint. 30.

Numismata extranea, & peregrina, quatenùs recipienda sint. 31. 34.

Princeps in suis monetis nummos faciat debiti ponderis, & speciei probæ. 32.

Peregrina moneta, quæ formam materiamq; non adulteratam, & plenum pondus habet, est recipienda. 32. 34.

Princeps monetam in bonitate conservet, & in ejus depravatores severè animadvertat. 32.

Princeps hoc studeat, ne ex re monetariâ Respubl. aliquid detrimenti capiat. 33. Monet-

Monetaria venditio & Locatio in Imperio R. severè est prohibita. 33.

Moneta peregrina optimo jure, sicubi ex ea patria damnum inferatur, excludi potest.
num. 34.

Moneta adulteratores quibus pœnis coercendi. 35. 36. 38. 39. 40. 42. 44. 49.

Majestatis crimen duo sub se comprehendit capita; crimen scil. perduellionis, & crimen
Majestatis in specie sic dictum. 36.

Moneta cudenda jus si quis sibi arrogat, hostili animo, aut studio novandi statûs publici,
crimen perduellionis committit. 36.

Monetam si quis clanculùm cuderit, aut cufos & imagine Principis signatos adultera-
verit, crimen læsæ Majestatis in specie sic dictum committit. 36.

Monetam radentes, capite puniuntur. 36.

Circa monetam committitur multifariam falsum. 37.

Monetam qui cudit falsam, sine auctoritate publicâ, flammaram exustione mancipandus
& bona ejus fisco addicenda. 38. 42.

Monetam sine auctoritate publ. cudens, pœnâ arbitrariâ punitur, ad eò ut pro ratione
circumstantiarum ad ultimum supplicium extendi possit. 39.

Moneta non ex aliâ materiâ, quàm quæ publicè electa est, constari debet. 40. 15.

Moneta adulterator olim, si liber erat, ad bestias dabatur, si servus, ultimo supplicio af-
ficiebatur. 40.

Datio ad bestias quomodo differat à summo supplicio. 40. 41.

Summa supplicia quæ sint? 41.

Monetarum adulteratores flammaram accensionibus traduntur, eorum bona publican-
tur, & domus ipsa, in quâ nummi adulterini excusi fuerunt. 42.

Vivicomburium inter atrocissima supplicia recensetur. 43.

Vivicomburium an promiscuè decerni debeat, si quovis modo falsum circa monetam
commissum fuerit. 43.

Monetarum adulteratorum pœna secundùm jura Imperii hodierna. 44.

Monetam qui semel aut bis minimi valoris fabricaverit, fustigationis, aut relegationis
pœna ei dicitur. 44.

Moneta peregrina falsator mitiori supplicio punitur. 45.

Penam ignis non habere locum in iis, qui grossos argenteos, aut areos, auro tingunt, ac
postea deauratos pro ducatis expendunt. 46.

Solidorum adulterator quis? 46.

Fabricantes tantùm monetam falsam, non simul expendentes, vivicomburio non puni-
untur. 47. 43.

Expendentes tantùm monetam falsam, non fabricantes, vivicomburio non puniun-
tur. 48. 43.

Zu Haut und Haar straffen / quid significet? 48.

Nummos si quis minuiiores fecerit, eos raserit, circumciderit, aut alio modo attenuâ-
rit,

rit, Jure Justiniano capitali supplicio punitur: Jure verò Imperii hodierno pena est arbitraria. 49.

Moneta valorem qui mut. ant, severà animadversione puniuntur. 50.

Monetam publicam, & ad commercia destinatam, qui liquefaciunt, & totum ejus officium invertunt, ignis supplicio puniuntur. 51.

I

ANtiqvisimum, simplicissimum, & maximè naturale inter homines commercium est illud, quod permutatione rerum absolvitur. Ecce enim, dum triticum tibi deest, quo ego abundo, è diverso verò vinum mihi deficit, cujus tu habes copiam, facile hinc inter nos convenire possumus, ut permutatione tritici, & vini alter alterius indigentia subveniat. *Olim enim, ait Jctus Paulus, in l. i. ff. de contrab. empt. non ita erat nummus, neq. aliud merx, aliud precium vocabatur. Sed unusquisq. secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumq. evenit, ut, quod alteri superest, alteri desit.* Est namq; hic omnium rerum creatarum finis, ut hominis usibus inserviant. Usus autem cujusque rei, ut Aristoteles animadvertit, *libr. i. polit. c. 9.* duplex est, per se quidem uterque, sed alter proprius rei, alter non proprius. Proprius est, ad quem res principaliter facta est, calcei, e. g. usus proprius hic est, ut pedes muniantur, domus, ut habitetur. Non proprius usus, per se tamen,

est permutatio, cum quarundam rerum, quas possideo, habeo copiam, aliarum verò inopia & defectu laboro. Tum de copia meâ sumo, & permuto cum illis, qui copiam habent earum rerum, quibus ego careo. Et hæc permutatio non minus est usus rei per se, quam usus proprius, quia sc. omne *utriusque* servare debet indigentia nostræ. *Mich. Piccart. ad Arist. d. l.* qui simul addit, videri aliquem Aristotelem inter & Jctum Paulum esse disensum, dum utilia cum utilibus ille, hic utilibus inutilia permutari dicit, sed videri tantum, verè eos non dissentire; cum Aristoteles utriusque permutantis institutum, qui sibi utile querit, attendat; Paulus verò utriusque principium, à quo moveatur, quod scil. uterque id, quod utile sibi est, hoc est, superfluum & abundans velit à rebus suis abesse, ut magis utile acquirat, quomodo ista Pauli verba etiam explicat Dionysius Gothofredus, *ad d. l. i.*

II. Permutandi hæc ratione primis istis temporibus jam satis prospectum videbatur humano generi, cum

cùm in tantâ terræ amplitudinè, & rerum copiâ facilè unusquisque sibi comparare tantum potuerit, ut inde permutandi, & diversi generis res sibi aliundè porrò comparandi materiam haberet. Postquam verò, multiplicato genere humano, difficulter interdum exquirebatur aliquis, cui superesset id, quod nobis opus esset, & cui vicissim opus id, quod nobis superesset, res etiam circumferri semper non possent, tùm quoque præstantior esset quandoque res alterutra, ut difficilis planè hinc fieret permutatio, communi veluti populorum consensu institutus est nummus, aptissimum scilicet qualiscunq; commercii instrumentum. *Sed quia non semper, pergit Paulus, Jctus, d. h. nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem ego haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutatorum æqualitate quantitatis subveniret, eaq; materia, formâ publicâ percussa, usum dominiumq; non tam ex substantiâ præbet, quàm ex quantitate; nec ultra merx utrumq;, sed alterum precium vocatur.* Nummus igitur, ut mensura, ex quâ rerum commercia functionem recipiunt, res ipsas redigit ad æqualitatem; non enim societas fuerit sine rerum &

officiorum commutatione, nec commutatio sine æqualitate, nec æqualitas sine communi mensurâ. Francisc. de Caldas, *de empt. & vend. c. 18. n. 28.* Id ut melius percipiatur, en tibi exemplum: Potest fieri, ut pistor eodem tempore non egeat calceis, quando sutor eget pane, egeat tamen potu. Itaque etiam pistor non volet panem futuri pro calceis permutare, sed vinitorem potius quæret, ut vinum accipiat, sed qui ipse vicissim pane opus non habet. Ut igitur etiam inter suturem & pistorem fieri possit permutatio, & sutoris indigentia succurratur, inventus est nummus, quo mediante & sutor à pistore sibi comparare potest panem, & hic vicissim à vinitore vinum, & hic porrò ab alio res sibi necessarias. Quâ ratione nummus non malè sponsor dicitur Aristoteli, *lib. 5. Eth. cap. 5.* quòd etiam futuræ necessitati per eum occurri queat.

III. Tanta cum nummi sit commoditas, quæ non in emptione tantum se exserit, sed etiam in judiciis familiæ herciscundæ, & communi dividundo, §. 4. & 5. *Inst. de offic. judic.* tùm & in negociis atque commerciis aliis, mirum est, fuisse quosdam, qui pristinos mores revocandos esse censuerunt, quidq; meliorem Reip. statum ominati fuerunt, Kkkkk

licubi

sicubi omnia commercia permutatione absolverentur. Quibus cum abundè satisfecerit Renerus Budelius, *de Monet. lib. 1. cap. 3.* necesse non est, ut eandem hic subeamus operam. Id tamen non dissimulo, videri tunc incrementa cepisse *Φιλαργυρίαν*, & invaluisse magis auri facram famem, postquam vidissent homines, auro & argento comparari posse in universum omnia. Cùm enim non præsentem tantùm, sed futuram etiam necessitatem, quæ metuitur, superare plerique intendant omnes, & non exiguum in nummis habeatur præsidium, illi etiam servando servari in perpetuum sine consumptione possint, nemo est, nisi planè aotus, qui non in futuros usûs, quod ex præsentem comparat, reservat, alius tamen alio tenacius & avidius, ut sunt mores hominum in usu rerum suarum. Quod si tamen in conquirendis pecuniis quis nimius fuerit, non propterea civitati interdici debet usus pecuniæ, nec pristinus permutationis contracto per exclusionem emptio- nis & venditionis revocandus est, ut maximè hic simplicior videatur, & primæ hominum societati civili convenientior.

IV. De inventore nummi necesse non est, ut multùm simus solliciti, præsertim cùm ea res ad cathedram

juridicam propriè non pertineat, & multis adhuc tenebris involuta sit, uti videre licet apud Polydorum Virgilium, *de inventor. rer. l. 2. c. 20.* Plurimi volunt, Tharem, patrem Abrahami primam fabricasse monetam, & ex Jctis nostris refert Albericus de Rosate, invenisse se in quâdam scripturâ cujusdam magni religiosi, quod illi triginta denarii argentei, quibus Judas Salvatorem nostrum tradidit, fuerint primi denarii, qui fabricati fuerint in mundo, autoremq; habuerint Tharem istum, quiq; per multas deinceps manûs pervenerint ad carbonam Pontificum Judæorum. Incidi ego, nî fallor, in eandem scripturâ, quam unde acceperim, aut quem ea mentita fuerit autorem, meminisse amplius nequeo; notare enim id per incuriam omisi. Dabo tamen eadem fide, quâ exscripsi, hoc est, bonâ, & infucata. Verba sic habent: *Tharab, pater Abrahami, jussu Nini, Regis Mesopotamia, monetam cudid, preciiq; loco à Rege 30. accepit argenteos. Hanc pecuniam dedit Abrahamo filio suo, quam in exilio suo, dum iter faceret, expendit, & ita per varias manûs accepere illam Ismaëlita, qui pro eâ Josephum emerunt à fratribus suis. Caterùm cùm Dominus in Egypto factus esset, recepit à fratribus suis pecuniam illam, quam ta-*
men

men illis reddidit; porro illi numerarunt Oeconomo, qv̄i eam misit Sabam, ut inde Regi Pharaoni aliquid emeretur. Tempore verò Salomonis cum Rezina de Saba venisset ad auscultandam sapientiam ejus, 30. argenteos hosce in templo sacrificii loco obtulit. Nabochodonosore autem, tempore Regis Roboami, templum diripiente, thesaurosq; auferente, hosce argenteos cum aliis rebus preciosis Regi Godolia dedit, qv̄i unà cum illo militabat, qv̄i usq; ad nativitatem Christi inter ceteros ejusdem thesauros reservati sunt; & ita regnum Godolia obtinuit Rex Nubia. Tempore autem Nativitatis Christi, cum Melchiori, Regi Nubia, nunciatum esset, Christum ex virgine natum esse, hanc pecuniam, cum nullum melius se habere sciret aurum, Christo obtulit. Dum autem virgo Maria in viam se dedisset, fugamq; capefferet Regis Herodis Ægypti metu, hanc pecuniam in itinere unà cum donis trium Regum apud hortum balsami reliquit, illamq; pastor quidam invenit, ac per spacium 30. annorum possedit. Ceterum cum de miraculis Christi multa hinc inde spargerentur, & pastor iste Hierosolymam venit, cumq; à Christo morbo liberaretur, 30. illos argenteos donare in templo docenti voluit, quos tamen Christus non accepit, sed jussit, ut sacrificii loco in templo sa-

crificaret, quod & pastor fecit, Judaig; hos in Corbonam injecerunt, illosq; Juda, postquam illis Christus traditus est, dederunt. Pecunia autem recepta agrum illum figuli pro 15. emerunt, ceteros 15. dederunt militibus, propè sepulchrum militantibus. Cumq; omnia impleta fuerunt, ad quod destinati illi fuerant, sparsim inter homines dispensati sunt, antequam autem hoc opus perfectum fuit, semper individui manserunt, ut dictum est. Dicit autem Scriptura, illos ex argento fuisse, veteribus autem nomine argenti omne metallum nuncupabatur. Euge, quàm be lè cohærent omnia, quàm ingeniosa est hominis industria in excogitandis fabellis, ut simplici Lectori imponat. Sed hæc *ὡς ἐν κρηδοῦ*, & animi gratiâ, occasione ejus, quod de inventore monetæ dixeramus. Redimus in viam, & propius nunc causam nummi efficientem lustrabimus, non physicam illam, quæ nummum cudit, fabricat, & conficit, sed moralem, quæ nummo hanc vim & efficaciam dat, ut instrumentum sit commerciorum habendorum.

V. Qv̄i ad jus gentium recurrunt, & inde originem nummi arcessunt, ut Gabriel Mudæus, ad l. 1. §. est autem ff. de contr. empt. non aberrant quidem, sed pleriqve tamen solo hæc asserto contenti, quâ ratio-

ne gentes in nummi usum consenserint, haudquaquam solliciti sunt. Videas nonnullos ideò ad jus gentium nummum referre, quia pleræque omnes ejus aliquem habeant usum, quemadmodum & Gratianus jus gentium definivit, quòd sit istud, quo omnes ferè gentes utantur, *c. jus gentium dist. 1.* Sed hoc non sufficit Hugoni de Roy, *lib. 1. de eo, quod justum est, tit. 7. num. 2.* quòd in se spectandum sit omne jus, non in usu mortalium, & fieri possit, ut ea, quæ peræquè ab omnibus observantur, mala sint, & planè iniqua. Quod si igitur ea demùm jus gentium faciunt, quæ recta & naturalis ratio dicitur, necessitas humana expostulat, ac usus hominum confirmat, uti vult Hugo de Roy, *d. l.* dubitare licet, num juri gentium adscribi debeat usus nummi. Enimverò per rationis discursum ac ratiocinationem naturalem gentes nummos primùm introduxissent, non facilè dixerim; quanquam non negem, per rationis discursum ac ratiocinationem homines nummorum usum invenire potuisse. Non enim, quia aliquis nummum invenit, ejusque usum introduxit, etiam gentes eum invenisse, dicendum erit. Si quidem id demùm juris gentium esse propriè dicitur, quòd ratio humana cuilibet homini, ratio-

ne recta utenti, & communem utilitatem atque necessitatem respicienti, ita determinandum dicitur; ut autem dicitur, necesse est, præsentem aut saltem non incognitam esse materiam, in quâ jus istud constituitur. At verò, quot fuerunt gentes ab initio mundi, quæ ne fando quidem de metallis audiverunt quicquam, nedum ut nummi usum excogitare potuerint. Et ergò quomodo inventio nummi ad jus gentium referetur? Nec etiam necessitas humana præcisè nummum requirit, ut necessitate exigente eum inventum fuisse dicamus, quandoquidem, ut jam supra diximus, multò antiquior est permutationis contractus, quam emptionis & venditionis, qui fit interveniente nummo, & illis tamen antiquioribus temporibus, quibus nondum fuit nummus, non minùs necessitati humanæ subveniri oportuit.

VI. Nihilominus tamen non inficiabor, esse nummum juris gentium, non inventionem quidem, sed imitationem tantùm, & usum, quo scilicet gens gentem imitata, cum commoditatem maximam in commerciis videret, nummum apud se recepit. Sic enim etiam illud dicitur juris gentium, quod successive placere omnibus visum est, atque id totius orbis decretum & concilium

fuis-

fuisse existimatur. Alberic. Gentil. *de jur. bell. lib. 1. c. 1.* Postquam igitur nummus inventus fuit, quod per rationis discursum & ratiocinationem fieri potuisse supra concessi, usus ejus vel conventionem tacitâ & consuetudine inter unius Principis subditos, vel ipsius etiam Principis jussione ita mox invaluit, ut gentibus etiam vicinis sese commendaret. Quæ cum porro rem ad vicinas alias propagarent, & apud omnes maxima ejus utilitas & commoditas animadverteretur, plerâq; omnes gentes ita eam probârunt, ut hodiè per totum terrarum orbem vix reperire liceat aliquam provinciam saltem inter cultiores, quæ nummi usum & commercii id genus non receperit. Anton. Fab. *de var. nummar. debitor. solut. c. 1. num. 16. & eleganter, n. 37.* Quod igitur in *l. 5. ff. de just. & jur.* & in *l. 1. §. 2. ff. de contrab. empt.* dicitur, emtionem & venditionem juris gentium esse, ita intelligo, quod quia emptio sine nummo perfici non potest, non aliter, quam nummus ipse, imò cum nummo & per nummum, usu recepta sit, & hinc juris gentium esse cœperit. Et quia tanta nunc est nummi inter homines utilitas, tanta etiam emptionum & venditionum frequentia, facilè hinc patet, insigni Remp.

privatum iri commoditate, sicubi nummorum usum tollere quis velit. Albert. Bolognet. *de leg. cap. 26. num. 19.* Add. Carol. Molinæ. *de usur. num. 695.*

VII. Etsi verò nemini usus pecuniæ interdici possit, nisi quatenus propter conditionem personæ, & factam hinc administrationis prohibitionem, ille restringitur quodammodò & limitatur; non est tamen permittendum, ut promiscuè pro lubitu unusquisq; nummum fabricet, & Monetam cudat. Cum enim intersit Reip., ut inter cives justus, & adæqvatus, & uniformis Monetæ observetur valor, iste verò ex privatorum officinis sperari vix possit, vel unica hæc sufficere potuit causa, cur Majestati adscripta, & inter Regalia relata fuerit ista potestas. Et hoc est quod dicit Paulus Jctus in *d. l. 1. ff. de contr. empt.* electam fuisse materiam, cujus PUBLICA & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantifatis subveniret, eamque materiam formâ PUBLICA percussam esse. Publica enim quia ejus esse debet æstimatio & publica forma, non poterit nummus privatâ autoritate fieri, sed omninò necesse est, ut à Majestate hæc omnia ordinentur. Eaq; propter voluit Constantinus Imp., ut in suis tantum moneris cudendæ

pecuniæ studium frequentetur, si quis secus fecerit, Majestatis criminis reus sit, *l. 2. C. de fals. monet.* Idem suo tempore constituit Carolus Magn. *l. 3. cap. 13. De falsis Monetis*, inquit, *quia in multis locis contra justitiam, & contra edictum sunt, volumus, ut in nullo alio loco Moneta sit, nisi in palatio nostro, &c.* Et Rex Rotaris, in legibus Longobardorum, manum ejus incidi vult, qui sine jussu Regis aurum figuraverit, aut Monetam confinjerit, *lib. 1. tit. 28. leg. 1.* Quin & ante Constantinum non licuisse hominibus privatis nummum cudere, Asconius Pædianus testis est, qui mentionem facit legis cujusdam Cornelie numarie de Moneta, ne quis privatus pecuniam faceret. Habebantque veteres Romani suos Triumviros Monetales, auro, argento, ære, flando, feriendo, *l. 2. §. 30. ff. de O. 3.*

VIII. Solus igitur Princeps, sive qui *το νόμιον* tenet in Rep. & formam nummo dat, & precium. Ipsa quidem materia privatis in usu promiscuo est, aurum nempe, argentum, cæteraque metalla quavis liberè in commercio habet, preciumque imponere potest ipse pro lubitu. At cum character publicus semel nummis impressus est, precium ex privatorum arbitrio & voluntate non pendet, sed uti cudendæ, ita & æstimandæ

Monetæ jus regium est, & supremam refert Principis potestatem. Annæ. Robert. *rer. judicatar. lib. 1. cap. 16.* Cui & illud addo, per characterem impressum Principis hoc Regale ita confirmari, ut nulli privato delere illum, & Monetam per liquefactionem resolvere liceat. Fabian. de Monte, *de empt. quest. 5. princ. num. 10. 11.* Ratio est, quia pecunia destinata est usui publico, & communibus commerciis, ut eò commodius sibi de rebus & necessariis & utilibus prospicere possint subditi. At hunc usum intervertit, & Principem sine intento defraudat, qui nummos conflando & liquefaciendo extingvit. Quocirca approbare nequeo, quod pro contrariâ sententiâ fundamenti loco ponit Paulus Laymannus, *theol. moral. lib. 3. tr. 3. p. 1. c. 5. num. 5. vers. simile, &c.* eos qui constant meliores & ponderosiores nummos, Monetam publicam non pervertere, sed cum singulorum nummorum domini existant, nihil dolo facere videri, si jure suo utantur. Enimverò dominos esse nolim negare, per ea, quæ habet Nicol. Oresmius, *de mutat. mon. cap. 6.* Sed quia nummus sive materia, formam publicam percussa, usum dominiumque non tam ex substantiâ præbet, quam ex quantitate, *l. 1. pr. ff. de contr. empt.*

atque

atqve illa quantitas à Principe suam habet originem, cum scil. in finem, ut commercia per eam promoverentur, non poterunt subditi sub prætextu dominii, usum publicum impedire, & in substantiam nummi, quam non nisi cum quantitate definitâ habent, aliquid Principis institutò adversum statuere. Non enim videtur nummus esse in commercio privatorum, tanquam massa, si-ve respectu materiæ simpliciter, sed respectu publicæ indicaturæ, & quatenus nummus est, ut hinc commercia faciliora reddantur. Carol. Molinæ. *de commer. & usur. n. 765.* Et quis verò negaret, perverſi ita Monetam publicam? quippè quæ talis amplius non est, postquam in pristinam materiam fuerit redacta. Et hinc statuerunt Doctores pro pecuniâ debitâ, massam auti vel ægenti solvi invito creditori non posse, Ren. Budel. *de monet. lib. 2. cap. 17. num. 3. 4.* quòd liceret utiqs, si Mònetæ non esset per conflationem extincta & perverſa. Non igitur caret ratione, quòd Ferdinandus I. Imperator in edicto Monetario resolutionem & conflationem nummorum severè prohibuit, §. *Wirorden/ &c.* Quamquam poena ignis, transgressòribus decreta, figbroſa nimis videatur, & ex hoc superioribus annis dictare, eam noluerint

Scabini Lipsienses, norante Carpovio, *p. 1. prax. crim. quæst. 43. in fin.* præsertim cum in universo ferè Imperio Romano Leges Monetariæ tum temporis quiescerent.

IX. Pòsitò jam isto principio, jus cudendi Monetam ad supremam in Rep. potestatem pertinere, dubitare nunc merito licet, num vel concessionis, vel præscriptionis titulo acquiri id possit inferioribus, & qui summam eam potestatem non habent. Communis sententia est, acquiri posse. Plurimi tamen cum glossâ *ad l. ult. C. de fals. mon.* distinguunt inter universitates & privatos; illas capaces esse dicunt talis potestatis, hos minimè. Ita post Bartolum, Baldum, Angelum, Boetius, *de regalib. cap. 2. num. 227.* Martinus Laudensis verò, & cum eo Renèrus Budelius, *de mon. l. 1. c. 4. num. 5.* etiam privatos habiles esse volunt, sicubi eis concessio facta fuerit mofu proprio, vel cum clausulâ, *non obstantè.* Ego, dum ex principiis suis quæstionem hanc examino, id maximè attendo, potestatem cudendi Monetam non jure positivo, sed gentium, inter Regalia referri, & referri omninò debere. Invenio enim nummo, omnium interest, ut justus sit ille, & æquabilem contineat atqve perpetuam in suis spe-

ciebus quantitatem. At observari illa difficulter poterit, si plures in uno unius Principis territorio facultatem monetandi habeant. Conqueritur eâ de re Ludovicus à Pegvera, *decis. 46. n. 4.* quòd in regno Cathaloniz ferè singulæ civitates pecuniam, maximè minutam, planè diversam habeant, illamq; putat negotiationem potius confundere, quàm ei conducere. Similia refert Annæus Robertus, *rer. judicatar. lib. 1. cap. 16.* Id cum attenderent Valentinianus, Theodosius & Arcadius, Impp. anno CCCXCIII. omnes ejusmodi concessionem revocarunt, nec ulli amplius ejusmodi potestatem competere voluerunt, *l. fin. C. de fals. monet.* Eam enim constitutionem generaliter non de privatis tantum, sed de aliis etiam, potestate aliquâ fulgentibus, & ipsis adeò universitatibus, & merum & mixtum imperium habentibus intelligo. Eo igitur tempore ab Imperatoribus tantum ea potestas exercita, nec ulli præterea communicata fuit, saluberrimo, ni fallor, instituto, quòd ita ab unius regimine omnis nummorum tum structura, tum valor & æstimatio dependeret. Conf. Bachov. *ad Treutler. vol. 2. disp. 32. tb. 8. lit. E.* Atq; id scilicet præcipuè exigit hujus regalis naturæ; ut hinc optimo jure concludere liceat, quòd nec per præscriptio-

nem quidem acquiri possit ab inferiore ista talis facultas.

X. Consuetudine tamen invaluit deinceps, ut etiam inferioribus à Principe Monetam cudere liceret. Anton. Perez. *ad tit. Cod. de vet. numism. potest. n. 7.* Fabian. de Monte, *de empt. qv. pr. 5. n. 5.* Gvid. Pap. *quæst. 498.* Mynsing. *cent. 4. Obs. 24.* Regner. Sixtin. *de regal. l. 2. c. 7. num. 91. seq.* Joh. Aquila, *de pot. & util. monet. cap. 1.* Et hinc non tantum præscriptione, sed etiam per privilegium talis facultas acquiri hodiè potest; quòd tamen non aliter admittendum censeo, nisi sub hâc conditione, ut nec materiâ nec pondere, sed solo caractere differat Moneta, quam inferior Princeps fabricat, ab eâ, quam cudit superior. Vid. Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib. 36. c. 2. num. 25.* Id enim si non observetur, perit harmonia, quæ cujusvis Reip. quasi anima est, nec quicquam tum poterit circa rem Monetariam superior decernere, quòd perpetuum esse possit & universale, quòd q; ab inferiore similem potestatem habente non possit impediri. Non necesse est, ut multa hic ex recessibus Imperii huc facientia adducam. Plerumq; verò ipsa etiam privilegia non aliter conceduntur, nisi sub hâc conditione & modo, ut privilegiatus Monetam, Imperiali conformem, cudi faciat.

Sic

Sic enim se habent verba privilegii, Magdeburgensibus concessi, ut leguntur apud Alemann. *in palæstr. consult. 8. p. 846.* Doch sollen alle Guldene und Silberne Münzen / die sie / wie obstehet / schlagen und münzen lassen / von Strich / Nadel / Korn / Schrot / Gran / Gehalt / Werth und Gewicht obgemelter unserer / und des heiligen Reichs neugemachter Münzen Ordnung gemähs / und nicht geringer seyn. Auch wo wir / oder unsere Nachkommen am Reich künfftig / über kurz oder lang / der Guldenen un Silbernen Münz halben Enderung und andere Ordnung fürnehmen / geben und machen würden / derselben gemelte Bürgermeister / Rathmanne und Innungsmeister der alten Stadt Magdeburg / und ihre Nachkommen sich alsdann gemähs und gehorsamlich halten / &c. Simili stylo concepta sunt privilegia alia, ut adstricta intelligatur potestas data, & superioris legibus subiecta. Nec ergo vel privilegio vel præscriptione ita acquirere jus istud licet, ut à superioris legibus plane sit exemptum & immune. Ex hoc autem duo conficio: Primò, potestatem Monetam cudendi, inferiori competentem, non esse plenam, sed restrictam, & superioris regimini subiectam, & in hoc solo ferè consistere, quòd suo nomine signare & characterem imprimere pro lubitu inferiori liceat. Secundò,

abuti potestate sibi competente, Principes inferiores & civitates, sub schemate Monetæ provincialis aut civica, Land oder Stadt-Münz / singulares quosdam nummos cudentes, qui hec pondere, nec materia superioris legibus respondent, sed ab iis multifariam recedunt, præsertim si in magnà copiam ejusmodi nummi fabricentur. Etsi enim excusari soleat istud factum hoc argumento, quòd inter subditos tantum suos æstimari tales nummos, & in commercio esse quisque velit, nec ulli extra territorium suum propterea faciat præjudicium; non animadvertit tamen ille, non inter cives tantum subsistere commercia, sed cum exteris etiam sæpiusculè multo cum emolumento frequentari; & hæc insigniter impediri, sicubi deficiat nummus utriusque communis. Cumque ille unà cum subditis suis partem faciat totius, satius omnino esset ordinem & legem totius observare, eique conformem se reddere, quam suorum cum detrimento discessum facere. Ut jam tacèam temporarios plerumque esse ejusmodi nummos, & occasu suo, nisi aliunde prospiciatur, ipsis tandem civibus damnum ex se inferre, quòd tamen omni modo evitare quemcunque decet Imperantem.

XI. Ex dictis liquet, solidum & plenum jus Monetæ esse tantum pe-

nes eum, qui Majestatem habet, & summum in Rep. imperium, consequenter eum, qui sine titulo jus istud exercet, Majestatis læsæ crimen committere, l. 2. C. de fals. monet. et si bonam & perfectam Monetam cuderit, tam respectu materiæ, quàm formæ, & valoris. Tiber. Decian. tr. criminal. lib. 7. cap. 23. n. 26. M. Ant. Peregrin. de jur. fise. lib. 1. tit. 1. n. 25. Petr. Paul. Paris. part. 4. consil. 169. num. 20. Ista talis enim, ut maximè in substantiâ suâ proba fit, falsa nihilominus dicitur, quia scil. cuditur ab eo, qui non habet cudendi auctoritatem. Didac. Covarruv. de veter. numism. collat. cap. 8. num. 1. Joseph. Mascard. de probat. conclus. 1069. num. 2. Venit n. & hic nomine paracharakterum, quos Majestatis crimine teneri pronunciant Valentinianus, Theodosius & Arcadius Imp. in l. 8. C. Theod. de fals. monet. quia scil. non minus atqve ille, qui Monetam in materiâ vitiosam cudit, *παράχαρακτη*. Quamquam enim ille plus peccet, dum & falsum in materiâ committit, & Majestatis jura involat, uti sunt plura ejusmodi crimina alia, quorum actus diversis opponuntur virtutibus, unde necessariò duplex malitia exurgit, de quibus videri poterit Thomas Hurtado, tract. 4. cap. 8. resolut. 47. §. 1. num. 563. seq. ille tamen, qui sine auctoritate pu-

blicâ nummos, omni aliâs læsæ & vitio carentes, format, non minus in Majestatem peccat, & quoad hoc crimen, ejusdem est cum illo conditionis, eundemq; committit delum. Posito hoc, capere nequeo, quod scribit Tiberius Decianus, *ad* quoad poenam falsi concedere se, minus peccare eum, qui probam cudit Monetam, sed quoad crimen læsæ Majestatis plus eum delinquere. Enimverò uterq; Majestatis crimen committit, & qui probam cudit monetam auctoritate privatâ, & qui improbam; sed profectò, qui improbam cudit, plus videtur injuriæ inferre Majestati, quàm ille alter, quod & potestatem sibi arroget, quam non habet, & cum majore improbitate atq; in perniciem Reip., cum ille in priore tantum peccet, satis quidem improbè & enormiter, delicto tamen simplici, non composito.

XII. Vindicavimus hætenus judicandi Monetam, & adscripsimus uni illi, qui in Rep. summum tenet imperium; consequens nunc est, ut videamus, num idem ille Monetam, semel approbatam, & inter subditos suos usitatam, mutare pro lubitu possit? Et quidem ipsam potestatem mutandi, simpliciter & absolutè consideratam, nemo fortè est, qui Principi deneget, quando quidem nihil omninò circa Monetam fieri possit

sine

sine consensu Principis, vel expressio
 vel tacito. Utrum autem potestas
 illa mutandi Principi ita competat,
 ut exercere eam possit suo arbitrio,
 sine consensu subditorum, contro-
 versiam pariter habet. Quam sum-
 mitatem imperii intuentur, verentur,
 ne de summitate quæ pereat si
 id subditorum suffragiis exponatur.
 Ajunt, teneri subditum Principis
 decreta de quacunque civili re ap-
 probare, nec Principem propterea
 subditi sui voluntatem explorare
 debere: valorem & estimationem
 nummi à Majestate ortum habere,
 eundem igitur illi simili plane
 modo à Majestate prohiberi aut
 mutari posse, & quæ sunt alia. Sed
 enim videntur mihi illi Principem
 ita informare, ut facili præcipitio in
 Tyrannum degenerare queat. O-
 stendi ego, *supra*, nihil de cedere
 Majestati, si in legibus ferendis
 consilia adhibeantur subdi-
 torum. Id etiam hic adplicatum vo-
 lo. Nec enim propterea, quod cum sub-
 ditis deliberationes instituantur,
 potestas circa Monetam illis subji-
 citur aut communicatur, nec ideo
 consensu eorum requiritur, ut Prin-
 ceptam potestatem exercere pos-
 sit, sed ut justè & rectè exerceat, quæ
 rectitudo & justitia aliunde haberi
 vix potest in hac materia, aut cog-
 nosci saltem non aliunde, nisi ex
 suffragiis populi in Comitibus. Con-

meriti ad illud curam, in bancur
 & exerceantur, Principis aula ferè
 ignorat, & subditi ipsi exponere vix
 possunt, nisi communicatis consi-
 lliis. Commereis igitur utrum, & quate-
 nus per mutationem Monete im-
 pedimentum inferri possit, quod at-
 tendere omnino tenetur Princeps,
 à subditis perdiscat, necesse est. Id si
 negligit, magno suo malo quam se-
 pissimum experitur legum. Moneta-
 riæ autem incommoda, & damnum,
 inde proveniens non animadvertit,
 nisi postquam illatum fuit, & ce-
 mendandi nulla superest facultas.
 Videbatur ab initio Moneta cuprea
 illiusmodi: maxime lucrosa esse
 Regi Hispaniæ, quoniam 10. corona-
 ti, quibus emptum cuprum fue-
 rat, augeri poterant ad coronatos
 centum. Sed hoc ipso ruinam in-
 cretibat populo, cui ad commer-
 cia quotidiana necessitatis alia Mo-
 neta relicta non fuerat, quam illa
 cuprea, quæ alibi expendi non pote-
 rat, cū interea necesse haberet per-
 grem multa ex peregrinis petere re-
 gionibus. Observatumq; fuit, Mo-
 netam hanc cupream, eà quantitate
 factam, ut numerus ad quadraginta
 milliones auri adscenderet. Vid. Au-
 tor libri Gallici, *de statu Sueviæ*
cap. 8. Sic igitur ex eventu addisci-
 tur, quàm periculosum sit in re Mo-
 netariâ aliquid novi decernere.

XIII. Præter hanc rationem, cur

super mutatione Monetæ subditi audiendi sint, occurrit adhuc alia haud paulò gravior atq; exquisitior, & ni fallor, magis urgens. De jure scil. quæsitò vulgatum est axioma, id nec à Principe quidem auferri posse. At auferret utiq; ille, si faceret per legem Monetariam, ut quicentum hodiè habet in pecuniâ numeratâ, cras octoginta tantum habeat, nummi valore immutato, aut etiam, ut omninò nihil habeat, nummo hactenàs usitato prorsus prohibito. Sive n. tantum demat Princeps de ipsis corporibus nummorum, sive de valore eorundem, utrobique jus, quod in pecuniâ æstimatum habet subditus, aufert, utrobique facultates ejus intervertit, & pauperiorem reddit. At hoc boni Principis esse, nemo sanus dixerit Politicus. Conf. Joh. Aquil. *de pot. & util. monet. cap. 5.* Sed nec eo quidem casu, quo augetur valor Monetæ, opes & subditorum, quòd incrementum capiant, dici potest, & fallitur vulgus, dum se ditari credit, quoties crescit aurei valor; Sicut n. nummi precium augetur, ita etiam crescunt & augentur tam mercium, quam cæterarum rerum precia, arg. *l. 2. C. de veter. numism. potest. lib. XI.* ubi videri poterit Dionys. Gothofredus, tum & Jacobus Gothofredus, singulari dissertatione, & Franciscus Baldwinus, in *Constantin. M. pag. 127.*

Unde fit, ut generali & publico cuiusque nummi incremento privatis neque accedat, neque decedat quidquam. Imò fieri potest, ut hoc casu majus constituatur rebus precium in proportione ad valorem Monetæ mutatum, quam fuit olim, ut fieri solet, quando a aviditati humana aliqua ditescendi suggeritur occasio. Optime ista anno c15 lxxvii. Statibus & civibus suis in Comitibus Lipsiensibus exposuit Georgio Dux Saxoniz, gloriosissimæ memoriæ, cujus verba merito hic adscribo: Wir haben euch auch anzeigen lassen/ daß hefftig auff Uns gedrungen wird/ unsere Münze zu verringern/ usi Uns in eime andere Münz-Ordnung einzulassen/ daß wir zu thum nicht bedacht. Wo es auch immer darzu kehmt/ daß Ihr euch darin führen laffet/ so würdet Ihr Land usi Leute in eime solchen schaden führen/ der unüberwindlich were. Denn wenn die Münze geringert werden solte/ würdet mancher/ der da auff 1000. fl. verschrieben/ dem wach nach bis in 1200. dafür geben müssen/ dagegen doch alle eime Zinse usi Einkommen/ sonderlich die Erblichen geringert. So würdet Ihr auch alle Dinge um geringe Münze theurer kaufen müssen/ den sich der Handelsmann von stund an nach der Münze richtet. Zu dem/ so würdet der Handel in diesen Landen sehr abnehmen. Nehmet dann die Handlung usi von fremden Mann/

Was/so würde auch einer Vertrieb an Getreidicht / Fischen / Wolle und Viehe abnehmen / und würden also euere Güter wohl umb den vierdten Pfennig fallen. Zu dem/wo die Münze geringer gemacht würde / und die Gewercken und Bergleute solten ihr schwer erbanet Silber umb geringer Münz geben / werden die Bergwercke allenthalben liegen bleiben / und würde also dem Lande ihr Vertrieb und Nahrung entzogen / und die Gebürge widerumb verwüestet. Und ob dieß Land auf einmahl verheeret werden solte / so lönte es doch so viel Schaden nicht zufügen; Derhalben wir euren Rath und Bedencken begehren / *re.* Boni scil. Principis est, non cavere tantum, ne quid Respubl. capiat detrimenti, sed monere etiam subditos de periculo imminente, ut perspectè magis rebus suis attendant, & salutem communem pro virili quisque promoveat. Et hoc perpetuò hactenus summà cum laude, & invidendo exteris *racomio*, intenderunt Serenissimi Duces & Electores Saxonie, ut probam in provinciis suis monetam & cuderent ipsi, & culari ab aliis reciperent, factà simul statibus suis ad promissione, sine præcitu & consensu eorundem mutationem moneta se non admissuros, nec procuraturos, uti inter alia testantur literæ ad Invictissimum Imperatorem Ferdinandum

Augusti, Electoris Serenissimi, mensis Julio, anno c^lo l^o LX. De incommodis aliis, quæ ex mutatione monetæ oriuntur, videri poterit Anton. Perez. *Cod. de vet. numism. postest. num. 13. 14. seq.* Elegantia sunt verba Bodini, & digna, quæ hic legantur *lib. 6. de Republ. c. 3. pr. Res nummaria*, inquit, *curatio non tantum utilis, sed etiam civitatibus tanroperè necessaria videtur, ut sine eâ commodè consistere non possint. Et quò major necessitas est, eò magis nummorum depravationi prospiciendum: cum ea res incredibile afferat universis ac singulis detrimentum. At non modò corrumpi moneta, sed ne mutari quidem potest sine incommodo civitatis; quoniam mutatio precii ac materia numismatum, census etiam ac bonorum cuiusq. dubitationem affert. Quo fit, ut nemo, quantum in bonis habeat, constituere possit, incerta sunt pacta conventa, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vita societas continetur, incerti redditus, vectigalia, tributa, deniq. pæna ipsa ac præmia, quæ à legibus & iudiciis irrogantur, incerta sunt futura, postremò avarii opes, ac multa tum in publicis, tum in privatis rebus rationibusq. dubia ac suspensa fore necesse est.*

XIV. Sequitur nunc, ut de mate-

à videamus, ex quâ nummus con-
 stituitur. Est enim sunt, qui num-
 mum solâ quantitate absolvi, & ex-
 tra omnem materiam considerari
 debere contendunt, inter quos præ-
 cipui sunt Franciscus Hottoman-
 nus, *illustr. quæst. 15.* Hermann. Vul-
 tejus, *l. 1. ff. Rom. c. 62.* Annæus Ro-
 bertus, *rer. judicatar. l. 1. c. 16. & l. 4.*
cap. 14. moti in primis textibus illis,
 quibus pecunia, ut quantitas, cor-
 pori contradistingvitur, facere ta-
 men cum illis ideò nequeo, quia ab
 ipso Imperatore pecunia inter res
 corporales refertur, §. *un. Instit. de*
reb. corp. & incorp. & corpora etiam
 in pecuniâ cogitari, Papinianea sta-
 tuit Jurisprudencia, *l. 04. §. 1. ff. de*
solut. Id verum est, aurum, argen-
 tum, æs, ex se & suâ naturâ non con-
 stituere aut facere nummum; sed
 necesse esse, ut accedat forma, quæ
 auro & argento nummi qualitatem
 induat, & metalla illa ad certum
 usum restringat; illa tamen formæ
 impositio & effictio non facit, ut
 tota nummi substantia posthac in
 solâ & nudâ quantitate consistat,
 cum & quantitas sine materiâ in usu
 rerum non inveniatur, & quantitas,
 quoad pondus, determinetur jam
 tum, antequam nummus plenè per-
 ficiatur, dum scilicet materiæ, in certo
 pondere consideratæ, & separatæ,
 nummi formâ imprimitur, & pon-
 dus aliâs, nisi in materiato corpo-

re, non subsistat, nec concipi qui-
 dem sine eo possit. Quod autem pe-
 cunia interdum, ut quantitas, cor-
 poribus opponitur, id rectè obser-
 vat Arnoldus Vinnius, *ad tit. Instit. de*
reb. corp. & incorp. ideò fieri, quia
 est ex earum numero, quæ in gene-
 re functionem recipiunt, quæque
 ideò corporibus aut speciebus con-
 tradistingvuntur, quòd altera alto-
 rius vice fungi possit sine ullo detri-
 mento Creditoris, cui tantundem
 proficit res in genere reddita, ac si
 eadem numero, quæ data est, reddi-
 ta fuisset, *l. 2. §. 1. ff. de R. C.* Jacobi
 Gothofred. *in disertat. de sumpt. &*
æqual. in mat. pag. 25. seq. Ne frustra
 igitur sunt Creditores illi, qui
 non aliam sibi reddi stipulantur mo-
 netam, quàm, qualis credita fuit, at-
 tendendo scilicet unâ cum quantitate
 materiam, ne superveniente muta-
 tione quantitatis, aut valoris, da-
 mnum incurrant, quod incurrisse
 quàm plurimos superioribus annis,
 à patribus nostris accepimus.

XV. Postquam igitur certi sum-
 mus, materiam facere partem num-
 mi, eamque haud frustra attendi in
 commerciis, disquirendum man-
 erit de qualitate ejus, ut inde con-
 stet, quæ potissimum materia eligi
 debeat ad conficiendum nummum.
 Nos tale ponimus principium:
 Quicquid adhibetur in hoc, ut men-
 sura sit rerum aliarum, debet esse
 tale

tale, ut per se minimè aut difficulter saltem flectatur. Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 12. num. 17.* Et hoc est, quòd ait Jctus in *l. 1. ff. de contr. empt.* electam esse materiam, cujus publica ac PERPETUA æstimationo difficultatibus permutatio- num æqualitate quantitatis subve- niret. Perpetuitas ista æstimationis fundamentum habet in perpetuitate materiæ ipsius, quatenus scilicet illi edacitati temporis & consumptioni hi resistit. Aristoteles duas facit nummi conditiones, *l. 1. polit. c. 9.* unam, ut materia ejus sit ex numero rerum utilium, alteram, ut ipse sit *εὐσταθὴς καὶ ἄριστος*. Prior, inquit *ibid.* Piccartus, idèd requiritur, quia si prorsus nummi materia inutilis es- set, nemo pro rebus suis eam acci- peret, puta, si ex papyro, corio, aut unguis animalium, pisciumq; squa- mis, vel testulis nummi fierent; ab- rogata enim præcii legè nihil ipsis reliquum esset. Secunda autem re- quiritur propter primam. Ut enim nummi materia utilis sit, debet esse tractabilis, i. e. debet facile posse cir- cumferri, condi, liquari, cogi, duci, cudi, figurari, versariq; durare tan- dem in his omnibus minimo sui de- trimento. Quæ posterior conditio separat nummum à frugibus, aliisq; rebus omnibus; quæ utiles quidem

sunt, non tamen dictis modis tra- ctabiles.

XVI. Perpetuitatè & tractabilitate tali rebus omnibus præstant me- talla, quæ propterea immortalia vocat Salvianus, Episcopus Masili- ensis, *lib. 2. contr. Avarit.* Idonea igitur illa coeperunt haberi, ex qui- bus conficeretur nummus. Sed cum ipsorum metallorum non par omnium sit conditio, sed unum al- tero tum raritate, tum virtute præ- stet, ex omnibus tandem aurum, ar- gentum, & æs, selecta fuerunt; ita tamen, ut inter hæc tria adhuc alte- rum altero præstantius haberetur. Oportuit, inquit Nicolaus Oresmi- us, Episcopus Lexoviensis, *tr. de mu- tat. monet. c. 2. quòd numisma fieret de materiâ præciosa & rarâ, cujus- modi est aurum.* Et talis materia de- buit esse in competenti abundantia, (hæc non videntur satis cohærere: si enim materia debuit esse in com- petenti abundantia, non oportuit numisma fieri ex materiâ rarâ,) pro- pter quòd, ubi aurum non sufficeret, moneta fit cum hoc de argento: ubi autem duo ista metalla non suffice- rent, vel non haberentur, debet fieri mixtio, aut simplex moneta de alio puro metallo. Sicut antiquitus fiebat ex ære, ut narrat Ovidius, *l. Fastor.* dicens:

*Era dabant olim: melius nunc o-
men in auro est,
Victaq; concessit prisca moneta
nova.*

Et concedere possum Antonio Fa-
bro, in tract. de var. nummar. deb.
solut. c. 2. num. 22. scribenti, in distin-
guendis metallorum æstimationi-
bus antiquas gentes inspexisse præ-
cipuè, quænam ex iis frequentiora
essent, quænam rariora. Sed in o-
mnibus tamen illis rarioribus me-
tallis concurrunt alia, quæ in reli-
quis metallis frequentioribus non
inveniuntur. Ita aurum, diu pertra-
ctatum, nunquam manus tangentis
inficit, nec sui vel alterius coloris li-
neas alicui corpori imprimit, nisi
coticulæ vel Lydio lapidi atteratur,
tunc enim lineas simillimas red-
dit, quod summam in auro perfe-
ctionem & puritatem indicat. Ab
acribus porro succis in suâ quanti-
tate nullam sentit noxam, & rubigi-
ne non infestatur, per multa licet
secula intra terram sepultum, nisi
alteri metallo fuerit mixtum: non
fœdatur sale in aureo salinario vase
positum, per fusionem non minui-
tur, sed purificatur magis, & splen-
didius redditur, & quæ sunt aliæ ejus
qualitates, de quibus videri pote-
rit Athanasius Kircherus, in mund.
subterr. lib. 10. sect. 4. c. 4. §. 2. Sic
& tractabilius est argentum, & sono-

rum magis aliis metallis, ejusq; usus
in medicinâ haud exiguus. Idem
Kircher. *ibid.* Ex quibus patet, fal-
sum esse, quod opinantur nonnulli,
auri argentiq; nobilitatem in opi-
nionem hominum consistere, & abs-
tali errore si foret, non majori au-
rum argentumve futurum esse præ-
cio, quàm æs & ferrum. Statuen-
dum scilicet hoc idem fuit, ut sustineri
posset opinio, materiam in pecuniâ
non esse attendendam, & liberum
hinc esse Principi, designare mate-
riam, quæ precii nomen impleat.
At nunquam ego concessero, solum
valorem impositum nummi es-
sentiam constituere, sed confiden-
ter assero, materiam esse partem
æquè principalem & consubstantia-
lem, imò basin, radicem, mensu-
ram, normam, & fundamentum va-
loris, ita ut ipse valor impositus ju-
stus dici nequeat, nisi in commer-
ciis & permutationibus observet
æqualitatem, *ισοδυναμίας*, & paria-
tionem materiæ. Et hinc concludo,
considerabilem quidem esse aliàs
quantitatem sine certæ materiæ
subjecto, (quomodo Geometræ fi-
guram, & in eâ angulos, segmenta,
sectores, & ejusmodi alia per *αριθμητικήν*
Mathematicam considerant,
non conceptâ simul, cui insunt, ma-
teriâ, nec ut materiæ isti sensibili
immerfa sunt,) sed in re monetariâ
quan-

quantitatem unà cum materiâ considerari debere, ne in permutationibus & commerciis pro rebus *μάθημα* *ἀφαιρέσιμος ὄντων*, ut sunt Mathematicorum conceptus, reddamus, & alteri contrahenti meras formas obrudamus.

XVII. Hæc tamen omnia cum vix observari possint necessitatis & publicæ indigentiae tempore, non imprudenti tum consilio, ex quavis materiâ, stanno, ferro, plumbo, etiam corio, cortice, papyro, moneta conficitur. Exempla passim præstant, & patrum nostrorum memoriâ aliquoties id usu venisse legimus. Si tamen dicendum, quod res est, nummi isti veri nummi non sunt, sed tantum vice nummorum, veluti subsidiarii quidam sponsores, habentur. Nec enim ad materias ejusmodi confugere licet, nisi quando urgentissima fuerit necessitas, nec aliâ intentione, nisi, ut, cessante istâ necessitate, cum veris nummis, & qui probæ speciei fuerint, iterum permutentur, & damnum, communitati illatum, refarciatur. Rener. Budel. *de monet. l. i. c. 1. n. 27. 31.* Hoc exemplo Imperator Fridericus II. post exhaustam, diuturnitate Italicæ belli, pecuniam omnem, jussit coriaceam monetam cudi, eiq; valorem aurei Augustalis assignavit, simulqve per præconem edici vo-

luit, se bello finito pro singulis coriaceis nummis aureum Augustalem restitutum. Quod cum bonâ fide præstitisset, innuere voluit, subsidiarium tantum, & vicarium esse monetæ coriaceæ usum, veram autem monetam non esse, usum etiam ejus cessare debere, simul ac necessitas desierit, & indigentiae subventum fuerit. Quod si verò provincia aliqua aurum & argentum plane ignoret, neque cum gentibus, auro & argento utentibus, commercia exerceat, quin ferreâ, stanneâ, aut plumbeâ monetâ uti possit, etiam extra casum extremæ necessitatis, dubium mihi nullum est. *Αυράκουσ* enim talis dum est populus, & commercia longius non extendit, nec alieno necesse est ut utatur intra pomœria sua commercii instrumento, dum tamen & in sui nummi materiâ observet illud, quod supra diximus, & ut utilis ea sit, & *ἐπιμαχέσις* ☉. At ubi semel receptus fuerit aureus, argenteusve nummus, non poterit ille sine gravi Reip. damno abrogari. Et huc scil. Principis cura spectat, ut integra & illibata conservetur moneta, idemq; retineatur valor, quia scil. interest Reipubl., justam & perpetuam ab unoquoque subdito rerum suarum iniuri posse æstimationem, eamqve certam semper custodiri, & commer-

ciis mensuram adhiberi perpetuò eandem.

XVIII. Quæsitum memini, qui fiat, quòd ab re monetariâ stannum, quòd & plumbum candidum dicitur, prorsus exulet, cum tamen & utilis ea videatur materia & *εὐμεταχέρις*. Respondet Petrus Gregorius, *l. 36. syntagm. c. 2. n. 7.* id ideò fieri, quia stannum ex materiâ constat deciduâ, & collybum facit majorem, brevique tempore justum amittere solet pondus, quòd vix in argento præcavere liceat. Sed ei obverti posset, per mixturam & accessionem alterius metalli corrigi id fortè, & indurari, nisi resisteret Rennerus Budelius, qui *lib. 1. de monet. c. 1. num. 24.* contra Didaci Covaruvix sententiam statuit, & experienciâ confirmat, stannum omnibus aliis metallis esse maximè inimicum, ac in mixturis cum reliquis metallis quasi lethiferum existere venenum, ita ut eâ perdat, destruat, atque corruptat. Testanturque rei tormentariæ magistri, in mixturâ bombardariâ, ex quâ scilicet tormenta bellica fabrefiunt, dum singulis libris viginti æris una plumbi candidi additur, æs prorsus lentescere, & in se ipso mutari. Dum igitur duritiem justam non habet stannum, & aliorum metallorum qualitates non admittit, æquè tractabile

illud, uti aurum, argentum, æs, dici nequit. Quibus accedit, quòd nec raritate se, nec pondere commendat, cum & passim ejus non exigua inveniatur copia, & quia hinc in minori precio habetur, etiamoneri sit viatori, quorum utroque tamen, & raritate scilicet, & æstimatione, gravitas auri, quæ omnium maxima est, compensatur. Sed hæc ad Physicos magis & Mathematicos pertinent, à quibus docemur, gravitatem molis stannæ ad gravitatem ejusdem molis & quantitatis argentæ se habere, ut 75 ad 104. & ad gravitatem aureæ, ut 75 ad 187½. Vid. Joh. Bapt. Ricc. in *Almag. l. 2. c. 5. n. 9.*

XIX. Magis ad nos pertinet, ut inquiramus, quid sit illud, quòd ait Ulpianus, in *l. 9. §. 2. ff. ad L. Cornel. de fals. Eadem Lege exprimitur, ne quis nummos stanneos, plumbeos, emere, vendere dolo malo vellet.* Ergone licet tales emere vendere sine dolo malo? & quid est emere, vendere nummos? cum non mercis illi, sed precii vice fungantur? Dionysius Gothofredus ad istum textum, & ante eum Barnabas Brissonius, *select. antiq. lib. 1. cap. 8.* ista Legis Corneliæ verba referunt ad nummos peregrinos, Daricos scilicet Philippos, tetradrachmum Atticum, siclos, nummos victoriatos, & alios id genus, quos cæterarum rerum

rerum exemplo in emptionem deducere Romani soliti fuerint, perinde ut apud nos hodiè medalia, uti vocantur, hoc est, numismata prisca & rara, quæ olim precium fecerunt, mercis vice funguntur, & magni interdum æstimantur. Sed hæc glossa non placet Antonio Matthæo, *de criminib. ad tit. de fals. cap. 4. num. 4.* quòd istiusmodi nummi, utpotè veteres, probi, imò optimæ notæ fuerint. Ipse igitur generaliter rem definit, omnem nummorum emptionem venditionem prohibitam fuisse, siue probi illi fuerint, siue nequam. Illos ideò, ne empti exportarentur in diversa & hostilia litora, & ne illis conflatis nequiores cuderentur. Hos verò, ne preciosioris metalli, colore tincti, simplicioribus pro probis obtruderentur. Sed quod generaliter asseverat Matthæus, destruit ipse mox per additam limitationem, dum ait, non simpliciter improborum nummorum prohiberi emptionem, sed adjici, ne quis emere vendere dolo malo vellet, id est, eo animo, ut imperitis imponeretur. Concedit ergò, licuisse emere vendere nummos stanneos, plumbeosve, dum tamen id sine dolo malo fieret. Habebant enim Romani nummos stanneos, & plumbeos, sed non in usu publico; quomodo & nos

ejusmodi nummos habemus, qui calculo inserviunt, ex ære aut orichalco confectos. Et tales vendi, nihil prohibet, nisi, qui subesse potest, dolus malus. Habuisse verò Romanos etiam alios nummos ex auro, & argento, qui in usu publico non fuerunt, constat ex *l. 1. Cod. Theodos. si quis pecun. constav.*

XX. Qui verò in usu publico fuerunt, non alii fuerunt præter aureos, argenteos, & æreos. Nec nos alios in usu habemus, nec habere alios expedit, ut maximè sint, quibus difficulter id persvadeatur. Cæterùm, quia Natura in Terræ utero metalla progignens duo interdum, tria vel quatuor ad invicem miscet, & homines à naturâ edocti, diversimodè rationem misturæ metallicæ adhibere solent, videre nunc est operæ precium, utrùm etiam in re nummariâ mistura ista probari debeat, an verò præstet, purum cujusque speciei metallum seligere? Hic verò sunt, qui neque aurum, neque argentum, ad summam bonitatem, & numeris omnibus absolutam puritatem, excoqui posse contendunt. Nempè summa auri puritas in 24. ceratiis, siue carattis consummatur, quorum unumquodque 12. continet grana. Talem autem bonitatem nunquam à quoquam ullo artificio obtineri

dicunt, sed summam puritatem subsistere in 23. carattis, & 9. granis, ita ut 3. grana sint ærea, vel argentea. Pari modo summa argenti puritas duodecim absolvitur denariis, quorum unusquisque 24. continet grana. Ad talem puritatem nullum argentum reduci posse asserunt, sed culmen bonitatis in 11. denariis & 18. granis consistere, reliquum alterius esse materiæ. Imposuit hæc sententia Gulielmo Budæo, Carolo Molinæo, Didaco Covarruvix, Johanni Bodino, & pluribus aliis, ut eam sequerentur. Sed ostendit Renerus Budelius, vir in hæc re summè exercitatus, *lib. 1. de monet. cap. 9. 10. 11. 12.* erroneam eam esse, & experientiæ adversari. *Et si enim, inquit, cap. 12. num. 38., non difficemur, in gravioribus ponderibus, forte marcis 10. — 16. — 20. — 30. & ultra, aurum argentumque ad summam illam puritatem granorum 288.* (talis enim summa in utroque, & auro & argento, resolutis carattis & denariis, provenit,) *vel quod idem est, denariorum duodecim aut carattorum 24. difficulter & rariùs vi aquæ valentis decoqui posse, cum in illis regulariter facta ad amussim investigatione, nonnihil extraneæ ad huc ibidem materiæ, unius videlicet, aut alterius, vel etiam trium aut quatuor granorum, quemadmodum*

per experientiam erudimur, residet: neque proficuum est semper, magna pondera ad istam simplicitatem reducere, propter multa inde provenientia incommoda; attamen hinc inferre velle, in masculis leviusculis ex necessitate similem semper aliquam portiunculam abundantis metalli inesse, & immorari, puro nos auro atque argento destitui, nunquam dederò, neque concessero, &c. Alibi à seipso tale aurum, atque argentum, non unis vicibus confectum, & omni heterogeneo purgatum fuisse, testatur.

XXI. Posito hoc principio, excoqui posse aurum, & argentum, ad summam puritatem, ut ad resolutionem quæstionis revertamur, non desunt, qui, monetam ex purissimo & simplicissimo metallo, auro vel argento confici debere, contendunt, ut scilicet hæc ratione infinitis fraudibus & imposturis, quibus res monetaria subjecta est, occurratur. Inter eos præcipuus est Johannes Bodinus, *de Republ. lib. 6. cap. 3.* Sanè Tacitus, Imperator, jam suâ ætate, referente Flavio Vopisco in oratione ad Senatam, cavit, ne quis argento publicè vel privatim æs permiscere, neque auro argentum, neque æri plumbum auderet; alioquin cum proscriptione bonorum capitale iudicium incurreret. Et

Legis Cornelie caput refert Ulpianus in *l. 9. pr. ff. de Leg. Corn. de fals.* quo cautum fuit, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, falsi crimine teneretur. Nihilominus tamen pluribus aliis placuit sententia contraria, mixturam scilicet metallorum & necessariam esse quandoque, & communi bono magis proficuum. Verentur nempe isti, ut aurum purum propter mollitiem ferre possit diuturniorem contractionem & usum. Carol. Molina. *de usur. num. 769.* In commerciis attendunt vilitatem quarundam mercium, & quod portu hucula argenti puri, quæ vendi deberet, e. g. libra panis, propter exiguitatem suam palpari & manu versari vix possit. Nicol. Oresm. *de mutat. monet. cap. 3.* In ipsis officinis Monetariis, & in principum territoriiis considerant, non pari copia ubique nasci aut haberi aurum & argentum, nec operarios eadem mercede esse contentos, nec instrumenta iisdem sumptibus ubique comparari. Nec desunt rationes, quibus incommoda ex obrizatis & pustulatis nummis in commerciis sese exsistentia exaggerari solent, præsertim, si Principes vicini viliores & ærosam Monetam fabricent, ut ita in damnum cedat Reip., quod maximo

eius commodo factum videbatur. Assistit huic sententiæ praxis & consuetudo, per quam nulla hodie creditur Monera sine aliqua vilioris metalli mixtura; idque argumentum esse potest, non expedire Reip. simplicem & puram metalli speciem, quia alias gentes mixturam istam tam unanimi consensu vix probassent.

XXII. Facimus nos cum Budelio, qui *lib. 1. cap. 21.* ostendit, mixturam metallorum, in Monetam ex se nihil detrudere incolumitati Reip. & commodis civium, nisi quod majora faciat nummorum corpora. Etsi enim negari nequeat, tres marcas metalli purioris præstantiores esse aliis tribus ære permixtis, si ponderis ad pondus, & massæ unius ad aliam massam tantummodo habeatur respectus; in arte tamen Monetaria non ponderis ad pondus tantum facienda est comparatio, aut molis ad molem, sed etiam auri ad aurum, & argenti ad argentum, secundum symmetriam & proportionem, quam ad invicem habent in auro aut argento puro, & auro atque argento mixto. Fingas ergo mihi duos mercatores, alterum mille marcas argenti in argento mercissimo & maxime puro, alterum totidem in argento, quod est octo denariorum, habentem. Dico u-

trumq; esse æquè divitem, licet posterior ex argento suo nummos habeat pro tertiâ parte æreos. Imò si rectè res æstimeretur, ditior hîc est priore illo, qui nummos ex puro argento confectos habet, quandoquidem iste unâ cum argento etiam æs accipit, tanto quidem plus, quanto remotius ab summâ suâ puritate argentum abfuerit. Et sic contingere potest, ut quis in duabus marcis argenti impuri, quæ computatione, unam puram efficiunt, unam marcâ ex ære lucretur. Posito scilicet quòd æs conjunctum & mixtum, ab eo, qui rem nummariam procurat & ordinat, non substituatur vice argenti, ut æstimationem simul cum argenteo faciat. Comparatio igitur non est instituenda in mole & pondere, sed in ipso argento. Ita e.g. ex unâ marcâ argenti puri, quod est 12. denariorum, conficiuntur novem Imperiales, sive, ut vocantur, thaleri. Quod si quis alter habeat marcâ argenti quatuor tantum denariorum, ille quidem marcâ habet, sed non marcâ talem, ex quâ conficere possit novem Imperiales, cum tres tantum inde cudi possint. In pondere tamen tantundem habet, quantum prior ille. Ut igitur tantundem etiam argenti habeat, necesse est ut marcas tres possideat ejus argenti, quod est 4. dena-

riorum, & hinc in tribus istis marcis unam argenti, reliquas duas æris. Ex quibus patet, mixturam metallorum ipsam ex se tam improbam non esse, ut in facultatibus suis cives damnum aliquod inde percipiant, nec aded commixtionem omnem intermitteri aut prohiberi debere.

XXIII. Quandoquidem verò multa semper per mixturam istam fraus commissa est, & ipsi quandoq; Imperantes, ut fiscum suum augeant, permittere solent, ut auri & argenti vicem ylioris materiæ mixtura suppleat, in omnibus hodiè benè constitutis Rebus publicis ac civitatibus, saluberrimis constitutionibus certæ mensuræ & modi, quousque ea commixtio permitti debeat, præscripti sunt; eosque tum Monetarii exactè observare tenentur, ni suppliciis subjici velint; tum ipsi etiam Imperantes, si bonitatis & justitiæ limites excedere nolint. Monetariis in hac metallorum conjunctione, *Ligæ* & *pedis* vocabula propria sunt. *Pes* est meta, in cudendis nummis lege publicâ præscripta & definita, cujus scilicet bonitatis esse debeat metallum, & quot inde confici oporteat nummos. Curiosè & consideratè talem ediderunt anno MDLIX. Ordines & Status Imperii. *Ligæ* est materiæ

terix metallaris qualitas intensâ, si-
ve habitudo quædam additamenti
& nuclei. Additamentum in ligâ
est vilius metallum nobiliori addi-
tum. Nucleus v. metallum ipsum
nobilius. Germanis nostris addita-
mentum & nucleus, siue ipsa tota li-
ga *Schrot und Korn* dicitur. Tali
igitur ligâ & pede per publicas san-
ctiones præscripto, si contineantur
& adstringantur Monetariorum o-
peræ, nec Respublica damnum sen-
tire poterit, nec in eâ singuli, nisi
aliundè id & per peregrinam Mo-
netam viliorem inferatur. Cui ta-
men avertendo nunquam non at-
tentus & circumspectus esse debet
is, qui τὸ κέρδιον cujusque civitatis
tenet.

XXIV. Quod in materiâ Mone-
tæ hætenus consideravimus, po-
tissimum ad ligam spectat, videam-
us nunc pondus, quod itidem ma-
terix inest. Uti igitur in ligâ rece-
pti sunt termini civiles imposititii,
quibus definiuntur gradus bonita-
tis, ita in pondere sunt recepti nu-
meri, quibus gradus gravitatis de-
signantur: & ut in nummo liga cer-
ta, sic & pondus certum lege publi-
câ præscribitur & determinatur. Sa-
pienter igitur voluit Constantinus
Imp. ut solidi veterum Principum
non speciei tantum probæ sint, sed
etiam debiti ponderis, *l. 1. C. de vet.*

numism. potest. idque pondus etiam
observari voluit in auro, quod à col-
latoribus infertur, ut id æquâ lance,
& libramentis paribus suscipiatur.
l. 1. C. de ponderator. lib. X. Ponde-
re, quod præscriptum est, observa-
to, nihil interest, cujus formæ aut
magnitudinis mensuram nummus
acquirat. Nec enim, qui majore
habitu faciei, (quæ imprimi solet,)
extenditur, majoris est precii, aut
qui angustiore expressione conclu-
ditur, minoris habere credendus
est, cum pondus idem existat, *l. un.*
Cod. Theodos. si quis solidi circ. exter.
incid. Nec tamen in immensum si-
ve pondus, siue forma nummi ex-
terna extendi debet, ne desinat esse,
quod esse debet, *εὐμεταχρησις* Θ. Huc
enim, ni fallor, pertinet constitutio
Arcadii & Honorii Imp. quando
contentionalem tantum nummum
in conversatione publicâ tractari
præceperunt, majoris pecuniæ figu-
ratione submotâ, *l. 2. Cod. Theodos.*
si quis pecun. constav. Cæterum o-
ptat Franciscus Balduinus, in *Con-*
stantin. pag. 125 publicis sumptibus
nummos eo pondere excudi, ut non
minoris sit rude, quam signatum,
metallum; sed quia nulla spes est,
impetrari id aliquando ut possit,
proximum esse ait, ut quantitatis,
hoc est, ponderis, ad qualitatem siue
materiam proportio, si non omni-

nò æqualis, saltē iusta quædam & certo modo definita sit. Et hîc disputant Doctores, utrûm Princeps, cuius est Moneta, detrahēre possit de materiâ tantum, quantum expensis in eam faciendis sufficit. Canonistæ communiter id affirmant, quos sequitur Sigism. Scaccia, *de commerc. §. 2. gloss. 3. n. 86.* Nec improbat Didacus Covaruvias, *de vet. num. collat. c. 7. num. 5.* ubi nihilo minus consultius esse putat, numismata eundem habere valorem, quem ipsa habet materia. Pleriq; ad consuetudinem provocant, quâ recepta est sententia Canonistarum. Martin. Garrat. *de mon. n. 6.* Lex v. Imperii publica de anno MDLIX. id non permittit, sed à quovis Principe expensas de suo fieri debere decernit. Eaquæ repetita est Spiræ, anno MDLXX. Magisque ea facit pro autoritate & dignitate Principis, quam altera illa, quæ sordes redolet & *Φιλαρρηρία*. Sed etsi cesset avaritia, & *πλεονεξία* Principum, illique iustam in ligâ & pondere Monetam confici quam maximè velint, fidem tamen facit Renerus Budelius, *lib. 1. c. 20.* difficile esse, & penè impossibile, præfinitam puritatis metam, uti etiam exactissimum pondus tam exactè & expeditè in quovis nummo observare, ut nullus prorsus excessus aut defectus repe-

riatur. Atq; hinc magistris Monetilibus ex indulgentiâ Principum impune esse, si in uno aut altero momento sive grano defectus reperitur, idque terminò artis remedium vocari. Sed illi remedio, cum multis abusibus & fraudibus contaminaretur, remedium aliud quærere & lege publicâ derogare necessarium fuit in Comitiiis Spirensibus, anno MDLXX. §. Unde ob *wohl.*
 . XXV. Et hæc sufficiant de materiâ nummi. Forma vel essentialis est vel accidentalis. Essentialis consistit in quantitate, non imposititiâ illâ, sed istâ, quam ex jure gentium habet, quæque aliàs metiendi æstimandi quæque vis dicitur. Joh. Robert. *l. 3. sentent. c. 6.* Simul atque enim materia electa est, quæ idoneum esset commerciorum instrumentum, etiam hæc ei indita est qualitas, ut mensura esset, & per eam res aliæ æstimarentur. Nummi igitur materialis qualitas bonitasque naturalis causa est, propter quam ille cum mercium bonitate comparetur, & ita ratione bonitatis materialis mensuræ dimetientis locum obtinet, non obtenturus, si solus valor imposititius nummum faceret. Ex quo est, quod nonnulli publicam æstimationem, cuius mentio fit in *l. 1. ff. de contr. empt.* non de publicâ cuiusvis populi, quæ lege positivâ, &

vã, & per impositionem arbitrariam fit, sed de publicâ gentium æstimatione intelligant, quæ indeterminata est, nullisque terminis civilibus quantitativis expressa, breviter, ipsam metiendi, æstimandique vim illic exprimi, ajunt, quam pecunia ex suâ naturâ habet ante omnem impositionem civilem, & quia pecunia est.

XXVI. Accidentalium nummi forma partim in valore impositio, partim in caractere consistit. Valor impositivus certos terminos quantitativos determinat, & rum, quanti æstimari debeat nummus, lege publicâ præscribitur. Ille ut justus sit, ad materiam haberi debet respectus, ejusque nobilitatem & raritatem, tum & ad communem aliarum gentium usum. Vid. Paul. Laymann. *theol. nat. l. 3. tr. 3. part. 1. c. 5. n. 2. & 3.* Nec enim, quod multi faciunt, fingi debet forma nummi, nulli impressa materiæ, ab eaq; separata, sed considerata ea est, ut gentium jus considerat, unâ cum materiâ, cui ea accedit, & cujus nobilitate in æstimandis rebus aliis utitur. Qui per valorem tantum impositivum, & formam hanc accidentalem nummum constitui opinantur, non attendunt simul materiâ, illi, quid distent æra lupinis, non satis nosse se, & sibi perinde esse, in au-

ro suas habeant facultates, an verò in chartâ & papyro, haud obscure profitentur. Bonæ mentes, nisi, quòd alii dissentiant plerique, indignarentur, & philosophiam suam domi se continere nollent. Diversum sentit ille in Comœdiâ veteri, QVEROLI nomen habente, sive Gildæ illa sit, sive alicujus vetustioris, dum sic ait: *Quid tam simile, quam solidus solido? Etiam hic distantia queritur in auro, vultus, etas & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas, atq; adscriptulos queritur in auro plus, quam in homine, &c.* Nec profectò alii hodiè sunt seculi mores, quos si solâ opinione, & communi errore niti, dicere quis velit, videat ipse, ne, dum opinionis suæ amator est nimius, eam totam inter prudentiores perdat, & cum reliquis sentire tandem adiscat.

XXVII. Ut autem iusta nummi habeatur in metallis idoneis æstimatione, necesse est, ante omnia justam inter metalla constituere proportionem, aut ab aliis ante hæc constitutam probè observare. Quia enim pecunia recipit functionem, cum aliâ pecuniâ, etiam diversæ speciei vel materiæ, l. 65. §. 1. ff. de V. O. iusta nequaquam erit solutio, si pro auri librâ, quam debes, libram argenti solvere velis. Dicis, hoc ipsum

consistere in opinione & inveterato errore hominum, nec negare id nos posse, quod æstimationem & valorem nummi in thesi antecedente statuerim, esse imposititium, nec ullum cæteroquin adduci posse fundamentum, propter quod argenti aut æris libra minori debeat esse in precio, quàm libra auri. Ego verò ante omnia hoc expeditum volo, numquid putes, in opinione hominum consistere, quod pluris vendatur & æstimetur panis siligineus aut similagineus, quàm hordeaceus aut fecalicius. Si hoc non putas, nec de auro quidem aut argento id putabis, cum precia rerum non ex affectu, nec ex nudo hominis arbitrio, sed communiter fungantur, *l. 63. ff. ad L. Falcid.* tantumque præstet aurum argento, quantum panis similagineus pani hordeaceo. Et jam antè diximus, imposititium istum valorem non esse merè arbitrarium, perinde ut nec æstimatio panis simpliciter arbitraria est, sed utrobique, ut in omnibus rebus aliis, respectum haberi ad aliud, ex quo justè valor determinetur. Quod autem attendi hic præ cæteris omnibus solet, id raritas est rei, & utilitas. Cumque rarius sit aurum argento, argentum ære, & majorem alterum altero ex se præbeat utilitatem, non immeritò

etiam preciosius alterum altero est, & majoris dignitatis atq; valoris.

XXVIII. Quousque autem præstantiæ termini in unoquoque metallo respectu alterius se extendant, id similiter ex raritate & utilitate petendum erit, quanquam id non negem, ad aliquod certum punctum prærogativam istam ab ipsa raritate & utilitate metalli cujusque non fuisse alligatam, sed id hominis definitioni esse relictum. Et in hoc scil. consistit valor ille imposititius, quem tantum non unanimi consensu gentes inter se constituerunt. Qui tamen & ipse sæpiusculè varius fuit. Sic enim inter Romanos circa tempora Constantini Magni proportio auri ad argentum, si de æstimatione quæstio est, fuit propè quindecupla, argenti verò cum ære comparati centupla, h. e. argenti libra una valuit centum libras æris, & auri libra una argenti libras quatuordecim, ac propè dimidiam, uti colligunt Dd. ex *l. 5. C. de susceptor. prapof. & arcar. lib. X. & l. un. C. de collat. ar.* Aliquando tamen una libra auri quatuordecim libris argenti, aliquando tredecim, duodecim, undecim, & decem etiam æstimata fuit, uti prolixè exponunt Antonius Augustinus, *lib. 2. emendat. c. 9.* Franciscus Balduinus, *in Constantin. p. m. 118.* Corol. Molina. de

de usur. n. 797. Didac. Covarruv. in veter. numism. collat. c. 3. §. 1. n. 3. Gvid. Panciroll. thesaur. var. Lect. lib. 1. c. 66. Rener. Budel. de monet. lib. 1. c. 23. Jacob. Gothofred. disertat. de mutat. & augment. monet. aur. Causa omnis ad raritatem auri vel argenti referenda est; Ita enim ex Regestis monetibus didicisse se testatur Carolus Molinæus, d. l. in Regno Gallia olim quandoq; adeo raritate argenti evuluisse aurum, ut non valeret nisi octo marcas argenti, quandoqve adeo rarum factum, ut valeret sexdecim argenti libras, sed hanc extremam mutationem non solere aliàs accidere, nisi quando Principes cauponatione rei Monetæ abutuntur. Ergo pro ratione ubertatis aut indigentia, quæ in auro & argento se exerit, etiam proportio eorum inter se augetur & minuitur, quemadmodum etiam in commensuratione pecuniæ ad res alias vendibiles fieri solet, ut, crescente pecuniâ in quantitate, decrescere ea soleat in precio, uti optime notat Theodorus Grasvinkel, ad Gros. lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 12. n. 117. Et hinc igitur falluntur, qui putant, liberum esse Principis voluntati determinare proportionem. Ipsæ inter se gentes tacito quodam consensu hoc faciunt, etiam repu-

gnante quandoqve Principe, qui refragantibus vicinis, & commercia veluti disponentibus, inter subditos suos, iisdem contra mercis utentes, frustra planè leges scribit, & libero suo arbitrio hic derogari sæpè cum dedecore animadvertit. Conf. Carol. Molinæ. de usur. n. 797. Nicol. Oresm. de mutat. monet. cap. 10.

XXIX. Characterem quod attinet, quem ad accidentalem nummi formam retulimus supra, ita eum describit Car. Molinæ. n. 793. quod sit signum publicum, sive publicâ autoritate impressum, certificandum publicè & universaliter de probitate qualitatibus, publicè definitæ & requisitæ in numismate taliter signato, & consequenter de valore publicè imposito. Erat enim verò antiquitus signaturæ hujus usq; nullus, ideò scilicet quod ejus nulla adhuc esset cognitio, sed eam deinceps introduxit utilitas, per quam multæ molestiæ poterant evitari. Erat scilicet nummus antiquus rudis metalli lamina, magnitudine tantum certâ, & definito pondere constans. Et magnitudo quidem oculis æstimari utcunqve poterat, pondus autem, & ipsius metalli bonitas incurere in oculos non poterat. Quia igitur alterius metalli permixtione eadem constari magnitudo ab homini-

minibus nequam, & ponderi etiam detrahi sæpè solebat; ideò & probà opus erat & statera, id quod in expensis quotidianis, & nummis minutioribus haud exigua dabat incommoda. Huic igitur molestiæ declinandæ inventus est character, qui & ponderis & bonitatis index, & quasi fidejussor esset, ab ipsò Principe, qui monetam cudit, impressus, & hinc formæ publicæ nomine veniens, *l. 1. de contr. empt. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. pecul.* adeò, ut æqvè tanta cautio debeat esse in monetâ, character signatâ, quanta in diplomate, principali subscriptione & sigillo munito. Notanter dixi: *debeat*, quòd fieri haud rarò soleat, ut super æstimationem materiæ valor externus nimium augeatur, & Principis nihilominus effigies imprimatur, quæ profectò res Principe planè indigna est, cum sic totum suum officium perdat signaturâ, & planè inutilis sit, atqvè nullius momenti. Vid. Nicol. Oresm. *de mut. at. monet. c. 12.* Id obiter notò, ex signaturis hodiè æstimari medaglias, & cum mercis nomine veniant, ab antiquitatum studiosis valorem earum in immensum sæpè propter solam raritatem augeri. Signatura & character, ubi deletus fuerit, ex materiâ tantum æstimantur, & preciositatem amittunt. Quis verò primus

aurum argentumvè signaverit, antiquitatum exponant scrutatores. Ad nos ea res propriè non spectat. Videri interim possunt Johannes Corasius, *lib. 3. miscell. c. 13.* Rener. Budel. *de monet. l. 1. c. 17.* Polyd. Virg. *de inventer. rer. lib. 2. c. 20.* Mich. Piccart. *ad l. 1. Polit. c. 9.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 36. c. 2. n. 19. seqq.*

XXX. Finis monetæ est, ut esset instrumentum, per quod commercia, in societate hominum necessaria, faciliore methodo perfici possent. Non enim ex duobus Medicis societas fit, ait Aristoteles, *l. 5. Eth. c. 5.* sed ex Medico & agricola, & omnino diversis, & non æqualibus, id est, non ex uno tantum genere hominum, aut artificum constat civitas, sed ex multis diversis. Ut igitur hi possint inter sese, tum etiam cum aliis civitatibus sua officia, & sua operâ, commutare, necesse est, ut, quia diversa sunt, ad aliquam æqualitatem redigantur. Sed quia nihilominus fieri potest, ut et si alter alterius opere indigeat, hic tamen vicissim illius opere non indigeat, bono consilio invento est nummus, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, *l. 1. ff. de contr. empt.* Cuncta enim æstimata esse oportet, uti rursus ait Arist. *d. l.* ita

ita semper erit commutatio; at si ea fuerit, communicatio quoque. Nummus igitur, ut medium, res, à se modificatas, adæquat. Neque enim absque permutatione commutatio extiterit, neque permutatio absque æqualitate, neque æqualitas absque modificatione. Unum igitur quiddam esse oportet, quod modificata reddat omnia, nummus scilicet, quo metuntur omnia: Quod si non superpetat, quod permutari cum re alia possit; uti ex humana plerumque contingere solet indigentia, succedit ipse nummus, qui vicarius & quasi subsidium est indigentia, & veluti sponsor, atque fidejussor.

XXXI. Cum autem non una in terris inveniantur Respublica, sed complures alia, quarum unaquaque seorsum suam pollet Majestate, & monetam cudendi potestate, numisma verò unius ex se, quæ tale; nullam æstimationem inveniat extra ejus territorium, & commercia tamen cum vicinis & aliis, etiam longius disitis populis, jungenda sunt, idcirco recipi, & quasi indigentis jure donari solent numismata extranea, & peregrina, sub hac tamen conditione, atque lege; ut si nummis patriis pondere, & qualitate materiae, non sint pares, valorum vel addatur tantum, vel detrahatur, quantum excessus aut de-

fectus requirit. Et tunc scilicet approbatio nummi peregrini idem plane præstat, quod percussio proprii, ne scilicet recusare possint subditi solutionem, sibi in ejusmodi monetam oblatam, nisi aliud obstiterit, puniri etiam possint, qui monetam extraneam approbatam radunt, aut quovis alio modo falsificant.

XXXII. Tanta cum peregrinae monetæ impertiri soleat autoritas, non minor esse debet patriæ, ejus scilicet, quæ ab anterioribus Principibus fabricata fuit; quæ proinde, si debiti ponderis sit, & speciei probæ, *l. 1. C. de vet. numism. potest.* aut ad speciem probam per impositum valorem redacta, merito retinetur. Nec profectò vel sibi, vel saluti publicæ bene consulunt Principes, qui suam tantum, & à se cusam monetam, reliquis omnibus antiquatis, & abolitis, in usu publico esse volunt; non intelligentes, quanta hinc impedimenta in commerciis oriantur, & quanta subditis suis inferantur damna, atque incommoda. Reprehendit istam Principum antecessorum imprudentiam Imperator Leo, & diversum plane suo seculo constituit, experientia edoctus, florere Rempublicam inter divitias, & retentam monetam feliciter indies fieri statum subditorum. Digna sunt, quæ ex ejus Constitutione, *Novel.*

lâ 52. hic legantur verba: Si, inquit, pecuniarum nervi sufficiens & copia saillarum materia est, Remq; publicam pecuniariam vis stabilis, rectè profectò veteres defectum, velut morbum quendam ac tabem inde profugarunt, dum omne genus numismatis, etsi ad veteres & priscos Principes referretur, similiter valere voluerunt. Verùm egregium hoc institutum, haud scio, quâ de causâ posteriores Principes in eadem formâ consistere non permiserint, ac tanquam subditorum opulentia inviderent, quæ numismata superiorum Principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint, sua verò sola in communi commercio esse voluerint. (Intelligit, ni fallor, factum Nicephori Imperatoris, de quo refert Cedrenus, pagin. 524. quòd cum omnes nummi, imagine alicujus Imperatoris notati, idem valerent, ipse nummos, qui suâ imagine insignes essent, præferri, depressis aliorum preciiis voluerit.) Na illi, quantum hinc in communibus negociis novitatis, quantum item detrimenti, quòd, cum ad omnes, tum præcipuè ad pauperiores, potiusq; auxilio & defensione indigentes, pertineat, existeret, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quicq; aliocvi manibus victum quaritant, & demùm universa rusticorum natio, dum anti-

quat à eâ, quâ hætenus usi sunt, pecuniâ, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias. Ea propter nos novo recentiorum placito non acquiescentes, veterum autem providentiam sequentes, sancimus, ut secundum benignum illorum, ritq; publica commodissimum iudicium, numismatis omne genus, (quòd quidem formam materiamq; non adulteratam, & plenum pondus habeat,) sive vetustioris cujuscumq; Principis, sive recentioris sit, æqualiter & æstimetur, & in Republicâ tractetur. Pœna verò eorum, qui rebeli animo decretum hoc contemnent, fuerit, ut flagris cadantur, & cute tenus tondentur, insuperq; libras auri tres dependant. Hætenus Constitutio, in quâ sanctio nimis acerba videtur, & pœna delicto minus proportionata. Nec benigniores tamen, aut clementiores fuerunt Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, Imperatores, qui in l. 3. Cod. de vet. numism. pot. capitali supplicio puniri voluerunt eum, qui vetera numismata obryzâ duxerit viliora, & hinc minori æstimatione accipere ausus fuerit. Atque ita semper severe iudicio animadversum fuit in eos, qui principalibus, & divalibus circa monetam iussis parere renuerunt. Constituerant jam antè Valentinianus,

nus,

nus, & Valens, Impp., in *d. l. C. de vet. numism. potest.* haud leviter vindicari debere, si quis solidos veterum Principum accipere recusaverit; sed hoc de extraordinariâ pœnâ, arbitrio judicis infligendâ, rectè exponit Matthæus de Afflictis, in *Constitut. Neapol. rubric. 39.* Fecerunt & Burgundiones legem, ut si quis probatam à se monetam accipere nollet, quod vendere voluit, non accepto precio perdat, uti habetur in *additam. 2. num. 6. ex edit. Lindenbrog.* Et Karolus Magnus edixit, ut, si quis liber homo denarium merum, & benè pensantem recipere noluerit, bannum suum, i. e. 60. solid. componat; servi verò 60. ictibus vapulent. Vid. *capitul. Karoli l. 4. num. 32.* Wisigothi pro unoquoque solido, quem quis recusaverit, solidos tres solvi jusserunt. Vid. *l. fin. de falsar. metall. lib. 7. C. Wisigoth. tit. 6.*

XXXIII. Ex quibus omnibus conficitur, officium Principis circa rem monetariam in his tribus consistere, primùm, ut ipse in suis monetis nummos faciat debiti ponderis, & speciei probæ; deindè, ut si peregrina recipienda fuerit moneta, quæ ejusdem ponderis & speciei non sit, non aliter recipiat, nisi ad justum valorem reductam: & tandem, ut monetam in bonitate con-

servet, inq; ejus depravatores severè animadvertat; breviter: hoc studeat Princeps, ne ex re monetariâ Respubl. aliquid capiat detrimenti. De primo suprâ abundè dictum est. Neque ullam, credo, majorem fraudem committi posse, quàm ab ipso illo, cujus fidei propter bonum publicum res monetaria credita fuit. Non una illi præstò est occasio per id negotium ditescendi. Materia, forma, pondus, character, & quicquid denique nummum vel intrinsecè constituit, vel extrinsecè ei accedit, in abusum trahi possunt. Atque id, quot modis fieri possit, enucleatè tradunt Nicolaus Oresmius, *de mutat. monet. cap. 8. 9. seq.* Tiberius Decianus, *tr. criminal. l. 7. c. 23. num. 28. seq.* In tam amplâ delinquendi materiâ sæpè in transversum rapi potest Princeps, cæteroquin optimus, non attendens, quantum damni post se trahat vel levisissima sæpè mutatio. Id verò, ut, quoad ejus fieri possit, evitetur, non in Romano tantùm Imperio, sed apud exteros etiam saluberrimæ conditionis sunt Leges monetariæ, ad quas ipsimet sese subditis suis obligare solent boni Principes. Curam igitur illi, quam susceperunt, fideliter gerant, & monetarios suos ad leges eas juramento adstringant, ut hi etiam Numinis & æternæ pœnæ me-

tu, si aliàs coërceri nequeant, intra officii sui limites contineantur. Sed nec per alios quidem regale hoc exerceant Principes, quibus vel venditionis, vel locationis titulo id communicare se posse putent. Nunquam talis alienationis species bono cesit publico, sed propter *αιγοποιε-
δεια* eorum, quibus exercitium monetandi concessum est, plurima semper insecuta sunt mala. Atque idè talis venditio & locatio severè prohibita est in Romano Imperio, per edictum monetarium, quod sub Ferdinando I. anno 1559. promulgatum est. Verba ita se habent: Ferner/als sich auch erfunden thut/das etliche/so Münzens Freyheit erlanget/ihre Berechtigkeith andern verkauffen/verleihen/oder in andere Wege vergönnen/und zu stellen/daraus nicht geringer Schade dem Gemeinen. Nur eine zeitlang entstanden/das die Münzen hierdurch in Abfall kommen; So setzen/ordnen/und wollen Wir/das sich alle Münz-Genossen/ist gemelter unziemlicher Dinge gänzlich enthalten/auch mit den Münz-Weistern/oder jemand anders/ausserhalb gebührlicher Befoldung/in keinen Weg pacificiren/oder einig Beding machen/sondern das ein ieder Münz-Herr/oder Stand/auf sein selbst eigen Kosten und Verlag/mit Gold/Silber/und allen andern/die Münz/so er anders mün-

gen wil/verlegen/zu dem Unser/und des Reichs und seine Müns frey/ohne alle gefehrde/aufrechtig halten sol. Da aber iemand/wie obgemelt/in einam/oder mehr Dyneten/zuwider handelt/würde/der sol alsbald dadurch mit der That in Unser und des Reichs schwere Ungnade gefallen seyn/darneben auch seine Müns-Freyheit/oder Berechtigkeith verlohren/oder verwürcht haben. Rationes hujus Constitutionis prolixius exponit Carpzovius, l. 5. respons. 18. & Bachovius, in Treutler. vol. 2. disp. 32. th. 8. lit. E.

XXXIV. De secundo, quatenus peregrina moneta recipienda sit, nonnulla itidem jam supra diximus, quibus nunc addimus illud, non esse admittendam eam, si vel arofa nimis fuerit, & speciei parum proba, atque propterea fraudandis civibus opportuna, vel aliàs sufficiat moneta patria, vel etiam, si hac leviori peregrinà commutetur, & exportetur. Refero huc verba Ordinationis monetariae, modò allegatae, quae haec sunt: Und nachdem die frembde ausländische Münzen mit hauffen in das Reich deutscher Nation gebracht/dargegen aber die gute silberne Münzen hinaus geführt/und in ärgere verwandt/damit denn unsere/und des Reichs Unterthanen/mit solchen frembden geringen Münzen nicht weiter beschwehret werden; So setzen/ord-

ordnen/ und wollen Wir / daß / nachdem diß Unser Käyserlich Edict publicirt / oder in das Reich Deutscher Nation außgefunden wird / alle frembde außländische silberne Münze/ die außser dero/so Unser Münz-Ordnung zugethan / oder unterworfen / gewünscht worden/in dem Werth/wie die ieszund im Gang sind / und vor Außfindung dieses unſers Käyserl. Edicts/eine zeitlang gewesen / sechs Monat / die nechsten / und nicht darüber / für Wehrschafft / oder Bezahlung gegeben/ oder genommen werden. Wenn aber solche 6. Monat verfloffen / alsdenn sollen sie im Reich Deutscher Nation nicht für Wehrschafft / sondern ganz und gar verbotthen / abgethan / und weiter in einiger Bezahlung weder gegeben/ noch genommen werden/ &c. Ex quibus patet, excludi monetam peregrinam optimo jure posse, sicubi ex eâ patriæ damnum inferatur. Tale si non metuatur, incivile fuerit, eam rejicere, præsertim si velimus nostrâ monetâ apud omnes peræquè gentes, & externos populos commercia sustinere.

XXXV. Tertium adhuc restat, ut videamus de pœnis, quibus coërce-ri debeant monetæ adulteratores, præsertim cum nullibi non inveni-antur homines, qui quibusvis arti-bus suas in immensum auctas velint facultates, ut hinc meritò acuantur

leges, & inter scelera sæviora nume-retur adulterata monetæ figuratio, l. 7. C. Theodos. de indulgent. crimin. Etsi verò multa circa pœnas hujus criminis, ab Constantino præser-tim, introducta fuerint singularia, qvalia habentur in l. 1. C. de fals. mon. plura tamen adhuc à Doctores finguntur, quæ nullibi constituta leguntur. Huc enim referendum est, quod ajunt, accusatores etiam succumbentes nequaquam, uti ca-lumniatores in aliis causis, puniri, uti vult gloss. ad d. l. 1. Tiber. Decian. l. 7. c. 24. num. 6. Johann. Aquil. de pænest. § util. mon. cap. 8. At hoc sine lege asseritur. Dicitur in dictâ l. 1. C. de fals. mon. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permit-timus: cujus modus, quoniam dis-par patrimonium est, à nobis per sin-gulos statuetur. Immunitatem pro-mittit, sed à muneribus civilibus secundum patrimonium cujusque aut censum, uti in Cod. Theodos. habetur, impositis. Vid. rat. tit. ff. de jur. immun. Facit alia hujus pro-missæ immunitatis prava explica-tio, ut statuant nonnulli, socium criminis, si accuset socium, veniam consequi, uti refert Decianus, d. l. num. 7. Sed, ut antè dixi, immuni-tas, quæ promittitur in lege, planè alia est, nec ad socios criminis ex-tendi debet. Conf. Jacob. Gotho-

fred. ad l. 2. C. Theod. de fals. mon. Eiusdem farinae est, quod concludunt, reum hujus criminis sine mandato aut praecepto iudicis capi posse. Tiber. Decian. tr. crim. l. 7. §. 42. num. 12. Nullibi hoc dicitur, sed ita se habent verba in d. l. 1. Cuncti cognoscant, necessitatem sibi incumbere hujusmodi homines inquirendi, ut investigati tradantur iudici, &c. Quibus inquirendi hujusmodi homines necessitas incumbit, non protinus incumbit necessitas capiendi. Sic enim tot lictores mihi feceris, quot cives. Et hinc patet, non semper accurrendum esse Accursio, nec probanda semper ea, quae Doctoribus singularia aut specialia videntur, in poenalibus praesertim, nisi manifestae lege constituta reperiantur. E contrario non assentiendum Antonio Matthæo, qui, cum omnes falsatoribus monetarum appellandi licentiam denegent, juxta d. l. 1. C. de fals. monet. unicus diversum sentit, & verba textus non ad adulteratorem, monetæ refert, sed ad militem, qui custodiam adulteratoris dolo malo dimisit, tr. de crimin. pag. 824. Sed nobis istud adhuc persuadere nequit. Dicitur quidem ibi de milite, qui personam susceptam de custodia exire fecerit, quod capite

puniri debeat. Deinde verò sequitur: Appellandi etiam privato licentia denegetur. Quis verò hic privatus? non utique miles, quippe qui in publico ministerio est, & verbis, immediatè sequentibus, privato contradistinguitur hoc sensu: Privatus non habeat appellandi licentiam. De militis verò nomine, aut promoti gradu ad nos, (uti habetur in Codice Theodosiano; Justinianus substituit: ad competentes iudices) referatur. Ergò cum optimè sibi hic constet sensus, nec aliud propter adversativam, *verò*, concipi possit, non opus est, ut appellationis denegationem de milite, falsatorem ex custodia dimittente, intelligamus.

XXXVI. Ut verò de poenis, quae lege sancita sunt, in ordinem redigamus, praemittendum est primò, concurrere hic Legem Corneliam de falsis, l. 8. §. 9. ff. ad L. Corn. de fals. quae proinde Lex Cornelia nummaria dicitur Ciceroni, Orat. 3. in Ver. cum Lege Juliæ Majestatis, l. 2. C. de fals. mon. Cumq; Majestatis crimen duo sub se comprehendat capita, de perduellione alterum, alterum de crimine Majestatis, in specie ita dicto, uti exposui supra, de utroque capite participare poterit falsum.

nummariam. De primo, si quis hostili animo aut studio novandi statûs publici jus ipsum cudendæ monetæ sibi arrogaverit: de secundo, si clanculum cuderit, aut cufos & imagine Principis signatos, adulteraverit. Anton. Matthæus, *de criminib. tit. de falso cap. 5. num. 6.* Negari tamen nequit, etiam in secundo hoc capite dari gradûs, & nonnullos quidem tam exilis speciei, ut nisi communis obstaret Doctorum sententia, dubitari de iis, num rectè ad Majestatis crimen referrentur, meritò posset. Sanè Majestatis crimen hic committi, definivit Constantinus Imperator, in *dict. l. 2. Cod. de fals. monet.* sed eo demùm casu, quando quis nummos falsâ fusione format, hoc est, quando quis nummos ipse cudit, quia tùm utitur jure, soli illi, qui Majestatem habet, competente. At qui radit, & excindit nummos, à Principe cufos, jus, quod Majestati competit, propriè non involat, legem tamen nummariam, & à Principe constitutum modum violat, non intentione quidem, sed ipso facto, & resultante indè effectu. Non enim hoc intendit principaliter, ut aurei posthac levioere pondere fabricentur, quippè quos ipse non facile reciperet, sed ut illi, quos rasit, & minutiores atq; leviores fecit, pro-

bam adhuc speciem, & justum pondus mentiantur, utq; ex suo tantùm marsupio in exiliore isthac formâ publicam retineant æstimationem, de valore futuro, quo ab aliis expendi possint porrò, nihil omnino sollicitus. Ut maximè ergò concesserim, eos, qui radunt monetam, capitalem mereri poenam, non tamen admittendum erit eam obrationem, quoniam in Legem Juliam Majestatis incidunt, ut vult Antonius Matthæus, *d. l. num. 7.* sed quænam falsum committunt, & quidem tale, quod in salutis publicæ detrimentum vergit. Quamquam non negem, etiam Majestatis hic aliquam subesse læsionem, quatenus scil. proba moneta, quæ Principem maximè decet, & ex quâ probabiliter de Principis regimine judicare licet, pessimè depravatur, & quatenus insigne hoc regale haud leviter attentatur, quippè quod non cudendi tantùm continet potestatem, sed conservandi etiam monetam jam cufam, & leges nummarias custodiendi includit obligationem.

XXXVII. Præmittendum secundo, multifariam committi falsum circa monetam. Julius Clarus, *lib. 5. sent. §. falsum. num. 37.* quatuor hos modos recenset, committi falsum 1. fabricando, 2. adulterando, 3. di-

minuendo, 4. illam sic falsificatam, vel adulteratam, vel diminutam expendendo. Alii plures, pauciores alii modos referunt. Imperator Carolus V. in Ordinatione Criminali, *art. 111.* itidem in tribus subsistit: In dreyerley Weise / inquit, wird die Münz gefälscht. Erstlich / wenn einer betrieglicher Weise eines andern Zeichen drauf schlägt. Zum andern / wenn einer unrecht Metall darzu setz. Zum dritten / so einer der Münz ihre rechte Schwere gefährlich benimmt. Solche Münz-Fälscher sollen nachfolgender massen gestrafft werden / &c. Additur tamen in eodem articulo modus quartus: Sder auch ohne habende Freyheit münzet. Sequuntur hodiè plerique Doctores, qui vel in materià, vel in formà, vel in pondere depravationem fieri docent. Tiberius Decianus, *tr. criminal. l. 7. cap. 23. num. 9.* Justus Meyer. *in Colleg. Argent. ad L. Cornel. de fals. num. 4.* Johann. Aqvil. *de potest. & util. monet. c. 9. corollar. 3.* Nos methodo nostræ insistentes, quia animadvertimus, nullam omninò causam à delicto immunem esse, sed & circa efficientem, & materiam & formam, & finem deniq; crimini committi posse, secundum istum causarum ordinem etiam delicta nunc examinabimus, deq; eorum poenis, quæ fieri

poterit, brevitate, quid legibus sanctum sit, videbimus.

XXXVIII. Quod efficientem causam attinet, supra diximus, non alii jus monetam cudendi competere, præterquam ei, qui summum in Re publicà habet Imperium. Ex quo sequitur, in Majestatem peccare, qui talem potestatem sibi arrogat, cum Majestatem nullam habeat, ut maximè probæ speciei & justiponderis monetam fabricaverit. De quo, cum similiter jam supra dictum sit, plura hinc verba facere nolumus. De poenà tantum solliciti adhuc erimus, ejus scilicet, qui, cum summum non haberet Imperium, monetam nec pondere, nec materià deficientem cudit. Formanda scilicet est thesis de monetâ probâ, quæ Zygo staten non metuit. Falsam enim qui cudit sine autoritate publicâ, non efficientem tantum causam evertit, sed etiam materiam, & de hoc postea dicendi erit locus. In casu igitur posito delinquentem flammaram exustionibus mancipandum, ejusque bona fisco Regio seu Cæsareo addicenda esse, per ampliationem dicit Glossa, in *l. 2. Cod. de fals. monet. verb. obnoxii*, eamq; sequitur Ludov. à Peguera, *decis. 46. num. 7.* cui adstipulantur Joseph. Mascard. *de probat. conolus. 1069. n. 3.* Didac. Covarruv. 377

in *vet. numism. collat. c. 8. num. 3.*
 Jacob. Menoch. *de arb. jud. quest. cas. 316. num. 15. 17.* Fabian. de Monte, *de empr. vend. quest. principal. 5. num. 6. 7.* Anton. Perez. *Cod. de fals. monet. num. 10.* Henr. Zoel. *comms. in ff. ad L. Corn. de fals. n. 13.* Sanè tam aperta nullibi habetur constitutio, quæ disertè poenam fanciat in eum, qui, regali destitutus autoritate, Monetam probam fabricaverit. Qvanquam enim de iis, qui adulterina numismata fecerint, nonnullæ in Codice Theodosiano sub tit. *de fals. monet.* extant constitutiones; adulterinum tamen numisma non de eo tantum intelligi potest, quod à privato cuditur, sed etiam, & quidem potissimum de eo, quod ex materiâ minus probâ fit. Textus tamen in *l. 3. Cod. Theod. cod.* proximè, nî fallor, rem attingit, Verba hæc sunt: *Si quis nummum, falsâ fusione formaverit, universas ejus facultates fisco addici precipimus, atq; ipsum severitate legitimâ coerceri, ut in Monetis tantum nostris eudenda pecunia studium frequentetur.* Dat. prid. Non. Jul. M^od. Constantino A. VII. & Constantio Cæs. CONSS. h. e. anno post Christum natum CCCXXVI. Hactenus Constitutio, quæ quidem etiam in Codice Justiniano habetur, in *l. 2. cod.* sed cum sirmate quodam desunt

pto ex *l. 5. Cod. Theod. cod.* In verbis autem allegatis attendendum, est præcipuè ad causam sanctionis finalem, quæ est, *ut in Monetis tantum nostris eudenda pecunia studium frequentetur.* Atqui in monetis Imperatoriis non nisi probi cudebantur nummi. Impulsiva igitur causa fuisse videtur, quod etiam extra Monetas Imperatorias probi nummi cuderentur, quodque essent, qui tale jus sibi arrogarent. Deindè id etiam considerandum est, quod non de nummo in materiâ falso, sed de falsâ fusione loquatur Imperator, h. e. de illâ, quæ destituitur autoritate. Non malè igitur textus ille ad casum præsentem, uti nuper formavimus, applicari poterit. Conf. Jacob. Gothofr. *ad d. l. 3.* Pœnæ verò in eo determinatæ sunt 1. confiscatio bonorum, 2. secundum severitatem legitimam, coercitio. Sed quænam illa? Constituerat idem Constantinus anno CCCXIX. ut decurio, vel decurionis filius, adulterinam Monetam faciens, in perpetuum mitteretur exilium, plebejus confiscatis bonis perpetuæ damnationi dederetur, (quod de damnatione in metallum accipio, quvanquam Jacobus Gothofredus ea verba de perpetuâ deportatione interpretetur,) servus ultimo supplicio subjugaretur, uti habetur

in l. 1. C. Theodos. de fals. mon. Post biennium, anno scil. CCCXXI. sancivit, ut capitali supplicio plecterentur adulterinæ Monetæ rei, l. 2. C. Theodos. eod. Severitas igitur legitima capitale decernit supplicium, & hoc, uti ex apparatu dictæ l. 2. confici posse videtur, ultimum. Doctores, verbis l. 2. C. Justin. eod. insistentes, in ignis supplicium consentiunt, à quo tamen excipiunt eum, qui nomine alterius Principis, quam sui, & in alieno territorio fabricavit Monetæ. Joseph. Mascard. de probat. conclus. 1069. n. 5. Jacob. Menoch. de A. J. Q. cas. 316. num. 26.

XXXIX. Haud paulò mitior, & benignior fuit Carolus V. Imperator in ordinat. criminal. art. 111. cuius sanctio ita habet: Welcher aber der Münze ihre rechte Schwebre gefährlicher weise benimbt/ oder auch ohne habende Freyheit münzt/ der soll gefänglich eingelegt / und nach Rath am Leibe oder Guth nach gestalt der Sachen gestrafft werden. Decernitur hic pœna arbitraria, quæ carceris esse potest, relegationis, fustigationis, aut etiam multa pecuniaria, sive priyatus is fuerit, sive Princeps, civitas, aliusvè status, autoritate & privilegio monetandi destitutus. Carpov. prax. criminal. qv. 43. n. 20. 21. Nec distinguo hic, utrum Impera-

torium characterem, an verò alterius cujusdam Principis Imperii, impresserit; cum ad pœnam sufficiat, quod sine autoritate, ohne habende Freyheit/ causa fuerit Monetæ. Vid. Jac. Menoch. de A. J. Q. cas. 316. n. 29. Andr. Knichen, de Sax. non. prov. jur. verb. DUCUM c. 5. n. 381. Quid verò, si extranei Principis characterem Monetæ quis impresserit? Neq; hunc quidem impunitum dimittendum esse arbitror, quia adhuc verum est, formatam fuisse istiusmodi Monetam sine autoritate & privilegio, das er ohne habende Freyheit gemünzt / quanquam huic fortè decernenda sit pœna in gradu remissiore. Vid. Jac. Menoch. d. l. n. 43. seq.

In ipso tamen casu Principali pœnam etiam acerbiorè, quam fustigationis est, infligi quantum posse haud frustra sentio. Suprà dixi, in perduellionis crimen incidere eum, qui hostili animo, aut studio novandi Statûs publici, ius cudendæ Monetæ sibi arrogat. At perduellionis pœna quæ sit, supra exposui. Dubium igitur mihi nullum est, posse hoc casu delinquentem supplicio ultimo puniri, eoqve pro ratione circumstantiarum severiore aut levio. Et hoc volunt, ni fallor, verba constitutionis Carolinæ, am Leibe/ nach gestalt der Sachen/ &c. ita ut pœnam corporis au-

ultimum supplicium usque extendere liceat.

XL. Circa materiam Monetae variè delinquitur. Cum enim non ex aliâ, quàm quæ publicè electa est, conflari Moneta debeat, *l. 1. ff. de contr. empt.* & quidem in justo, & præscripto pondere, non illi tantum peccant, qui pedem monetarium non observant, sed etiam, qui nummos benè jam compositos radunt, lavant, tingunt, &c. qui omnes, ut, puniantur, Reip. maximè interest. Fuit autem in genere olim constitutum, ut qui nummos aureos raserit, tinxerit vel finxerit, si quidem liber fuerit, ad bestias dari, si servus, summo supplicio affici debeat, *l. 8. ff. ad L. Cornel. de fals.* Tingi dicuntur nummi, dum inaurantur, aut inargentantur. Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de fals. c. 4. num. 2.* & Dionys. Gothofred. *ad d. l. 8.* De ipsâ verò poenâ, quam ex personâ liberorum & servorum distinctam facit Ulpianus, *d. l. 8.* dubium mihi exortum est. Quid enim differt ad bestias datio à summo supplicio? præsertim cum inter capitis poenas referatur, bestias objici, *l. 11. §. fin. ff. de poen.* humiliores, qui in *L. Cornel. de sicariis* peccant, bestias subijci jubeantur, *l. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de scar.* Ait Lipsius, *l. 3. de cruc. c. 11.* aliud esse, dare ad bestias, aliud ob-

ijcere bestiis, sed rationem differentia non ponit. Eam verò explicat Petrus Gregorius, *l. 31. syntagm. jur. c. 20. circa fin.* nimirum eo casu, quò quis ad bestias datus fuisset, certationis discrimen subire quidem eum oportuisse, nulli tamen amplius poenæ obnoxium mansisse; eum verò, qui objectus feris fuisset, si intactum eum feræ reliquissent, alio nihilominus supplicio remotum fuisse. Mihi distinctionis ratio non satis valida videtur, nec unico Vitellii exemplo, quod in hanc rem adducit Gregorius, stabiliri potest. Si quod statuendum fuerit discrimen, id forte erit, quod ad bestias dati cum iis pugnandi habuerint potestatem & licentiam; bestiis verò objecti nullam talem habuerint; aut saltem non in eum finem objecti fuerint, cum sæpè ligati, & cruce penduli objicerentur. Utrobiqve tamen vitam amittebant damnati, uti patet ex *l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. irr.* & in primis ex *l. 29. ff. de poen.* ubi & damnatio ad bestias inter ultima supplicia refertur, & per damnationem istam longum nonnunquam tempus occupati dicitur. Atque hinc promiscuè sæpè & dari ad bestias, & objici bestiis dicuntur delinquentes. Ita Julius Paulus, *lib. 5. sent. tit. 24.* parricidas dicit dari ad bestias; sed eos objici bestiis dicitur in *l. 9. ff.*

ad L. Pomp. Pari modo inter Græcos Simeon Metaphrastes dicit, Trajanum Imp. jusſiſſe Ignatium *ἡγνίους ἐκδοθῆναι*; Sed Nicephorus, l. 3. c. 19. dicit juſſiſſe, *λεῖπον πρὸς ἑλθῆναι*. Quo ipſo corruiſt differentia, à Petro Gregorio conficta. Et ex his colligere licet porro, damnatos ad beſtias, etiamſi unam aut alteram beluam ſuperaffent, non tamen dimiſſos, h. e. poenâ fuiſſe ſolutos, & hinc planè ſingulare atq; irregulare eſſe, quod de Androclo, poenâ ſoluto, qui ad pugnam beſtiarum datus fuerat, refert Agellius, l. 5. noct. Att. c. 14. Conf. Jacob. Rævard. l. 2. var. c. 14. Sed nec illud prætereo, quod ſervi poenæ fiebant non illi tantum, qui beſtijs ſubjiciebantur, §. 3. *Inſt. quib. mod. juſ. patr. pot. ſolv.* ſed etiam, qui ad beſtias dabantur, l. 12. ff. de poen. Servus poenæ autem non liberabatur facilè, nec aliter, quàm beneficio Principis, l. 8. §. 12. ff. de poen. Cùm igitur damnatio ad beſtias vitam adimat, & ultimis ſuppliciiis accenſeatur per d. l. 6. §. 6. ff. de injuſt. rupt. & l. 29. ff. de poen. difficile erit, differentiam exponere, cur ab Ulpiano in ſuprà citatâ, l. 8. ff. ad L. Cornel. de falſ. non perindè, ut ſervus, ſummo ſupplicio affici dicatur liber, qui ad beſtias datur. Statuenda verò omninò eſt aliqua differentia, eò quòd inter liberum & ſervum,

quoad poenam, jure Romano ſemper habitum fuerit diſcrimen, & in omni ſupplicio ſeveritùs ſervi, quàm liberi puniti fuerint, l. 28. §. fin. de poen.

XLI. Quapropter, ut de differentia ratione conſtet, puto ego, ſummuſ ſuppliciuſ hic non generaliter ſumi pro quovis mortis genere, ſed ſpecialiter pro ſummo ſupplicio, quo ſervi puniebantur, h. e. pro cruce. Didici id à Paulo JCro, qui lib. 5. ſentent. tit. 21. ita ſcribit: *Si ſervi de domini ſalute conſuluerint, (ſcil. Mathematicos,) ſummo ſupplicio, id eſt cruce, afficiuntur.* Crux enim ſervile erat ſuppliciuſ, quod notat Lipſius, l. 1. de cruce. c. 12. At crux majus erat ſuppliciuſ & gravius, quàm ubi quis condemnatus erat, ut cum beſtijs depugnaret. Notat itidem id Paulus, l. 5. ſent. tit. 17. *Summa, inquit, ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio: medicorum autem delictorum poena ſunt metallum, ludus, deportatio, &c.* Ecce ludus hic pro mitiore poenâ habetur, quàm crux. Per ludum autem hic intelligitur ludus venatorius, obſervante Cujacio, *ibid.* ad quem, qui condemnati fuerant, populi voluptatibus reſervabantur, atque hi, uti ex Rufino idem notat Cujaciuſ, l. 13. *Obſ. 10.* poſt quinquennium pileari, ac deindè poſt triennium

nium rudem accipere, atque ita liberari solebant. Quod autem Cuijacijs porro putat, meliorem eorum fuisse conditionem, quam illorum, qui ad bestias damnati fuerunt, quod hi scilicet statim consumerentur, non satis convenire videtur *d. l. 29. & 31. ff. de pœn.* quin puto ego, damnatos ad bestias generaliter dici tum de illis, qui ad ludum venatoriū condemnati fuerunt, tum de illis, qui condemnati fuerunt, ut bestiis objicerentur. Conf. Franc. de Amaya, *ad l. un. C. de venat. ferar.* Quicquid hujus sit, si verum est, quod antea ex Rufini interpretatione adduximus, non malè statuit Antonius Matthæus, *de criminib. lib. 48. tit. 18. num. 5.* Ulpianum in textu, de quo nunc sermo est, figuratâ significatione usum, & per bestias ludum venatorium intellexisse. Unicuique id obstat, quod eâ ratione pœna generaliter omnibus personis liberis applicari non potuerit, eò quod juniores tantum in ludum venatorium damnari solerent, *l. 8. §. 11. ff. de pœnis*, & illi in primis, qui aliqujus roboris erant, *l. 31. ff. eod.* quomodo ergò applicari hæc pœna potuisset illis, qui infirmiores vel ætate vel viribus erant? cum hi dignè populo Romano exhiberi non possent, quod ad ludum venatorium requirere videtur Modestinus, *d.*

l. 31. Idque facit, ut arbitrer, generaliter damnationem ad bestias habitam fuisse pro mitiore pœnâ, quam esset pœna crucis, etiam si bestiis objiceretur delinquens; & hinc differentiam in *d. l. 8.* non in eo quærendam esse, quod altera pœna mortem inferret, altera non inferret, sed potius in diverso mortis genere, & quod alterum ignominiosum aut diuturnum magis esset.

XLII. Extant & aliæ in Codice, tum Theodosiano, tum Justiniano constitutiones, quibus crimen hoc repressum fuit, sanctionibus acerbissimis refertæ. Jubet Constantinus Monetarum adulteros flammæ accensionibus tradi, neque eorum modo bona publicari, sed & domum ipsam, in qua adulterini nummi excusi fuerunt: ac ne dominum quidem ignorantem excusari, nisi aut procul abfuerit, aut statim atque rescivit, quod in suis ædibus factum est, ultrò prodiderit. Viduis tamen infelicibus, & pupillis innocentibus humaniter parcendum esse monet. Sed interea tutores, qui ignorare, quod in domo pupillari fieret, non debebant, condemnant, tantum ut fisco de suo pendant, quanti domus illa est. Condemnat etiam eos, qui ministerium præbuerunt, ut unâ cum falsariis ipsis supplicio capitali plectantur,

l. 1. C. de fals. monet. quæ coaluit ex l. 2. § 4. Cod. Theodos. eod. Add. Jacob. Gothofred. *ibid.* Eâdem severitate constituit idem Constantinus in *l. un. C. Theodos. si quis sol. circ. exter.* ut si quis mensuram circuli exterioris adrosferit, ut ponderis minuatur quantitatem, vel figuratum solidum adulterâ imitatione in vendendo subjecerit, capite puniatur, aut flammis tradatur, vel aliâ poenâ mortiferâ. Pari modo Constantius Imp., præmio accusatoribus proposito, solidorum adulteros flammaram exustionibus mancipari jubet, *l. 5. Cod. Theodos. de fals. monet.*

XLIII. Vivicomburium, cum inter atrocissima supplicia habitum semper fuerit, anam dedit disquirendi, num promiscuè id decerni debeat, si quovis modo falsum circa Monetam commissum fuerit. Dum enim fabricant aliqui tantum Monetam, aliqui tantum exponunt, & inter hos nonnulli decepti antea ab aliis, aliqui & fabricant & exponunt, non videtur omnium eadem esse malitia, nec idem genere delictum, nec eadem proinde poenâ coercendum. Sed dubito ego, utrum distinctionem talem admittant verba legis. Disertè dicitur in *l. 1. C. de fals. mon.* ut qui ad hoc delictum ministerium præbuerint, cum eo,

qui fecit, supplicio capitali plectantur. Dicitur porro, facti conscios etiam dignis suppliciis addici debere, debere & nescientem patrem familiâs, in cujus ædibus tale crimen commissum est, istis suis ædibus privari; cui accedit porro, quod in Digestis eadem poenâ cum fabricatore punitus fuerit, qui cum prohibere tale quid potuisset, non prohibuit, *l. 9. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals.* Quæ argumentum faciunt, multo majorem poenam promeruisse eos, qui fabricant, vel expendunt tantum Monetam adulterinam. Et quidem de fabricatoribus tantum, non etiam simul expendentibus clara, ni fallor, sunt verba textûs: *cum eo, qui fecit, &c.* Expendentes autem ad eos pertinent, qui ministerium præbent. Quis enim magis promovet negotium, quam qui Monetam falsam expendit? cum præsertim ad hoc fabricetur Moneta, ut expendatur, & commerciis hominum inserviat. Sive igitur fabricetur tantum ab aliquo Moneta adulterina, sive expendatur tantum, dum tamen dolo id fiat, utrobique poenam legis Constantini locum habuisse reor, cum & olim expendentibus eadem Legis Corneliæ poenâ affecti fuerint. Sebast. Gvazzin. *de confiscat. bon. conclus. 13. ampl. 11. num. 8.* Neque distingvo, utrum

utrum semel, bis, tertio, an pluries quis in tali delicto versatus fuerit, nec, utrum pauci, an multi nummi facti fuerint, quia etiam in paucis læditur Majestas, & committitur falsum Monetarium, præsertim, cum nec ipsa Lex ullam hic faciat distinctionem. Putat verò Jacobus Gothofredus, *ad l. 5. C. Theod. de fals. mon.* severiores fuisse leges in falsæ Monetæ aureæ reos, quàm in eos, qui in æreâ aut argenteâ deliquerint. Quod uti non caret ratione, ita perpetuò tale discrimen observatum fuisse, non ausim asserere.

XLIV. Jura Imperii hodierna non multum à veteribus discrepant, nisi quòd in mitiorem partem aliqui inclinent. Sic enim disponit Carolus V. Imp. *in ordinat. criminal. articul. III.* Welche falsche Münze machen/zeichnen/ (nota hic, etiam hodiè flammæ exustionibus mancipari, qui fabricant tantum, aut qui characterem tantum imprimunt,) oder dieselbige falsche Münze auffwechseln/oder sonst zu sich bringen/ (videntur sub his verbis comprehendi etiam illi, qui ab aliis decepti falsam Monetam acceperunt,) und wiederumb gefährlich/ usi boshaftiglich dem Nächsten zum Nachtheil wissend.

lich ausgehen/ (particula alternativa præcedens, oder/ ostendit, etiam eos, qui ipsi non fabricarunt, sed expendant tantum dolose Monetam falsam, undecumque aut quomocumque acceptam, non aliâ poenâ esse afficiendos,) die sollen nach gewohnheit/ auch Sazung d' Rechte/ (intelligit jura Romanorum, & consuetudinem ex iis receptam. Aliàs enim nec leges, nec consuetudines ubique & semper eandem poenam tenuerunt. In Legibus Longobardorum, *lib. 1. tit. 28. leg. 1. & 2.* Rex Rotharis primum, & deinceps Hludovicus Imperator constituit, ut, quisquis Monetam falsam percusserit, manus ei amputetur. In legibus Wisigothorum servituti addidit eorum Rex falsæ Monetæ fabricatorem, *lib. 7. tit. 6. leg. 2.*) mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden: Die ihre Häuser darzu wissentlich leihen/ (lex Constantini hic severior est, quæ & ignorantis Domini, si in proximo is constitutus est, ædes fisco addicit) dieselbe Häuser sollen sie darmit verwirckt haben. Welcher aber der Münz ihre rechte Schwebre/ gefährlicher Weise benüht/ (quod fit radendo, circumcidendo, lavando, &c.) oder auch ohne habende Freyheit münzet/ der soll gefäng-

lich eingelegt / und nach Rath (scil. superiorum, aut collegii alicujus Juris prudentum, secundum articulum ult. Ordinationis Carolinae.) **am Leibe oder Guth / nach gestalt der Sachen /** (dixi supra, etiam illos quandoque, qui bonam & probam Monetam cudunt, dum tamen auctoritate destituantur, certo casu ultimo supplicio affici debere. Idem evenire potest in illis, qui radunt, circumcidunt, lavant, aut alio modo corrumpunt, uti disertus eam de re habetur textus in Ferdinandi edicto Monetario, de ann. 1559. §. **Hierauff setzen /** &c. ibi: **Leib / Leben / oder Guth nach gestalt der Sachen /** quatenus scilicet delictum ex circumstantiis aggravatur, aut extenuatur,) **gestrafft werden /** &c. Observari autem insuper hic velim etiam illud, agere constitutionem in genere de Moneta, h. e. tali, qualis in Imperio Germanico cuditur. Cuditur autem non ab Imperatore tantum, sed aliis etiam Principibus inferioribus, & ab omnibus quidem ad normam praescriptam. Per consequens poenae sancitae non Imperatoriam tantum Monetam custodiunt, sed inferiorum etiam Principum; ut non minus in hac, quam in illa locum habeant. Vid. Carpozov. *prax. crim. quest. 42. n. 35. seqq.*

Jacob. Alemann. *in palaestr. consult. 8. pag. 886.* Cumque constitutio non distingvat inter majoris & minoris speciei Monetam, neque a nobis aliquam distinctionem fieri debere arbitror. Nec tamen improbo, si quis Dn. Scabinos Lipsienses secutus in mitiorem sententiam inclinet, & ei, qui semel aut bis minimi valoris Monetam fabricaverit, fustigationis aut relegationis poenam dictaverit. Carpozov. *d. l. num. 55. seq.* Add. Jacob. Alemann. *in palaestr. d. consult. 8. quest. princ. 14. restrict. 1. pag. 925.*

XLV. Caterum putat Carpozovius, *d. l. num. 71.* falsatorem Monetae peregrinae, qualis scilicet ab extraneo Principe, qui Status Imperii non est, cudi solet, mitiori supplicio, & quidem poenam gladii puniendum esse. Ego non omnino dissentio, distinctionem tamen facio inter Monetam peregrinam, quod alia publice per expressam legem sit recepta, alia publice reprobata, & alia denique nec recepta, nec reprobata, sed per conniventiam permissa. Primi generis Monetam qui falsaverit, aliam poenam puniendum esse arbitror, quam quam puniri solet, qui imperiali falsavit, eodem scilicet quod illa veluti adoptata, & jure civico donata

nata sit, ut perindè in Imperio, atq; Imperialis moneta alia valeat, nec quicquam in commerciis ab hac differat. In tertio genere, qui falsum committit, cum Carpzovio sentio, gladii poenà eum plectendum esse. Quamquam enim hoc casu Majestatis crimen non concurrat, falsitas tamen tam enormis committitur, ut propter damnum, quod Reipublicæ indè nascitur, ultimi supplicii poenà meritò irrogetur. In secundo verò genere sufficere arbitror poenam, quã animadvertitur in eos, qui monetam reprobam & prohibitam reducunt, & in commerciis restituunt. Etsi enim, qui circa istiusmodi monetam falsum committunt, duplici modo delinquere videantur, & quòd contra prohibitionem eam restituunt, & quòd non integram, nec infucatam, sed falsam & adulterinam; posterius tamen ideò non attenditur, quia, ubi res in se omnino prohibita est, non necesse est; amplius disquirere de integritate ejus, aut vitio, nec idcirco qualitas istius modi augere, aut minuere potest delictum. Poenæ enim contra vitiantes monetam debent intelligi de monetâ usualli, & quæ expendi potest. Tiber. Decian. *tr. crim. l. 9. cap. 26. num. 11.* Poena autem

eorum, qui monetam reprobam restituunt, in Edicto Ferdinandi monetali, s. Auf das; dann / &c. his discernitur verbis: Im Fall aber einer / oder mehr solches verbrechen / und über die; unser Verboth die Einführung thun würde / der / oder dieselben sollen nicht allein das eingeführte Geld / sondern auch ihr Leib und Gut / nach gestalten Dingen / verwirckt und verfalten haben.

XLVI. Quòd verò Carpzovius *d. 90. 42. num. 82.* porrò putat, ex textibus juris civilis probari posse, poenam ignis non habere locum in iis, qui grossos argenteos aut æreos auro tingunt, vel cooperiunt, ac postea deauratos pro aureis vel ducatis expendunt, vereor ego, ut persuaderi omnibus possit, severitatem legum attendentibus. Sanè Ulpianus, in *l. 8. ff. ad L. Corn. de fals.* & radentes & tingentes, & fingentes nummos aureos, iisdem poenis subijci debere scribit. Neque id ullibi mutatum expressè legitur, quamquam mutatum sit genus poenæ. Constantini autem sanctio, quæ extat in *l. 2. Cod. de fals. monet.* quamq; præ cæteris maximè urget Carpzovius, nexum continet, ut supra dixi, duarum legum separatarum, diversis temporibus promul-

mulgatarum, & à diversis etiam Imperatoribus, uti ostendit Lex III. & V. *Cod. Theodos. eod.* Imò nexum illum conglutinavit Tribonianus adhuc per aliam tertiam legem videlicet *l. 8. Cod. Theodos. eod.* quæ à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio est profecta. Prima igitur textus, in *l. 2. Cod. Justinian. eod.* pars, quæ terminatur in verbis, *frequentari volumus*, ex Constantini lege est, quæ est *l. 3. in Cod. Theodos.* lata anno post CHRISTUM natum CCCXXVI. Verba, quæ sequuntur, (*Cujus obnoxii Majestatis crimen committunt*,) deprompta sunt ex *l. 8. Cod. Theodos. eod.* lata anno CCCXXCIX. à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio. Ultima tandem, quæ incipiunt, *Et pramio accusatoribus*, &c. Constantium autorem habent, in *l. 5. Cod. Theod. eod.* qui eam promulgavit anno CCCXLIII. Ex his tribus legibus spacio sexaginta annorum, & quod excurrit, compositis atque promulgatis, Tribonianus unam fecit, eamque uni Constantino adscripsit. Nec ergò, quod de poenâ exustionis dicitur, restringi commodè potest ad eos tantum, qui falsâ fusione nummos formant, hoc est, qui nummos ex falsâ materiâ cudunt, ita, ut hi tantum intelligi debeant, alii verò falsarii exclu-

dantur. Age tamèn consideremus dictam *l. 2. in Cod. Justinian.* non ut conglutinatum, sed ut ab ipso Constantino, aut si mavis, à Justiniano conscriptam, ipsa ejus verba disertè ostendunt, subjectum, quod flammaram exustionibus mancipari debet, esse adulterum solidorum. Atqui Adulter solidorum non ille tantum est, qui falsâ fusione format nummos, sed etiam, qui tingit, qui lavat, &c. Ut maximè ergò verba initialia fusionis tantum mentionem faciant, poena tamen ubi decernitur, non in fusores tantum ea sancitur, sed in quosvis solidorum adulteros. Facit huc, & confirmat id, quod dixi, Constitutio Constantini alia, quæ habetur in *l. un. Cod. Theodos. si quis solid. circ. exter. incid.* ubi, postquam eos, qui solidis ejusdem ponderis, sed diversæ formæ diversam æstimationem faciunt, aut capite puniri, aut flammis tradi, vel aliâ poenâ mortiferâ plecti jusserat, immediatè subnectit. *Quod ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris adroserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adulterâ imitatione in vendendo subjecerit.* Quæ verba ultima non minus inaurantibus conveniunt, quam cudentibus aut fundentibus; cum & illi

illi figuratos solidos adulterâ imitatione in vendendo subjiçiant. Et hinc Anianus in interpretamento ad istum textum distinctè magis explicat: *Quicumq; solidum circumciderit, aut adulterum supposuerit, aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.* Quicquid verò tandem hujus sit, Carpzovii sententia ab æquitate & benignitate se commendat, præsertim cùm asperum semper, & atrocissimum visum fuerit supplicium flammæ, quod meritò pronuntiando ipsi etiam abhorrent iudices.

XLVII. Quia beati Carpzovii, Juris Consulti acutissimi, vestigiis nunc insistimus, breviter adhuc duas videbimusejus regulas, quarum alteram de fabricantibus tantum, non simul expendentibus, alteram de expendentibus tantum, non simul fabricantibus monetam falsam composuit. Neutros in terris Saxonis vivicomburio puniri vult, (quanquam per leges Imperatoris utrisque pœnam istam destinatam non diffiteatur,) sed illos gladio seu truncatione capitis, hos verò fustigatione & relegatione perpetuâ plecti debere concludit. *dict. quæstion. 42. numer. 91. & 97.* Ego nihil dissentirem, si quidem

Principi in decernendis pœnis, & scribendis legibus assisterem. Tàm severa enim & acerba cùm sit flammæ pœna, ut delictum penè superare videatur, (unde nec Judæi eam, nisi incestis, uti videre licet apud Johannem Seldenum, *de synedr. libr. 2. cap. 13. numer. 5.* nec Romani aliis, quàm Magis applicabant. Desider. Herald. *ad Tertull. apolog. cap. 49.*) & hinc meritò *μίσθρον πολάσησιν* dicatur Clementi Alexandrino, *lib. 4. Stromat.* & summa ignis pœna Tertulliano, *ad Marc. c. 4.* optimè facit Carpzovius, quòd in librandis pœnis in mitiorem partem propendeat. Nùm verò Leges constitutæ, & Jura ista, secundum quæ in Judiciis Saxonis pronuntiandum est, tàm clara sint, ut in partes & probationes trahi possint, valdè adhuc ambigo. Præcipuum fundamentum sumitur ex glossâ latinâ Juris Saxonis, *in art. 26. libr. 2. Land-Recht lit. A.* Ex quâ ego observo, approbare eam pœnam ignis, jure civili constitutam, in illos, qui falsam monetam cudunt. Nec quicquam addit, quòd habere locum tantum demùm debeat, sicubi cudentes simul expenderint; sed distinctionem tantum facit inter monetam Imperatoris, à quâ tamen sententiâ ipse discedit Carpzovius, glossâ

ſæ nec quicquam tribuens, *num. 36.* 37. *ſeqv.* Hactenùs igitur cum jure civili facit glosſa latina *d. l.* cudentes ſcilicet falſam monetam, ut maximè eam non expendant ipſi, ſtammiſſe comburendos. Alterum fundamentum deſumitur ex ſuprà citato Articulo CXI. Ordinationis Carolinæ. Et fateor ego, majoris momenti mihi hoc videri, quàm primum illud glosſæ, & hinc merito præmitti debere. Et conſiſtit iſtud in hoc; quòd verba, *in dict. art. CXI. und wiederumb gefährlich und boſhafftiglich dem Nächſten zu Nachtheil wiſſendlich außgeben* / referenda ſint ad utroſque, quos in ſubjecto deſcripſit, hoc ſenſu: *Welche falſche Münze machen / und wiederumb gefährlich und boſhafftiglich dem Nächſten zu Nachtheil wiſſendlich außgeben / die ſollen mit dem Feuer geſtrafft werden. Item: Welche falſche Münze zu ſich bringen / und wiederumb gefährlich / &c. die ſollen mit dem Feuer geſtraffet werden* / ita ſcilicet, ut utrobique expenſio ſimul requiratur. Conjecturalis tamen cùm hæc ſit explicatio, & in ſequentibus pœna decernatur, juxta ſenſum Legum Romanarum, *nach Gewohnheit / auch Saßung der Rechte / Leges*

autem Romanæ inter cudentem & expendentem monetam falſam non diſtingvant, ut ſuprà expoſui, & ipſe agnoſcit beatus Carpozovius, *numer. 92.* tam firmiter ei inſiſtere non licet, ut in tenebris cum eâ micare quis velit. Moveri tamen judex poteſt, ut in hoc dubio mitigationem eligat ſententiam, nec propterea adverſus Legem, donec de eâ apertius conſtet, commiſiſſe quid dici queat. Et hæc fortè mens eſt beati Carpozovii.

XLVIII. Vidimus hactenùs de illis, qui cudunt tantum monetam, non etiam expendunt. Videamus nunc etiam expendentes tantum, qui ſcilicet monetam, quam expendunt, ipſi non fabricarunt. Hoſ, dicit glosſa Latina Juris Saxonici, non eſſe comburendos, niſi ſapienter & dolosè eam expendiſſent. Videamus quàm benè. Textus ipſe Juris Saxonici, *art. 26. lib. 2.* ita habet: *Giebt der Münzer einen falſchen Pfennig aus / alſo / daß er darmit kauſſen wil / es gehet Ihm an den Halß.* Verba hæc: *Es gehet Ihm an den Halß* / ita interpretatur glosſa, quòd non de corporis truncatione intelligenda ſint, ſed civiliter, de capite civili, hoc eſt, quòd debeat mitti in exilium.

lium. At verò confundit glossator poenam capitalem cum poenâ mortis. Non hæc, sed illa, de jure civili patitur hanc explicationem, quòd contineat ademptionem libertatis, vel civitatis, *l. 2. de public. judic. l. 2. l. 28. ff. de poen. l. 103. ff. de V. S. & ibi Johann. Goedæus.* At in textu Juris Saxonici disertè dicitur, *es gebet Ihm an den Hals* / hoc est, ut latine ibi dicitur: morte condemnatur. Similis phrasis habetur *art. 39. d. lib. 2. Wer des Nachtes Korn stille / der verschuldet den Galgen / stille er des Tages / es gebet Ihm an den Hals* / hoc est, ut itidem in latino textu habetur, decolletur. Et *art. 37. libr. 3. Wer den andern schläget / es gebet Ihm weder an den Hals / noch an sein gesund* / hoc est, ab hoc vitæ aut sanitatis non patietur detrimentum. Ubique de vitæ amissione explicatur phrasis, *es gebet Ihm an den Hals.* Nec profectò, qui in exilium mittitur, de eo dici potest, *daß es Ihm an den Hals gehe.* Cui addo & illud, graviolem esse poenam, *wenn es an den Hals geht / quàm est es, wenn es zu Haut und Haar gebet. Zu Haut und Haar strafen / heißt der Sachß zu Stoupen schlagen / Ohren abschneiden /*

durch die Backen brennen / und dergleichen, Rüdinger. cont. 5. observ. 93. Et ergò falsum est, quòd dicit Glossator, per mortis poenam hic intelligi exilium. Deindè oppidò notetur, agere textum Juris Saxonici de monetario. At monetarius propriè is est, qui rei monetariæ præfectus est, aut in monetis publicis operatur. Rener. Budel. *de monet. libr. 1. cap. 24.* Talem igitur, quia occasionem depravandi monetam quotidie in promptu habet, mirum non est, ob unius falsi nummi expositionem mortis poenâ affici. Nec ergò necesse est, ut invertamus sensum verborum, qui in se & perspicuus est, & ratione fultus perquam optimâ, & bono publico congruâ.

XLIX. Committitur verò in monetâ etiam falsum circa pondus, si quis minutores fecerit nummos, eos raserit, circumciderit, aut alio modo attenuarit, quòd crimen itidem severè puniunt semper fuit. In digestis illustris hæc de re est textus, *in l. 8. ff. ad L. Corn. de fals.* quem supra jam enucleatè consideravimus. In Codice Justiniano capitali supplicio puniri jubetur, qui æternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare, *l. 3. Cod.*

Q9999

de

de vet. numism. potest. In Codice Theodosiano, qui mensuram circuli exterioris adrodit, ut ponderis minuat quantitatem, capite puniri debet, aut flammis tradi, vel aliâ poenâ mortiferâ, *l. un. Cod. Theod. si quis sol. circ. exter.* Jure Imperii hodierno poena est arbitraria. Ita enim sancitur in Ordinatione Carolinâ, *artic. CXI.* **Welcher aber der Münz ihre rechte Schwere gefährlicher Weise benimmt / der sol gefänglich eingelegt / und nach Rath am Leibe oder Gut / nach Gestalt der Sachen / gestrafft werden.** Nec distinguendum debet, utrum in argenteis, an verò aureis, crimen hoc commissum fuerit, cum utrobique par ratio militet, ut ex *l. 8. ff. ad L. Corn. de fals.* contrarium, quòd scilicet ad aureos tantum restringenda sit poena, probari firmiter vix queat. Vid. Carpzov. *pr. crimin. quest. 42. num. 43. seqv.* præsertim, cum in genere de solido disponatur, *d. l. un. Cod. Theod.* & similiter de monetâ generaliter agat Ordinatio Carolinâ. Inter arbitrarias tamen poenas, ut justa servetur proportio, circumstantiæ probè sunt attendendæ, cum utique mitius animadvertendum sit in eum, qui pecuniam, legitimum pondus excedentem, cons-

que raserit, donec ad commune pondus redacta fuerit, & severius in eum, qui justo etiam ponderi, & communiter observato detrahit. Conf. Carpzov. *d. l. n. 33. seq.*

L. Properamus ad formam, quam in valoris impositione & characteris impressione consistere, supra diximus. Utrobique inveniuntur delinquentes. Et quidem, qui valorem monetæ mutant, severâ animadversione represit Constantinus, *d. l. un. Cod. Theod. si quis solidi circ. exter.* Verba ita habent: *Omnes solidi, in quibus nostri, vultus ac veneratio una est, uno precio æstimandi sunt, atque vendendi, quamquam diversa forma mensura sit.* Nec enim, qui majore habitu faciei extenditur, majoris est precii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris habere credendus est, cum pondus idem existat. Quod si quis aliter fecerit, aut capite puniri debet, aut flammis tradi, vel aliâ poenâ mortiferâ. Pertinet huc etiam *l. 3. C. Justin. de vet. numism. pot.* Principis enim solius est, valorem æstimis imponere, & per consuetudinem non potest, nec debet quæquam eam potestatem sibi arrogare. Eâdem tamen, usu plerumque & consuetudine in valere æstima-

æstimationem nummi, & hinc propter tenuia initia plerumque latere ejus rei autores, eò quòd talis æstimatione ut plurimum augeat valorem, à Principe constitutum, idq; augmentum cum expendens proficuum sibi esse speret, alter etiam, qui accipit emolumentum, sibi inde aliq; quod promittit, nemo facile existit, qui id manifestet, doctæq; nervum erumpat usus, & jam adolevisse consuetudinem, serò deprehendant rei nummarie Præfecti. Confer. Jacob. Alemann. *in palæstr. consult. 8. pag. 715. seqv.* Et hinc igitur difficulter licet in autores mutata æstimationis inquirere, ut mirum non sit, tam pauca in Criminalibus Judiciis dari exempla. Circa characterem verò diversimodè peccari solet. Falsitas autem præcipua hæc est, quòd aliqui soleant aliorum Principum imagines nummis suis multò debilioribus imprimere. Rener. Budei. *de monet. lib. 1. cap. 17. num. 14.* Quæ falsitas, si ab eo committatur, cui jus monetandi competit, (commissa enim ab eo, qui tale jus non habet, non ad formam, sed ad causam efficientem propriè pertinet,) quicq; superioris alicujus non subest Imperio, per quem

aliàs coërceri posset, satis opiniam & præpingvem suppeditat belli materiam, quam Princeps bonus meritò abhorret, & detestatur.

LI. Circa finem tandem peccant illi, qui monetam publicam, & ad commercia destinata, liquesciunt, & totum ejus officium invertunt. Dixi eà de re supra, in Constitutione Ferdinandi nã ignis supplicium istiusmodi delinquentibus esse destinatum, sed id acerbum nimis visum fuisse Dominis Scabinis Lipsiensibus. Ego hic extra legem definire quid nolo, dum præsertim gravitatem ejus delicti perpendo. Nec enim in Principem tantum injurius est, qui ejus monetam destruit, sed etiam in Rempublicam, quam instrumento commercia exercendi privat. Quamquam non negem, mitius aliq; quod supplicium videri satis proportionatum, nisi vel invalescat delictum, vel sæpius iteratum ab aliquo, & ingens pecuniæ summa perdita fuerit. Aurifabris tamen permissum est, in usus suos quandoque monetas vertere, sub his tamen conditionibus 1. si haberi aliàs non possit aurum, aut argentum, 2. ut id fiat autoritate Magistratûs. Verba ita

Qqqqq 2

habent

habent in Edicto Monetario Ferdinando: Dergleichen / ob die Goldschmiede Gold / oder Silber / zur Nothdurfft ihres Handwercks / nicht bekommen möchten / und die gülden und silberne Münzen verbrechen müssen / so sollen sie doch ferner und mehrs nicht brechen / denn so viel sie zu

Verlag ihres Handwercks bedürfftig / und in keinen weg verkaufen / oder verführen / bey Vermeidung vorgesetzter Peen und Straff / Sie sollen auch einige güldene oder silberne Münzen nicht brechen / ohne Vorwissen ihrer ordentlichen Obrigkeit / &c.

FINIS LIBRI PRIMI.



LIBER

LIBER II.

CAPUT I.

De

Jure collectandi, quibus competat.

SUMMARIA.

- Tributum an rebus tantum imponatur, collecta personis; uti volunt Dd.? 1.*
- De aliis collectarum synonymis. 2.*
- De indictionum apud Chronologos usurarum origine. 3.*
- Earum descriptio; & usus inter Notarios. 4.*
- Resp. non potest consistere sine tributis. 5.*
- Neq; Ecclesia illis carere potest. 6.*
- Erarium Ecclesiasticum subvenire debet pauperibus, viduis, Clericis, &c. 7.*
- Ad elemosynas faciendas quatenus cogere possit Princeps? 8.*
- Parochiani, qui unam faciunt Ecclesiam, tenentur ad expensas communes. 9.*
- Filialista, quamdiu Ecclesia sua uti non possunt, tenentur ad expensas propter matrem Ecclesiam, quam interim frequentant, factas. 10.*
- Aliter se res habet in exsolvendis nominibus contractis. 11.*
- Sententia Facultatis Jurid. Wittenbergensis. 12.*
- Collecta quid sit? 13.*
- Manus reale & personale ut distinguantur. 13.*
- Collecta sunt vel ordinaria; vel extraordinaria. 14.*
- Extraordinaria sapienter in ordinaria degenerant. 15.*
- Jus collectandi est Regale Principis. 16. 17.*
- Jus collectandi non pertinet ad jurisdictionem; neq; ad merum Imperium. 18.*
- Aliquando tamen necessitatis tempore etiam Magistratus istud competit. 19.*
- Collecta conventionales fieri possunt sine praecepto, & consensu Principis. 20.*
- Collecta conventionales obligant omnes, etiam non consentientes, si causa sit necessaria. 21.*
- Collecta imposita argumentum praebent superioritatis territorialis. 22.*

I.

DE Tributis & Collectis, deq; Jure, quod Principi circa eas competit, dum solliciti sumus,

non est, ut prolixi simus in examinanda differentia, quam nonnulli inter Tributa & Collectas faciunt. Si enim verum est, Tributa esse

Q99993

onera in èrè realia, h. e. imposita rebus tantum; collectas verò imponi personis pro rebus, uti post alios putat Alvarus Valascus, *de Jure Emphyt. q. 17. num. 8.* eumque secutus Caspar Manzius, *Decis. 21. num. 8.* it. Anton. Perez. *Cod. de indict. n. 7.* cur tributum capitis dixit Paulus, *in l. fin. ff. de cens.* Non ignoro, capita etiam pro pabulis jumentorum, dicta Ammiano Marcellino, *lib. 22.* & tributum, quod pro modo agrorum solutum fuit, capitationem dictam tum Salviano Masiliensi, *lib. 5. de gubern. DEI,* tum aliis etiam bonis autoribus, & quam plurimis in jure nostro textibus, uti uberrimè exponit Jacobus Gothofr. *in paratitl. & ad l. 2. C. Theodos. de cens.* At verò in dicto Pauli loco tributum capitis tributo soli opponitur, certissimo argumento, in tributo capitis ibi loci nullam fuisse considerationem possessionum. Quod si porò regeras, per tributum capitis in allegato Pauli loco intelligi posse tributum, quod pro servis, & aliis moventibus dari oportuit, quomodo Scævola tributum non pro prædiis tantum, sed etiam pro moventibus deberi, & reddi dixit *in l. 32. §. fin. ff. de usu & usufr. leg.* & hinc conficere velis, tributum adhuc non Personis, sed rebus imponi, probandum erit prius, non aliis, quam

servis & jumentis tributum capitis impositum fuisse. At verò alios etiam in censum relatos, & capitis tributo oneratos fuisse, pleni sunt historicorum libri, & haud obscure ostendit textus *in l. 3. ff. de censib. & similis, l. 10. C. de agric. & censit.* Sane tributum à Romanis plena & liberali manu collatum fuisse eo jam tum tempore, quo nondum tributum agris & colonis imponi coepit, patet *ex Livii lib. 4. sub fin.* Et qui possessionem non habent, nihilominus omnibus patrimonii intributionibus fungi jubentur, *l. 22. in fin. ff. ad municipal. Conf. Lipsius, in Taciti lib. 1. annal. p. m. 49. Joli. Mercerus, in Conciliatore p. 711. 714.*

II. Sed hæc ad pleniorè tractationem aliis discutienda relinquo. Neque igitur de vocabulis contributionis, intributionis, indictionis, & ejusmodi aliis multum erimus solliciti, præsertim cum promiscuè sæpè usurpentur, & plerumque generali collectæ nomine veniant, vocabulo in jure civili quidem parum frequentato, Ciceroni tamen *lib. 2. de Orat. pro Symbola convivarum, quæ & ~~lego~~ dicitur, recepto.* Pari modo stipendium & tributum aliquando in promiscuum usum venerunt, *l. 27. ff. de R. S.* cum tamen distincta aliàs fuissent, & stipendium populo, tributum Principi præ

pi præstitum dicatur. Cujac. 7. *ob-
serv.* 3. Cumque nobis animus sit,
de omni isto, quod Reip. conservan-
dæ causâ in commune conferen-
dum est, agere, non opus est, ut in
vocalibus enodandis defatigemur,
præsertim postquam frequentia re-
rum, & usus quotidianus vocabula
in promiscuos significatus traxit, &
ad multiplicem varietatem toties
indicti tributi vix nomina suffici-
unt. Ut jam taceam *ἀπὸ λογῆματι*,
& subtiles verborum differentias à
Jctis sæpè negligi, & prudenter o-
mitti. Vid. Joh. Gœdd. *ad l. 58. ff.
de V. S. num. 3. 4. 5.* Nec igitur vi-
tio nobis vertendum erit, quòd hic
manum absteineamus, & rebus in-
tenti vocabulorum minùs curiosi
existamus censores. Res ea aliis cu-
ræ erit. Nobis aliæ, quibus nunc oc-
cupamur.

III. Evitabimus autem & hoc,
ne cum Chronologis aliqua nobis
contentio oriatur, inter quos de in-
dictionum origine multa & intri-
cata est controversia. Utq; in tantâ
incertitudine certum aliquid asse-
rere liceat, pleriq; duplices indictio-
nes faciunt, quarum aliæ ab Octavi-
ano Augusto, aliæ à Constantino o-
riginem habeant. Sic enim & Ale-
xandrinum Chronicon initium in-
dictionum ad Consulatum Lepidi
& Planci refert, & ex Græcis non-

nulli Augusto id tribuunt. Ex quo
ansam capit Wilhelmus Languius,
lib. 1. de ann. Christ. c. 8. novam suam
conjecturam proponendi, quâ pu-
tat, Cyclum indictionum Adria-
num Imp. habuisse autorem. Com-
munis autem sententia est, cœpis-
se indictionum calculum ab anno
Christi nati cccxii. mense Septem-
bri. Sed, uti dixi, incerta hic omnia.
Qui sic sentiunt, inquit Dionysius
Petavius, *in ration. temp. l. 6. c. 1. in-
fin. divinare eos arbitror, non cer-
tum dicere. -- -- Unde porrò indi-
ctionis vox manaverit, quæque sit ei
subjecta notio, non magis perspicuum
est hætenus. Illud inter doctos con-
venit, indictiones nihil aliud esse,
quàm præstationes, & tributa, quo-
rum canon, i. e. modus quotannis in-
dicebatur. Sed cur spacio XV. an-
norum, quot orbis indictionum collig-
git, finiri placuerit, & quâ de causâ,
quodè tempore primum id usurpari
cœperit, cum multa multorum conje-
ctura sint, nulla satis probabilis af-
fertur, &c.* *Επιχειν* itaque cum
secum constituit summus hujus
seculi Chronologus, frustra nos la-
borabimus in tali negotio, quod ipsi
ἔργον fuit, nobis *παίεργον*. Sic etiam
Jacobus Gothofredus abstinuit, ne
temerè quid statueret, & hoc tan-
tùm notavit, antiquissimam indi-
ctionum mentionem in Codice

Theodosiano extare in *l. 2. de legat.*
Et decret. alteram tamen adhuc anti-
 qviorem sedecim annis hanc an-
 revertere, & reperiri in conciliabu-
 lo Antiocheno apud Athanasium,
lib. de Synod. cujus ope indictionum
 memoria ad annum CCCXXVII.
 retrò trahi possit.

IV. Illud certum est, indictiones
 in Codice Justiniani nihil aliud es-
 se, quàm tributorum indicationes.
 Quas quidem singulis quindecim
 annis iteratas, & repetitas fuisse pro-
 babile est. Istos autem quindecim
 annos in tria lustra divisos fuisse, &
 singulis lustris certam tributorum
 speciem inferri debuisse, & primo
 quidem lustro aurum, altero argen-
 tum, tertio æs, uti nonnulli volunt,
 commentitium esse dicit Didacus
 Covarruvias, *1. resolut. 12. num. 5.*
 Et ipsi inter se variant autores, dum
 alii primo lustro aurum, alii ferrum
 illatum fuisse scribunt. Hodie re-
 tinemus adhuc nomen indictionis,
 non in significando quidem tribu-
 to, sed in significando tempore
 quindecim annorum. Sig. Scaccia,
de Judic. lib. 2. c. 11. num. 1231. Atq;
 id quidem, ut in instrumentis confi-
 sciendis à Notariis religiosè obser-
 vetur, speciali constitutione edixit
 Imp. Justinianus, quæ extat No-
 vell. 47.

V. In causâ tributorum nervos

Reip. consistere, & de eo nemini
 dubium esse, dixit Ulpianus, *l. 1. §. 20.*
ff. de quaestio. Enucleatè magis Ta-
 citus, *lib. 4. histor.* *Nec quies gen-*
tium, inquit, *sine armis, neq; arma*
sine stipendiis, neq; stipendia sine tri-
butis haberi queunt. Et hinc non-
 malè tributa patrimonium Imperii
 dicuntur Floro, *l. 3. c. 13.* ornamenta
 pacis, ac belli subsidia, Ciceroni,
orat. pro L. Manil. substantiæ pro-
 vinciarum, Salomoni, *Eccles. II. 8.*
 Et est eorum tanta necessitas, ut dis-
 solutio Imperii subsequatur, si fru-
 ctus, quibus Resp. sustinetur, dimi-
 nuantur, notante Tacito, *l. 13. an-*
nal. *Impossibile est,* inquit Justinia-
 nus Imperator, *ut sacris tributis*
non illatis aliqvi Resp. conservetur.
Militares namq; copia, assignato sibi
salaris inde percepto, hostibus resi-
stunt, & collatores à barbarorum in-
curfionibus, & fructulentia vindic-
ant, deniq; agros atq; civitates à la-
tronum, aliq; modo incompositam vi-
tam sectantium vi, & irruptionibus,
agendis excubiis defendunt: ex il-
lis etiam reliqua cohortes ea, quæ ipsis
attributa sunt, accipiunt: muri at-
que civitates indidem instaurantur:
publicarum balnearum hinc calefæ-
ctiones procedunt: postremo specta-
cula, aliæque omnia, quæ ad delecta-
tionem subditorum inventa sunt, ex
his detrahuntur: ut, quæ ab illis com-

tribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos infumantur & impendantur, &c. *Novell. 149. cap. 2.* Scilicet paci æqvè atqve bello faciunt contributiones, & armis cessantibus, pacis hoc videtur esse onus, ut non sentiantur ejus commoda, nisi ex publico, & communi ærario promoveantur. Balneis & spectaculis deditus erat populus Romanus, & in utrisque in immodicum modum luxuriabat, exuberabatqve, uti de balneis quasi in compendio ostendit Alexand. ab Alexandr. *gen. dier. l. 4. c. 20.* Gvid. Pancirol. *rer. mem. l. 1. tit. de therm.* ibiq; H. Salmuth. de spectaculis Fr. Juret. *in miscell. ad Symmach. l. 2. ep. 49. & lib. 10. ep. 4.* Jacob. Rævard. *conjectan. l. 2. cap. 3.* Fr. de Amaya, *ad l. un. C. de venat. ferar. n. 41.* Balnea talia & spectacula, cum efficacissimum regnandi & pacem conservandi instrumentum continerent, ex publico ærario se exhibere contestatur Justinianus, haud ignarus, non aliis studiis quietem publicam populo commendari posse. Vid. Forstner. *ad Corn. Tacit. p. m. 83.* Neque in his tamen solis subsistunt tributa, sed ad ipsorum etiam Principum honestam sustentationem requiruntur. Roland. à Valle, *Consil. 1. num. 51. vol. 2.* Et plurima sæpè occurrunt alia, quibus expediendis ærario opus est, ex

facultatibus & collectis civium constituto. De quibus infra dicendi locus erit commodior.

VI. Sed neque Ecclesia collectis & contributionibus carere potest, si quidem charitatis officia negligi non debeant. Et jam inde à primis Apostolorum temporibus collationes ejusmodi factas fuisse, patet ex *1. Cor. XVI. 1. seq.* tum & ex *Actor. IV. 35* cum & ipsi Apostoli atqve Discipuli inde sua acciperent alimenta, & præstarent aliis, quibus præsens necessitas erogare & dare imperabat. Cumq; ea res maximum indigentibus esset subsidium, & his ex lege naturali atqve Christianâ subvenire oporteat, perpetuus hic ritus obtinuit in Ecclesiâ, ut diebus saltem Dominicis ex liberalitate, quisque suâ conferret, quod in usûs istos verti posset. Usus istos & contribuendi rationem suo seculo optimè exponit, & adversus Gentilium inculpationes defendit Tertullianus, *apolog. cap. 39.* dum inquit: *Etiã, si quod arca genus est, non de onerariâ summâ quasi redemptæ religionis congregatur. Modicam unusquisq; stipem mensurâ die, vel cum velit, & si modò velit, & si modò possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis nec ingratis vor-*

R r r r

trinis

trinis dispensatur, sed egenis alendis, bumandisque, & pueris, ac puellis, re, ac parentibus destitutis, jamque domesticis Senibus. Item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in Insulis, vel in custodiis duntaxat ex causa DEI sectæ alumni confessionis sua sunt, &c. Ante eum Justinus Martyr, apolog. 2. similes planè refert usus: *Prepositus*, inquit, *inde opitulatur pupillis, viduis, & his, qui propter morbum vel aliam causam egent, quiqve in vinculis sunt, & peregrè advenientibus hospitibus, & ut simpliciter dicam, omnium in egestate versantium Curator est.*

VII. Specialiter quandoque vel ad ædificationem & refectionem, vel ad ornatum ædium sacrarum & olim collatæ fuerunt stipes, & adhuc conferuntur. Quandoque etiam, ut pacem & securitatem religioni impetrarent, cum aliter placari ira Tyrannorum non posset, sacram hanc pecuniam ex communi ærario Ecclesiastico impendebant, uti ex Origenis & Tertulliani scriptis eleganter ostendit Nicolaus le Maître, *de bon. Eccles. lib. 1. cap. 17.* Præcipuus autem ærar. i Ecclesiastici finis erat, ut Ministri Ecclesiæ, pauperes, viduæ, peregrini, & alii, quibus ex charitate subvenire oportebat, sua inde acciperent alimenta. Atque in hanc rem suas quando-

que exacuebant homilias ad populum Ecclesiæ Doctores, præsertim in diebus festis, quòd iniquum videretur, exultantibus aliis, alios fame & miseriâ consumi: Inter sermones Ambrosii tom. III. op. sermo decimus quartus de natali Domini agit, atque ille etiam inter sermones Maximi Taurinensis habetur, ut incertum sit, utrùm Ambrosio, an verò Maximo tribui debeat. Cujuscunque sit, hæc in eo legitur admonitio: *Igitur, Fratres, suscepturi Nativitatem Domini, ab omni nos delictorum fece purgemus, repleamus thesauros ejus diversorum munerum, donis, ut in die sanctâ sit, unde peregrini accipiant, reficiantur viduæ, pauperes vestiantur.* Nam quales erit sive in unâ eademque domo inter servulos unius domini, alter exultet in holosericis, alter consumatur in pannis, alius astuet cibo, alius famem frigusq, sustineat, ille eructet besternam indigestionis crapulam, hic besternam jejunii inedia non resolvat, &c. Conf. Dorich. in pentadec. diss. 8. num. 36.

VIII. De his tamen collectis, quæ ad eleemosynas pertinent, & ex Christianâ charitate debentur, atque cujusque conscientia relinquantur, plura hic dicere superfedemus. Ex altiore enim doctrinâ habemus, eleemosynas tales fieri debere

debere ex fide, ex charitate, non spe retributionis, non per ostentationem, & aucupio gloriolæ, non parcè aut malignè, non ex tristitiâ aut necessitate, non ex alieno, aut rapinâ, uti hæc requisita explicat Chemnitius, Loc. de paupertate. Taliter verò ut fiant & erogentur eleemosynæ, imperare Princeps non potest, quòd istæ qualitates imperium civile non admittant, sed ex directorio conscientiæ, & regimine fidei Christianæ veniant. Quia verò actus externi, ex quibus salus publica, & cujusque privata conservatur, imperari à Majestate possunt, neque in his quidem, quæ ad pauperum curam spectant, otiosa debet esse potestas Principis, saltem ut necessitati prospiciatur. Et proinde rectè defendit Franzkius, *lib. 2. resolut. 7.* & Franc. de Amaya, *ad l. un. C. ut nem. lic. in empt. num. 17.* non possentantum, sed in conscientiâ etiam teneri Christianum magistratum, ditiores ad sublevationem extremè afflictorum compellere, & in illum finem certas collectas imperare, non attento, quòd collecta, tali modo imperata, & quasi extorta, vera eleemosyna non sit, talis scil. qualem requirat DEUS, ut sponte detur, & ex charitate Christianâ proficiatur. Sed de his plura nunc dicere nihil attinet.

IX. Unicum tamen id noto, teneri eos, qui communibus sacris utuntur, ad communes expensas, quæ propter sacra ista necessaria sunt. Atque sic parochiani omnes, qui unam Ecclesiam faciunt, atque in unum cœtum sacrum congregantur, conferre tenentur, pro modulo quisque suo, ad fabricam ædificiorum sacrorum, & salaria Ministris Ecclesiæ debita. Et fluit hoc ex communi axiomate, quod qui participat de commodo, participare etiam de incommodo, idque secundum naturam esse dicit Paulus in *l. 10. ff. de R. J.* Quamquam enim in eam rem constituta sint æraria Ecclesiastica, atque ita observatum antiquitus fuerit, ut ex redditibus Ecclesiasticis certa ad refectionem & reparationem ædificiorum destinaretur portio; uti constitutum in Concilio Romano II. *can. 4.* & in Concilio Bracarense I. *can. 7.* est tamen ea hodiè istorum ærariorum tanta ubique paupertas, & tam tenuis conditio, ut sufficere sumptibus illis faciendis omninò nequeant. Quo casu onus istud ad parochianos redit, in quorum gratiam Ecclesia construenda, aut reparanda est. Nec adeò poterit quisquam, qui iisdem sacris utitur, onus istud declinare, aut exemptum se facere,

R r r r 2

nisi

nisi in *ambiguis* suspicionem incur-
rere velit.

X. Solet enimverò quandoque contingere, ut in unum conjungantur, & divini cultus causâ uniantur duæ, pluresvè Ecclesiæ, veluti cum alterutra vel utraqve ad eò pauper est, ut impossibile sit earum proventus ad victum duorum sacerdotum sufficere, aut si altera hostium immanitate desolata sit. Lancelott, *Inst. lib. 2. tit. 19. §. 2.* Quo casu sæpiusculè illa, quæ unitur, filia, altera verò, cui unitur, mater appellari solet. Quamquam igitur filialitæ, uti vocantur, ad fabricam Ecclesiæ matris contribuere non teneantur, quamdiu ipsi propriam in pago suo habent Ecclesiam, sive ædem sacram; si tamen eorum Ecclesia incendio consumpta, aut incursione, & invasione hostili devastata fuerit, ut necesse habeant in Ecclesiâ matre divino cultui interesse, dubium non est, quin teneantur illi ad collectas, quæ in fabricam Ecclesiæ matris, & salaria atque alios pios usûs insumuntur, uti optimè id notat Carpzovius, *in Ip. Consist. lib. 2. def. 343. & 345.*

XI. Et de salariis quidem, atque aliis expensis interim, dum unio constitit, factis, certa res est. Circa sumptus verò, in fabricam Ecclesiæ

matris faciendos, non eadem ubiq; & in omnibus casibus videtur esse ratio. Pone, in unâ civitate parochianas Ecclesias omnes incendio consumptas esse, mox unam earum reparari, & in eam rem debita contrahi, reliquas verò uniri interim illi, donec & ipsæ reparari queant. Has verò, ubi restitutæ deinceps fuerint, num putabimus, obligatas esse ad debita illa contracta solvenda? Id verò mihi haud parùm videtur iniquum, præsertim cum unio ad breve aliquod tempus constiterit, & Ecclesia illa primitus reparata tota deinceps cedat parochianis illis, quorum antea tota fuit. Quod si igitur per contributionem aut collationem reparatio illa facta fuisset, non nego, collectari potuisse etiam reliquos aliarum Ecclesiarum parochianos, qui iisdem sacris uti voluissent. Sed quia de nominibus dissolvendis quæstio est, & quidem eo tempore, quo deliit unio, & reliquæ nunc seorsim agunt, & subsistunt Ecclesiæ, incivile erit, ab his exigere id, quod non nisi temporariam eis utilitatem præbuit. Nec putaverim ergò in plus condemnari eos posse, præterquam, ut simul cum reliquis usuras, si quæ præstantæ fuerint, exsolvant.

XII. Et in hanc sententiam respondit

spondit Facultas juridica Wittebergensis, an Aelteste und Kirch-Väter der Kirchen zu St. Johannis in Magdeburg/ mens. April. 1657. Haben anno 1631. nach Zerstörung der Stadt Magdeburg die überbliebenen Bürger sich anfangs d' Kloster-Kirche/ so dem Prelaten-Stand gehörig/ gebraucht/ Und als die Clerikcy solche hinwiederumb eingenommen/ und der Rath die zerstörte Johannis-Kirche wieder anbauen lassen/ haben die übrigen Kirchspiele sich solcher Kirchen zum Gottes-Dienst auch bedienet/ bisß etliche ihre Kirchen hernach wieder angerichtet/ und dadurch von der Johannis-Kirche sich abgesondert/ nach mehrern Inhalt eures Berichts. Wenn nun gleich erwähnte Kirchspiele von Bezahlung derer solche Zeit über gemachten Schulden sich ausschließen wollen. Dennoch aber un dieweil dieselbigen nebenst euch der Johannis-Kirche genossen/ die Prediger und Kirchenbediente zugleich vociret/ und besolden helfen/ auch denen Kirch-Rechnungen mit beygewohnet/ So sind sie die jenigen Schulden/ so bey wehrenden Gemeinen Gebrauch der Kirchen zu Besserung und Besoldungs-Kosten gemacht/ und angewendet worden/ nach proportion zu tragen verbunden/ die Haupt-Baukosten aber der Kirchen mögen sie prorata zu zahlen wieder ihren Willen nicht angehalten werden/ *B. A. W.*

XIII. Ad Remp. ejusque salutem flectenda nobis est consideratio, quandoquidem nec Regalia aliter, quam in respectu ad Rempublicam competunt. Atque sic definitio collationem, sive collectam, aut tributum, quod sit munus reale, quod pecuniâ vel fructibus aut rebus ipsis præstatur ad Reip. utilitatem. Ex quo fluit, jus collectandi esse jus indicendi, & imperandi talem collectam. Dixi, esse munus reale, ut distingvatur à muneribus personalibus, quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento aut sumptu perpetrantur, cum realia sumptibus patrimonii, & damnis administrantis expediantur, l. 1. §. 3. l. 18. §. 1. §. 18. ff. de munerib. Vid. Gail. l. 2. obs. 52. num. 3. seq. Atque sic reale munus esse dico etiam eam collationem, quæ fit juxta numerum capitum, secus atque faciunt alii, qui capitationem ad onera personalia referunt, ideò, quod personæ imponatur, non attendentes, personam tantum ut subjectum intervenire, nullam autem vel sollicitudinem vel vigilantiam aut corporis laborem præstare, quod tamen secundum veteres Jctos præcipuum *πρόσιον* est muneris personalis. Id necesse non est, ut muneris vocabulum prolixè explicem. Sufficit nosse, munus

proprie esse, quod necessario obimus lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem, ex *l. 214. ff. de V. S.*

XIV. Dividuntur collectæ in ordinarias & extraordinarias. Illæ canonicæ quandoque dicuntur, *l. 5. Cod. de SS. Eccles. l. 1. C. de indict. hæ, superindictiones, l. 1. C. de privil. dom. Aug. lib. XI.* & collationes ex improvise indictæ, *l. 8. §. 3. ff. de vacat. mun.* quas scilicet adventitiæ necessitatis sarcina repentina poscit, *d. l. 5. C. de SS. Eccles.* Illæ perpetuam causam habent, & ex lege fiunt, *d. l. 8.* aut ex SCtis aut constitutionibus Principum, *l. un. C. eod.* aut ex antiquâ solennitate, *l. un. C. de privi. leg. corporat. lib. XI.* & duplicis sunt generis, aliæ statæ & annuæ, aliæ temporariæ, quæ etsi in hoc differant à prioribus, quod tam fixas non habeant periodos, & casibus emergentibus præstandæ sint, perpetuam tamen causam adhuc habere intelliguntur. Et hinc licet non fiant assidue, perpetua tamen sunt, cum ad perpetuitatem sufficiat, habere causam actu vel potentiam perpetuam. Prioris generis exempla sunt in nostris his provinciis, *Steuer / Schosf / &c.* Posterioris, refectio viarum, reparatio pontium, reparatio munimentorum, &c. Nec enim singulis annis aut viæ refici, aut pontes

reparari debent; hætenus tamen perpetuæ manent ejusmodi collationes, quatenus præstari debent; quoties opus fuerit, cum causa reparationis ex quotidiano attritu & usu semper præsto sit. Extraordinariæ verò collationes causam talem nullam habent, sed ex improvise obtingente casu indicuntur, ut sunt, e.g. contributiones bellicæ, it. si filia Principis elocanda fuerit, si redimendi sint captivi, &c. Conf. *Limn. jur. publ. l. 4. c. 7. num. 60.*

XV. Oppidò autem notandum est, extraordinarias collectas sæpè in ordinarias degenerare, idque olim quandoque ipsos Principes diserte constituisse. Sic enim Honorius Imp. voluit, ut superindictum non extraordinarium amplius, sed canonicum nomen acciperet, ne privilegia exemptionis, quibus nonnulli in extraordinariis gaudebant, obverti deinceps possent, *l. 1. C. de indict.* Quæ tamen constitutio cum de speciali quodam superinducto loquatur, ad omne extraordinarium munus extendenda non est, neque ex eâ inferri potest, quod omne extraordinarium factum sit ordinarium. *Limn. jur. publ. l. 4. c. 7. num. 59.* Fieri sic etiam potest, ut propter diurnam præstationem non amplius extraordinariæ videantur, quæ causam extraordinariam ab ini-

ab initio habuerunt, utq; deinceps propter continuatas exactiones inter ordinarias referantur. Klock. *de de contrib. cap. 7. n. 118.* Gail. *lib. 2. obs. 53. num. 8.* Tilemann. *de Benign. decis. Cam. Syntagm. 2. decis. 1. vot. 5. num. 10.* Plura de differentiis ordinariorum & extraordinariorum, munerum non addam, nec necesse est, ut varias Doctorum hic referam sententias, de quibus videri possunt Petrus Heigius, *pa. 1. 1. qv. 17. num. 30. seqq.* Dn. Tabor. *de jur. metat. part. 3. sect. 2. cap. 4. art. 6. num. 5. 6. pag. 289.* Potius nunc est, ut videamus, quibus jus indicendi utrasq; collectas, ordinarias & extraordinarias competat.

XVI. Præsupponimus autem, agere nos de jure collectandi, ut est Regale, sive uti inter partes Majestatis potestativas refertur. Quod ipsum ostendit, non competere alii, nisi Principi, Principis vocabulo sumpto pro eo, qui summam in Rep. tenet Majestatem. Fr. de Amaya, *ad l. 3. C. de annon. & tribut. num. 5. seq.* Sunt enim hæc inter se convertibilia, esse Principem, & habere Regalia; cum Regalia sine Majestatis titulo consistere non possint, neque è contrario dignitas regalis sine juribus regalibus. Ex quo porro infero, jus collectandi, sicubi inferiori competat, pro regali non

esse habendum, sed in alium planè censum venire, aliamqve formam acquirere. Ant. Perez. *ad Cod. de annon. & trib. num. 6.* Repetenda hic sunt ea, quæ dixi *suprà 2. de jur. maj. num. 18.*

XVII. Cæterum ut Principi id jus vindicemus, vel unica hæc ratio svadet, ne, si id non habeat, subditorum bona expilentur, & libidini cujusque sine Imperio imperantis obnoxia sint. Quod si non sine auctoritate collationes fieri debere fatearis, fatearis & hoc, Principis auctoritatem in hoc negotio esse debere, præcipuam, & præter eum potiori jure tales collectas imperare neminem. Hinc est, quod Constantinus Imp. indicendi potestatem omnibus judicibus interdixerit, *l. 8. C. de excusat. mun. & Valentinianus nec præfectis quidem prætorio, ad quos tamen rei tributariæ sollicitudo pertinebat, eam permisit, l. un. C. de superindict.* sed sibi soli uterque reservaverit. Nec frustra igitur Apollinaris Sidonius de Seronato, Arvernix peste, *lib. 2. Epist. 1.* verba faciens, eum describit, ut Principis jura usurpantem. *Indicit, inquit, ut Dominus, exigit ut Tyrannus, & post: nova tributa perquirit.* Quo loci Domini vocabulum Regem aut Principem denotat, uti eruditissimè ad verba ista observa-

doctissimus Savaro. Voluitque Sidorius innuere, Seronatum id agere, quod Principi competit, quodque à nemine, quàm à Principe fieri potest, aut debet.

XVIII. Facere igitur non possum cum illis, qui collectas indicendi potestatem ad jurisdictionem referunt, uti statuit Petrus Friderus, *de mandat. lib. 2. c. 45. num. 5.* Knipschild. *de civ. Imp. 1. 2. c. 17. num. 15.* multò minùs cum iis, qui ad merum imperium referunt. Rectius sentiunt Johannes Köppen, *decis. 32. num. 8.* Rutger. Ruland. *de commissar. lib. 2. c. 6. num. 1. seq.* & alii. Jurisdictio enim, merum, & mixtum imperium, sunt vocabula ad Magistratus officium pertinencia, non ad summum imperium. Utri igitur Magistratui non competit potestas indicendi collectas, sic neque ad jurisdictionem, aut merum imperium ea referri potest. Et multum inter se differunt potestas indicendi, & potestas exigendi tributum. Illa soli Principi competit, hæc etiam Magistratui, qui ministerialem Principi confert operam, & collationes indictas vi jurisdictionis sibi competentis exigit. Nec, si Magistratus onera imperata inter cives ita distribuit, ut justa inter eos servetur proportio, conficere inde poteris, po-

testatem etiam imperandi talia onera ei competere. Conf. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 18. tb. 9. lit. A.*

XIX. Non nego tamen, civitatem quandoque ad eum venire statum, ut collecta opus sit, nec tamen Principis eam decernentis expectari possit imperium. Et tunc puto, ad Magistratus curam hoc pertinere, ut & imperet & exigat. Ecce enim; obsidione si cinctum fuerit oppidum ab hostibus, Principe alibi confidente, sine dubio Magistratus tunc succedit in locum Principis, ejusque officium subire tantisper cogitur, quoad obsidio durat; nec propterea in crimen Majestatis incidit, in quod incideret, si talis nulla urgeret necessitas. Quocirca si tunc collecta opus fuerit, quis neget, magistratui competere potestatem indicendi? cum & alia majora hoc casu competant; quæ Majestatem propius attingunt. Ut autem ab alio id fiat, quàm à Magistratu, nec civilis nec naturalis ratio svadet, præsertim cum Magistratus à Principe in partem curarum publicarum adscitus fuerit, ut proinde quicquid à Magistratu tunc geritur aut agitur, ex præsumtâ Principis voluntate gestum aut actum esse censeatur. Conf. H. Rosenthal, *defend. cap. 5. conclus. 74. num. 6.*

XX. Extra casum necessitatis difficile erit Magistratui sine concessione Principis quicquam tale tribuere. Ægid. Thomat. *de collect. in pr. num. 8.* Petr. de Ubaldis, *de collect. num. 4.* Intelligo autem indictionem, quæ fit cum imperio. Atque hinc removeo collectas omnes conventionales, quæ vel à Magistratu & subditis, vel à subditis inter se, quandoque etiam à vicinis tantum, aut Collegis per modum conventionis decernuntur, sive ex causâ necessariâ, sive voluntariâ. Wefenb. *Consil. 45. num. 10.* Henning. Gøden. *Consil. 2. num. 8.* Anton. Perez. *Cod. de indict. num. 11.* Th. Maul. *de homag. 9. num. 4. 5. 6.* Joh. Grivell. *de cif. Dolan. 11. num. 18. seq.* Anton. Tesfaur. *decif. 257.* Nec enim necesse est, ut propter communem puteum, fontem, rivum, aggerum constructionem, septa ædificanda reficiendavè Principis jusus expectetur, cum utique onus quisque sibi imponere possit modo, quo lubet. Leonh. Leslius, *de just. & jur. lib. 2. c. 33. dub. 2. num. 15.* nec Principis hic quicquam intersit, nec verendum sit, ne aliquod inde Reipublicæ extet periculum. Quâ ratione non nego, turrium & murorum constructionem in oppidis cum prædictu Principis, & in eam rem collationes cum ejus permisso fieri debere.

Vid. quæ diximus *de jure fortalit. num. 6. seq.*

XXI. Sed & in iis, quæ ex conventionem promittuntur, collationibus, aliqua reperitur diversitas. Si enim ex causâ non necessariâ tales fieri debent, nego obligari eos, qui non consenserunt, ut maximè major pars ita convenerit, & pactum istiusmodi inierit. Ratio est, quia, quod omnes tangit, ut singulos, ab omnibus approbari debet, *l. ult. C. de auct. prest. Anton. Fab. Cod. lib. 9. tit. 29. def. 18.* Quod si verò causâ necessaria subest, obligantur etiam illi, qui non consenserunt, quia tùm causâ non videtur ad omnes pertinere, ut singulos, sed ad omnes, ut uniuersos. Ita e.g. si agatur de ponte, vel puteo extruendo ad privatorum commodum, ab omnibus negotium istud approbari debet, si quidem omnes eadem obligatione adstringi debeant. At si agatur de ponte, vel puteo extruendo pro bono publico, majoris partis consensum sufficere, rectè concludit Johannes Baptista Costa, *de fact. scient. & ignor. inspect. 30. num. 11.* Balth. Contr. Zahn. *de municip. cap. 63. numer. 12.* Anton. Perez. *Cod. de indict. num. 16.* Et hoc casu à præstatione collectæ liberari poterit nemo, etsi paratus sit renunciare usibus & commoditatibus rei communis, ut idem statuit

Costa, *de rat. rat. & quæst.* 27. num. 8.
 Agid. Thomat. *de collect.* §. *retenta.*
 num. 17. Johan. Grivell. *decif. Do-*
lan. 69. num. 12. Joh. Gariias, *de ex-*
pens. & *mel. c.* 19. num. 13.

XXII. Ex dictis patet, collectas, jure Imperii impositas, & longo tempore solutas, argumentum facere, locum istum pertinere ad territorium indicentis. Pone, litigium esse inter vicinos Principes de finibus, & alteri per totum territorium certam collectionis speciem, quam *steueram* vocant, solvi, alteri talem non solvi; sicubi ille probaverit, ex loco controverso *steuras* per aliquot annos solutas fuisse, haud fru-

itram inde colligere licebit, locum istum ad territorium ejus pertinere. Vid. Andr. Knichen, *de territor.* cap. 3. num. 322. *seqq.* Mart. Mager. à Schönberg, *de advocat. arm.* cap. 10 num. 181. *seqq.* Knipschild, *decivit. Imp. l. 2. c. 17. num. 11. seq.* Collectæ enim non imponi, nec exigi possunt, nisi à Principe, jura superioritatis & territorii exercente. Et quæquam indici tales de facto fortè possint in alieno territorio, id tamen non præsumitur, cum nec tam prompti sint contribuentes, ut onera, ab alio sibi imposita, atque sic indebita, illicò agnoscant, nec tam faciles Magistratûs aut Principes, ut id fieri patiantur.

CAPUT II.

Quibus personis & rebus imponi possint Collectæ.

SUMMARIA.

1. *Omnes tenentur ad Collectas, qui non sunt immunes.*
2. *Immunitas variis ex causis competit.*
3. *Pauperes & egeni immunes sunt à Collectis.*
4. *Inter pauperes non sunt referendi, qui operis manualibus sibi victum quaerunt.*
5. *Famuli etiam sunt immunes à Collectis.*
6. *Non tamen à capitatione.*
7. *Pauperes sunt, qui tantum non habent in bonis, ut Collectas ferre possint.*
8. *Ditiores plerumq; onus contributionum devolvunt in pauperes.*
9. *Fundis sterilibus non debet imponi Collecta.*
10. *Nisi culpa causam dederit.*
11. *Ecclesia, & ades parochiales immunes esse debent à Collectis.*
12. *Num immunitas etiam sit pecunia otiosa?*
13. *Quid de monilibus, cæcenis, vasis aureis?*

Immu

- Immunitatem habent etiam bibliotheca, vestimenta, instrumenta opificum, &c. 11.
 Propter agrorum sterilitatem, qua est unius anni, non remittuntur Collecta. 11.
 Iniqui sunt exactores tributorum ex area adium combustarum. 12.
 Aedes, qua nuda habitationi inserviunt, nec aliud lucrum praestant, bodiè non sunt immu-
 Clerici sunt immunes, & quidem jure tantum humano. 14. 15. 16. (nes. 13.)
 Historia Juris Canonici circa immunitatem Clericorum. 17.
 Differentia inter jus Civile & Canonicum. 18.
 Pradia & possessiones Clericorum verum immunitate gaudeant? 19. 20.
 Responsum JCtorum Wittebergensium. 21.
 Bona Clericorum patrimonialia non sunt immunia. 22. 23.
 Tempore necessitatis nemo debet esse exemptus. 22.
 Præ tamen facit Princeps, qui Clericis immunitatem etiam quoad bona patrimonialia tri-
 Templa immunia esse oportet à Collectis. 25. (buit. 24.)
 Bonorum Ecclesiasticorum distinctio ex mente Canonistarum. 26.
 Decima à contributionibus sunt libera. 27.
 Ut & oblationes. 28.
 Ut. Vasa sacra, ornamenta, ceteraq; divino cultui destinata. 29.
 Bona Ecclesia temporalia, quatenus tributis gravari possint. 30.
 Immunes etiam sunt Rectores atq; Magistri scholarum. 31.
 De legibus prohibentibus alienationem bonorum in Ecclesiam. 32.
 Princeps immunis est à tributis, propter pradia tamen, qua possidet, onera imposta libe-
 rè subit. 33.
 Consilarii Principis quatenus immunes haberi debeant. 34.
 Professores etiam in Academia immunes esse cupiunt, nec aliqua talis immunitas eis est
 invidenda. 35. 36. 37. 38. 39.
 Eadem est ratio Doctorum? 40.
 Quid statuendum de Advocatis? 40.
 Etiam milites debent esse immunes. 41.
 Numerus liberorum an praestet immunitatem? 42.
 Immunitas quandoq; conceditur per privilegium. 43.
 Sed privilegia talia rarissimè concedi debent. 43.
 Et ne ea in damnum aliorum vergant, debet Princeps ipse damnū istud in se suscipere. 44.
 Responsum JCtorum Wittebergensium. 45.
 Privilegia talia strictè sunt explicanda. 46.
 Immunitates nonnulla, consuetudine introducta. 47.
 Senatoribus immunitates non invidendae. 48.
 Sententia Wittebergensis. 49.
 Nobiles etiam alicubi sunt immunes. 50.
 An propter bona feudalia teneatur quis ad Collectas? 51.
 Immunitas à Collectis acquiritur etiam prescriptione immemoriali. 52.

Immunitas à Collectis repugnat cbaritati. 53.

Privilegium immunitatis amittitur per unicum actum contrarium. 54.

Sententia Jctorum Wittebergensium. 55.

Qualitercunq; immunes tenentur ad onera extraordinaria. 56.

Sententia Jctor. Wittebergens. 57.

Alia similis. 58. item 62.

Potest tamen immunitas dari etiam ab extraordinariis Collectis. 59.

Civitas an immunitatem dare possit à Collectis, quas jubet superior? 60.

Sententia Wittebergensium. 61.

Forenses quatenus ad Collectas obligentur. 63. seqq.

Collecta pro bonis immobilibus solvi debent in loco, ubi in catastum redacta sunt. 70.

I.

His ita expositis, videamus nunc porro, quibus Collectæ imponi possint. In quâ re explicandâ utar vulgari JurisConsultorum in aliis materiis usitatâ regulâ, omnibus imponi posse, qui non sunt immunes. Si enim exceptio facit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptio, ait Cicero, *in orat. pro Balbo*. Quapropter inquirendum erit ante omnia, qui sint immunes; quibus cognitis facîle deinceps erit definire, qui sint munifici. Immunis enim dicitur ille, qui ab onere publico, tributo, aut obligatione liber est. Cumq; non personis tantum, sed rebus etiam imponi onera soléant, exemptionis jura in utrisque talia occurrunt, ut negligi à nobis nequeant, & latiore, quàm expectari nunc potest, tractatum mereantur. Nos carptim ea considerabimus, & veluti per compendium.

II. Immunitas nascitur vel ex conditione subjecti, vel ex jure extrinsecus adveniente. Subjectum enim quandoque tale est, ut ex se, & suâ naturâ, nullam omninò Collectæ impositionem admittat. Quod etsi impropiè immune dici putet Dn. Tabor, *de jur. metat. part. 3. cap. 1. num. 9.* à nobis tamen præteriri non debet, & hactenus rectè immune dicitur, quatenus à publicis tributis liberum est. Talia sunt inter personas, mendici & pauperes; inter res, fundi, & aliæ res steriles, &c. Jura verò, exemptionem facientia, vel ex lege veniunt, vel ex privilegio, vel ex consuetudine, vel ex præscriptione. Legem & privilegium hactenus distingvo, quatenus quæ lege tribuitur immunitas, integrum personarum ordinem, quæ verò ex privilegio est, unam tantum personam eximit, non oblitus inter-

rim eorum, quæ de privilegii vocabulo dixi *suprà*. Consuetudo verò & præscriptio in hoc differunt, quòd præscriptio nullum jus acquirit, nisi præscribenti, & in eos duntaxat, contra quos præscriptum est, & in tantum, in quantum præscribens possedit vel quasi; Consuetudo verò acquirit jus in universum omnibus, & contra omnes in suo casu. Arn. Vinn. *ad §. 9. Inst. de J. N. G. E. C. Franc. Connan. comm. l. 1. c. 10. numer. 8.*

III. Pauperes & egenos immunes esse debere, jamdiu respondit Ulpianus, in *l. 4. §. 2. ff. de mun. & honor.* propter conditionem scilicet personæ, & physicam quandam impossibilitatem: *Inopes, inquit, onera patrimonii ipsà non habendi necessitate non sustinent.* Neque quoad hanc immunitatem distingvo inter pauperes & egenos, licet aliàs pauperes dicantur illi, qui habent, unde vivant, egeni, qui non habent. Ant. Matth. *de crim. tit. de prob. c. 2. n. 10.* Wissenbach. *ad Digest. disp. 12. n. 4.* Utrosque & inopes, & facultatibus deficientes, immunes esse voluit Ulpianus, *d. l. §. 1. & 2.* sed hos ad tempus tantum, donec incrementa acceperit eorum patrimonium. Quod etiam de inope dici poterit, cæteris paribus, cum inopiã non apud omnes sit perpetua. Pauperem

autem hic dico in respectu determinato ad onus imponendum; nam tunc reverà pauper est, cujus bona non sufficiunt ad hoc onus ferendum, & debitum exsolvendum. Marius Giurba, *decis. 18. n. 6.* Atque hoc ex professione facultatum innotescere poterit, nec necesse est, ut, quod in aliis casibus fieri consuevit, iudicis id arbitrio relinquatur. Sig. Finckelthaus, *de jur. patron. c. 6. n. 168. seq.* Nec distingvo hic, utrum ex propria culpà causata fuerit paupertas, an ex fortunæ ludibrio, quanquam ista distinctio alibi usum habeat, uti ostendunt Stephanus Gratianus, *discept. cap. 406. n. 7. 9.* Vincent. Carocc. *de locat. p. 1. q. 30. num. 13.* In utroque enim casu sufficit, ipsam non habendi necessitatem onera patrimonialia excludere.

IV. Inter pauperes tamen recenseri nolo promiscuè eos, qui operis manualibus victum quarere necesse habent, nec bona vel mobilia vel immobilia possident; ex quo principio tum agricolas, tum opifices & artifices pauperibus annumerat Ay-mo Cravetta, *Consil. 199. n. 8.* & à Collectis disertè immunes facit Ægid. Thomatus, *de collect. §. exposuimus n. 6. seq.* Etsi enim in materiã ultimarum voluntatum, quando e. g. testator per modum stipendii legatum reliquit amicis suis pauperibus, pau-

perum nomine etiam illi, qui operis manualibus alimenta quaerunt, venire soleant, *Carpz. p. 3. constit. 13. num. 21.* In materia tamen collectarum, quae odiosa plerumque est, tam amplum significatum vocabulum pauperis non admittit. Et quis nescit, opifices & artifices ex operis manualibus saepe plus lucrari, quam latifundiorum & praediorum possessores? quos proinde eximere velle non patitur civitatis conditio, & civium inter se habitudo. Et si interim non diffitear, circumspicere hic agendum esse, & modice onera imponi debere, ne, uti Bodinus ait, bonis artibus & industriae bellum indici videatur, *l. 6. de Rep. c. 2. n. 663.*

V. Alia est ratio famulorum, & omnium eorum, qui in nostram sunt familia ministrante. Illis enim si quis Collectam imponere velit, non intelligere se prohibebitur vel ministrantium conditionem, vel Collectarum onus. Famulorum conditio haec est, ut ex nostris facultatibus petenda sit salus, nec aliunde lucrum aliquod sibi promittere queant. Natura Collectarum haec est, ut sit onus fructuum, *l. 13. C. de act. empt. l. 2. C. de annon. ac tribut.* At quae so ego, quos fructus, & unde eos capere poterit hodie nostra familia? Exiguum est plerumque, quod eis datur operae conductae praemium,

& quandoque vix amictui comparando sufficit, ut propterea inter pauperes merito referantur, & eadem cum illis immunitate gaudeant. Excipio tamen hic collationem, quae fit juxta numerum capitum, & capitatio alias dici consuevit, a qua famulos & ancillas immunes esse noluit Maximilianus I. Imper., in *der Ordnung des Regiments*/anno 1500. §. *Nehmlich/ das/ &c.* Neque id improbari potest, ut alibi ostendam. Benigniores tamen Domini, quibus familia curae cordique est, etiam has collationes haud gravatim ex suo patrimonio solvent, quemadmodum & olim Dominos in censura deferre oportebat servos, *l. 4. §. 5. ff. de cens.*

VI. Quae de pauperibus haecenus diximus, sufficienter explicavimus, non alios hic intelligi debere, quam eos, qui tantum in bonis non habent, ut Collectam impositam sufferre possint. Extendi ergo non debent ad eos, qui in comparatione cum ditioribus pro pauperibus haberi solent, in ordine tamen suo nullam inopiam patiuntur. Hi enim, quin pro ratione facultatum suarum ad Collectas impositas teneantur, dubium nullum est. Observatum tamen jam diu est, in istiusmodi cives plerumque totum onus contributionum devolvi, alios ditiores

eximi, magnasqve hinc in Republicâ querelas quotidiè iterari. De his pauperibus intelligendum est, quod scribit Salianus Masiliensis, *lib. 5. de gubern. DEI: Illud indignius ac pœnalius, quòd omnium onus non sustinent, imò quòd pauperculos homines tributa divitum premunt, & infirmiores ferunt sarcinas fortiorum, nec alia causa est, quòd sustinere non possunt, nisi quia major est miseriorum sarcina, quàm facultas.* — — *Adjectiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauperes solvunt.* — — *Sicut sunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione postremi. Si quando enim defectis Urbibus minuendas in aliquo tributarias functiones potestates summa existimaverunt, illicò remedium cunctis datum soli inter se divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficii humiles & egestuosos vocat? quis eum, qui primus est semper in sarcinâ, vel ultimo loco esse patitur in medelâ? Et quid plura? Tributarii omninò pauperes non putantur, nisi cum his tributi cumulus imponitur, &c.*

VII. Egimus hætenus de personis, quæ Collectam præstare omninò nequeunt, consequens nunc est, ut videamus etiam res, quibus onus imponi non potest. Tales sunt fun-

di steriles, ex quibus nulli capi possunt fructus: Quia enim Collectæ sunt onus fructuum, *l. 13. ff. de impens. in res dot. fact.* absurdum erit, onus imponere ei rei, quæ fructus fert omninò nullos. Ex quo principio rectè concludit Ulpianus, *in l. 4. §. 1. ff. de cens.* relevari eum debere, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex causis non possit, & si agri portio chasmate perierit, debere per censitorem relevari; si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint, iniquum esse, eum numerum inferri censui, &c. Nec distingvendum proindè est, utrùm naturâ suâ solum sterile sit, an verò ex accidente: Pluribus enim modis sterilitas induci potest, imbribus sc., fluminum inundatione, Solis ardoribus, uredine, chasmate, incendiis, per graculorum, sturnorum, & locustarum cohortes, per incursus hostium, & alios innumeros casus, *l. 15. §. 2. ff. locat. l. 18. C. eod.* Id tamen notandum est, non aliam sterilitatem fundos immunes præstare, quàm eam, quæ nullâ possessoris culpâ contingit. Damnum enim, quod quis suâ culpâ sentit, sibi, non alii debet imputare, neque tunc intelligitur damnatum sentire, *l. 203. ff. de R. J.* Atque ideò ne census interiret, si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumq; indiligenter curabat,

curabat, ac neque araverat, neque purgaverat, sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non id sine poenâ fuit; sed erat opus censorium, censoresque ærarium faciebant. Ageli. *l. 4. c. 12. h. e.* in numerum capite censorum referebant, quod ignominiosum erat. Marcell. Donat. *ad Liv. lib. 24.*

VIII. Ex eadem sterilitatis causâ neque Ecclesiis, cœmeteriis & aliis locis sacris, atque religiosis imponi Collecta potest, adeo ut ager tributarius onere hoc liberetur, simul atque in eo fundata fuerit Ecclesia, aut ædificatum cœmeterium. Ratio est, quia tunc non ampliùs tales fert fructus, qui censu aut tributo gravari queant. Quò & referunt domicilia Clericorum, & brevem hortum juxta Ecclesiam. Joh. Philipp. Maynard. *de privileg. Eccles. art. 15. num. 5.* Et si enim hortus talis pro sterili haberi nequeat, inter exempta tamen loca refertur, vel quia spacium ejus tantum non est, ut æstimari commodè queat, vel quia fructus ejus in floribus tantum consistunt, qui ad ornatum Ecclesiæ spargi subinde solent, vel quia Ecclesiæ ita quasi incorporatus est, ut in commercio hominum esse desinat. Aedes autem parochiales quandoque tam spaciosæ non sunt, ut alium præter habitationis usum præ-

stent; quæ ratio sufficit, ut non scribantur in catastum. Car. Tap. *ad rubr. de constit. Pp. c. 4. num. 46.* & videntur mihi illæ inter res universitatis referri posse, cum sint ex earum numero, quæ in privatorum usus descendunt, ut ex permisso privatus aliquis iis privatim & ad suum usum utatur. Vid. Colleg. Argent. *lib. 1. tit. 8. num. 35.* Quæ opinio robustior fit, si consideraverimus, non privatos esse Ministros Ecclesiæ, sed integræ universitati in cultu divino inservire, propter quod officium eis meritò tales habitationes conceduntur. Bona autem universitatis in censum redigere velle, universitatis intentioni, quæ ex propriis cujusque privati bonis, unde fructus percipi possunt, solvi Collectas vult, repugnare videtur. Vid. Bened. Bon. *de Censibus art. 18.* cum & aliàs universitatis bona, qualia sunt prætoria, balnea, prata & pascua, & si quæ sunt alia, immunitatibus collectis habeantur.

IX. Ex eadem sterilitatis ratione à Collectarum onere excipiuntur nonnullis, pecunia otiosa, catenæ & annuli aurei, margaritæ, lapides preciosi, ornamenta virilia & muliebria, ex quibus sola pompa & inanis gloria quaritur, nec ullam commoditatem percipitur. Roland à Valle, *vol. 1. consil. 65. num. 18.* Et

quidem

quidem pecuniam quod concernit, illa ex se sterilis esse dicitur. Gail. l. 2. obs. 7. num. 1. ut neque usuram hinc admittant Canonistæ. Anton. Dadin. Alteserra, ad C. 15. X. de usur. Jos. Gibalin. de usur. l. 1. cap. 7. art. 1. num. 6. Et sterilitatem hanc fateatur etiam Jctus, in l. 121. ff. de V. S. Sed enim sterilitas hæc multum differt ab agri aut fundi sterilitate naturali. Hic enim nullum omnino usum præstat, nec præstare potest, & proinde nec ditiozem facit possidentem; pecunia autem suos habet usus, suumque possessorem etiam tum, cum otiosa est, locupletem facit. Ut proinde statuere nequeam, pecuniam otiosam, perinde ut agrum, naturâ suâ sterilem collectis subjici non posse, sed exemptionem potius istam, si qua est, ex Principum beneficio petendam esse existimo. Et quid verò plus committit, qui agrum suâ culpâ sterilem reddit, cur censoriam metuendam habuerit virgulam, quàm qui pecuniam suam otiosam facit? nisi dicere velis plus interesse Reip., ne ager incultus relinqvatur, quàm ut aliquis pecuniâ suâ utatur. Quocirca, sicubi constitutum fuerit aut receptum, ut unusquisque facultates suas, mediante juramento, in censum deferre obstrictus sit, quod quidem in nonnullis Germaniæ civitatibus

obtinere, etiam pecuniam otiosam computari debere existimo.

X. Monilia verò, catenæ, vasa aurea & argentea, gemmæ, & ejusmodi pretiosa alia, diversæ sunt naturæ atque conditionis, diversumque planè præbent usum. Pecuniæ enim numeratæ usus in abusu consistit, §. 2. Inst. de usufr. neque in eâ usufructus constitui potest; at vasorum argenteorum usus est perpetuus, sed ad ornatum tantum, & pompam atque splendorem, recipiuntque ea usufructum, l. ult. ff. usufr. quemadm. cav. Usus verò iste utrum talis sit, ut Collectarum oneri subjici queat, dubium redditur ex eo, quod nullos omnino fructus pariat, nec augeat facultates possidentis; & quod è contrario ipsa substantia harum rerum locupletiozem faciat dominum, ut aded in professione facultatum omitti nequeant, præsertim si cujus totum patrimonium, ut fieri interdum solet, in his rebus consistat. Videtur igitur distinctioni locus esse, utrum quis pro conditione aut qualitate personæ suæ necessaria tantum possideat, an præter ea adhuc alia ad luxum tantum facientia. Priora merito eximuntur ab onere Collectarum, non quidem ex naturâ suâ, cum utique tam sterilia non sint, ut locupletior inde dici nequeat do-

minus, sed ex lege, aut consuetudine; posteriora autem in censum merito deferuntur. Et hoc vult, ni fallor, Recessus Imperii de ann. 1542. in verbis: *Doch sollen in solchen Anschlag eines ieglichen Kleider / Kleino-ter / Silbergeschirr / uñ anderer Haus- rath / derer ein ieder seinen Stand und Wesen nach sich gebrauchen / nicht wohl entperen kan nicht gebracht werden.* Vid. Knipschild. *de civ. Imp.* l. 2. c. 17. num. 39.

XI. Ut porrò ad singulas rerum steriliū species descendam, easq̄ve ordine recenseam, institutum meum non est. Et proindè generaliter tenendum est, ex rebus illis, quæ fructus omninò nullos ferunt, collectas injustè peti. Quò etiam pertinent bibliothecæ, vestimenta, instrumenta opificum, nomina inexigibilia, &c. Circa temporariam tamen agrorum sterilitatem notandum est, ordinarias collectas propter eam vix remitti, nisi fortè tam pauper fuerit eorum possessor, ut non habeat, ex quo interim alimenta capere possit. Quemadmodum enim in locatione, ad plures annos facta, pensio non remittitur, propter sterilitatem unius anni, ideò quòd ubertate alterius anni præcedentium aut sequentium annorum sterilitas compensatur, l. 15. §. 4. l. 25. §. 6. ff. locat. l. 8. C. eod. Franzk. *ad tit. locat. n. 107.* ita neq̄ tributa re-

mittuntur, propter unius anni sterilitatem. Utrinque enim par ratio est, cum & pensio & tributum, aut collecta ad rationem fructuum computari debeat.

XII. Ex his intelligi potest, quàm iniqui sint Magistratūs illi, qui ex nudâ areâ ædium collapsarum aut combustarum tributa, aut canonem sibi ex ædibus debitum, Schoss und Steuer / exigunt. Collectas omnes ex fructibus rei peti, & ad rerum modum imponi debere, supra diximus. At, dirutis ædificiis, quos fructus percipi posse putabimus ex areâ? Et tanta tamen est nonnullorum exactorum intemperies, ut ubi quis fuerit, qui post multos annos in areâ tali ædificare velit, omnium retrò annorum canones rigidè postulent, nec de remissione audire quid velint. Et sic illi naturæ oblectantes ex re sterili frugiferam sibi faciunt, non arte quidem, aut industriâ, aut labore, sed insubidâ quâdam & acerbissimâ exactione.

XIII. Alia est ratio ædium adhuc consistentium, in quibus tamen ipsis aliqua videtur constitui debere differentia. Nonnullæ enim tam spaciosæ sunt, ut non habitationem tantum Domino, sed lucrum etiam aliquod præstare queant, atq̄ hæc tributis merito subjiciuntur; aliq̄væ verò nudæ habitationi inserviunt, neq̄ve

neque lucro faciendæ aptæ sunt, & has non deduci debere in appetitum, dicit Carolus Tapia, *in rub. Dig. de Constit. Pp. cap. 4. n. 46.* Quod videtur convenire principio antea posito, non nisi ex rebus frugiferis Collectas peti debere. Moribus tamen sæculi aliud invaluit, quibus ædes in universum omnes, quales & quantæcunq; fuerint, solis istis exceptis, quæ à Ministris Ecclesiæ & Reip. habitantur, collectarum oneri substant. Atq; id non minus iniquum videtur, quàm si quis vestimentis necessariis velit tributum imponere. Sed ita res agitur, tantasque ea consuetudo nunc acquisivit vires, ut accusare eam atq; iniquitatis postulare vix quisquæ ausit.

XIV. His ita expositis, commodum nunc est, ut immunitatem, quæ ex lege est, expendamus. Legem dum dicimus, legem intelligimus humanam positivam, non divinam aut naturalem. Ubi inter personas primo loco se offerunt Clerici, quorum immunitatem ipsa svadet pietas, & sanctissimus in Religionem affectus. Sed hic illicò ineunda nobis est *Agonias*, utrum solo humano jure, an non divino potius Clerici immunes dici debeant? Posterius hoc statuit Bonifacius VIII. *in c. quanquam 4. de censib. in 6.* & post eum multi alii, quos recenset illic Augustinus Barbosa. Conf. Joh.

Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 19.* In eamq; rem adducit Glossa textus, *Genes. XLVII. 21. 22. & 1. Esdr. VII. 24.* Sed enim exempla hæc duo, Josephi alterum, alterum Artaxerxis, immunitates concedentium, legem divinam non constituunt. Vid. Rivet. *in Jesuit. vap. c. 27. n. 2.* Dannhauer. *in Colleg. Decal. disp. 11. §. 17.* Egid. Thomat. *de collect. §. non obstant. n. 10.* Rich. Montacut. *orig. Eccles. part. 2. n. 56.* Nec proinde territorius autoritate Pontificis Alvario Valascus, *Consultat. 100. n. 9. & 10.* audacter asserit, exemptionem à tributis Laicorum solo jure humano esse inductam. Quod & ante eum statuunt Thomas Aqv. *in Epist. ad Rom. 13. lect. 1.* Didacus Covarruvias, *pract. qvæst. 31. n. 2.* sequuntur Ludovicus Molina, *tom. 1. disp. 31. n. 11.* Bellarminus ipse, *tom. 1. contr. lib. 1. c. 28.* quem laudat Guil. Barclajus, *de potest. Pap. cap. 15.* Rectè omninò, cum nulla Lex divina produci possit, quæ exemptio illa Clericorum confirmetur. Et hinc rectè Ambrosius, *ad c. V. Luc. Si censum filius DEI solvit, quis tu tantus es, qui putas esse non solvendum,* uti refertur *c. magnum. 11. q. 1.*

XV. Ex jure igitur humano est, quod Clerici immunes à tributis existant, eoq; tum civili, tum Canonico. Utrumq; variè constitutum fuit, nec omnibus temporibus idem semper extitit. Primam immunita-

tem ex Constantini lege habuerunt, quæ extat, *in l. 1. & 2. Cod. Theodos. de Episcop. & refertur ab Eusebio, lib. 10. hist. Eccles. cap. 7.* Per quam à muneribus personalibus liberi pronuntiabantur, ne eorum nomine à suo Ministerio atq; functione vel abducerentur vel distraherentur. Quæ eadem ratione nec tutela quidem eis committebatur, *l. 5. 2. C. de Episc.* Successit deinceps immunitas alia, à Successore Constantio concessa, quæ Clerici eorumq; mancipia, i. e. coloni à novis collationib; i. e. ab extraordinariis & superindictitiis immunes declarabantur, *l. 1. C. eod.* Non multò post eosdem à sordidis etiam muneribus immunes esse voluit idem Constantius, *in l. 2. C. eod.* Quæ autem sint sordida munera, per exempla explicat Jacobus Gothofredus, *ad rubric. Cod. Theodos. de extraord. sive sord. mun.* Et quanquam etiam à censibus eos immunes esse aliquando voluerit Constantio, *in l. 10. Cod. Theodos. de Episc.* sententiam tamen suam paulò post mutavit, & ordinaria patrimoniorum onera etiam à Clericis agnosci voluit, idque perspicuè ostendit ejusdem Constantii constitutio, quæ extat, *in l. 3. C. eod.* Ut adeò putem, juri civili immunitatem talem, qualis hodiè jactatur, usq; ad tempora Friderici II. Imperatoris fuisse incognitam. Vid. Fr. Duaren. *de sacr. Eccles. minist.*

lib. 7. c. 10. Fr. Balduin. de legib. Constantini, lib. 1. pag. 50.

XVI. Quæ verò Friderici hujus tempore promulgata est constitutio, haud paulò pingviorem facere videtur conditionem & immunitatem Clericorum. Verba habentur post *l. 2. C. de Episc. & Cler.* quibus prohibetur, ne quisquam Collectas vel exactiones, angarias vel parangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere præsumat, sub poenâ tripli & imperialis banni. Sed observat Fr. Duarenus, *d. l. Honorium III.* Pontificem constitutionem eam à Friderico expressisse, quo die eum diademate, Imperatorio insignivit, atq; id accidisse sexto post anno, quàm Imperator lectus fuerit Fridericus, tantoq; tempore dilatam fuisse coronationem, quam Innocentius, prædecessor Honorii, jam inde ab initio ei negasset. Addit Carolus Molinæus, *ad l. 5. C. de SS. Eccles.* authenticam eam propter bella, inter Imper. & Papam mox exorta, nunquam fuisse usu receptam, nec agere eam de censu vel tributo Imperiali, nec de munerib; civilibus, sed tantum de impositionibus, injunctis ad inferioribus, qui non habent potestatem legis condendæ. Quicquid hujus sit, sufficit, promulgatam fuisse dictam constitutionem in seculo XIII. quo propter Pontificum *πλεονεξίαν* multum im-

minuta jam fuit Imperatorū auctoritas, quovē Leges Civiles ad Leges Pontificias conformare oportuit.

XVII. Et ut clarius constet, qualem tempore fuerit Jus Pontificium circa tributa, & Clericorum possessiones, breviter ejus historiam recensemus: Primum in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. anno M C LXXIX, (quod Didacus Covarruvias, *lib. 1. resolut. c. 17. n. 5.* particulare quorundam Cardinalium, Franciscus Longus à Coriolano autem cum aliis generale 30. Episcoporum fuisse dicit,) statutum est, ne quis Laicus sub pœnâ excommunicationis onera imponeret personis Ecclesiasticis, excepto casu necessitatis & utilitatis publicæ, quando bona Laicorum non sufficiunt, quod ipsum tamen meræ libertati & spontaneo motui relinquendum sit. Constitutio habetur *in c. 4. X. de immun. Eccles.* Subsecutum est Concilium Lateranense aliud sub Innocentio III. anno M CC XV. ex quo disposuit Pontifex, non sufficere spontaneum & liberum Clericorum assensum, sed requiri insuper debere consensum Pontificis Romani. Simul addidit, ut si quis Consulium aut Rectorum civitatis Clericis onera imposuerit, prorsus irritæ & nullæ sint vel Constitutiones, vel sententiæ, quæ deinceps promul-

gata fuerint; successores etiam in officio, sub eadem excommunicationis censurâ conclusi teneantur, uti dicitur *in c. 7. X. de immun. Eccles.* Quæ tamen Constitutio non ab integro Concilio Lateranensi profecta est, sed à solo Pontifice, si verum est indicium, quod facit Marcus Anton. de Dominis, *de Republ. Eccles. lib. 6. c. 10. num. 98.* Successit deinde Bonifacius VIII., qui *c. 3. de immun. Eccles. in 6.* majore cum verborum emphasi atque pondere impositionem Collectarum prohibet, & excommunicatos vult non tantum Laicos imponentes, tum & recipientes à sponte dantibus, sed ipsos etiam Clericos dantes, ut maximè sponte, & donandi animo dederint, sibi soli reservatâ potestate absolvi. Sed hoc non per omnia placuit successoribus Benedicto XI. quippe qui in *extravag. comm. eod. tit. excommunicationis pœnam*, à Bonifacio decretam, ad exigentes tantum, & exigentibus cooperantes restringit, reliquos autem exceptos esse vult, nisi quod graves intermitteretur pœnas Clericis, qui sine consensu Romani Pontificis quocunque titulo vel solverint Laicis quicquam, vel promiserint. Videtur Benedictus in hoc tantum à Bonifacio dissentire, quod hic dantem Clericum ipse jure sententiam excom-

municationis incurrere statuerit, ille verò à Pontifice eam expectari voluerit. Tandem verò Clemens V. Papa, & Bonifacii & Benedicti Constitutiones, quatenus singulare quid continent, abrogat, solasq; observari vult, quæ ex Conciliis Lateranensibus prodierunt, Alexandri & Innocentii supra allegatas sanctiones. *Clem.un.de immun.Eccles.* Quæ novissimè in Concilio Tridentino, aut Bullà Cœnæ Dominicæ, uti vocatur, constituta sunt, nihil attinet nunc recensere. Vid. Franc. Toletus, *in Instruct. Sacerdot. lib.1.cap.29.*

XVIII. Atque hic fuit Juris Canonici in hâc materiâ progressus. Ex quo patet primò differentia inter Jus Civile & Canonicum, & quòd illud adstrictius, hoc laxius existat. Deindè, quòd primas immunitates Clerici ab Imperatoribus acceperint, augmenta à Pontificibus, non prius tamen, quàm post tempora Gregorii VII, sive postquam, oppressis Imperatoribus, Romani Pontifices ad universalem dominatum, & Imperium orbis terrarum, per summam iniquitatem rerumq; omnium perturbationem grassari cœpissent. Tertiò, ex adductis Juris Canonici capitulis non usque ad eò certum esse, num universa promiscuè Clericorum bona exempta, aut immunia esse debeant, an ea

tantum, quæ Ecclesiæ sunt. Solet enim peculium Clericorum varium esse, uti explicat Andreas Valensis, *in Paratit. de pecul. Cler. n.1.* ita ut vel constet ex propriis Clericorum bonis, sive ea patrimonialia sint, sive quasi patrimonialia, vel ex bonis Ecclesiæ, vel deniq; ex bonis, intuitu Ecclesiæ acquisitis. Et hinc maximè dubitari cœpit de bonis patrimonialibus, utrum ad ea extendi debeant Pontificiæ Constitutiones.

XIX. Clericos prædiorum possessores veteres censûs & indictiones sustinere debere, imò & prædia, in Ecclesiam translata, cum oneribus prædialibus eis impositis transire, statuunt Antonius Bengueus, & Francisc. Pinsionius, *de benefic. Eccles. c.4. part.2. §.6.* Anton. Perez. *Cod. de annon. & trib. num.33.* Johan. Azor. *instit. moral. part.3. l.5. c.19.* ubi tamen distinctionem facit, inter gabelbellam invariabilem, & variabilem. H. Zoëf. *tit. de immun. Eccles. num.3.* Nicol. le Maistre, *de bon. Eccles. lib.3. c.3.* quam etiam facit P. Costal. *ad l.17. §. fiscus ff. de usur.* Negant, & contrariam sententiam tuentur Antoninus Diana, *in summ. tit. gabelas solvere num.9.* Francisc. Tolet. *d.l. num.2.* Alphons. Modit. *lib.1. dubitat.30.* Augustin. Barbof. *de Jur. Eccles. lib.1. cap.39. §.5. num.6. & 29.* & omnes illi, qui statuunt, bona Cle-

Clericorum etiam patrimonialia ad forum pertinere Ecclesiasticum, nec iudicio seculari amplius subesse, uti vult Michaël Ferro Manrique, *de differ. & concord. utr. fori*, *q. 2. 22. n. 3.* Thom. Sanchez, *Consil. moral. lib. 2. c. 4. dub. 55. & dub. 57.* Quorum opiniones & argumenta, atque dissensus, si examinare penitus vellemus, agendum nobis esset id, quod ab instituto nostro planè esset alienum. Id tamen prætereundum non est, protervè nimis & arroganter à Canonistis statui, eo casu, quo Clerici ex bonis jam affectis tributum solvere tenentur, non solvi id Principi seculari in recognitionem domini, vel subjectionis, sed solum pro pace & quiete servandâ, & idèò non esse propriè tributum. Joh. Phil. Maynard. *de priv. Eccles. art. 13. num. 13.*

XX. Ut de Clericorum immunitate nostram exponamus sententiam, dicimus, eam rectè quidem eis, sive personas, sive bona spectes, & piè concedi, istam tamen immunitatem non esse ex jure divino, & propterea ampliari à Principe, & restringi pro re natâ posse. Munera quod concernit personalia, nemo erit tam iniquus rerum æstimator, qui non velit ab istis Clericis esse immunes. Excipiunt Canonistæ casum necessitatis, & exempli loco po-

nunt custodiam civitatis, *exc. 2. X. de immun. Eccles.* Vid. Thom. Sanchez, *d. l. n. 13.* Sed exemplum istud parùm convenire ostendi in dissert. quam edidi, de Episcopo milite, *c. 7. num. 9.* In cæteris verò non facilè dissentiam, cum necessitas, ut ait Seneca, magnum humanæ imbecillitatis patrociniū, omnem legem frangat. Munera verò realia, quæ facultatibus aut intuitu facultatum imponuntur, Clerici, invito Principe, recusare non possunt. Et falsum omninò est, quod statuit Barbosa, *d. l.* ex dignitate personæ influere immunitatem in ipsa bona, nec personam dici posse plenè ac perfectè exemptam, nisi etiam illius bona exempta sint; Nec enim inter bona & personas talis fit unio, ut qualitates, extrinsecus adstantes, utrisque communes esse oporteat. Neque absurdum est, unam eandemque personam, diversis qualitatibus præditam, pro diversâ haberi, diversoque jure censi. Carpzov. *in Jp. Consist. lib. 2. def. 311. n. 11.* Add. Ægid. Thomat. *de collect. §. subjiciunt num. 38.* Et quod de plenâ ac perfectâ exemptione dicitur, papale sapit principium, nullibi à nobis concessum, nec ab adversâ parte probatum.

XXI. Responderunt ita Wittebergenses, *an Bürgermeister und Rathsmann zu Burg / mens. Mart. 1676.*

Ist bey Anlegung der Collecten zu Erlangung des eurer Stadt von dem Reichs- und Erzh- / auch allen andern Steuern / zugeschriebenen contingents, allemahl das Absehen mit auf die liegende Gründe an Aeckern/Gärten/und Häusern/nebenst eines iedweden Gewerbe / und Nahrung / genommen / und die Anlagen darnach eingerichtet worden. Und es wollen eure Prediger / und Schul-Diener / sich zu dergleichen Anlagen von ihren unbeweglichen Gütern / so sie von ihren Eltern ererbet/oder mit ihren Weibern durch Heyrath bekommen / oder auch von andern erkaufft / nicht verstehen/nach mehren Inhalt eures Berichts. Wenn nun gleich ermelte Prediger und Schul-Diener vorwenden möchten/das die Geistlichkeit in allen Rechten von den Steuern / Contributionibus, und anderen gemeinen Anlagen/befreyet worden / und die Geistlichen Güter auf keinerley Weise beschweret werden solten; Dennoch aber/und die weil die jenigen Aecker / Gärten / und Häuser / so die Kirchen- und Schul-Diener von ihren Eltern und Freunden ererbet / oder durch Heyrath bekommen / oder Rauffweis an sich gebracht / eigentlich keine Geistlichen/oder Kirchen-Güter seyn/dieselben auch vorhin / ehe sie an diese Personen gekommen / von den gemeinen Anlagen niemahls befreyet gewesen / und an-

ders nicht / als mit denen darauff haffenden oneribus, auf sie gebracht worden sind; So seynd auch die Kirchen- und Schul-Diener wegen ihrer patrimonial-Güter die gemeinen Anlagen zu tragen schuldig / Ihr möget aber darbey auf ihre sonst habende Nahrung / und was sie durch Bestellung ihres Kirchen- und Schul-Diensts erwerben / kein Absehen nehmen / V. N. W.

XXII. Poterunt igitur Clericorum bona patrimonialia ab illis, qui summum tenent Imperium, in censum redigi, & tributaria constitui. Quod de illis, qui jam antè allibrata, seu in communi aestimo oneribus publicis alligata fuerunt, quàm ad Clericos pervenerint, minus dubium habet, etsi contrarium teneat Johan. Gutierrez. *qvæst. pract. lib. 1. qvæst. 3. num. 16.* quia talia bona cum suo onere ad quoscunque possessores, quantoperè etiam privilegiati sint, transeunt, neque conditio novi possessoris mutare potest tributorum pro rebus solvendorum conditionem. Joh. Petr. Surd. *decis. 20. n. 10.* Dav. Mev. *part. 4. decis. 106.* Quod si noviter imponi debent tributa, quæ propterea extraordinaria dici consueverunt, ab illis quidem Imperator Clericos immunes esse voluit, *l. 1. C. de Episc. & Cler.* Sed ve-reor ego, ut id explicari possit de aliis

aliis bonis, quàm quæ per & propter Ecclesiam obveniunt. Sanè non temerè eo seculo, nec promiscuè quilibet petentes in Clerum adsciscabantur, ne sub specie Clericatus à numeribus publicis vacatio obtineretur passim, sed pauperes tantùm. Opulentos enim seculi subire necessitates oportebat, pauperes Ecclesiarum divitiis sustentari, ait Constantinus Imp. in *l. 6. Cod. Theod. de Episc.* Vid. Franc. Florens, *ad c. ult. X. de vit. & honest. Cleric.* Marc. Ant. de Dominis, *de Rep. Eccles. lib. 9. c. 1. num. 20. seqq.* Sed fuerint Clerici omnes, etiam opulenti & ditissimi, ab novis & extraordinariis collationibus immunes, potuit tamen ea immunitas ab Imperatoribus, quorum ex beneficio contigit, revocari. Et revocata fortè aliquando fuit, eo præsertim casu, quando extraordinarium munus in ordinarium & canonicum mutatum est, *l. 1. C. de indict.* Et quicquid deniq; hic asserere placuerit, excipiendus tamen semper est casus necessitatis. Quandocunq; enim agitur de necessitate vel utilitate concernente universum statum totius Reipublicæ, vel civitatis æqualiter, seu pariformiter, tunc Clerici nullum habent privilegium, sed æquè ut cæteri tenentur contribuere. Carol. Molin. *ad l. 5. C. de SS. Eccles.* Franc. de Amaya, *ad l. 3. C. de un-*

non. & trib. num. 36. Phil. Knipschildt *de civ. Imp. l. 2. c. 17. num. 44.*

XXIII. Quia igitur Constitutio in *d. l. 1. C. de Episc. & Cler.* temporalis fuit, uti sunt similes aliæ, ad jus & statum publicum pertinentes, neq; politiæ alicui ab alterius cujuscunq; politiæ liberalitate atq; indulgentiâ præjudicari potest. Gisbert. Voët. *polit. Eccles. pag. 1. l. 4. tr. 1. cap. 11. problem. 2.* eà non obstante assero, Principi licere bonis Clericorum patrimonialibus etiam extraordinaria onera imponere,posito, quòd illi aliundè habeant, ex quo, demptis illis bonis, honestè suam familiam sustentare queant. Etsi enim hoc non placeat Johanni Azorio, *Instit. moral. part. 3. lib. 5. c. 19.* ubi putat, Imperatores immunitatem semel concessam revocare non posse, non poterit tamen id, salvâ Principis circa personas & res Ecclesiasticas Majestate, negari. Et quod plus est, contra omnes Canonistas statuo, licere Principi ex bonis Clericorum patrimonialibus tributa exigere, etiam inconsulto Romano Pontifice, aut Episcopo. Th. Maul. *de homag. tit. 9. n. 63.* Quia enim Clerici, non tantùm quàm Clerici, sed etiam quàm cives sunt, spectantur in Republ., legibus Principum tenentur, nisi earum gratiam, aut libertate generali, toti Clero indultà, aut alicui ordini ex beneficio

Regum consecuti sunt. Petr. de Marcà, *de concord. Sacerdot. & Imp. lib. 2. cap. 7. num. 8.* Et hoc argumentum, quòd tributa ex bonis patrimonialibus ab eis, non tanquam Clericis, sed tanquam à civibus exigantur, latius urget Carpzovius, *in Jurisp. Consist. lib. 2. def. 311.* Conf. Dannhauer, *Colleg. Decal. disput. 11. §. 16.* Ægid. Thomat. *de collect. §. non obstant, num. 9. & 12.*

XXIV. Sed enim necesse hìc est, ne odium & crabrones in me excitentur, ut Francisci Duareni, *ex lib. 7. de sacr. Eccles. ministr. cap. 10.* verba hic mea faciam: *Nec eò hac dico, inquit, quòd Ecclesia, Ecclesiasticarumq; personarum privilegiis & vacationibus impensè non favcam, quas sapientissimi quidq; veterum magno semper favore ac liberalitate profecuti sunt.*

— Sed si praefractè, ac sine exceptione nullà velint Clerici vacatione istà, quam obtinuerunt à Principibus, uti, aut abuti potiùs, nihil profecit. Etò erit inhumanus, nihil ab instituto Sacerdotis Christiani alienius. Ac poterit eis meritò objici, quòd Diocletianus Imp. nescio cui Philosopho, vacationem munerum poscenti, respondit: *Professo & desiderium tuum inter se discrepant, nam cum Philosophum te esse proponas, vinceris avaritià & rapacitatè, & onera, quæ patrimonio tuo injunguntur, solus re-*

cusare conaris, l. 6. C. de mun. patr. Imò assero ego, piè facere Principem, qui Clericos ab omnib; omnino oneribus immunes reddit, dum tamen ex istis reliquorum concivium onera non adaugeat, piè etiam facere concives, si onera hæc Clericorum, ut illi immunes sint, ipsi lubentes subire velint; vicissim verò incivilem esse Clericum, qui, dum patrimonium amplum habet, talem immunitatem expetit, & à Principe importunis precibus extorquet, cum videat, reliquos cives in patrimonio quantitate sibi pares, atque etiam inferiores immunitate nullà gaudere, & onus, quòd sibi incumbit, hâc ratione ad concives devolvit. Gisb. Voët. *polit. Eccles. p. 1. lib. 4. tr. 2. cap. 5. §. 4.* Cæterum, si civitas domum parochialem, Clericorum habitationi destinata, non habeat, & Clericus proprias suas ædes, quas in patrimonio habet, inhabitare cogatur, quin ædes illæ ab oneribus vel omnibus vel aliquibus tandem liberæ esse debeant, quoad eide habitatione congruâ prospectum fuerit, dubium non est, per ea, quæ in simili casu disputat Dn. Tabor, *de jur. metat. part. 3. sect. 2. cap. 2. art. 1. num. 10.*

XXV. Promiscuè necesse est, ut de rebus simul atque personis, quibus immunitas competit, agamus.

Istam

Istamq; confusaneam tractationem exigit prava Canonistarum, & Doctorum aliorum opinio, statuentium, rerum conditionem ex personâ mutari, & sic ex personâ immunitatem advenire rei, quàm ipsa ex se, sine intuitu illius personæ, non haberet. Et fateor, posse legem ita scribi, ut quicquid, e. g. Clericus possidet, ab omni onere liberum sit. Sed extra legem talem nolim id asserere, ut hæctenus dictum est. Videamus nunc bona Ecclesiæ, quorum longè potior est ratio, propter immensum favorē, qui ipsis debetur, & qui ipsos etiam hostes, ne vim inferrent, aut in alios usûs verterent, sæpè cohibuit. Et Ecclesiam quidem ipsam ex alio capite, sterilitatis nempè, liberam esse diximus supra. Ecclesiam autem hoc loco accipimus non pro Christianorum multitudine, fideliumq; congregatione, sed pro templo & orationis domo. Vid. Selden. *de Synedr. lib. 1. c. 9. p. m. 275.* quæ nullos omninò fert fructus naturales, vel civiles. Si quæ enim ex granario, quod alicubi in superioribus templi partibus habetur, locationis accipitur merces, vix ea sufficiens est, ut ipsum indè factum tectum conservari possit templum.

XXVI. Bona Ecclesiastica communiter duplicia faciunt Canonistæ, spiritualia & temporalia, sive

corporalia. Sed cùm spiritualia admodum ambigè dicantur, Franciscus Duarenus, *l. 2. de sacr. Eccles. minist. c. 2.* rectiùs & significantiùs illa divina & sacra, hæc profana & humana dici existimat. Quam distinctionem etiam probant Anton. Bengueus, & Franciscus Pinsonius, *de benef. Eccles. ad verb. cum suo redditu cap. 1. part. 1. num. 47.* Sed ita, ut ad priorem identidem recurrant. Qui tamen sibi hæctenus constare non videntur, dum *num. 43.* spiritualia definiunt, quòd sint ea, quæ solum spectant Ministerium Ecclesiasticum, & ad illud terminantur, veluti spirituali officio exhibito mercedes congruæ; & tamen *sub num. 48.* in catalogum rerum spiritualium referre nolunt distributiones quotidianas, quibus tamen definitio aut descriptio præmissa quàm maximè convenire videtur. Cæterum, ut de distinctione ipsâ hîc multa faciamus verba, necesse non est; potius erit, ut eâ nunc neglectâ, ad species, quas faciunt Canonistæ, eamus, & utrùm tributa illis imponere liceat, aut non liceat, pensitemus. Interim non dissimulo, rectiùs nobis videri discrimen illud inter bona Ecclesiastica, quòd alia usibus sacris sint destinata, alia in conservationem ædificiorum, & alimenta Ecclesiæ Ministrorum atq; pauperum.

XXVII. Ad spiritualia à Canonistis primo loco referuntur decimæ, Ministris Ecclesiæ debitæ, quas tributis onerari posse negat Richardus Montacutius, *de orig. Eccles. part. 2. num. 60.* ex principio à Canonistis accepto, decimas esse juris naturalis aut divini. Et hinc prohibuit Pontifex, ne census aut tributa de fructibus, de quibus decimæ persolvendæ fuerint, primitiis deducantur, *c. 33. X. de decim.* Nos in thesi non dissentimus, si quidem ex solis decimis vivendum fuerit Ministro Ecclesiæ; sed negamus, decimas esse juris naturalis aut divini, & propterea in censum venire non posse. Id tantum est juris naturalis & divini, ut sufficiens merces Ministris Ecclesiæ reddatur, ut honestè possint se & familias suas alere, & ministerium suum peragere; ut autem per decimas præcisè fiat, nulla ratio naturalis dicitur. Nec igitur ex jure naturali, sed ex jure divino positivo est specificatio illa in Ver. Test., quæ Israëlitarum iussi fuerunt decimas exsolvere. Rivet. *in Genes. Exercit. 80.* Gisbert. Voët. *pol. Eccles. part. 1. lib. 4. tr. 3. cap. 5.* Quod si aliunde habeant sua alimenta, Clerici, non erit absurdum, ut tempore necessitatis, ex ipsis illis decimis Collectæ solvantur, cum planè intermitteri hoc casu possit jus deci-

mandi. Vid. *Ægid. Thomat. de collect. §. subjiciunt. n. 29. 30. 35.*

XXVIII. Alia ratio est primitiarum & oblationum, quas à tributis & aliis oneribus civilibus liberasset debere lubentes concedimus; non quidem, quòd jure naturali aut divino debeantur, uti statuit Bengueus, *d. l. num. 45.* cum id non nisi sub generali quodam conceptu admitti possit, quatenus nempe ad cultus DEI, & Ministerii sacri in Ecclesiâ conservationem pro ratione necessitatum quisque conferre tenetur ex iis, quæ à DEO accepit. Rivet. *in Exod. XXIII. 19.* Sed quòd olim oblationes in pios tantum usus converterentur, tum & si præsentem Ecclesiæ statum attendas, quod in mera liberalitate plerumque consistant, nec quisquam hodiè ad primitias & oblationes ita obligetur, uti obligatur alicubi ad decimas solvendas. Ea enim obligatio, quæ ex necessitate egentium inducitur, immunitatem ex se parit. Dicebantur autem oblationes olim munera illa, quæ in pecuniâ aut mobili realità offeriebantur, unde viduis, pupillis, cæterisque dispensatum fuit. Depromebatur etiam ex pane & vino oblatis particula, quæ communioni Eucharisticæ accommodabatur; quòd etsi neget Gabriel Albaspinæus, *lib. 1. obs. 5.* solidè tamen & eru-

eruditè tuetur Dorschæus, ad *Concil. Nicen. sect. 3. §. 22.*

XXIX. Tertiam speciem spiritualium bonorum apud Canonistas constituit sacra supellex ministeriis, & officiis Ecclesiasticis peragendis inserviens, veluti vasâ sacra atqve ornamenta, cæteraqve cultui divino consecrata. Atqve ea postquam divinis usibus semel destinata sunt, commercium omne effugiunt, nisi quod in casu necessitatis pro redemptione captivorum, & eleemosynâ pauperum alienari possint, *l. 21. Cod. de SS. Eccles. c. Apostolicos, & c. sacrorum 12. q. 2.* Franzkius, *lib. 2. resolut. 7. num. 50.* quibus addit Marcus Antonius de Dominis, *l. 9. de rep. Eccles. cap. 6. num. 45.* quod id liceat aliâ quâcunque necessitate urgente, quam tamen summam esse debere vult Gvil. Redoanus, *de reb. Eccles. non alien. quest. 7. n. 30.* Quibus positis, neutro casu Collectas locum habere posse statuo; Si enim penes Ecclesiam adhuc sunt bona istiusmodi, tributorum onus idè effugiunt, quia inter res steriles referuntur, nec alius eorum usus est, nisi ad ornatum & sacra peragenda; Si verò alienata fuerint, propter solum actum alienationis Ecclesia, idè gravari non potest, quia alienatio illa fit ex summâ necessitate, **Novus verò Dominus, in quem a-**

lienata fuerunt, in censum ea deferre, & tributorum oneri subicere tenetur, quia scilicet tum non amplius in Ecclesiæ dominio & usu persistunt, sed rerum secularium naturam induunt.

XXX. Bona Ecclesiæ temporalia vel sunt mobilia, vel immobilia. Immobiliū duo facit genera Nicolaus le Maître, *de bon. Eccles. lib. 3. cap. 3.* Quædam ait in dotem Ecclesiæ esse data, quædam ad dotem Ecclesiæ non pertinere, sed esse veluti aliquod ejus incrementum, nec tam necessitatis Ecclesiasticæ subsidium, quam splendoris admiculum. Illa libera esse oportere, & à tributo quovis immunita; hæc eo tempore, quo Ecclesiæ data fuerunt, vel exportia tributorum fuisse, vel tributis jam onerata; primi generis difficulter admittere tributa, posterioris verò bona unâ cum ipsò onere in Ecclesiam transisse, & hinc tributa ex hisce talibus persolvenda esse. Ego non dissentio, nisi quod putem, tempore necessitatis ex ipsis etiam dotalibus Ecclesiæ bonis Collectas rectè peri,posito, Ecclesiam, tam liberali & benignâ manu dotatam esse, ut & subsistere ipsa, & communi necessitati subvenire queat. Et subdubito ego, annon dotalia, uti hodiè dicuntur, fuerint illa prædia, quæ usibus celestium secreto-

rum dedicata memorat Honorius Imp. *in l. 5. C. de SS. Eccles.* & tamen ea ad canonicam illationem adstringi vult. Quin si res ex ipsis Reip. Ecclesiasticæ principiis examinetur, terra omnis ad seculares pertinuit potestates, Ecclesia tum nec agrum habuit, nisi ex concessione, quæ concessio limitata esse potuit. Immobiliū deinde bonorum possessio non ita olim erat in primitivâ Ecclesiâ fixa & quasi inalienabilis, ut nunc est; sed quæcunque tum Ecclesiis donabantur, usu consumptibilia esse censebantur, & pro necessitatibus fidelium impendebantur. Qui ergo finis fuit bonorum Ecclesiasticorum in primitivâ Ecclesiâ, non debet ille cessare in Ecclesiâ sequiōre, si præsertim non ipsa substantia bonorum consumatur, sed ex rebus tantum aliquid ad sublevandam necessitatem communem decerpatur.

XXXI. Vidimus Ecclesiam eisque Ministros, qui Clerici communiter dici solent, sub quo nomine etiam Ministros inferiorum graduum comprehensos volo, etiam custodes. Vid. Franc. Florens, *ad rubr. X. de vit. & honest. Cler.* Sed & Magistri atque Rectores Scholarum, omnesque illi, qui erudiendæ juventuti operam suam impendunt, iisdem cum Clericis immunitatibus

gaudent. Fuit enim hoc antiquum planè Ecclesiæ institutum, ut presbyter, sive parœcialis Sacerdos, adjunctum sibi haberet Clericum, qui in sacris ministeriis ministraret, & Scholas posset habere, ad quas parœciani liberos suos erudiendos mitterent, atque illæ Scholæ omnes, quotquot in singulis diœcesibus erant, sub Episcoporum erant moderamine. Vid. id. Florens, *ad c. 3. eod. Dn. Conring. de antiq. Acad. dissert. 3.* Atque hinc natum fuisse existimo, quod etiamnum Scholarum Magistri, & Ludimoderatores omnes in Ecclesiasticis judiciis suū habeant forum, nec alibi conveniri possint. Ut jam taceam, etiam officium eorum aliquando ministeriis Ecclesiasticis addictum esse, dum discipulis suis canendi modum præscribunt, quem in publicis concionibus sequantur, quemque toti Universitati præire deinceps cum Magistro suo possint.

XXXII. Cæterum, quia immunitates, Ecclesiis & Clericis à Principibus concessas, in maximos abusūs & irreparabile sæpè Reip. damnum converterunt Pontificii, dum quotidiè aliâ atque aliâ sibi compararunt latifundia, ex quibus deinde fiscales tributorum pensationesolvere recusarunt, atque hinc metuentum fuit, ne pleraque omnia tandem

personis & rebus
 ident. Fuit enim hoc in
 ane Ecclesie instituta
 ter, sive parochialis Sacer
 nctum sibi haberet Cleric
 in sacris ministeriis ministr
 Scholas posset habere, ad
 roeciani liberos suos ero
 mitterent, atq; illa Schol
 quotq; in singulis dices
 rant, sub Episcoporum es
 deramine. Vid. id. Flores
 eod. Dn. Conring. de
 differt. 3. Atque hinc
 existimo, quod em
 rum Magistri, & L
 omnes in Ecclesiis
 habeant forum, ac alio
 possint. Ut jam
 ficium eorum aliq
 Ecclesiasticis addit
 discipulis suis canen
 scribunt, quem in
 nibus sequantur, q
 versitati praire deinceps
 gistro suo possint.
 XXXII. Ceterum, qu
 nitates, Ecclesias & Cleric
 pibus concessas, in man
 & irreparabile sepe Reg
 converterunt Pontificu
 tidie alia atq; alia sibi con
 latifundia, ex quibus de
 les tributorum penitac
 re recusarunt, atque hinc
 m fuit, ne pleraque

dem prædia in Ecclesiasticorum
 manûs venirent, & nemo ampliùs
 esset; quoniam onera sustineret publica,
 prudenter aliquando Galli, Britan
 ni & Veneti, ne prædia & bona im
 mobilia in Ecclesiam ampliùs, aut vi
 ros Ecclesiasticos quocunq; titulo
 transferrentur, prohibuerunt. Vid.
 Bodin. de Rep. lib. 5. cap. 2. eodem
 scil. jure, quo Valentinianus Senior
 Monachis & Clericis ex mulieris a
 licujus bonis aut donatione, aut ul
 timâ voluntate quidquam acqvi
 re prohibuit, l. 20. Cod. Theodos. de
 Episcop. quovè Theodosius Magnus
 Ecclesie ex ultimâ Diaconissæ vo
 luntate capiendi jus ademit, l. 27.
 eod. & ibi Jacobus Gothofredus.
 Add. Gvil. Forner. select. lib. 1. cap. 28.
 Poterit etiam Princeps facere, ut om
 nia in universum prædia sint tri
 butaria. Sic enim cum onere suo
 transibunt in Ecclesiam. Thom.
 Sanchez. Consil. mor. lib. 2. cap. 4.
 dub. 57. num. 5. Anton. Perez. Cod.
 de indict. num. 23. Th. Maul. de ho
 mag. tit. 9. num. 55.

XXXIII. Et hæc quidem de im
 munitate Ecclesiastica prolixius ex
 ponere oportuit, quippè quæ mul
 tis jam seculis veluti *μορομολίνειον* ali
 quod Principibus objecta fuit. Vi
 deri de illâ ulterius poterit Reusne
 rus, lib. 1. consil. 2. Pergimus nunc

ad personas seculares, sive Laicas,
 ti communiter dici solent, int
 quas primi sunt illi, qui summum t
 nent in quavis Rep. imperium.
 horum palatium jure merito lib
 rum & immune ab omnibus oner
 bus esse debet, vel eo saltem nom
 quod ab illis communis omnium
 subditorum salq; procuratur & con
 servetur. Si qua verò prædia alia
 privato jure possideat Princeps, pra
 sertim talia, quæ tributaria sempe
 fuerunt, ipse quidem, ut onera eo
 rum ferat, cogi non potest; ut ta
 men subeat sponte, ex rectæ rationi
 dictamine edoceri potest. Et sic
 Collatione glebalis auri, alteriusq;
 tributi ne domum quidem suam,
 h. e. rem privatam, immunem esse
 voluit Honorius Imp., in l. 11. C.
 Theod. de Senator. Sic etiam Arca
 dius & Honorius rem privatam su
 am, levandorû provincialium causâ
 canonicas necessitates sustinere vo
 luerunt, l. 2. C. de privileg. dom. Aug.
 Quò etiam pertinent l. 4. & 8. C.
 de exactor. tribut. Privatas tamen
 res suas, & proprium patrimonium
 tributis subjici noluerunt Constan
 tinus in l. 1. & Valentinianus III. in
 l. 36. Cod. Theodos. de annon. & tri
 but. Ut verò etiam personalia mu
 nera subire debeat Princeps, condi
 tio ejus non patitur, neq; quisquam
 tam absurdus erit, qui adferre id
 velit.

velit. Vid. Th. Maul. *de homag. tit. 9. numer. 67.*

XXXIV. Proximi à Principe sunt Imperii Proceres & Consiliarii, quibus quidem immunitas aliqua invidenda non est, sed ut patrimonialia eorum bona à Collectarum onere libera sint, ceteri concives si onerati fuerint, æquitas non patitur. Lege eos ab omni indictionis onere, seu civilium, seu militarium iudicium olim prorsus immunes fuisse, patet ex *l. 11. C. de Adfessor.* Sed istiusmodi leges, uti ad statum Reip. pertinent, ita aliis temporibus pro ratione circumstantiarum mutari possunt. Quod etiam de Senatoribus asserendum est, qui & ipsi ex legibus suas olim habuerunt immunitates, uti constat ex *l. 4. l. 5. l. 14. C. de dignitat. lib. XII.* Sed præterquam, quod textus allegati de Senatoribus Urbis Romæ tantum intelligendi sint, haud obscure innuit Justinianus, in *l. 66. Cod. de Decur. lib. X.* leges tales mutationi & reflexioni obnoxias esse. Quapropter cum ad Principem spectet largitio immunitatum, in ipsius arbitrio erit definire, quousque illæ competere debeant, ne civibus oneri sint. Et fatius tum erit, salarium augere, quam integrum ordinem muneribus patrimonialibus eximere, atque invidiæ reliquorum exponere.

XXXV. Similis est ratio Professorum in Academiis, qui itidem ex legibus suas habent immunitates. Nec tamen eas universi & omnes acceperunt simul, sed alii post alios. Primi fuerunt Medici, quibus immunitatem munerum concessit Augustus Imp., postquam præter omnium expectationem ab Antonio Musa pristinae sanitati restitutus fuisset, referente Dione. Postea ab Antonino Pio etiam Philosophi, Rhetores & Grammatici immunes facti sunt, non promiscuè tamen omnes, sed intra certum numerum, uti id refert Modestinus, in *l. 6. ff. de excusat. tut.* Icti serius immunitatem impetrarunt, & vel Constantini Magni primùm constitutione, in *l. 6. C. de Professor. & Med. lib. X.* de quâ tamen videri potest Dn. Tabbor, *de motas. sect. 2. cap. 2. art. 2. n. 3.* vel Valentiniani illâ, quâ post viginti annos ad vicariam dignitatem admitti sunt, *l. un. C. de Profess. qui in Urb. Constant.* vel demùm Justiniani ævo, & ex Triboniani favore, uti autumat Dn. Conring. *de antiqu. Acad. diff. 4.* Sed enim tum temporis nondum Academia in talem formam, quâ hodiè conspicua sunt, coiverant, & sine dubio immunitates & privilegia posteris temporibus data fuerunt multo illustriora.

XXXVI. Immunitatem à muneribus

ribus personalibus Professoribus nemo, opinor, invidet. Sed ad res quoque eorum immunitatem extendi voluit Constantinus, *d. l. 6. quæ primum non competiit, arg. l. 8. §. 4. & l. 10. §. 2. ff. de vacat. & excus. mun.* Vid. Anton. Perez. *ad tit. Cod. de Profess. & Med. num. 2.* Quin de Philosophis aperte respondit Divus Pius, in *l. 6. §. 7. ff. de excusat. tut. Existimo, quoniam, qui divitiis superabundant, voluntarie tribuent pecuniam in utilitates patriæ, si autem proprie loquantur de substantiâ, (rectius: Si attenti nimis fuerint in re familiari, si δὲ ἀντιβόλοισιν τῶν ἐστίας, vid. Jacob. Gothofred. ad l. 3. Cod. Theodof. de medic. & Profess.) inde jam manifestent non philosophantes. Cum quo consentit responsum Diocletiani, *l. 6. C. de mun. patr.* Sed & ipsa illa, quæ à Constantino, *d. l.* concessa fuit, immunitas cum quâdam restrictione accipienda erit, ut capitatio quidem remissa intelligatur, non autem jugatio. Nam patrimoniorum munera, præsertim ordinaria, non temerè cuiquam remissa fuerunt, ne Pontifici quidem, *l. ult. §. 24. ff. de mun. & bon. Fr. Balduin. in Constantin. p. m. 148. P. Heig. part. 1. §. 17. numer. 21.**

XXXVII. Dum ita variatum fuit ab Imperatoribus circa immunita-

tes Professorum, facile inde colligere licet, leges istas non potuisse esse perpetuas, nec adhuc esse, sed plerasque ex Reip. statu suas accipere tum extensiones. tum limitationes. Ipsi Principes quandoque infensiores, aut minùs benigni saltem sunt literis & literatis, qui proinde immunitates, ab Antecessoribus donatas, revocare prorsus aut concisiores reddere consueverunt. Commodus Imp. cum à Philisco Sophista imploraretur, ut immunitatem, sibi ex throno Atheniensi competentem, conservaret, neq; ipsum immunem esse respondit, neq; alium quempiam docentium: Neutiquam enim propter breves, ac quasdam miseras oratiunculas, civitates muniis publicis fungentibus à se privandas, referente Philostrato, *lib. 2.* Atq; hæc quidem ejus sententia non videtur omninò injusta, si ponas, docentes illos talia habuisse bona, quæ muniis publicis affecta fuerunt.

XXXVIII. Ego sic sentio, & sine omni affectu, erudiendæ juventutis rationem maximum mereri favorem, & docentes propter sedulam & assiduam curam, quam professionibus suis debent, dignos esse, ut immunitate gaudeant, aut publicis tributis, quantum fieri potest, subducantur. Quod si igitur salaria habuerint ad alendam familiam suffi-

cientia, & habitationes insuper à Principe concessas, atq; ab omni tributo immunes, negotium, patrimonialia eorum bona, quæ aliundè eis obveniunt, libera esse debere, nec differre tum puto eos à Clericis, quos & ipsos hoc casu ad communia onera teneri dixi suprâ. Et ratio est in promptu, quia propter professionem eis jam satis prospectum est. Atque hinc puto, sicubi Professor ædes oppidanæ sibi comparaverit, easq; inhabitare malit, quàm ædes sibi ut Professore assignatas, non posse eum immunitatem, ædibus Professoriis competentem, ædibus suis communicare, imò ne quidem à meratis eas liberarum facere. Neq; ob stare hinc possunt textus in *l. 6. & l. 11. C. de professor. & med.* quia in illis non agitur de ædibus aliis, quas possident Professores, præter eas, quas ipsi inhabitant, sed quæstio est solum de eo, utrum docentes æquè in provinciis atq; Romæ ædes, à meratis immunes, habere debeant? atq; e id affirmatur. Quod verò in *l. 9. de vacat. & excus. mun.* dicitur, eos, qui Romæ profitentur, perindè in patriâ suâ excusari muneribus oportere, ac si in patriâ suâ profiterentur, id speciale habet, & planè singularem rationem, quam exponit Modestinus, in *l. 6. §. 11. de excusat.* Nec ergò, quod de Romanis Professoribus di-

citur, ad alios extra Romam docentes extendi debet. Et hætenus quidem de casu, quo salaria integra & sufficientia Professoribus sine detractione exsolvantur, quovè habitationes eis commodæ, & ab omnibus oneribus liberæ assignantur.

XXXIX. Quod si verò vel habitationes tales non accipiunt, & ipsi met domicilia sibi comparare coguntur, vel etiam salaria integra non consequuntur, iniquum erit tum, si nullâ prorsus immunitate donentur. Dixi, in capite de jure commerciorum, vitio non vertendum esse Professoribus, sicubi salariis deficientibus coqvendæ & vendendæ cerevisiæ operam dent. Sed profectò nec honorifica ea est functio Professoribus, nec lucrosa, & proindè invidendum eis non est, si à tributis cerevisiariis immunes esse jubeantur, ut hæc ratione tum salariorum defectus utcunq; suppleri, tum ipsi quodammodò à plebe, cuius ferè propria est ista negotiatio, determinari queant. Et hæc tamen immunitas, quantumlacunq; est, fratribus subrostranis atræ loliginis succum atq; bilem ita plerumq; commovet, ut non attendentes, quanta sibi ex Academiis percipere liceat emolumenta, Professores omnes fame perire malint, quàm ut

præ-

præcipuum hicaliquid eis concessum esse cupiant.

XL. Quæ de Professoribus hætenus dixi, ad omnes omnium Facultatum Doctores extendi debent. Doctores, inquam, hoc est, eos, qui docent, & in bonis literis juventutem publicâ autoritate erudiunt. Per consequens illis talis immunitas non competit, qui nomen tantum gerunt & titulum, cum non dignitati collata ea sit immunitas, sed muneris docendi. Disertè enim hanc rationem reddit Constantinus Imp. in l. 3. Cod. Theodos. de Med. & Prof. idè scilicet ab omni functione, & ab omnibus muneribus publicis vacationem se Professoribus largiri, quòd facilius liberalibus studiis, & memoratis artibus multos instituunt. Sed quid dicemus de Advocatis? quos maximo honore dignos arbitrati fuerunt Imperatores, quod vitæ & eloquentiæ Reip. & privatorum commodis deserviant. Vid. Novell. Theodosii, de postuland. sub tit. 34. Atque hinc jam olim illi & onerum immunitate, & amplissimis aliis privilegiis donati fuerunt, uti patet ex l. 5. l. 6. l. 16. l. 17. C. de Advoc. div. judicior. Verum enim verò loquuntur illi textus omnes de Advocatis ordinariis, qui sub certo numero continebantur, & prævio examine in ordinem recipiebantur, uti patet ex l. 8. & 11. C. eod. Atque hinc conclu-

dere possumus, non promiscuè omnibus, in foro causam orantibus, sed selectis quibusdam, iisque integritate vitæ & famæ maximè conspicuis, immunitates concedendas esse. Hi enim demùm verè Advocati dicendi sunt, inter quos numerari nullatenus possunt illi, apud quos libertatè temeritas, constantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi, uti eos perstringit Ammianus Marcellinus, qui quæ nihil possunt aliud, quàm malam causam in infinitum trahere & suspendere. Nec verò illi etiam Advocati, quos verè tales dixi, ab omnibus omninò oneribus liberi fuisse videntur. Nullibi enim immunitas ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, concessa legitur, à quibus nulla aliàs privilegia præstant vacatione, l. 10. ff. de vacat. & excus. mun. Et propterea melior in his talibus conditio Advocatorum esse nequit, quàm vel Professorum, vel Clericorum. Conf. Alfons. Modit. ad §. prudentum responsa. Inst. de J. N. G. & C. dub. 2.

XLI. Ab Advocatis transeo ad milites, in hoc tantum ab illis differentes, quòd aliis pugnandi instrumentis utantur; cum cæteroquin etiam Patroni causarum militent, dum gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt. l. 14. C. de Adv.

div. judicior. Atque hinc utrosque & milites & Advocatos iisdem privilegiis & immunitatibus dignos esse, dicit Anton. Perez. *d. tit. num. 3.* tamen rectè negat Georg. Acac. Etenkel, *de privil. lib. 2. c. 4. n. 43.* Sed in immunitatibus pares esse videntur. Ab his enim, quæ personæ injunguntur, muneribus etiam milites excusari, nemo est, qui dubitat. Intellego autem munera civilia, de quibus scilicet agitur *in tit. ff. de mun. & de vacat. mun.* cum alia sint munera personalia militaria, à quibus miles sine manifestâ contradictione immunis esse nequit. Et à muneribus patrimoniorum miles vacationem nullam habet, *l. ult. §. 24. ff. de muner. l. 11. ff. de vacat. mun. nec veteranus quidem, l. 2. §. 1. & l. 4. ff. de veteran. l. 7. ff. de vacat. mun. l. ult. §. 23. ff. de mun.* Et proinde, quod dicitur, *in l. 3. §. 1. ff. de mun.* his, qui castris operam per militiam dant, nullum municipale munus injungi posse; non simpliciter & generaliter de omni munere, etiam patrimoniali, sed personali tantum intelligendum est. Ita etiam per onus municipale, quod curialis militiæ nomē professus defugere intendit, *l. 4. §. 3. ff. eod.* non onus patrimoniale intelligitur, sed onera decurionibus incumbentia, qualia recenset Franciscus de Amaya, *ad tit. Cod. de decur. num. 17. seq.* Barn. Briffon. *lib. 1. c. 4. cap. 13.*

XLII. Postremò lege immunes fuerunt etiam illi, qui numerosâ prole Remp. Romanam auxerant, in præmium scilicet, quod Imperium hominum adjectione ampliarent, uti loquitur Divus Hadrianus, *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* Immunitas tamen ista vacationem tantum præstabat à muneribus personalibus. A patrimonialibus enim nullus liberorum numerus excusabat, *l. 2. §. 1. l. 11. ff. de vacat. mun. l. 6. §. 4. ff. de muner. l. 5. C. de muner. patrimon.* In personalibus etiam non ubique idem numerus observabatur, quod patet ex *l. 5. §. 2. ff. de jur. immun. & l. 24. C. de decurion.* qui textus adversis inter se frontibus pugnare nonnullis videntur, dum ille sedecim, hic verò duodecim tantum liberorum numerum requirat. Sed rectè observat Jacobus Gothofredus, *ad l. 55. Cod. Theod. eod.* nihil inter se eos commune habere. Agi enim *in d. l. 5.* de muneribus quæ municipibus quibuscunque injungebantur, etiam non Decurionibus, *in l. 24.* autem de immunitate à Curiali fortunâ nexuque. Ubi ostendit porrò, malè applicari textus illos ad immunitatem ab oneribus patrimonialibus in præmium *αλυσιας.* Alii dicunt, non præcisè requiri *in d. l. 5. §. 2.* sedecim liberorum numerum, sed ibi tantum dici, quod ille numerus moverit

Helvium Pertinacem, ut excusationem munerum tali patri daret, cum ita à supplicante propositus esset. Aegid. Hortens., & eum secutus Georg. Franzk. *ad pr. Inst. de excus. tut.* Alias conciliationes refert Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disput. 9. tb. 2. lit. A. in fin.* Add. Andr. Fachineus, *lib. 3. controv. cap. 49.* Hodie propter numerum liberorum apud nos vacationem aliquam concessam fuisse, non memini, quin potius rigidiores sæpè extitisse exactores, in tali casu observavi, quòd liberi in se patris onera suscipere, eiq; succedanei esse queant. Cæterum à Censu & Collectis olim ex lege Valentiniani Senioris immunes etiam erant, in virginitate perpetuà viventes, item viduæ, & pupilli, uti patet ex *l. 4. & 6. Cod. Theod. de censu.*

XLIII. Ex dictis patet, jugationem si spectes, neminem omninò ab oneribus patrimonialibus lege immunem esse, quod disertè ait Paulus, in *l. 10. ff. de vacat. m. d. n.* et si forrè sint, qui à capitatione immunitatè acceperunt. Sed quod ira lege communi negatum est, non videtur prohibitum esse Principi, quò minus aliquè ab ejusmodi muneribus per privilegium concessum eximat. Principale beneficium id vocat Hermogenianus, in *l. 11. ff. eod.* Et hæc est secunda species exemptorum, eorum sc., qui

per privilegium tales sunt. Atq; si quandoq; à patrimonialibus tantum quandoq; à personalibus tantum quandoq; ab utrisque liberi esse jubentur, prout vel laxius vel adstrictius fuerit privilegium. Sed hic notandum primò, Principem rarissimè istiusmodi Privilegia concedere debere. Sunt enim odiosa, & quandoq; haud levia inter subditos excitari solent dissidia, quibus sopiendis & tollendis maxima sæpè numero subeunda sunt pericula. Casp. Klock. *de contribut. cap. 16. sect. 1. n. 4. seq. & 45. seq.* Quin & si viderit Princeps, privilegia, à se concessa, Reip. damnosa esse, revocare ea debet, exemplo Constantini, in *l. 19. C. de decur.*

XLIV. *Secundò*, non debere vergeri ejusmodi privilegia in perniciem, & damnum aliorum, cum privilegia omnia concessa intelligantur salvo jure tertii; neq; quod Princeps alicui concessit, trahi debet ad cæterorum injuriam. Anton. Fab. *Cod. lib. 9. tit. 29. def. 6. num. 2.* Hinc adeò consequens est, ut quoties immunitas à Collectis conceditur, portio ita vacans ab ipso concedente suppleri & solvi debeat, nec augeri propterea queant portiones reliquorum. Thom. Maul. *de bomag. tit. 9. num. 79.* Carol. Tap. *ad rubr. de constit. Pp. c. 4. n. 31.* Atq; sic portio privilegiati in concedentis Principis,

non autem universitatis detrimentum imputari debet. Carpzov. *lib. 4. respons. 75. num. 23.* Nec distingvo hic inter inferiorem & supremum Principem, uti facit Anton. Perez. *Cod. de annon. & trib. num. 32.* Capella Tholosana, *decis. 349. num. 8.* & Nic. Boër. *decis. 213. num. 4.* quia nec supremus quidem Princeps, quantumcunque fuerit, subditis suis extra casum necessitatis damnum inferre debet. Add. Johan. Bapt. Costa, *de ration. rat. quest. 146.* Alfonf. Modit. *ad §. plebiscitum. Instit. de I. N. G. & C. dub. 18. & 19.* Th. Maul. *de homag. tit. 9. num. 79.*

XLV. Solent ergo boni Principes ipsimet ex redditibus suis tantum detrudere, quantum immunitas civium, à se concessa, reliquis damno esse possit, aut si id non fecerint, æquum tamen est, ut detractionem talem haud inviti patiantur, aut ex fisco suo portio vacans suppleatur. Et in hanc sententiam responderunt Domini an Bürgermeister und Rathmann zu E. mens. Septembr. 1659. Haben die Römischen Kaiserlichen/ auch zu Hungarn und Böhmen Königlichen Mafest. etliche Häuser/ und liegende Gründe/ in eurer Stadt dergestalt befreyhet/ daß gleichwohl der andern Bürger schafft keine fernere Beschwerung/ des Übertrags halber/ zu wachsen/ sondern ein gewisses an den

Käyserl. Schatzungen und Steuern abgezogen werden solte/ und es ist von Jahren zu Jahren bis Anno 1625. also gehalten worden/ daß Ihr bey Erlegung der Steuern/ wegen der Frey-Güter/ ein gewisses abgezogen; Als aber inmittelst die beschwerlichen Kueges-Zeiten eingefallen/ ist die Bürger schafft bey euch zu dem Übertrag vorbesagter Güther gezwungen/ und mit Gewalt angestrenget worden/ also daß selbige über 2000. Thal. anze liquidiren kan/ ungeachtet Ihr nun bey der Hohen Obrigkeit/ umb Abstellung solcher Beschwerung/ angehalten/ ist doch bis Dato solches nicht erfolgt/ sondern Ihr seyd euer Befugniß/ daß ihr ein gewisses wegen der Frey-Häuser abzuziehen berechtiget/ zu bescheinigen/ und inmittelst die Contribution/ wie vorhin zu entrichten/ verwiesen worden/ alles nach mehrern Inhalt eures Berichts/ und der uns zugeschickten Privat-Acten. Wenn nun gleich die offft angeregte Frey-Häuser eine zeitlang von der andern Bürger schafft übertragen worden; Dennoch aber/ und diereil solches in schwebender Kriegs-Unruhe geschehen/ und ihr aus dem Abzug und Abrechnungs-Zetteln so viel beybringet/ daß es vorhin/ und ehe die Kriegs-Beschwerungen anangen/ anders gehalten worden/ Ihr auch die Resta zurück behalten; So mag wider euch/ wegen Übertragung solcher

solcher Frey-Häuser / per executionem nicht verfahren werden / B. N. W.

XLVI. *Tertiò*, Privilegia talia strictè esse explicanda, *l. 13. ff. de muner. l. 1. ff. de jur. immun.* Nec plus operari debent verba, quàm ipsa sonant. Cardin. Seraphin. *decis. 605. num. 2. § 27. n. 1.* Extendi igitur non possunt de personâ ad personam, aut de eausâ ad causam. Vid. Georg. Acac. Enenkel, *de privileg. libr. 2. cap. 4.* Nec tamen ideò captanda sunt verba, ut minùs comprehendere dicantur, quàm concedens voluit. Quâ ratione rectè statuit Petrus Salazar. *de us. & consuetud. cap. 1. num. 110.* immunitatem à tributis, Petro & domui ejus concessam, ita accipiendam esse, ut domus non materiales tantùm denotet ædes, quòd exactori visum fuerat, sed totam ejus familiam, & universum patrimonium. Et hæc breviter de Privilegiis.

XLVII. Sunt verò etiam ex consuetudine aliquæ introductæ immunitates, quæ Leges & Privilegia imitântur, ut adeò parùm discriminis sit, sive ex consuetudine quis immunis dicatur, sive propter Legem, aut Privilegium. Sicut itaque consuetudo potens & efficax est ad illigandum quæmpiam contributionum oneri; sic etiam consuetudo contraria non contribuendi operatur liberatio-

nem. Casp. Klock. *de contribut. c. 16. sect. 2. num. 3.* Uti verò unicuique civitati suæ sunt consuetudines; ita impossibile est, singulatim eas vel examinare, vel recensere saltem. Addiscere eas licebit unicuique, tum, quando se municipem fecerit, & civitati certæ se addixerit.

XLVIII. Ita verò plerumque observatur, ut in civitatibus curiales, sive Decuriones aut Senatores, uti communiter dici consueverunt, ab oneribus quibusdam immunes habeantur. Nec dicere poteris, immunitatem talem ex Lege esse, aut Constitutionibus Principum, quæ in Jure Cæsareo inveniuntur. Nec enim, quod ibi de Senatoribus dicitur, de aliis, quàm Senatoribus Urbis Romæ, accipi debet; Sed & Curiales, quorum frequens in jure nostro mentio fit, quorumvè onera multò plura erant, quàm Privilegia, nostris vix æquiparari possunt Senatoribus, nisi quòd de publicis suæ universitatis negociis utriusque deliberationes instituere, & suffragia dare consueverunt. Quia verò illi, qui consilium publicum constituunt, quivè curâ salutis publicæ habent, inextricabiles sæpè rerum necessitates experiuntur, & inevitabilia patiuntur fastidia, æquum est, ut vicissim aliquâ immunitate donentur, & à civibus reliquis, quorum pro salute consilia ineunt, sub-

leventur. Non mala igitur, nec irrationabilis est illa consuetudo, quæ hodiernis cujusque civitatis Senatoribus immunitatem tribuit, & ab oneribus, si non omnibus, saltem aliquibus eximit.

XLIX. Quid facit Responsum Facultatis Jurid. in Academia Wittebergenſi, an Onuphrium Keinholden zu Zittau/ mens. Febr. 1668. Haben die ältesten des Raths / oder Bürgermeister der Stadt Zittau / zu denen der Landes = Fürstl. Obrigkeit verwilligten Contributionen über Menschen = Gedencken nichts beygetragen / Und es ist neulicher Zeit / im Nahmen der Bürgerschaft / ein memorial beym Rathe eingegeben / und darinnen begehret worden / es solten nicht allein die icht lebenden Bürgermeister / sondern auch derer in nechsten Jahren verstorbenen Erben / die Reste / so Zeit wähernden Bürgermeister = Amts aufgeschwollen / in die Contributions = Cassa ablegen / darbey auch ins künfftige ihren gebührenden Antheil abstaten / n. m. i. e. B. Wenn nun gleich sonst die Contributiones gleich durchgehend von allen eingebracht werden sollen / auch der Bürgermeister Häuser in den Steuer = Registern zu befinden ; Dennoch aber und dieweil / euren Berichte nach / die Bürgermeister der Stadt Zittau / über Menschen = Gedencken / von Contributionibus befreyet ge-

wesen / und solche Gewohnheit unberückt auf isige Zeit continuirt / in den Steuer = Registern auch nicht zu befinden / daß die Bürgermeister niemahls darzu etwas gegeben / So sind ernetzte Bürgermeister / und derer Erben / nicht allein bey der possess vel quali dieser immunität zu schützen / sondern auch / daferne die Bürgerschaft das petitiorium anstellen solte / bey der hergebrachten Gewohnheit zu lassen / D. N. B.

L. Per consuetudinem alicubi etiam Nobiles sunt immunes. Quamquam enim sint, qui exemplo militum eos lege immunes esse velint. P. Gregor. in *Syntagm. lib. 3. cap. 8. num. 5.* admitti tamen id nequit, nisi eo casu, quando actu militant, & in castris sui Domini bellicis degunt. Cumq; Nobilium bona duplicia sint, feudalia & allodialia, propter ultima hæc nulla eis regulariter competit exemptio, sed perinde illi, ut alii, onera patrimonialia ferre tenentur. Moribus tamen, & consuetudine aliquando servatur contrarium, de quo attestatur Casp. Klock. de *contribut. cap. 14. sect. 1. num. 47. seqq.* Quam consuetudinem et si perstringat, & ut juri adversam rejiciat, Agidius Thomannus, de *collect. §. exactis num. 21. seq.* quia tamen consuetudo jus facit, §. 9. *Inff. de J. N. G. & C.* & juri jam constituto

ibus personis & rebus
 wesen / und solche Gewohnheit
 rückt auf isige Zeit continuirlich
 Steuer-Registern auch nicht zu
 den / daß die Bürgermeister
 daran etwas gegeben / So sind
 te Bürgermeister / und deren
 nicht allein bey der possessione
 dieser immunität zu schreien
 auch / dafern die Bürger
 peritorium anstellen solte
 gebracht Gewohnheit
 N. B.

L. Per consuetudinem
 etiam Nobiles sunt immunitati
 quam enim sint, quibus
 tum eos lege immunitatis
 P. Gregor. in Synod. cap. 1.
 num. 5. admitti tamen
 eo casu, quando actus
 castris sui Domini
 cumq; Nobilitatem
 sint, feudalia & alia
 ultima hæc nulla eis
 competit exemptio, sed
 li, ut alii, onera patrimonii
 tenentur. Moribus tamen
 sverudine aliquando servatur
 trarium, de quo archidiaconus
 Klock. de contribut. cap. 12.
 num. 47. seqq. Quam
 nem etiam perstringat, de
 veriam rejicias, Egidius
 de collect. §. exactio num. 21.
 tamen consuetudo jus facit
 de 7. N. G. & C. & juri jam

imponi possint Collecta.

tuto derogat, §. 9. eod. & pro lege ob-
 servatur, l. 32. l. 33. ff. de LL. l. ult. C.
 quæ sit long. consuet. nihil impedit,
 etiam immunitatem consuetudine
 introduci.

LI. Feudalium verò bonorum
 hæc est natura, ut ex illis servitia
 tantum debeantur, collectæ nul-
 læ. Nec enim plura onera ferre te-
 netur Vasallus, quàm ab initio in
 contractu feudali conventum fue-
 rit. Cui accedit, quòd Vasallus, quæ
 talis, non sit subditus. At subditis
 tantum imperari posse tributa, di-
 ximus supra. Et quanquam bona
 feudalia in territorio Principis in-
 dicentis sita sint, partemq; ejus fa-
 ciant, & propterea ipse quoque Va-
 fallus pro subdito habeatur; natura
 tamen feudalis, & contractus, ab
 initio à Seniore & Vasallo initus,
 non patiuntur, ut præter servitia
 feudalia, mutuo consensu firmata,
 alia nova onera vasallo invito im-
 ponantur. Vid. H. Rosenthal. de feud.
 cap. 5. conclus. 78. Petr. Heig. part. 1.
 quæst. 18. Th. Maul. de bomag. tit. 9.
 num. 68. Sentetur etiam Dominus,
 qui servitia imposuit, inter ea & be-
 neficium concessum justam obser-
 vasse proportionem, ut nimium vi-
 deri queat, si quid porrò exigatur.
 Et quanquam sint, qui Vasallos qua-
 tuor casibus ad collectas faciendas
 argeri posse contendunt, illos ta-

men casus nec receptos esse, nec, si
 alicubi recepti sint, alibi jus facere
 respondet Antonius Perez. Cod. de
 indict. num. 20. Quatuor istos casus
 recenset, & in Galliâ ad eos quosvis
 subditos teneri refert Johan. Pape-
 nius, lib. 13. Arrest. tit. 3.

LII. Denique etiam præscriptio-
 ne acquiritur à tributis immunitas,
 circa quem tamen articulum Do-
 ctiores maximè dubii existunt pro-
 pter l. 6. C. de præscript. 30. vel 40. an-
 nor. ubi concludit Imp. Anastasius,
 publicis collationibus nullam cu-
 juscunq; temporis præscriptionem
 oppositam admitti debere. Sed quia
 in l. 7. Cod. de fund. rei privat. Im-
 peratores admittunt auxilium ve-
 tustatis, & ejus exceptionem, inde
 conficit Dn. Tabor, de metat. part. 3.
 sect. 2. c. 1. n. 11. ad præscriptionem ta-
 lis immunitatis necessarium esse,
 tempus immemoriale, sive homi-
 num memoriam excedens, neque
 sufficere quadragenariam præscri-
 ptionem, nisi causa aliqua præcesse-
 rit, ex quâ superioris consensus pos-
 sit edoceri. Et hanc sententiam te-
 net etiam Christoph. Wintzl. de col-
 lect. obs. 18. Nec adversa ea est consti-
 tutionibus Imperii, quippe quæ præ-
 scriptionem immemoriam admittit,
 uti videre licet in recessu Imp.
 de A. 1548. §. Weñ auch. c. Conf. Calp.
 Manz. q. 49. T. Maul. de bom. t. 9. n. 70.

Yyyyy

LIII. Qua-

LIII. Qualitercunque verò aut quantæcunque; comparentur immunitates, observandum tamen est primò, difficile esse, sine peccato immunitatem affectare, si præsertim onus ad reliquos devolvatur. Solvuntur ideò Collectæ, ut salus publica conservetur, quæ quia omnes ejusdem civitatis cives fruuntur, æquum est, ab omnibus etiam solvi collectas. Nisi ergò volentes in se suscipere velint onus reliqui cives, multà cum iniquitate conjuncta erit talis immunitas. Fernandus Vasq. l. 1. *illustr. controvers. cap. 25. num. 16.* Quod si verò nullum ad concives exuberat onus, excusatiùs quidem peccat, qui immunitatem quarit; sed peccat tamen, quia juvari se ab aliis cupit, ipse verò juvare alios recusat, quod & charitati & justitiæ adversum est. Poterit tamen vicissim aliquorum opera tanta esse in Rempublicam, aut tam venerabile eorum ministerium, ut iniquè agant concives, si illis immunitatem concedere nolint.

LIV. *Secundò*, ad amissionem privilegii, aut immunitatis, sufficere unicum actum directò ei contrarium. And. Gail. 2. *obs. 60. num. 10.* Unde si quis sciat, se descriptum in communi æstimo, & intra decem dies non appellet, omninò suo privilegio renunciâsse, & Collectis se

subjecisse censetur, l. 4. & 7. C. de appellat. l. 1. §. 2. ff. quæd. appell. sit. Ant. Gabriel. *comm. concl. l. 6. de jur. imm. conclus. 1.* Carol. Tapia, *ad l. fin. ff. de constit. Pp. cap. 2. part. 2. num. 3.* Herman. Vultej. *in Consil. Marpurgenf. vol. 3. conf. 19. n. 45.* Nam si cui privilegium datum fuerit ad aliquid non faciendum, vel non dandum, tunc etiam per unicam contraventionem privilegio renunciâsse censetur privilegiatus, & per consequens illud amisisse. Klock. *de contrib. cap. 13. num. 51. seq.* dum tamen actus ille contrarius spontaneus fuerit, & à lubente commissus. Si enim per vim aut manu militari coactus quis fuerit, solvere tributa, solutio illa privilegium non tollit, nec fraudi esse debet solventi. Th. l. n. f. Joh. Bapt. Costa, *de facti scient. & ignor. centur. 1. distinct. 10.* Th. Maul. *de homag. tit. 9. n. 98.*

LV. Responderunt ita Jurisconsulti Wittebergenfes, an J. G. L. mensè Mart. 1673. *Die weil aber dennoch die Worte des privilegii nicht undeutlich auf ein gewisses damahls schon angerichtetes Gleits-Haus zielen / von welchen aber ich niemand wissen will / wo es gelegen / derjenige auch / so in dergleichen Freyheit sitzt / das erne er seine freyen Güter in die Catastra, und Steuer- oder Contributions-Register / zeichnen läßt / und in gebührender*

Zeit nicht widerspricht / sich dadurch seiner gehaltenen Freyheit verlustig macht / &c.

LVI. Tertio, qualitercunque immunes non excusari ab extraordinariis oneribus, quæ summa & inevitabilis necessitas imperat. Tùm enim æquum est, ut à summis sarcina ad infimos usque decurrat, l. i. C. de quib. mun. & necessitatibus subveniendum cum jacturâ universorum, non quorundam tantum. Nec igitur hoc casu Ecclesia, l. 5. C. de SS. Eccles. nec Pontifex, l. 18. §. 24. ff. de mun. & bon. nec Clerici, c. 4. & 7. X. de immun. Eccles. nec Princeps, l. 1. C. ut nem. lic. in emp. spec. nec Nobiles, nec Professores, nec ulli alii quantiscunque Privilegiis muniti, exempti sunt, l. 10. & 11. ff. de vacat. mun. Conf. Recept. Imp. Spir. de anno 1542. §. Und heimlich / &c. Recept. Imp. August. de anno 1551. §. Solche der Stände / &c. R. I. August. de anno 1566. §. Die weil nun diese 11. Thom. Sanchez. Consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 35. De Nobilibus & Vasallis in specie Carpzov. l. 4. respons. 71. Atque sic à contributionibus Turcicis nemo est immunis, cujuscunque status & conditionis is fuerit. Mart. Mager. à Schönberg. de advocat. arm. cap. 6. num. 52. Neque propterea immunes immunitatem, aut privilegiati privilegium

amittunt. Applicari enim hic potest, quod ait Paulus, in l. 162. ff. de R. I. Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

LVII. Atque ita de bonis feudaliibus responderunt Wittebergenses ad consultationem Christiani Friedrichs von Hoym uff Stecklenberg / mens. Decembr. 1640. his verbis: Hat Euer Vater / Siegfried von Hoymb / vor 24 Jahren zwey Adeltiche freye Höffe zu Duedlinburg / nebenst einem Garten und Weinberge / so wohl zween Zehnden / und etlichen Acker / alles unter der Duedlinburgischen Jurisdiction gelegen / und theils desselben / theils Churfl. Sächsisch / auch theils Halberstädtisches Lehrlaufflichen an sich gebracht / von welchen Gütern allerseits / wie er sie anfangs ingesambt genossen / und gebraucht / er mehr nicht denn Jährlichen 4. Thal. 22. Gr. Cammer-Steuer in die Fürstliche Abten Schösseren daselbst zu entrichten gehabt / sonst aber von andern oneribus tam realibus, quam personalibus, ordinariis & extraordinariis, ganz befreyet gewesen / bis ungefehr vor 14. Jahren die Frau Abtissin selbiges Stiffes / als dessen Magistratus ordinarius, Deroll Unterthanen / des Kriegs- Wesens halber / unterschiedliche Extraordinar- Steuern / und Contributiones, eine und

die andere Gefahr abzuwenden / die fürgegangene Militar exactiones abzuführen / und die Durchzüge / sambe den Einquartirungen / aufzurichten angelegt / und Euren Vater gleicher Gestalt / wegen obgedachter / sonst aber ganz frey verschriebener Lehn / und wenig darunter begriffener Erb Stücke zu einer einfachen Monaths - Anlage mit 12. Th. angesetzt. Und ob zwar euer Vater bey seinem Leben sich darzu niemahls verstehen / noch würcklich etwas abstatten wollen / sondern stetig seine Adelige Lehn-Freyheit vorgeschüzet / und ihm darwider Rechtliche Nothdurfft bedinget; So hat doch / dessen ungeachtet / die Fürstliche Stiffts-Canzley etlicher Güter pension, davon sonst gewisse dahin angewiesene Creditores ihre Zinsen / und Befriedigung / haben sollen / wegen solcher Contribution propria autoritate abgefordert / und nicht allein / so lange euer Vater gelebet / sondern auch nach seinem Tode damit continuiert / und in 9. Jahren bey Eintausend Thalern / da es sonst von den schlechten Höffen alleine ein viel geringeres in proportion aufgetragen hätte / aufgehoben / auch darzu / als von berührten Nächsten / weiter nichts zuerlangen gewesen / euch ernstlich / und bey Vermeidung militärischer Execution, uferleget / nicht alleine noch einen Rest verfallener Contribution von 1000. Thal.

abzutragen / sondern auch die ferner erfolgte assignation unfeilbar zu vernügen. Dahero ihr endlich an Ihr Fürstl. Gn. euere Rechtliche Nothdurfft / davon die uns zugefertigte Copey besaget / unterthänig gelangen lassen müssen / nach mehrern Inhalt eines Berichts / und der Beylagen. Wenn nun gleich euer Vater wider solche assignation der Contribution protestiret / Seine Adelige Freyheit / und daß die Lehn-Güter mit dergleichen oneribus nicht zu belegen / Er auch die beyden Lehn-Höffe einzig und allein zu der Mutter Wittwums-Wohnung noch in Besitz und Gebrauch hätte / und daß dieselben ohne das mit hohen Schulden beladen / angeführet; Dennoch aber / und die weil von Euren in Stifft Quedlinburg liegenden Gütern / Jährlich eine gewisse Steure in die Fürstl. Abtey Schöfferey zu entrichten / und dieselben dahero für recht freye Güter nicht geachtet / auch ohne das die Lehn-Güter / zu Abwendung besorgender Krieges Gefahr / und anderen Beschwerden / mit extraordinar-Anlagen belegt werden können; So hat Euer Vater / und nunmehr nach dessen tödlichen Hintritt / Ihr euch der Contribution von solchen Gütern mit Recht nicht zu entbrechen / Ihr seyd aber / im Fall dieselbe zu hoch angesetzt / und ihr vor andern über die Billigkeit beschweret würdet / disfalls

bey der hohen Obrigkeit Gleichheit zu suchen / und davon auch / oder Euren Gütern albereit etwas zuviel erhoben / solches nach Befindung an künfftigen Contributionen abzuführen wohlbe-
fugt / die Compensation aber mit der Fürstl. Abtey mag gestellten Sachen nach / und weiln derselben die Contribution nicht zu kömmt nicht stadt haben.

LVIII. Eodem modo de aliis bonis non feudalibus responderunt iisdem Wittebergenses an Bürgemeister und Rathmann zu E. mens. Sept. 1659. Aufseure dritte Frage erkennen wir vor Recht / wenn gleich mehrbesagte Güter von allen Beschwehrungen befreyet ; Dennoch aber und die weil sich viel extraordinar contributiones gefunden / von welchen allen die ertheilte Befreyung nicht zu verstehen / So sind zwar die Besitzer die jenigen extraordinar contributiones, welche dem Fürstl. Fisco allein zu kommen / zu erstatten nicht verbunden / sondern es werden solche dem Fisco billich abgezogen ; Die übrigen aber / welche zu des Landes Wohlsfarth auf die Güter geschlagen gewesen / und dem Landes Fürsten nicht zu kommen / sind sie zu erkennen schuldig / D. R. W.

LIX. Fieri tamen potest, ut civitas aliqua alicui inter cives propter merita, non ab ordinariis tantum,

sed ab omnibus etiam extraordinariis oneribus amplissimam largiatur immunitatem, ita ut neque necessitatis casus excipi debeat. Et tunc puto ego, taliter privilegiatum privilegio hoc suo gaudere debere sine ulla limitatione, neque adigi ad collectas ullo casu posse. Etsi enim communiter sentiant Doctores, immunitatem concessam alicui ab oneribus & Collectis ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis non extendi ad onera, quæ ratione belli vel alterius publicæ utilitatis vel necessitatis, de quâ ab initio non fuit verosimiliter cogitatum, exiguntur, prout multis autoritatibus confirmat Casp. Klock. *de contribut. cap. 14. n. 60. seq.* fallit tamen ea assertio, si à talibus Collectis expressè, & in specie quis immunitatem acceperit, aut si verba privilegii omnem exceptionem respuant, prout notat idem Klock. *cap. 16. num. 111. seq.* & si concessionis tempore in genere cogitatum fuerit de necessitate, postmodum incidente. Matth. Berlich. *part. 3. decis. 323.* quem omnino vide. Christoph. Winzler. *de collect. decis. 2. num. 51.*

LX. Quid ergo? an poterit civitas immunitatem concedere à Collectis, quas superior indicere solet? Negat Franciscus de Amaya, *ad l. 1.*

Y Y Y Y Y 3

Cod.

Cod. de immun. nem. conc. num. 44.
 et si id fiat ob bene merita. Nam, inquit, licitum est donare civitati, non verò de rebus Principis, & de eis, quæ pertinent ad potestatem supremam, quia immunitas non est res civitatis, sed Principis, cui debentur munera, & tributaria functiones. Ego verò interesse puto, utrum civitati, ut toti aggregato, imposita fuerit à Principe Collecta, an verò singulis in eà civibus. Priori casu absurdum mihi haud videtur, civitatem alicui ex civibus immunitatem concedere; sed tùm tenentur reliqui omnes portionē ejus, quam contribuere debuisset, in se recipere, eandemque de suis facultatibus exsolvere, ut ita tota summa, quam civitati imperavit Princeps, eaque integra exhiberi queat. Sed posteriore casu vix quidquam proderit immunitas à civitate concessa, quam propterea nec attendere solet Princeps, cum nec talis ab ipso Principe indulta immunitas casu emergente proffit. Sic enim legitur in R. J. zu Speyer/ de anno 1542. Und nehmlich sollen alle und iede Churfürsten/ Fürsten/ Christliche und Weltliche/ Prelaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ die vom Adel auch die Frey- und Reichs- Städte/ und alle andere in Städten/ und auff dem Lande/ weß Standes/ Würden und Wesens die

seyñ / niemand ausgenommen / auch unangesehen aller Verträge/ Freyheiten/ indulten und herkommenen/ so dieser Bewilligung und Anlage zu wieder seyn möchten / von allen ihren beweglichen und unbeweglichen Haab und Gütern/ 2c.

LXI. In eam sententiam ex facultate juridicà Witteb. respondimus an N. N. zu M. mens. Decemb. 1676. Hat in einer bekanten Stadt der Rath mit consens des Ausschusses von der Bürger schafft hievor eine Person/ namens Sempronium/ nebenst einem Rechts- verständigen nach Münster und Schnabrügg bey dem damaligen Friedens- Werke/ der Stadt bestes zu suchen/ abgeschickt. Als nun derselbe nach seiner Wieder kunfft von seinen Verrichtungen relation gethan/ und der Rath nebenst dem Ausschusse daran vergnügt gewesen/ haben sie/ weil sie wegen grossen Geldmangels seine gehabte Mühe zu belohnen keine andere Mittel gehabt/ Ihme und seinen Erben/ Mannliches und Weiblichen Geschlechts die immunitet un Freyheit von allen Bürgerlichen Beschwerden/ Auflagen/ contributionen/ und allen anderen oneribus, ordinariis und extraordinariis, zu Friedens und Unfriedens- Zeiten verliehen/ sie auch darbey zu Handhaben/ zuwerthädigen/ un so wohl Obbrigkeithen Schutz/ als auch sonst allen ge
neig

neigten guten Willen zuleisten versprochen. Dieweil sichs aber begeben/ daß nach solcher Zeit die Stadt in einen andern Zustand gerathen/ in deme dieselbige nicht allein frembde Besatzung einnehmen/ sondern auch zu derselben Verpflegung/ über die schweren Einquartirungen/ mehr als 20000. Rthal. aufwenden muß/ und erwehnter Sempronius diese seine Befreyung von dem Herrn der garnison confirmiren lassen/ haben die von dem Ausschusse bey sitzenden Rathe zum öfftern wieder solche des Sempronii Freyheit geredet/ und daß er solche zu weit extendire, vorgegeben/ &c. Wenn nun gleich vorgewendet werden will/ daß die verlichene immunitet uñ Befreyung nur von denen Auflagen/ so der Rath samt den Ständen des Ausschusses setzen und verordnen würden/ keinesweges aber von dem bewilligten Römer Monathen/ Reichs und Creiß-Steuren/ und andern bey ihizigen des heil. Römischen Reichs gefährlichen Zustande angeordneten uñ ausgeschriebenen Bescherden zu verstehen/ auch sonst die verlichene privilegia durch eine allgemeine dringende noth ihren merklichen Abfall ferten/ und dahin gar nicht zu extendiren/ zumahl da die Stadt hernach in einen ganz andern Zustand gesetzt/ und die darcin genommene Besatzung/ und deren Verpfle-

gung/ von Sempronio selbstn gerathen und gewilliget worden/ Dennoch aber/ und dieweil in dem ertheilten/ und Sempronio ausgelieferten Befreyungs-Briefe deutlich versehen/ daß er und seine Nachkommen beydes zu Friedens uñ Unfriedens-Zeiten von allen bürgerlichen Beschwehrden/ Ufflagen/ Contributionen, Haus und anderen Schossen/ accisen/ Wachten/ Nachbar-Rechte/ Diensten uñ wie das alles sub nomine vel onerum, vel munerum civilium, tam realium, quam personalium, ordinarium & extraordinarium, gerechnet/ begriffen/ und gezehlet seyn kan oder mag/ befreyet seyn sollen/ und darunter die Reichs und Creiß-Steuren/ von welchen der gemeinen Stadt ein gewisses contingent zu getheilet wird/ ingleichen die Noth-Fälle/ wie sich dieselben durch Kriegs-Empörungen/ oder sonstn ereignen möchten/ billich zu ziehen/ gestalt denn in offterwehnter Befreyung ferner enthalten/ daß wenn künfftiger Zeit ein oder andere dieses Geschlechts aus Liebe zum Vaterlande/ uñ der Stadt zum besten/ im Nothfall etwas thun und leisten wolte/ auch thäte und gethan hette/ daß doch solches aus gutem freyen Willen hergestlossen zu seyn erkannt/ und zu keiner consequenz, Zwang und præscription gezogen werden solle/ u-

ber dieses die Veränderung des gemeinen Stadt-Wesens/ uñ daß nunmehr dieselbe anderer Herrschafft Besatzung einnehmen müssen/ das privilegium nicht auffheben mag / sondern unter dielInfriedens-Zeiten/ und casus extraordinarios zurechnen/ Sempronio auch durch beschehene Einrathung und Verwilligung der Besatzung halber sich solches privilegii nicht verlustig gemacht/ und endlich dasselbe Ihme uñ seinen Nachkommen/ wegen seiner der gemeinen Stadt treulich geleisteten Dienste/ ertheilet worden / wodurch die gemeine Stadt alle die Beschwehrungen über sich zunehmen/ und Sempronium zu übertragen sich schuldig crachtet; So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Sempronius weder zu den bewilligten Römer Monathen Reichs und Creys- Steuern/ wie auch anderen Beschwehrungen und Zulagen/ so die Stadt in einem gewissen contingent auszubringen/ uñ auf sich zu nehmen schuldig/ etwas bey zu tragen / noch Einquartirung zu leiden/ oder zu Verpflegung der Soldaten etwas zu geben/ noch auch/ daferne er auff Schosbare Haus steten etwas bauen oder Garten darauff anrichten würde/ den gewöhnlichen Haus und Gartenschosf oder Nachbar-Recht davon zu entrichten/ wieder seinen Willen nicht angehalten werden mag. Es

were denn / daß der gemeine Pfenning/ oder andere dergleichen / uñ auff die individua gesetzte Anlage gefordert werden solte/ darzu were er das feinnige beyzutragen pfflichtig/ V. X. W.

LXII. Regulariter autem ab extraordinariis ejusmodi oneribus, quæ, ut supra explicavi, ad conferendum Reip. statum ex necessitate indicuntur, nemo immunis est. Uti enim necessitas non habet legem, ita neque cujusquam agnoscit aut respicit immunitatem. Scilicet ea est necessitatis natura, ut omnibus legibus deroget, & omnem immunitatem excludat. *Wesenbec. consil. 40. num. 28.* adeoque in omni dispositione, & in quolibet privilegio semper intelligitur esse excepta. *Fulv. Pacian. consil. 7. n. 124.* Quapropter nolim ego quenquam in rebus afflictis adeo durum esse, ut reliquis civibus, atq; auxilio concurrentibus, & communem utilitatem sublevantibus, ipse solus velit immunis esse, & aliorum inopiã suas conferre facultates. In salute communi qui suam agnoscit contineri salutem, nunquam poterit saluum se credere, nisi illam pro virili promoveat atq; conservet. Et in hunc sensum respondimus Wittebergæ an Jacob Gerstenbergen zu Erfurd/ mens. Novembr. 1677. hat der Rath

zu Erfford/ anno 1532. die helffte des Dorffs Giffersleben Kiliani, als ein Lehn von den Herren Graffen zu Gleichen/dann ferner das dritte Viertel/ anno 1586. Von Jgen Milwisen nachgelassener Widwen/ und das Vierte/ anno 1589. Von Siegmunden von der Sachsen erkaufft/ und ist hierauff noch im selben Jahre mit dem gansen Dorffe belehnet worden. Kurz hernach aber haterwelter Rath den von Milwisens Widwen erhandelten Juncker-Hoff mit 109. Aekern arthafftiges Landes/ und sieben Acker Wiesen/ auch einen Baumgarten an Siegmund von der Sachsen wiederumb verlaufft/ und in solchen contracte mehr nicht/ als die Berichte ausgezogen. Von solcher Zeit an hat Siegmund von der Sachsen/ und seine Nachkommen das erkauffte Gut bis hieher von allen extraordinar Anlagen ganz frey besessen/ und als anno 1662. Eurer Mutter von der Stadt- Vogtey das damahls angelegte Kopff- Geld zu erlegen zugemuthet werden wollen/ hat sie darüber Beschweyrde geführet/ und so viel erhalten/ daß sie nicht allein von dieser Anlage los gesprochen/ sondern auch die Freyheit des Gutes auff's neue confirmiret worden. Alsdieweil aber vor kurcker Zeit die Churfürstliche Maynsische Kammer alle

extraordinar Anlagen euch auffbüden will/ und mit würcklicher exaction zu verfahren gesonnen seyn soll/ wollet Ihr berichtet seyn/ wie weit Ihr darwieder in possessorio, und petitorio gegründet/ nachmehren Junhaltz. Wenn nun gleich mit den extraordinar Anlagen es die'e Verandnis hat/ daß von demselben niemand befreyet seyn kan/ und mit solchen auch die privilegiau sich belagen lassen müssen/ in Erwegung/ daß dieselben gemeiniglich aus dringender Noth/ und zu Abwendung vorstehender Gefahr/ oder Aufhelffung des gemeinen Wesens angewendet werden; Dennoch aber/ und dieweil Ihr und eure Vorfahren ganser 88. Jahr von allen solchen extraordinar Anlagen frey gewesen/ auch zur Zeit des dreißigjährigen Kriegs Ihr niemahls etwas darzu contribuiret, der Rath zu Erfford auch/ welcher das jus collectandige habt/ euch niemahls dergleichen zugemuthet/ sondern vielmehr/ als des Kopff-Geldes wegen anno 1662. eure Mutter angestrenget worden/ die Freyheit eures Hofes agnosciret, und dieselbe auff's neue confirmirt, So seynd Ihr zwar in possessorio, in massen der Rath zu Erfford selbst darauff in erwehnter Confirmation gezielet/ wohl fundiret, in petitorio aber/ welches die Gemeine Noth/ und des

Landes Wohlstand zum fundament
 steht / darzu Ihr so wohl / als andere /
 beyzutragen verbunden / mögt Ihr
 euch eines erfreulichen Urteils nicht ge-
 troffen. Es ist auch der Rath zu Erf-
 ord / dieweil die versprochene Gewehr
 nur die damahls üblichen ordinar An-
 lagen betroffen / in den extraordina-
 riis euch zu vertreten nicht schuldig /
 D. N. W.

LXIII. Unicum adhuc addendum
 est, anteqvàm hinc abeamus. Di-
 ximus, non nisi subditos Collectis
 onerari posse. Quid ergò dicemus
 de forensibus, illis scil., qui bona vel
 mobilia vel immobilia in territorio
 Collectas imponentis habent? Illi
 utiqve subditi non sunt, neq; bono-
 rum possessio subditum facit, *arg.*
l. 17. §. 5. ff. ad municipal. l. 6. §. ult. ff. de
mun. Atq; hinc statuunt nonnulli,
 forensibus pro rebus, sive possessio-
 nibus, in territorio censitorum sitis,
 collectam imponi non posse. Ant.
 Gabriel. *comm. conclus. l. 6. de jur.*
immun. conclus. 2. Andr. Gail. *lib. 2.*
observ. 52. num. 13. Mynsing. *cent. 5.*
observ. 22. Th. Maul. *de homag. tit. 9.*
num. 41. seq. Atqve horum senten-
 tiæ favere videtur textus in *l. 4. Cod.*
de incolis. it. *Recess. de anno 1542. §.*
Dieweil aber etliche / &c. & Recess. de
anno 1544. §. Damit num solcher / &c. Ex
 quo inter Doctores ferè in prover-
 bium abiit, Collectam imponi per-

sonæ pro rebus, & per consequens,
 si persona non sit subdita ratione
 domicilii, vel originis, collectam ei
 non posse imponi. Anton. Tessaur.
decis. 149. num. 5. Nic. Boër. *decis. 260.*
num. 11. facitq; inter tributa & Col-
 lectas Petrus Anton. de Petra, *de po-*
test. Princ. cap. 4. p. 3. num. 16. hanc
 differentiam, quòd tributa rebus,
 Collectæ personis pro rebus impo-
 nantur.

LXIV. Nos, quòd ab initio dixi-
 mus, ἀκριβολογίαν istam parùm at-
 tendimus, quandoquidem nihilo-
 minus definire nunc oporteat, u-
 trùm tributa in sensu hoc specialio-
 re exigere liceat à forensibus? Plu-
 rimi ad consuetudinem confugiunt,
 secundùm quam unusquisque Col-
 lectam solvere teneatur illic loci,
 ubi res sita est, pro quâ tributum
 penditur. Roland. à Valle, *vol. 1. con-*
sil. 32. num. 8. Anton. Tessaur. *d. l.*
num. 2. 3. Andr. Gail. *lib. 2. observ. 52.*
num. 17. 18. Joh. Azor. *Instit. moral.*
part. 3. lib. 5. cap. 20. ut adeò conse-
 tudo exceptionem faciat à regulâ,
 §. *antec.* pro negativâ sententiâ ad-
 ductâ. Sed enim, uti negari nequit,
 consuetudinis magnam esse vim, u-
 susq; ille invaluit, ut rerum, quæ
 sustinent onera, potior sit ratio,
 quàm personarum, quæ solvunt: ita
 necesse est, ut nunc videamus, u-
 trùm in abstracto, & sepositâ omni
 con-

consuetudine excusari possit tributum, quod forensium rebus indicitur.

LXV. Rationi juris id non repugnare patet ex eo, quod munera quædam possessionibus jam olim indicta fuerint, quæ munera possessionum dicebantur, l. 6. §. 5. l. 18. §. 25. ff. de muner. l. 10. ff. de vacat. mun. l. 14. §. 1. ff. de mun. Et hæc utique personis pro rebus indicta non fuerunt; sic enim dominis indicenda fuissent, non possessoribus; Et his tamen, non illis, indicta fuisse, patet ex d. l. 6. Et disertè dicitur in l. 7. ff. de publican. & vectigal. ipsa prædia, non personas, conveniri, ut intelligamus scilicet, onera ista prædiorum esse, non personarum, ac proinde quasi à prædiis exigì, atque à possessoribus, eo nomine conventis, præstanda esse sine consideratione temporis, quo possederunt. Arn. Vinnius, ad §. 2. Inst. de act. n. 1. Hodie universa & singula totius civitatis aut provinciæ bona in certum indicem, quem æstimum & catastrostrum vocant, referuntur, atque denominationem à Dominis accipiunt, adeò ut ad possessores hodie respiciendum præcisè non sit, sed integrum sit exactoribus in casu fundi alienati, vel pristinum dominum, quamdiu ejus nomen ex æ-

stimo nondum expunctum fuerit, convenire, Franzk. lib. 1. resolut. 20. Anton. Perez. Cod. de annon. num. 41. & de indict. num. 39. vel emptorem & possessorem novum, etiam propter Collectas, à venditore adhuc debitas. Roland. à Valle, consil. 32. num. 12. 13. Et ratio videtur esse ista, quia non tam persona, quam res tali onere affecta est. Dn. Brunneman. ad l. 4. Cod. de incol. Anton. Perez. C. de annon. & trib. num. 19. propter tacitam hypothecam, quæ fisco competit, l. 1. C. in quib. caus. pign. Steph. Gratian. discept. 222. num. 7. Dis. Franc. Card. Mantica, lucubrat. Vatican. lib. 11. tit. 18. num. 16.

LXVI. Responderunt ita Domini an die sämtlichen alten Bürger zu Jüterbock / mens. April. 1656. Habt Ihr anno 1637., als erstlich der Königl. che Schwedische General - Feld Marschall / Johann Paner / mit seiner Armee umb Torgau herum gelegen / hernach der Kaiserliche General, Graff Götz / derer Derter angelanget / uf sonderbahre Verordnung / und Auftheilung des Raths / bey Euch viel Fass Bier / so sich in Anschlag auf ein sehr hohes / und weit über 2000. Rthl. belauffen / der ganzen Gemeinen Stadt zum besten / und zu Verhütung euffersten vor Augen schwebenden Total-
Zzzzz 2 Ruin

Ruin / vorgeschossen / und es wollen
 ichso die neuen Bürger / sonach vorbe-
 sagter Zeit die Güter an sich gekaufft/
 sich zu keinem Beytrag verstehen / alles
 nach mehrern Inhalt eures Berich-
 tes. Wenn nun gleich die Erkauffung/
 oder Erhandlung solcher Güter / von
 den neuen Bürgern erst nach gethane-
 nen Vorschuss geschehen / und sie solche
 frey ohne diese Beschwerung an sich
 gebracht zu haben vermeinen; Den-
 noch aber / und dieweil angeregte Fasse
 Bier von der ganzen Stadt gefordert
 worden / der Vorschuss auch vor die
 ganze Stadt geschehen / dieselbe da-
 durch vor der besorglichen Gefahr er-
 halten worden / und daher alle und
 jede der gesambten Bürger Güter vor
 dergleichen Anlagen hatten; So kön-
 nen auch die nach der Zeit angenom-
 menen Bürger / und neuen Besitzer/
 den Vorschuss nach proportion zu-
 erstatten / sich nicht entbrechen / es ist
 aber Ihnen hingegen sich an ihre Ver-
 käuffer und vorige Besitzer / von denen
 dieses onus in das Kauff-Geld nicht
 gerechnet worden / deswegen zu halten
 unbenommen / B. K. W.

LXVII. *Quod igitur Canonicas
 præstationes & ordinarias Collectas
 attinet, dubium mihi non est, à fo-
 rensibus eas exigì posse. Indicun-
 tur enim istæ plerumque eum in fi-*

nem, ut tranquillitas & salus publi-
 ca conservetur, utq; bonis illis in
 pace frui cuique liceat. Sed in ex-
 traordinariis & repentinis indictioni-
 bus, aut collectis aliqua videtur
 constitui debere differentia. Ali-
 quæ enim tales sunt, ex quibus par-
 commodum utrisque & civibus &
 forensibus quaritur, aut æquale pe-
 riculum ab utrisque avertitur; ali-
 quæ vicissim tales, ex quibus nul-
 lum omnino forensibus expectan-
 dum est commodum, & ex quarum
 omissione aut solutione denegata
 nullum eis metuendum est pericu-
 lum, sed utrumque tale ad solos ci-
 ves pertinet. Vid. Franzk. *lib. 1. re-
 solut. 20.* Dav. *Mev. part. 2. decis. 372.*
 Ant. Perez. *Cod. de indict. num. 22.*
 Phil. Knipschild. *de civ. Imp. l. 2. c. 17.*
num. 55. Casp. Klock. *de contribut.*
cap. 13. num. 1. seqq.

LXVIII. *Fac ergò nunchostem
 aliquem civitati exitium minari,
 nisi certam pecuniæ summam dede-
 rit, forenses verò aliquem solum
 agros, nullas ædes vel bona alia in
 illo territorio possidere, an putabi-
 mus, propter agros illos, quibus da-
 mnum inferri nullum potest, fo-
 rensi perinde, ut civi collectam im-
 poni possit? Imò verò rectè hoc ne-
 gat Franzkius, d. l. quia scilicet par-
 ratio*

ratio commodi & periculi non subest. Quod si verò forensis frumenti partem vel totum in oppido repositum habeat, par quoque tum erit periculum & commodum, & tunc pro ratâ eum teneri, dubium non est. *Con*similis ratio est ejus, qui forensis cum sit, nulla quidem bona immobilia, sed mobilia tamen, eaq; non exigui valoris penes se habet. Is si in oppido ab hostibus occupato fuerit, & pro redemptione bonorum, sive ad avertendam depraedationem pecuniâ summa imperetur, etiam forenses tum adnumerare partem suam debere, existimo.

LXIX. Inde concludit Antonius Tassaurus, *dict. decis. 140. num. 11.* forenses ad omnia onera teneri, & propter illa collectari posse, exceptis salariis Medici, Chirurgi, Ludi Magistri, Syndicorum, custodum tempore pestis, & impensis horologii, campanarum, refectionis Ecclesiae, lampadis & impensis faciendis causa militiâ popularis, vespillonis, & similibus aliis, quæ ratione personarum tantum imponuntur, & concernentibus servitium personale. Et in additionibus ibidem refertur, in Senatu Pedemontano decisum fuisse, tenere forenses ad expensas, quæ fiunt tempore pestis. Ego

verò singulis istis simpliciter & indistinctè assentiri nequeo. Ecce enim, quod de impensis causâ militiâ popularis adductum est, omnino videtur tale esse, quod non in civium tantum, sed etiam forensium commodum & utilitatem vergit. Nisi enim sint, qui agros ab hostium incuribus & invasionibus tutos reddant, uti illis neque civibus, neque forensibus licebit. Per consequens, ut id liceat, impensis in eam rem faciendis opus est. *Novell. 149. c. 1.* atque hinc æquum est, ut suam quoque partem addant forenses. Pari modo ad salaria Medicorum, Chirurgorum, &c. obligabitur forensis, sicubi illic loci, ubi constituta sunt, familiam suam habeat, ut maxime ipse domicilium alibi habuerit.

LXX. Illud obiter notandum, consuetudinem ubique ferè locorum receptam esse, ut pro bonis immobilibus non alibi Collectæ solvantur, quam ubi catastrata seu descripta fuerint; adeoque sicubi quis in diversis provinciis bona sita habeat, in singulis ille de singulis, nec de utrisque in uno eodemque loco, etsi ibi habitet, Collectas solvere tenebitur. *Dav. Mev. d. part. 1. decis. 372. num. 14.* *Gvid. Pap. quest. 87. num. 6.* *Jacob. Alemann. in palastr.*

Zzzzz 3

Con-

Ruin / vorgehoffen / und es wollen
 iesso die neuen Bürger / so nach vorbe-
 sagter Zeit die Güter an sich gekauft/
 sich zu keinem Beytrag verstehen / alles
 nach mehrem Inhalt eures Berich-
 tes. Wenn nun gleich die Erkauffung/
 oder Erhandlung solcher Güter / von
 den neuen Bürgern erst nach gethane-
 nen Vorschuß geschehen / und sie solche
 frey ohne diese Beschwerung an sich
 gebracht zu haben vermeinen; Den-
 noch aber / und dieweil angeregte Fasse
 Bier von der ganzen Stadt gefordert
 worden / der Vorschuß auch vor die
 ganze Stadt geschehen / dieselbe da-
 durch vor der besorglichen Gefahr er-
 halten worden / und daher alle und
 jede der gesambten Bürger Güter vor
 dergleichen Anlagen hafften; So kön-
 nen auch die nach der Zeit angenom-
 menen Bürger / und neuen Besitzer/
 den Vorschuß nach proportion zu-
 erstatten / sich nicht entbrechen / es ist
 aber Ihnen hingegen sich an ihre Ver-
 käuffer und vorige Besitzer / von denen
 dieses onus in das Kauff-Geld nicht
 gerechnet worden / deswegen zu halten
 unbenommen / B. N. W.

LXVII. Quod igitur Canonicas
 præstationes & ordinarias Collectas
 attinet, dubium mihi non est, à fo-
 rensisibus eas exigì posse. Indicun-
 tur enim istæ plerumque eum in fi-

nem, ut tranquillitas & salus publi-
 ca conservetur, utq; bonis illis in
 pace frui cuique liceat. Sed in ex-
 traordinariis & repentinis indictioni-
 bus, aut collectis aliqva videtur
 constitui debere differentia. Ali-
 qvæ enim tales sunt, ex quibus par-
 commodum utrisqve & civibus &
 forensibus qværitur, aut æquale pe-
 riculum ab utrisqve avertitur; ali-
 qvæ vicissim tales, ex quibus nul-
 lum omninò forensibus expectan-
 dum est commodum, & ex quarum
 omissione aut solutione denegatà
 nullum eis metnendum est pericu-
 lum, sed utrumqve tale ad solos ci-
 ves pertinet. Vid. Franzk. *lib. 1. re-
 solut. 20.* Dav. *Mev. part. 2. dec. 372.*
 Ant. Perez. *Cod. de indict. num. 22.*
 Phil. Knipschild. *de civ. Imp. l. 2. c. 17.*
 num. 55. Casp. Klock. *de contribut.*
cap. 13. num. 1. seqq.

LXVIII. Fac ergò nunchostem
 aliquem civitati exitium minari,
 nisi certam pecuniæ summam dede-
 rit, forenses verò aliquem solum
 agros, nullas ædes vel bona alia in
 illo territorio possidere, an putabi-
 mus, propter agros illos, quibus da-
 mnnum inferri nullum potest, fo-
 rensi perinde, ut civi collectam im-
 poni possit? Imò verò rectè hoc ne-
 gat Franzkius, *d. l.* quia scilicet par-
 ratio

ratio commodi & periculi non subest. Quod si verò forensis frumenti partem vel totum in oppido depositum habeat, par quoque tum erit periculum & commodum, & tunc pro rata eum teneri, dubium non est. Consimilis ratio est ejus, qui forensis cum sit, nulla quidem bona immobilia, sed mobilia tamen, eaque non exigui valoris penes se habet. Is si in oppido ab hostibus occupato fuerit, & pro redemptione bonorum, sive ad advertendam depredationem pecuniæ summa imperetur, etiam forenses tum adnumerare partem suam debere, existimo.

LXIX. Inde concludit Antonius Tessaureus, *de off. decif. 140. num. 11.* forenses ad omnia onera teneri, & propter illa collectari posse, exceptis salariis Medici, Chirurgi, Ludi Magistri, Syndicorum, custodum tempore pestis, & impensis horologii, campanarum, refectionis Ecclesiæ, lampadis & impensis faciendis causa militiæ popularis, vespillonis, & similibus aliis, quæ ratione personarum tantum imponuntur, & concrementibus servitium personale. Et in additionibus ibidem refertur, in Senatu Pedemontano decisum fuisse, tenere forenses ad expensas, quæ fiunt tempore pestis. Ego

verò singulis istis simpliciter & indistinctè assentiri nequeo. Ecce enim, quod de impensis causâ militiæ popularis adductum est, omnino videtur tale esse, quod non in civium tantum, sed etiam forensium commodum & utilitatem vergit. Nisi enim sint, qui agros ab hostium incursum & invasionibus tutos reddant, uti illis neque civibus, neque forensibus licebit. Per consequens, ut id liceat, impensis in eam rem faciendis opus est. *Novell. 149. c. 2.* atque hinc æquum est, ut suam quoque partem addant forenses. Pari modo ad salaria Medicorum, Chirurgorum, &c. obligabitur forensis, sicubi illic loci, ubi constituta sunt, familiam suam habeat, ut maxime ipse domicilium alibi habuerit.

LXX. Illud obiter notandum, consuetudinem ubique ferè locorum receptam esse, ut pro bonis immobilibus non alibi Collectæ solvantur, quam ubi catastrata seu descripta fuerint; adeoque sicubi quis in diversis provinciis bona sita habeat, in singulis ille de singulis, nec de utrisque in uno eodemque loco, etsi ibi habitet, Collectas solvere tenebitur. *Dav. Mev. d. part. 2. decisif. 372. num. 14.* Gvid. Pap. *qvæst. 87. num. 6.* Jacob. Alemann. *in palastr.*

Zzzzz 3 Con-

de off. decif. 140. num. 11.

Consult. 5. pag. m. 204. Anton. Perez.
Cod. de indict. num. 38. Sic enim
jus est, ut is, qui agrum in aliâ civi-
tate habet, in eâ civitate profiteri
debeat, in quâ ager est; agri enim
tributum in eam civitatem debet
levare, in cujus territorio posside-
tur, l. 4. §. 2. ff. de cens. Ad verba,

quæ ex Recessibus Imperii supra al-
legata sunt, rectè respondet Mevius,
d. l. accipienda ea esse de Collectis
Imperialibus, den Reichs-Steuer/
quòd Imperii nihil interfit, ubi ubi
illæ solvantur, cum nihilominus
in ærarium Imperii infe-
rantur.

CAPUT III.

De

Ratione & modo collectandi.

SUMMARIA.

- Odiosa vulgò res, tributum, aut contributio. 1.
Optimè facit Princeps, qui de imponendis tributis cum statibus suis deliberat. 2.
Utrùm in hac materiâ valeat pluralitas votorum? 3.
Quæstio hac in quamplurimis Comitiis variè fuit disceptata. 4.
Tentata ejus decisio. 5.
Collecta necessaria & voluntaria ut differant? 6.
Necessarium & utile differunt. 8.
Necessitas & utilitas suos habet gradus. 9.
Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. 10.
Iniquum videtur, per aliorum suffragia bonis nostris damnum inferri. 11.
Ut quis obligetur, necesse est, ut ejus habeatur consensus. 12.
Et hæ rationes in collectis voluntariis locum habent. 13.
Sed in collectis necessariis etiam dissentientes obligantur, si major pars consentiat. 14.
Nec alius poterit modus excogitari, quo ex plurium suffragiis certum quid confitui
queat. 15.
Commoda & incommoda ad eodem pertinere debent. 16.
In concursu Creditorum similiter major pars pravalet. 17.
Collecta non pertinent ad omnes, ut singulos. 18.
Salus communis semper prevalere debet. 19.
Ad eam obtinendam cogi potest civis. 20.
Sententia Wittbergenfium. 21.
Ut valeant majoris partis suffragia, & obligent dissentientes, omnes debent vocari &
congregari. 22.
Deinde, ut collecta sit communis, & ab omnibus solvenda. 23.

Inter

Inter contribuentes debet observari proportio. 24.

Et proportio quidem arithmetica. 25. 26. 27.

Modus contribuendi secundum as & librum est omnium optimus. 28. 47.

Sententia Witteb. 29.

Ut de facultatibus cuiusq; castres, professio fieri debet. 30.

Et aliquando quidem jurata. 30.

Sententia Witteb. 31.

An etiam propter bona, extra territorium sita, collecta solvi debeant? 32.

Qualiter sine iuramenti prestatione conscientia cuiusq; committitur tributi quantitas. 33.

Sequitur afirmatio bonorum, quae ex quantitate fructuum & emolumentorum factenda est. 34.

Si tamen fructus ad ipsum possessorem veniunt, nec Creditoribus exsolvendi sint. 35.

Usufructuarius an teneatur ad collectas? 36.

Tenetur tamen aliquando etiam Dominus proprietarius. 37.

Quid statuendum de Creditore, qui jure antichretico pignus possidet? 38.

Qui in librum censualem sive catastrum bona sua inscribi patitur, obligat se ad solutionem inscriptae quantitatis. 39.

Catastrum qualiter consiciendum? 40.

Id sapienter mutari & emendari oportet. 41. 46.

Propter bona caduca reliqui cives non sunt onerandi. 42.

Propter loca sterilia an fieri debeat remissio, & an steriliū atq; cultorū sit compensatio? 43.

Urgente tamen necessitate etiam pro bonis caducis collecta civibus reliquis imperari potest. 44.

Reprehenduntur Principes, qui non considerata vastitate eadem semper exigunt tributa. 45.

Catastrum probat subjectionem inscriptorum. 46.

Quid observandum per aequatibus, ut iusta habeatur inter cives proportio. 47. 48.

Capitatio, quae ditissimus quisq;, quantum pauperculus aliquis contribuit, non videtur justam servare proportionem. 49.

Ut nec indictio, quae fit secundum fumantes. 50.

Cives ad solutionem tributorum promptiores esse deberent, quam sunt hodie pleriq;. 51.

Dubitans de iustitia tributi an solvere id teneatur? 52.

Tributa imposta, & à ministris non postulata, an recusari queant? 53.

Propter tributa non soluta qualis locum habeat processus? 54.

Quatenus appellatio locum habeat? 55.

Propter Collectas debitas Resp. habet jura hypotheca, & praelationis in bonis debitoris. 56.

Non liberatur quis ab onere contributionis debita, etsi renunciare velit praedictis, oneri ipsi subiectis. 56.

Tertius tamen possessor non tenetur, nisi ad collectas, ex precio isto debitas. 57.

In causa tributorum nulla admittitur compensatio adversus fisco. 58.

Tacita hypotheca, propter tributa fisco competens, non est ad alia debita extendenda. 59.

Ob morum possunt pradia debitoribus auferri, & a fisco vendi. 60.

Debitoribus tamen dilatio aliqua non est deneganda. 61.

Requisita venditionis talis. 62.

Pretium quod hic dicatur iustum? 63.

Calamitates publica cogunt possessores, ut pradia sua vendant. 64.

Pignorationes etiam fieri solent propter tributa. 65.

Ab eâ tamen excipiuntur instrumenta rustica. 65.

Debitor an propter tributa in carcerem conjici possit? 66.

Multa pecuniaria quatenus locum habeat adversus debitores morosos. 67.

Uscitissimus exigendi modus hodie est ille, qui sit per manum militarem. 68.

Assidua debet haberi inspectio in eos, qui tributis recipiendis praefecti fuerunt. 69.

EX libris veterum memoriarum, & cujusvis seculi historiis, ipsisq; nostrorum temporum annalibus, continuâ quasi serie frequentissima omnium nationum colligere licet exempla, Principes pecuniis acerbè conquirendis, plus invidiæ sibi, quàm virium addidisse. Aspera in vulgi auribus vox, tributum, res in animis; nec alia crebrior odiorum seges. Etiam tum, cum necessitas instat, invidia tributorum, dum imperantur, subest. Malè enim secum agi putat unusquisq; dum ex facultatum suarum diminutione publicæ rei detrimentum metitur, neque considerat, quanta indè rei suæ familiaris expectanda sint commoda. Non alia seditionum aciora existunt incitamenta, neque deflagrare illæ solent, nisi cum maximo Reip. damno. Quocirca, ut tributorum necessariorum invidia leniri queat, utq; lubentiores reddantur animi

subditorum, plurimâ à civilis prudentiæ Doctoribus excogitantur artes, quas tamen recensere hic omnes nostrum non fert institutum. Videri de iis possunt Christophorus Förstnerus, in *Taciti libr. 5. annal.* M. Z. Boxhorn. *Instit. Polit. lib. 1. c. 10.* Nobis id curæ erit, ut tributa ad justitiæ trutinam expendamus, & quatenus tum impositio, tum distributio, tum exactio fieri debeat, breviter explicemus.

II. Justissima omnium sunt tributa, quæ volentibus & consentibus subditis imponuntur. Tum enim, quod quisque spontè subitonus, grave non est, aut saltem continentiore cum patientiâ fertur. Et hæc perpetua fuit bonorum Principum in subditos suos benevolentia, ut ab eis non exigenter collectas antè, quàm utring; mutuo Consensu comprobata fuissent. Indici in eam rem solent Comitæ, in quibus Prin-

ceps

ceps cum Statibus non tantum necessitatem collationum expendit, sed de modo etiam, quo, & ex quibus rebus exigi debeant, deliberat. Sic enim duplici quasi vinculo ad earum solutionem adstringuntur subditi, quorum alterum ex subjectione oritur, alterum ex conventionem & consensu, quorum posterius in Rep. simplici, & principatu absoluto, necessarium quidem non est, facit tamen ad conservandam inter Imperantes & parentes harmoniam, mutuumque utrorumque amorem. Vid. Joh. Parlador. *l. 1. rer. quotid. c. 3. n. 13.* Nec dicere poteris, decedere, & derogari sic Majestati, quæ Imperium suum labefactari non patitur, nec subditos in partem regiminis admittit. Nec enim hinc sequitur, subditos in Comitibus usurpare ea, quæ Majestatis sunt, cum diversa omnino sint, tributa indicere, & de tributis indicendis consilia conferre. Nec, si dissentientibus & consulentibus Statibus tributa non indixerit Princeps, sequitur, eum circa Majestatem suam detrimentum pati, sed hoc potius, tributa ea vel pro non necessariis, vel pro injustis habita, idque Principem ex consilio Statuum didicisse. Anticipavi eadem de re dicere, cum agerem de jure habendi comitia, unde impleri possunt, quæ hic studiosè tracterimus.

III. Hinc igitur, ubi ex plurimum suffragio tributa imponenda fuerint, quod contingere solet non tantum eo casu, quando plures imperant, sed etiam, quando ex collatis consiliis Statuum suorum Princeps definire rem aggreditur, quod hodie Principes Germaniæ ut plurimum facere solent, maxima oritur dubitatio, utrum in Collectis, communitati, aut singulis imponendis, sufficiat, à majori parte eas comprobatas fuisse, & quidem eo cum effectu, ut reliqui non consentientes ad easdem solvendas obligati sint, an verò eximi debeant illi, qui non consenserunt? Vix unquam enim extabit casus, quo unà mente omnes in unam eandemque pecuniæ summam, unum eundemque exequendi modum, aut in ipsam etiam actus substantiam consensisse dicentur. Id, quia in plerisque omnibus negotiis contingere solet propter naturalem hominum ad dissentendum facilitatem, atque hinc res sine exitu futura est, *l. 17. §. 6. ff. de recept. omnium ferè gentium consensu receptum est, ut in rebus civilibus, totam universitatem attinentibus, pars major habeat rationem integri.* Francisc. à Victorià, *Relect. de potest. civ. n. 14.* Et sic igitur reliqui, qui non consenserunt, non minus obligabuntur, atque alteri, qui majorem

A a a a a

par-

partem constituunt, non quidem directè, sed indirectè & interpretativè, non quidem ex jure, quod major pars in ipsos habeat, tanquam superior, sed ex illà naturæ lege, quæ vult partem omnem, quæ pars est, ordinari ad bonum totius, quod bonum præsumptivè à majore parte determinatum est. Hug. Grot. *de imp. summ. pot. circa sacr. cap. 4. numer. 6.* Utrùm verò idem hoc etiam à Collectis decernendis obtinere debeat, non omnium una est sententia.

IV. In Comitii Imperii multa sæpè hæc de re fuit controversia, quæ neque à pacis Osnabrugensis Restauratoribus componi potuit, atque ideò ad Comitia, proximè futura, remissa tum fuit, *art. V. num. 19.* Quid autem in istis, quæ deinceps anno 1653. Ratisbonæ habita sunt, præstitum fuerit, refert Limnæus, *lib. 2. annot. ad lib. IX. de jur. publ. c. 1. num. 182. tom. 5.* nempe Senatam Electorum cum Principibus Catholicis pluralitatem votorum comprobasse: Principes protestantes discrimen fecisse inter collectas voluntarias & necessarias, & in his tantum pluralitati votorum locum dedisse: Civitates verò nullam hic pluralitatem admittere voluisse. Disquiri deindè coepisse, quid sibi velit ista distinctio Collectarum in

voluntarias & necessarias: & Senatam Electoralem judicasse, omnes collectas Imperii ratione causæ pro necessariis aut utilibus, ratione verò consensûs Statuum, sine quo imponi nequeant, pro voluntariis haberi debere. Principes quosdam Catholicos nullas omninò Imperii collectas necessarias, sed omnes respectu dantis voluntarias statuisse, illas enim non per præceptum à Statibus exigi, sed à volentibus, & consentientibus suâ sponte solvi. Quæ omnia prolixius refert Limnæus, *d. 1.*

V. Nobis non sedet tanti animi arrogantia, ut putemus, lites in publicis negotiis inter Proceres Imperii natas, ex Cathedrâ Scholasticâ decidi posse. Quia tamen quæstiones controversas in utramque partem ventilare tamdiu licet, quoad istæ lege publicâ determinatæ fuerint, atque interim unicuique, quod libet, statuere permissum est, nemo nobis vitio vertet, si per libertatem, quâ utimur, Academicam de quæstione propositâ, quid nobis videatur, breviter hic explicemus. Et ut eò magis excusati simus, non considerabimus quæstionem propositam in actu exercito, sive in hypothesis, & in applicatione ad Rempubl. Germanicam, ejusq; Comitiam; sed in actu signato, & in abstractione ab omni Republicâ particulari.

Erit

Eritque nobis status controversiæ hic: Utrum in Collectis, ex plurium arbitrio imponendis, omnes illi individualiter consentire debeant ad hoc, ut omnes & singuli obligentur, an verò sufficiat consensus majoris partis?

VI. Omnino autem præmittenda hic est distinctio inter Collectas necessarias & voluntarias, sive, ut rectius dicam, inter actus necessarios, & voluntarios, quam etiam probant Joh. Bapt. Costa, de *fact. scient. & ignor. inspect.* 30. n. 7. Anton. Perez. *Cod. de indict.* n. 15. Aegid. Thomat. *de collect.* §. *ne scienter.* num. 1. dummodò rectè explicetur. Ut enim necessarius dicatur actus, non præcisè requiritur, ut vis aliqua physice inferatur, aut libertas homini prorsus auferatur, cum pluribus modis necessarium quid dicatur, quos exponit Aristoteles, *lib. 5. Metaph. c. 5.* & liberae etiam actiones certo respectu dici possunt necessariae. Francisc. Svarez. *disp. Metaph. 19. Sect. 2. n. 8.* sed sufficit, per necessitatem extrinsecus adstantem, voluntatem agentis ita affici, ut cum displicentiâ quâdam agat, non acturus, si necessitas illa abesset. Et si igitur non per præceptum semper exigantur Collectæ, sed à subditis volentibus & consentientibus dentur, poterunt tamen aliquæ idèõ necessa-

riæ dici, quia consensus ille à principio quodam externo elicitur, & quidem cum difficultate aliqua, cum fortassè mallent in ejusmodi Collectas non consentire. Scholastici dicerent, necessarias esse tales Collectas, non necessitate præcepti, sed medii, quia sine iis salus publica conservari non posset.

VII. Voluntariè igitur & liberè agere in hoc negotio idem denotat, quod agere summâ cum lubentia, nullâ urgente necessitate, nullo concurrente metu. Et hoc donationibus tantum, & gratuitis munerum largitionibus, proprium & peculiare est, ad quarum substantiam hæc particularis conditio requiritur, ut gratuito, liberaliter, absque metu, coactione, aut internâ displicentiâ fiant, in quo sensu liberè idem planè, quod liberaliter, significat. Roger. Widdrington. *de juram. fidel. c. 9. num. 19.* Aliàs non nego, inter libertatem & lubentiam magnam esse differentiam. Summa libertas est in mercatore merces in mare abjicientis illibentissimè; contra summa lubentia in nepote, qui in Venerem prurit furitque, libertate affectibus excæcatâ. Dannhauer. *part. 2. Theol. Conscient. dialog. 4. pag. m. 181.* Hæc igitur ratione Collectæ voluntariæ dicentur, quæ citra ullam necessitatem, nec intuitu

resultantis inde alicujus utilitatis publicæ, ad omnes pertinentis, conferuntur, quales sunt, quæ fiunt honorarii faciendi gratiâ. Anton. Perez. *Cod. de indict. num. 15.*

VIII. His contradistingvuntur Collectæ necessariae & utiles, quæ tamen ipsæ etiam inter se differunt. Quamquam enim necessitatis & utilitatis ratio in quibusdam negotiis concurrat, & utriusque tum magna sit convenientia, neque dici vel fingi possit necessarium, quod non simul etiam utile contineat. Gylmann. *Symph. tom. 4. part. 1. vol. 3. num. 24.* atque hinc fieri soleat, ut unum per aliud exponatur. Gloss. *in l. 5 §. 10. verb. necessaria ff. de damn. inf. Lud. Schrader. de feud. part. 4. c. 1. n. 16.* Wefenbec. *consl. 194. num. 10.* aut jungantur quandoque, uti fit in *l. 39. ff. de hered. petit.* accuratè tamen loquendo plerumque dicitur necessitas, quàm utilitas. Neque id, quod utile est, necessarium illicò existit. Sic enim inter impenfas necessariae & utiles accuratè distingvuntur Jcti, quando de restitutione rei alienæ agitur, *l. 79. ff. de V. S. Joh. Bapt. Costa, de remed. sub sid. cap. 99. num. 6. seq. Marefcott. 2. resol. 109. seq. Rheinkang. de retract. q. 6. num. 386. 401. 409. Vincent. Carocc. de locat. p. 4. q. 40. num. 5.*

IX. Quia verò in publicis nego-

tiis causa utilitatis causa necessitatis æquiparatur. Guil. Redoan. *de reb. Eccles. non al. qv. 55. num. 29.* & bonus civis ad utrumque tenetur, tam subvenire publicæ necessitati, quàm procurare ea, quæ ad beatitudinem civilem utilia censentur, non opus erit, ut curiosè discrimen istud in hac tractatione faciamus, aut observemus. Negari tamen nequit, ex necessitate, & ex necessariâ causâ, arctiorem induci obligationem, quàm ex causâ utili, cum prius laborandum sit, ut res conservetur, quàm ut melior existat. Atque hinc inferri poterit, gravitius peccare eum, qui necessariae recusat inferre Collectas, quàm, qui utiles. Ipsa etiam utilitatis ratio non est uniusmodi. Alia enim ad necessitatem propius accedit, alia remotior ab eâ videtur. Sic & evidentior est alia, alia minus evidens. Alia ad singulos æqualiter, & in eadem quantitate & qualitate, iisdem gradibus, eodem numero, pondere, aut mensurâ redundat, alia magis uni, quàm alteri prodest. Habet verò & necessitas suos gradus, diciturque alia extrema, alia gravis, alia communis, uti distingvunt Doctores. In quibus omnibus specificè determinandis, & ad materiam præsentem applicandis, plus temporis infumendum esset, quàm commodi inde percipere liceret. Et quia,

quia, ut modo dixi, ad utilia non minus, quam ad necessaria suæ civitatis tenetur civis, ad utrasque etiam obligabitur Collectas, sive pro necessitate, sive pro utilitate Reip. impositæ fuerint. Vid. Alphonsi. Vilaguti. *de reb. Eccl. mal. ut. lib. 1. cap. 100. n. 6.*

¶ 8. Aymo Cravert. *consil. 27. n. 8.*
 ¶ *consil. 195. num. 8.* Atque sic de utrisque idem posthæc faciemus iudicium.

X. Potissima autem ratio eorum, qui pluralitati votorum in materiâ Collectarum derogant, est ista, quod majoris partis consensus reliquos, qui pauciores sunt, obliget demum, quando negotium commune pertinet ad omnes, ut universos, secus verò, quando pertinet ad omnes, ut singulos. Tum enim singulorum consensus requiritur, nec obligantur illi, qui non consenserunt, *arg. l. 11. ff. de serv. rust. præd.* Sic enim jus est, ut, quod omnes tangit, i. e. ejus emolumentum vel incommodum ad omnes in individuo pertinet, ab omnibus debeat comprobari, *c. quod omnes de R. J. in 6.* Nicol. Losæus, *de jur. univers. part. 1. c. 3. n. 84.* Anton. Fab. *Cod. lib. 3. tit. 26. def. 5. num. 7.* Petr. Wesendi. *ad l. 148. ff. de R. J.* Anton. Gomez. *l. 2. resol. c. 4. num. 14.* Jam erò certum est, Collectarum onus singulos pertinere. Nec erit

quisquam est, qui pro alio contribuit, aut onus alienum in se recipit, sed unusquisque, quod debet, ex suis facultatibus exsolvere tenetur. Et hinc concludit Antonig Faber, *Cod. lib. 9. tit. 29. def. 18.* non teneri, qui non consenserunt.

XI. Deinde ipsa naturalis ratio dicitur, iniquum esse, ut per impositionem Collectarum inopiæ nostræ aliorum votis præjudicium creetur, & marsupia nostra per aliorum suffragia evacuentur. Par enim in parem uti non habet imperium, *l. 4. ff. de recept. arb. l. 13. §. 4. ff. ad SCT. Trebell.* ita nec potestatem de ejus bonis decernendi, aut aliquid inde decerpenti. Et uti suæ quisque rei moderator est atque arbiter, *l. 21. C. mandat.* ita liberum ei erit in tali casu, quando ex parium votis Collectæ decernuntur, dare eas, vel denegare. Fieri ita aliàs facile posset, ut pauperiores qui fuerint, dum numero superant, ditiorum bonis onera pro lubitu imponent, quippe quorum semper iniqui iudices sunt, ut aut invideant, aut si potestatem nacti fuerint, minuant.

XII. Quibus accedit porro, quod in actibus puri patii arbitrii voluntas nostra aliorum nutu non stringatur, nec promissiones alienæ, aut facti alieni obligent. Zach. Viector. *de caus. exempt. conclus. 5.* Losæus,

de jur. univers. part. 3. cap. 9. num. 11.
 Sed necesse est, ut si obligari quis debeat, consensus ejus accedat. Omnia enim ejusmodi decreta Universitatum sunt per conventiones, & se habent instar contractuum. At nullus celebrari potest contractus sine contrahentium consensu, *l. 1. §. pen. ff. de pact.* qui consensus est plurium voluntas, ad quos res pertinet, simul juncta. *Mozz. de stipulat. rit. de consens. num. 3.* Quomodo igitur, decretis universitatum, ex consensu robor accipientibus, obligari poterit, qui disertè dissentit? Nec enim dicere poteris, consensum hic subesse interpretativum, & haberi eum pro consentiente. Interpretativus enim ejusmodi consensus non aliter procedit, quàm per fictionem, quãdam. At fictio cessat, quando habetur veritas. *Joh. Bapt. Costa, de retrotract. cap. 2. reg. 2.* Nec proinde pro consentiente haberi potest, qui disertis verbis dissentit. Et huc facit porro regula vulgata, quòd res inter alios acta aliis non præjudicet, *l. t. Cod. res inter al. act.* *Rol. à Valle, conf. 85. num. 4. vol. 2.* *Joh. Ronchegall. in l. eandem §. 1. num. 48. ff. de duob. reis.*

XIII. Ista rationes omnes ut invincibiles admitto, si quidem agatur de Collectis voluntariis ex mera liberalitate civium, nullà urgente

necessitate, nec svadente utilitate publicâ solvendis. Nemo tùm obligabitur, nisi qui consentit; nemo cogi potest, ut consentiat, nec adigi potest, ut solvat, qui apertè & manifestè dissentit. Non una tùm omnium causa est ante consensum, sed post consensum demùm una fit, per unionem plurium, idem placitum approbantium. Voluntas cujusque hic libera est, nec, si libera non esset, liberalitas dici posset. Ambitiosa dixit Decurionum decreta *Ulpianus, in l. 4. ff. de decret. ab ord. fat.* quibus jubetur quis vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præstare. Non minus ambitiosum id esset, si quis alteri liberalitatis officium injungere, aut ex alieno marisupio contra Domini voluntatem liberalis esse vellet. Non poterit igitur universitas, propter donum alicui dandum, indicare Collectas, neque cogere dissentientes, ut paria secum faciant, & eandem liberalitatem exerceant. *Ægid. Thomat. de collect. §. nescienter. num. 1.* *Alphonf. Vilagut. de reb. Eccles. m. al. al. lib. 1. cap. 100. num. 7.* *Vincent. de Franchis, decis. 2. num. 24. 26.* *Alfonf. Modit. ad §. plebiscitum Inst. de J. N. G. & C. dub. 53. & 54. num. 4.* *Casp. Klock. de contrib. c. 6. n. 89. & 109.*

XIV. Quod si verò de Collectis propter instantem necessitatem aut

utili-

utilitatem publicam sermo fuerit, confidenter affirmo, per consensum majoris partis obligari minorem, & cogitum posse dissentientes, ut Collectas solvant. Theod. Rheinking, *de regim. secul. & Eccles. l. 1. clas. 5. c. 8. num. 66.* Imponuntur enim tales Collectæ propter bonum publicum, & ad promovendam felicitatem civilem, quæ est in Rep. At in deliberationibus istis, quæ commune respiciunt bonum, minor pars semper conformari debet ad placita majoris. Huc namque collineat tota & integra societatis civilis intentio, ut universitati, & per hanc unicuique, bene sit. Sibi ergo qui bene cupit, universitati etiam ut bene cupiat, necesse est, quia scilicet in bono communi bonum singulare continetur, & in salute totius salus partium consistit. Quid autem utile & proficuum sit universitati, universitas ipsa judicare debet. In quâ si fuerint dissentientes, ratio naturalis dicitur, majoris partis valere debere sententiam, & huic accedere, debere reliquos, idem scilicet, quia non aliter, quam ex plurium sententiâ constare potest, quæ bono publico proficua sperentur. Proinde etiam in contractibus, quos celebrat universitas, si necessitas & utilitas causam dederint, non presentes tantum & consentientes obligantur,

sed absentes etiam omnes. Hartmann. Pistor. *l. 1. q. 37. num. 7.* Aymio Cravett. *consil. 27. num. 8.* Nic. Losæus, *de jur. univers. part. 3. c. 3.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num. 376.* Et hinc interminis fortioribus rectè concludit Calderinus, quem refert Felinus, *in c. cum dilecta X. de rescript. num. 20.* quod major pars possit imponere Collectam toti universitati, etiam si minor pars, quæ contradicit, debeat solvere majorem quantitatem. Ratio est, quia in colligendis suffragiis non attenduntur facultates civium, sed tantum quantitas numerica. Nec verò injuria fit parti minori, dummodò secundum proportionem onera imponantur, quia tamen maxime inter cives æqualitas servatur, quod infra pluribus ostendemus. conf. Casp. Klock *de contribut. cap. 6. num. 75. 76.*

XV. Nec verò alius hinc modus ex dissentientium civitum votis certum quid statuendi excogitari poterit. Ut enim nihil nunc dicam de libidine dissentendi, in quâ sibi nonnulla maxime placent ingenia, id solum attendi nunc velim, plurimos alios, opinione rectius sapienti, *ωλεονεξια, Φιλαργυρια,* & ejusmodi vitiis aliis ita corruptos esse, ut salutis publicæ emolumenta vel non intelligant, vel rejiciant prorsus

sus, aut saltem non quærant. Atque illorum haud pauci tam attenti ad rem familiarem, & parandas divitias existunt, ut Herculi citius clava, quam istiusmodi civibus nummus unus, aut alter extorqueri queat. Quæ ipsi in Collectas nunquam, & nec necessarias quidem, nisi toti jam in periculo constituti fuerint, consentient. An putabimus igitur, eorum, qui ditissimi plerumque sunt, dissensum immunes eos, & eximios ab oneribus publicis præstare debere? Imò verò obtundendus est iste in Remp. langvor, neque connivendum, ut infinita illa, & insatiabilis avaritia, salutem communem impediat. Atque idcirco cogi tales ad officia sua debere existimo, sicubi sponte ea subire nolint. Quod enim universitati placet, conveniens non est, ut ab uno aut altero retractetur. Omnino enim ea credenda est fuisse voluntas in societatem coëuntium, ut ratio aliqua esset expediendi negotia. Est autem manifestè iniquum, ut pars major sequatur minorem. Quare naturaliter pars major jus habet integri. H. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 5. n. 17.*

XVI. Sed & iniquum est, alios magnis sumptibus & oneribus tranquillitatem & felicitatem publicam comparare, alios verò gratis eam frui. Secundum naturam est, commoda

& incommoda ad eosdem pertinere, *l. 10. ff. de R. J. c. qui servit de R. J. in 6. §. 3. Inst. de empt. & vend. Sebast. Medic. de compens. p. 1. q. 45. num. 1. 2. 3.* atque hinc pugnat cum vita sociali & politica, ut quorundam damno, & jactura universorum civium utilitas comparetur. Fernand. Vasqv. *lib. 1. controu. illustr. 4. in fin.* Est enim civitas societas quædam, in qua maxime æqualitas servanda est. Æqualitas autem in hoc potissimum consistit, ut par habeatur ratio tum fructus & impendii, tum lucri & damni. Franzk. *tit. pro socio num. 51. seq.* Et societas talis coiri non potest, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiat. Nam iniquissimum est hoc genus societatis, quam etiam leoninam appellant JCTi, in *l. 29. §. 1. ff. pro soc. ratione nominis desumpta ex apologo Æsopi*, uti putat Erasmus. Vid. Franc. Connan. *lib. 7. comment. c. 13. Francisc. Cardin. Mantica, lucubrat. Vatican. lib. 6. tit. 8.* Quapropter cum impensæ propter necessitatem, aut utilitatem publicam faciendæ sunt, in-civile est, & societati planè adversum, si quis necessitati isti non sub-venire, aut utilitatem publicam, e- jusque salutem non procurare velit. Ad hoc enim obligatus est, quisquis societati se addixerit, ut non minus incommoda, quam commoda ejus, sua

sua propria faciat, quantumque in se fuerit, salutem communem promoveat.

XVII. Et hæc etiam ratio est, quod in concursu Creditorum, si major pars Creditorum per conventionem, cum debitoris herede initam, aliquid de credito suo remiserit, reliqui etiam hoc majoris partis facti obligentur, l. 7. §. f. ff. de pact. Dyn. in c. quod omnes de R. J. in 6. Duenmas, reg. 244. Matth. Brun. de cess. bon. q. 21. Steph. Gratian. discept. p. 2. c. 222. Joh. Yannez Parlador. l. 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 7. num. 8. Benvenut. Stracha, de deceptor. p. 6. num. 5. 6. Matth. Afflict. decis. 288. Fr. Salgado, in Labyr. Cred. lib. 2. cap. 2. n. 67. seq. Arnold. Vinmius, de pact. c. 17. Quia enim reliqui Creditores, (Chirographarii scilicet, nam de his intelligenda est d. l. 7. uti patet ex l. 10. eod.) suam causam habere nequeunt, nisi in salute omnibus communi, & salus omnibus communis in hoc consistit, ut potius de credito aliquid remittatur, & heres adeundo hereditatem omnibus obligetur, quam ut post repudiationem nemo sit, qui solvat, satius erit majori creditorum parti, quæ pro modo debiti estimanda est, l. 8. ff. de pact. minorem cedere, quam ut omnes simul creditum suum amittant. Ad eun-

dem modum salus Reip. in hoc consistit, ut per mutua & æqualia ex proportionem onera omnes conferventur. Id enim tolerabilius erit, quam si aliis nunc ferentibus onera, aliis non ferentibus, atque illis ad incitas redactis, hi deinceps soli magno suo malo munera subire cogantur.

XVIII. Ex quibus omnibus firmiter concludo, majorem partem civitatis consentientem circa Collectas necessarias facere, ut minor pars ad easdem Collectas agnoscendas & solvendasteneatur. Nec ergo obstant, quæ pro dissentientibus supra adducta sunt. Sumitur enim, ut concessum, collectas ad omnes pertinere, ut singulos, quod tamen rectius negatur. Etsi enim omnes pro ratione facultatum suarum contribuant, atque ita ex singulorum bonis tributa colligantur, collatio tamen illa ideò fit, ut salus communis conservetur, & universitati bene sit. Anton. Capyc. decis. 148. num. 6. Qui finis determinat actionem, ut non possit ad omnes, ut singulos, pertinere, nisi ex consequenti, sed ad omnes, ut universos. Sic enim ex fine dijudicantur actiones morales, non ex causa efficiente. Et utcumque etiam aliquid commune pluribus, ut singulis, quoad modum operandi dicitur,

tur, injusta tamen contradictio aliorum non tollit effectum justæ voluntatis aliorum in eo, quod est opportunum agi pro re communi. Steph. Grat. *discept. forens. c. 222. n. 2.*

XIX. Iniquitas nulla est, si qui alios in commune ærarium contribuere volunt, idem illi in se statuant. Iniquum verò hoc est, ex aliorum marsupiiis procuratâ salute uti velle, & commodum, ex aliorum incommodis partum, sibi cum illis commune facere. Salutem universitatis qui non vult, aut aliis benè sentientibus & concordantibus reluctatur, parùm abest, quin hostis Reip. dici possit. Reufner. *l. 3. consil. 3. num. 73. 74.* Par in parem non habet imperium, nisi tractetur de publicâ salute & utilitate. Aug. Barbosa. *in axiom. l. 14. c. 3.* Neque propter imperium majoris partis minor obligatur, sed propter contrarium robur, cui in latitudine oppositâ cedere cogitur. Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 3. n. 17.* Libertas arbitrii in negotiis publicis multifariam coercenda est, & semper respectus habendus ad salutem communem, nec tum uti re suâ unicuiq; pro lubitu licet. A pauperiorum verò oppressione vanus est metus, dum sibi ipsis eandem, quam aliis fabricant, sortem, eademque cum illis subeunt onera.

XX. Factor consensum nec fingi, nec subintelligi posse, si quis apertè dissentiat. Resp. tamen non semper consensum requirit civium in quocunque negotio specialem, sed exigit debitum, ad quod quisq; ex consensu generali obligatur. Iste consensus generalis colligitur ex actu, quo quisque suæ civitatis civis factus est. Tum enim promississe censetur, velle se commoda civitatis, & beatitudinem civilem promovere, mala autem omnia pro virili avertere. Et talis consociatio maximum dat jus corpori in partes. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 5. num. 23.* adeò ut cogi possint cives, qui in officio negligentes fuerint, aut ad rationem totius componi noluerint. Consensus in contractibus debet esse liberrimus, cum nihil tam consensui sit contrarium, quam vis atq; metus, *l. 116. ff. de R. J.* Et tamen potest civis tempore necessitatis cogi, ut mutuo det Reip. pecuniam. Fern. Vasqv. *lib. 1. controuv. ill. c. 6. num. 7.* Joh. Bapt. Costa, *de remed. subsid. c. 76. n. 5. 6.* Hering. *de fidejuss. c. 8. num. 101.* Anton. Perez. *Cod. de superindict. num. 5.* Ad eundem igitur modum cogi potest Civis, qui à reliquâ universitate dissentit, ut faciat id, quod à majore parte conclusum est. Res inter alios acta non præjudicat tertio, nisi tertii illius causa ad

ad reliquos pertineat, & inseparabilis fuerit. Dum igitur salus publica ad omnes, qui sunt de universitate, pertinet, non poterit tertius ille excipere, causam ad se non spectare. Et hoc est, quod dicit Petrus Paulus Parisius, *part. 4. consil. 90. num. 21.* in negotiis universitatis in majori parte omnes repraesentari. Manet igitur, in decernendis Collectis illis, quæ necessitatem aut utilitatē Reip. concernunt, majorem prævalere universitatis partem, & per horum consensum reliquos, etsi dissentientes fuerint, obligari.

XXI. Utejus rei exemplum habeamus, lubet adscribere Responsum Facultatis juridicæ Wittebergensis, an die vier grosse / nebenst deren zugehörigen 73. Aemptern in der Stadt N. conscriptum mens. Jul. 1677. Hat der Rath zu N. anno 1665. am 26. Julii durch einen darüber aufgerichteten Reces mit der Bürgerschaft daselbst unter andern sich dahin verglichen / daß die zu nöthiger Abtragung gemeiner Stadt Schulden / weñ die Ordinar Einkünfften nicht zulänglich / anzuordnende Mittel mit der Bürgerschaft Vorwissen und Bewilligung vorgelesen / und derogestalt gefordert werden solten un̄ müßten / daß der Rath sampt dem größten Theil der votirenden Bürgerschaft / dem herkommen nach / darinnen einen beständige Schluß

machen / und eine iede Zunft absonderlich / wie herkommens / ihr votum vordem ihrigen einnehmen / un̄ hernach solche vota einbringen solten. Und es ist darbey ferner abgehandelt worden / daß daferne der Stadt intraden zu Bezahlung aller Ausgaben nicht zu reichen wolten / deswegen erträgliche collecten / wie der Rath und Bürgerschaft darüber am füglichsten sich vereinigen werden / angestellet / einer vor den andern nicht übersehen / übersehen / oder verschonet / sondern nach eines ieden vermögen eine Gleichheit gehalten / und die collecten so fort zu Bezahlung der Stadt = Schulden angewendet werden solten. Und es hat sich darauf begeben / daß als über dergleichen Mittel / wie der Stadt intraden zu vermehren / deliberiret worden / die Collegia der commercirenden Zünfte die Vieh - accisen vorgeschlagen / die Sache auch so weit gebracht / daß sie mit etlichen andern Collegiis die vota majora gemacht / und darauff mit consens des Raths anno 1674. von ieden M. Lüb. sechs g. abgefordert worden. Darwieder aber nicht allein Ihr / sondern auch andere Collegia protestirt, und als in verwichenen 1676. Jahre ebenfalls die majora dahin gefallen / daß solche Vieh - accisen erhöhet / und dupliret werden solten / dergleichen protestation wiederhollet / auch mit unterschiedlichen supplicationibus an

BBBBB 2 den

den Rath eingeflossen/ und darinnen solcher Beschwörung abzuheffen gebeten/ &c. Wenn Ihr nun gleich vorwenden/ daß durch die angelegten Viehaccisen keine Gleichheit unter d' Bürgerschaft gehalten werde/ sondern Ihr und dz Armuth/ überwelche es am meisten gieng/ die wohlhabenden und Rauffleute übertragen müßtet/ in Erwägung/ daß einige aus den Aemptern sechs und mehr Handwercks = Gesellen und bediente zuhalten/ und derowegen auch einen größern Vorrath/ als andere Bürger und Rauffleute/ derer etliche mit einem/ etliche auch gar ohne Buchhalter/ ihre Handlung und Gewerbe treiben könnten/ ein zuschaffen nöthig hetten/ dannenhero Ihr vermeynet/ weil der Recels de anno 1665. eine Gleichheit unter der Bürgerschaft nach eines ieden Vermögen/ erfordert/ daß Ihr in gegenwertigen Fall an die majora nicht gebunden / noch dieselben euch dergleichen onera aufzulegen vermöchten/ zu zumahln da hievor bey allen Anlagen auf das Vermögen der Bürger/ und daß keiner vor dem andern beschwehret werden möchte/ das absehen genommen worden. Dennoch aber/ und dierweil in angeregten Recels deutlich versehen/ daß der Rath samt dem größten Theil der votirender Bürgerschaft einen besondern Schluß machen/ und nach demselben die Anlagen eingerichtet wer-

den sollten/ darbey aber gar nicht enthalten/ daß wenn solcher Schluß dem andern kleinern Theile der Bürgerschaft nicht anständig were / oder durch denselben keine Gleichheit nach eines ieden Vermögen in acht genommen/ sondern einer mehr als der andere beschweret würde/ der Schluß ungültig seyn/ und zu keiner execution gebracht werden sollte/ da zumahln/ beständiger Rechtslehrer Meynung nach/ was der größte und meiste theil einer Commun beschloffen/ der kleinere Theil derselben/ wenn er gleich das meiste darzugeben muß/ dasselbe vor sich zu halten/ und sich zu conformiren schuldig ist/ auch/ wo ihrer so viel mit ihren votis gehört werden müßten / kein ander Mittel zu Fassung eines beständigen Schlußes sich ereignet/ als daß solcher aus den meisten Stimmen gezogen werde/ und hierbey nicht eben zu erwegen/ daß von dem kleinern Theile ein anderer/ und zur Gleichheit besser eingerichteter Vorschlag gethan worden/ So erscheinet dannenhero so viel/ daß Ihr zwar die euch zu gemuthete Viehaccise zu erlegen euch nicht verweigern möget/ Ihr seyd aber mit euren Vorschläge des hundertsten Pfennigs noch mehr zu hören/ auch ein jeder Bürger Gleichheit zuhalten/ und von seinem Vermögen/ secundum as & libram, zu contribuiren schuldig/ B. A. W.

XXII. Ad hunc tamen effectum, ut ex majoris partis suffragiis reliqui dissentientes obligentur, duo imprimis requiruntur, quæ omitti nullo modo possunt. Primum oportet omnes, ad quos ea res pertinet, & qui jus suffragii habent; Nicol. Reufner. *lib. 3. consil. 3. num. 83.* more recepto esse vocatos, & ad deliberationes aut consultationes istiusmodi citatos & invitatos; *arg. 2. l. 3. C. de decur.* Joseph. Ludovic. *decis. 48. num. 7.* & quidem in unum locum, ut rectè notat Casp. Klock. *de contrib. cap. 6. num. 129. seq.* Communis namque conclusio est, quòd in actibus universitatis debeant omnes simul congregari, & in communi consentire, communicato scilicet consilio, & præviâ deliberatione. Nec adeò sufficit, collecta fuisse suffragia particulatim diversis temporibus, & ex diversis locis, *arg. l. 7. §. ult. ff. de pact.* cum fieri possit, ut in conferendis sententiis minor pars majorem trahat in suam sententiam, *l. 17. §. ff. de recept.* Add. Joh. Coraf. *de offic. Eccles. part. 4. c. 3. num. 10. 11.* Ur autem præcisè duæ partes congregatæ sint, & aliter decretum non valeat, quod aliquando observari voluit jus civile, *in l. 3. ff. quod unusquisque univers. l. 3. ff. de decret. ab rd. fac. l. 46. C. de decur.* Losæ. *de univ. part. 1. c. 3. num. 77.* Bo-

din. *de Repub. lib. 3. c. 7. num. 336.* fortè necesse non est, cum sufficiat, vocatos esse universos & singulos. Et ut maximè concesserimus, duas integras partes adesse debere, non tamen in eas connumerare tum liceret, qui vel omninò nolunt, vel non possunt venire. Vid. Jacob. Gothofred. *ad l. 48. Cod. Theodos. de decur. Dav. Mey. ad jus Lubecens. lib. 1. tit. 1. art. 2. num. 27.* Thom. Maul. *de homag. tit. 9. num. 12.*

XXIII. Secundò requiritur, ut Collecta, de quâ agitur, sit communis, & ab omnibus solvenda. Atque hinc eorum tantum sententiæ computari debent, qui ipsi quoque conferunt, præteritis illis, aut saltem cum delectu admissis, qui immunes sunt, & exempti. Non potest igitur Ordo equestris, nisi & ipse contribuere paratus sit, suffragiorum pluralitate civitatibus onera imponere, aut si in tres Ordines distingvantur cives Reipubl., nihil à duobus Ordinibus decerni potest, quo uni tantum ex tribus incommodum inferatur. Bodin. *de Repub. lib. 3. 7. num. 335.* Sic enim inter tres socios facilè duo consentire possent in perniciem tertii. Licet verò tempore necessitatis, & imminentis periculi etiam, qui immunes aliàs sunt, ad Collectas & onera Reipublicæ ferenda obligentur, quod supra pleniùs exposui, dif-

ficulter tamen illi fortè ab immunitate hâc suâ recedent. Atque idcirco tùm demùm eorum sententias computari debere existimo, quando ad Collectas inferendas prompti sunt; secus, ubi difficiles sese præbent, quia tùm in favorem & conservationem suæ immunitatis sententiam dixisse censentur.

XXIV. Et hæc quidem de impositione, quæ fit universis, dicta sufficiant. Consequens nunc est, ut de distributione, quæ in singulos fit, videamus. Hic enim præcipuè justitiæ regulæ observari debent, ne quisquam plus justo oneretur, utvè debita proportio ubique intercedat. Qualis autem proportio observanda sit, Arithmetica, an Geometrica, quævè justitiæ particularis species hâc locum inveniat, commutativa, an distributiva, uti Aristoteli dicuntur, breviter exponendum erit. Plerique hîc uti præmia, ita etiam onera ad justitiam distributivam referunt, & proportionem tantùm Geometricam attendi volunt. Ego non alio casu eam observari posse puto, quàm ubi constituendum fuerit de immunitatibus & privilegiis, utrum aliqui, & quinam ex civibus vel omninò, vel ex parte exempti ab istis oneribus esse debeant. Et si enim non facillè immunitates concedendæ sint, uti supra ostensum

fuit, possunt tamen aliquorum in Rempublicam merita esse tanta, ut ipsi reliqui cives fateri necesse habeant, iniquum esse, sicubi iste unà secum communia onera ex æquo ferre cogeretur. Et hoc quidem casu non minùs onera, quàm præmia pro diversâ consideratione civium, quatenùs alius alio dignior est, & majorem in Republicâ partem facit, distribuenda erunt, ita quidem, ut ex præmiis plus, ex oneribus verò minus ei assignetur. Ratio est, quia tam præmia illa, quàm onera, sicut ad communitatem totam spectant, ita alio respectu ad cives, nisi quatenùs partes & membra illius sunt, non pertinent. Prout itaque alius est alio in Republicâ major vel minor, ita etiam sub illâ qualitate & ratione præmia vel onera ferre debet. *Franzk. tit. de just. & jur. n. 27.*

XXV. Sepositis verò immunitatibus, quæ in materiâ Collectarum, bonis patrimonialibus impositarum, oppidò rarò hodiè conceduntur, nego aliter fieri debere distributionem, quàm secundùm proportionem, quàm secundùm justitiâ commutativâ. Collectarum enim & tributorum onera optimè se habent, si pro modo facultatum, negotiationum, & possessionum injungantur & exigantur. Hoc verò casu æquum & justum est, ut quò

quis

quis magis divitiis abundat, quovè majus lucrum in re suâ familiari capit, eò plus etiam solvere teneatur. Dominic. Soto, *de just. & jur. lib. 3. quest. 6. art. 7.* Habenda igitur tùm est æqualitas rei ad rem, proportio inter bona, quæ quisque habet, & pecuniam, quam ex fructibus eorum tributi aut Collectæ nomine solvit, quæ non alia est, quàm Arithmetica, & quæ justitiæ commutativæ propria est.

XXVI. Dicere quis posset, inæqualitatem illam, quâ unus plus altero confert, videri adhuc proportionem Geometricam involvere. Quando enim ita singulis in civitate ex oneribus, quantum competit, assignatur, æqualia quidem civibus ex communibus illis rebus tribuntur, non tamen simpliciter, sed respectu diversæ diversorum civium conditionis, quod est proportionis Geometricæ, quippè quæ *l. V. Eth. cap. 3.* ab Aristotele describitur, quòd sit, ubi eadem est ratio totius ad totum, & partium ad partes, vel generalius, *lib. V. Polit. c. 1.* quòd sit ratio & habitudo æqualis primi & secundi termini ad tertium & quartum. Vid. Dn. Struv. *in Syntagm. l. 1. tit. 1. num. 21.* Spectatur namque in æqualitas personarum, & conditio rerum, quæ inter personas sunt distribuendæ, ita ut æqualibus æqua-

lia, inæqualibus inæqualia, & singulis convenientia, tribuantur. Johan. Magir. *ad Arist. l. 5. Eth. c. 3.* Dum ergò Collectæ impositæ sic distribuendæ sunt, ut à ditioribus plus, & à pauperibus minus exigatur, haud frustrâ quis inde argueret, proportionem hic subesse Geometricam.

XXVII. Fateor, argumentationem istam facere posse, ut nisi totum negotium probè attendatur, facilè quis in contrariam sententiam inflecti queat. Et fuerunt sic etiam, qui in contractu societatis, cùm viderent, eum expleri proportionem comparatâ, tale quid statuerent. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 1. cap. 1. num. 8.* Sed enim utrobique stat proportio Arithmetica, sive bona singulorum civium, & partem tributi, quam quisque solvit, inter se compares, sive cives inter se, & ad invicem consideres, quatenus scilicet Collectas solvunt. Utrobique æqualitas est inter rem & rem, inter bona & tributum, nulli personæ dignitas attenditur. Idque eò clariùs patebit, si posueris, non personis, sed rebus impositum fuisse tributum. Fac igitur, ex centum, quæ quis in bonis habet, decem dari debere, certè qui bis centum habet, viginti, qui ter centum possidet, triginta contribuere debebit, & sic

& sic deinceps. Nullus tùm respectus erit ad personæ dignitatem, vel meritum, ut propterea plus vel minus exigi debeat, sed solum inter bona instituitur proportio. Perindè ut fit in emptione; cùm à diversis diversæ & inæquales res emuntur, dubium non est, pretia quoque inde diversa constitui; nec tamen dici potest, quod in emptione venditione proportio Geometrica observari debeat. Haud aliter etiam hic inæqualia quidem sunt tributa, quæ ab opulentis & tenuioribus solvantur, nec tamen id fit ex proportionem Geometricâ, sed Arithmetica potius, dum attenduntur bona cuiusque, & hinc onus illis æquale imponitur.

XXVIII. Quando igitur constitutum est, qui solvere tributa debeant, qui non debeant id, quod secundum proportionem Geometricam fieri debere ambabus manibus largior, distributio deinceps inter eos, qui solvere debent, citra personarum respectum facienda est, & quidem æqualitate tali, ut nemo plus altero contulisse dici queat. Ita æqualitas non aliàs magis servari potest, quàm ubi secundum cuiusque bona & facultates tributa imperantur. Tùm enim onera ad cuiusque vires commensurantur, & unusquisque pro modo fortunarum

suarum lubentiore animo onera ista agnoscit, dum videt, etiam vicini sui facultates in eundem censum venire, & tantundem pro ratione bonorum exigi. Et hic est modus omnium optimus & æquissimus, diciturque fieri secundum æs & libram, quod summa in eo sit æqualitas, & tributum quodammodo appendatur secundum cuiusque facultates, probaturque non tantum jure divino, *Levit. XIV. 21. cap. XXVII. 8. Numer. XXXV. 8. 2. Reg. XXIII. 35. Ecclesiastic. XXXIII. 30. 2. Corin. VIII. 2. 13.* & naturali, quod ultra vires aliquem onerare prohibet, & suum cuique etiam in oneribus tribuere jubet; sed etiam civili, *l. 4. l. 5. ff. de Censib. l. 1. l. 5. C. eod. l. 7. l. 8. l. 12. C. de oper. publ. l. 3. l. 7. C. de annon. & trib. l. 1. C. de mun. patrimon. l. 5. C. qui bon. ced. poss. l. 1. C. de apocb. publ. l. ult. C. de immun. nem. conced. l. 4. C. quem civ. mun. indic. Novell. 17. c. 8. itemque Canonico, c. cum instantia 17. X. de censib. c. sopitæ 14. & c. cum nuper 25. eod. & Recensibus Imperii, *Spirensi. de anno 1544. §. Also aber wir/ ic. Tre-virensi & Coloniensi, de anno 1512. §. Und damit die Mäßigung. Noribergensi, de anno 1524. §. item Wierobl. Spirensi, de anno 1526. §. Item Also auf dem Reichs-Tage. Conf. Egid. Thomat. de collect. §. retenta n. 14. Bocer. de collect. c. 8. n. 4. & cap. 12. Welfen-
bec.**

bet. *par. 3. conf. 103.* Casp. Klock.
de contrib. cap. 17. Petr. de Ubald.
de collect. num. 14. Carpzov. *libr. 4.*
respons. 72.

XXX. *Ex hac facit Responsum*
Juris Consultorum Wittebergenli-
um, an die vier größte / nebenst deren
zugehörigen 72. Aemtern in der Stadt
N. mens. Jul. 1677. Hat der Rath bey-
euch durch gewisse Deputirte propo-
niren lassen / nach dem diese extraordi-
nar beschwerliche Zeiten extraordinar
Anlagen erforderten / und deswegen
der halbhunderste nach dem Ende ge-
geben werden sollte / daß die Aemter /
nach dem ein ieder davon leben könnte /
nach advenant auf ein gewisses gesetzt /
und davon contribuiren werden mü-
ßte / also daß ein Amt / welches viel bring-
et / höher / welches weniger / auch ge-
ringer an Capital anzuschlagen were /
und was einer sonst übrig hätte / nach
dem Ende beyzutragen. Und Ihr ste-
het in Zweifel / ob über den hundersten /
oder halben hundersten / daserne der-
selbe gewilliget / und gleich durch gege-
ben wird / auf die Aemter noch abson-
derlich etwas gelet / und sie daher
zweifach beschweret werden könnten /
ic. Ob nun wohl die gemeinen Anlagen /
so vielmöglich / eingezozen / und keines
weges vermehret / noch die Bürger-
schaft / oder ein Theil derselben / damit
beschweret werden solten ; Dennoch
aber / und daserne der hunderste / oder

halbhunderste Pfennig / zu gemeiner
 Stadt Aufgaben / nicht gnugsam seyn
 sollte / und derowegen eine fernere An-
 lage gemacht werden müste / so wie
 der Rath / nebenst der Bürgerschaft /
 durch die meisten vota, Innhalt des
 anno 1665. aufgerichteten Recesses /
 die Aemter noch absonderlich zu bele-
 gen / wohl befugt / hingegen den Aem-
 tern / daß dergleichen auch denen an-
 dern Bürgern / einen iedweden auf sei-
 ne profession nach gelegenheit aufge-
 bürdet werden möchte / zu suchen un-
 genommen / *B. N. W.*

XXX. *Ut autem, quantum quis-*
que in bonis habeat, sciri possit,
professio & æstimatio eorundem
neccesse est, ut præcedat. Qvod pro-
fessionem attinet, optandum esset,
tàm ingenuè eam fieri ab omnibus,
ut justitia inter concives accurate
fervari possit. Sed cùm tanta sit
qvorundam perversitas, ut celare
suas facultates malint, quàm egen-
ti Reipublicæ subvenire, non per-
pendentes damnum aliorum, sibi
dum benè sit, neque considerantes
malum imminens, præsentia dum
bona sunt, non videtur iniquum,
ut, urgente Reipublicæ necessitate,
jurata à talibus exigatur professio.
Vid. Carpzovius, d. h. 4. respons. 74.
Ubi tamen prudentiam Censorum
maximè necessariam esse, animad-
verto, quodq; in hoc negotio cir-
CCCCC cum-

cumspectè agendum sit, diuturna belli Germanici calamitas ubique locorum edocuit. Cum enim factiles sint nonnulli ad jurandum, contemptu religionis, alii perquam timidi metu divini numinis usque ad superstitionem, l. 8. ff. de condit. institut. ita ut subtili reverentiã tenti, nec verum sacramentum præstare patiantur, l. 21. Cod. de fid. instrum. Anton. Fab. Cod. lib. 4. tit. 1. def. 9. num. 4. & def. 45. num. 10. 11. & def. 3. num. 3. Dan. Moller. p. 3. constit. 5. num. 18. sanè indiscretè ad juramentum confugiendum non est. Et ideò, qui habet præsumptionem pro se, ei non facile deferendum est juramentum, Serfer. de juram. l. 4. c. 3. num. 27. sicut nec ei, de quo suspicio est, committi posse perjurium. Fuly. Pacian. de probat. l. 1. c. 70. num. 5. Aymo Cravetta, conf. 207. num. 3. Jacob. Menochius, de arb. jud. qvæst. l. 2. c. 192. num. 3.

XXXI. Particulares hæ circumstantiæ, & quarundam personarum sive levitas, sive verecundia, uti censoribus dijudicandæ relinquuntur, ita in thesi statuendum est, professionem bonorum fieri debere bonâ fide, & sub religione jurisjurandi; si id flagitaverit communis necessitas, & inverecundæ suppressionis nonnullis usitata suspicio. In quam

sententiam respondimus die Siburgermeister und Râthe der Städte N. N. N. mens. Novembr. 1677. Hat der Landes-Fürst / 2c. die vormals angordnete general-per appraisations-commission quâ diest renovirt / und es haben darauf die deputirten Herren Commissarien einen jeden Stand / und darunter auch euch beschieden / und anbefohlen / daß an ieder sein Euerbaares Vermögen und Güter pflichtmäßig specificiren und angeben solle. Ihr besorget euch aber / daß die begehrte professio solcher Güter nicht von allen durchgehends / und ohne Unterscheid geschähen möcht / da ihr summaht gedoppelte und mehrfache Beschwerte / auch von denen Gütern / und Gewerken / so Ihr vorhin gehabt / igo aber nicht mehr / sondern die Amtes-Inhaber besitzen und genossen / tragen und euch auffbürden lassen müssen. Und weil dergestalt die Amtes-Inhaber / und Stände / unterschiedliche dergleichen Güter und Aemter durch Darlehen und Vorstreckung gewisser Wiederkauffss-Summen / auch sonst an sich gebracht / bißhero aber davon nichts zu der Gemeinen Anlage gegeben / sondern den Unterthanen / und euch den Städten alles aufgewöhret / so wolle Ihr berichten sein / ob die Amtes-Inhaber und Stände / so wohl als andere / ihr Vermögen / Capitalia, Wiederkauffss-Summen / Aem-

ten / und Einkünften / wie auch die jeinigen Güter / so sie von den Unterthanen und sonst zeithero an sich gebracht / und besitzen / zu der vorhabenden persequation vermittelst Endes anzugehen schuldig / &c. Wenn nun gleich die Amts-Inhaber und Stände vorwenden möchten / daß die Ämter und Güter / so Ihnen gegen ein Darlehn oder Bezahlung einer gewissen Wiederkauffsummen eingereumet worden / nicht ihr Eigenthum wären / sondern sie solche nur als einen Pfandschilling innen hätten / und gebrauchten / und diphalls Rechtsens / daß ein Gläubiger von denen Gütern / so er Pfandsweise besitzt / die darauff haffenden Beschwehrungen auf sich zu nehmen / oder / da er solche getragen / über sich gehen zu lassen / nicht angehalten werden mag / die Güter auch / die sie von den Unterthanen / oder sonst an sich gebracht / dadurch / daß sie in ihre Hände gerathen / die vorhin gehabt qualität verlohren / und von allen Beschwehrden frey worden.

Dennoch aber und dieweil / so viel dieß letztere betrifft / die mit Steuern / und andern oneribus realibus, belagte Güter anders nicht / als mit dergleichen Beschwehrungen / verenskt werden können / und wenn sie einmahlin in die catastra gebracht / ohne des Landesfürsten und der Stände Vermilligung / davon nicht be-

freyet werden mögen / die Pfand-Inhaber auch / wenn der Eigenthums-Herr die onera des Pfand-Schillings trägt / dennoch ihre darinnen habenden Capitalia abzugeben / und der Gemeinen Anlage zu unterwerffen / schuldig seynd / gestalt denn / euren Bericht nach / nicht nur die liegenden Güter / sondern auch Capitalia, Renten / werbende Baarschafft / und alle andere Brau-Handels- und Handwergs-Gewerbe / angemeldet werden sollen ; So erscheinet dannenhero allenthalben so viel / daß die Amts-Inhaber / und Stände / ohne Unterscheid nicht allein nebenst den Eigenthums-Herren die Güter / so sie Pfandsweise innen haben / ungeachtet sie hiervon die Beschwehrungen zu tragen nicht verbunden / sondern auch / daferne sie in der provinz sich unterthänig gemacht / ihr nutzbares Vermögen an Capitalien / Wiederkauffsummen / Renten / und dergleichen / nebenst denen Gütern / so sie von den Unterthanen / und sonst zeithero an sich gebracht / bey der angeordneten commission zu profitiren / auch allenthalben / da zu besorgen / daß darinnen Unterschleiff geschehen möchte / eydlich anzuzeigen pflichtig / auch darzu ein verordeter Revisor, welcher von diesen allen genaue Erkundigung einziehen möge / nicht unbilllich zu bestellen / B. A. W.

cumspectè agendum sit, diuturna belli Germanici calamitas ubique locorum edocuit. Cùm enim faciles sint nonnulli ad jurandum, contemptu religionis, alii perquam timidi metu divini numinis usque ad superstitionem, *l. 8. ff. de condit. institut.* ita ut subtili reverentiã senti, nec verum sacramentum præstare patientur, *l. 21. Cod. de fid. instrum.* Anton. Fab. *Cod. lib. 4. tit. 1. def. 9. num. 4. & def. 45. num. 10. 11. & def. 3. num. 3.* Dan. Moller. *p. 3. constit. 5. num. 18.* sanè indiscretè ad juramentum confugiendum non est. Et ideò, qui habet præsumptionem pro se, ei non facilè deferendum est juramentum, Serser. *de juram. l. 4. c. 3. num. 27.* sicut nec ei, de quo suspicio est, committi posse perjurium. Fuly. Pacian. *de prabat. l. 1. c. 70. num. 5.* Aymo Cravetta, *conf. 207. num. 3.* Jacob. Menochius, *de arb. jud. qvæst. l. 2. c. 192. num. 3.*

XXXI. Particulares hæ circumstantiæ, & quarundam personarum sive levitas, sive verecundia, uti censoribus dijudicandæ relinqvuntur, ita in thesi statuendum est, professionem bonorum fieri debere bonâ fide, & sub religione jurisjurandi, si id flagitaverit communis necessitas, & inverecundæ suppressionis nonnullis usitata suspicio. In quarum

sententiam Respondimus die 28. Bishgermeister und Râthe der Städte N. N. N. mens. Novembr. 1677. Hat der Landes-Fürst / 2c. die vormals angeordnete general-perquisition-commission gütlichst renovirt / will es haben darauf die deputirten Herren Commissarien einen jeden Stand / und darunter auch eueh beschieden / und anbefohlen / das ein ieder sein Euerbaares Vermögen und Güter pflichtmäßig specificiren und angeben solle. Ihr besorget euch aber / das die begehrte professio solcher Güter nicht von allen durchgehends / und ohne Unterscheid geschehen möcht / dar ihr summa gedoppelte und mehrfache Verschwehre / auch von denen Gütern / und Gewerken / so Ihr vorhin gehabt / igo aber nicht mehr / sondern die Amtes-Inhaber besitzen und genüssen / tragwand euch auffbürden lassen müssen. Und weil dergestalt die Amtes-Inhaber / und Stände / unterschiedliche dergleichen Güter und Renten durch Darlehen und Vorstreckung gewisser Wiederkauffs-Summen / auch sonst an sich gebracht / bißhero aber darvon nichts zu der Gemeinen Anlage gegeben / sondern den Untertanen / und auch den Städten alles aufgewelert / so wolle Ihr berichtet seyn / ob die Amtes-Inhaber und Stände / so wohl als andere / ihr Vermögen / Capitalia, Wiederkauffs-Summen / Renten /

ten / und Dingungen / wie auch die jeni-
gen Güter / so sie von den Unterthanen
und sonst zeithero an sich gebracht/
und besitzen / zu der vorhabenden per-
zequation vermittelst Endes anzuge-
ben schuldig / &c. Wenn nun gleich
die Amts-Inhaber und Stände vor-
wenden möchten / daß die Ämter und
Güter / so Ihnen gegen ein Darlehn
oder Bezahlung einer gewissen Wie-
derkauffs-Summen eingereumet wor-
den / nicht ihr Eigenthum wären / son-
dern sie solche nur als einen Pfand-
Schilling innen hätten / und gebrauch-
ten / und disfalls Rechtens / daß ein
Erlaubiger von denen Gütern / so er
Pfands-Weise besitzt / die darauff
haffenden Beschwehrungen auf sich
zunehmen / oder / da er solche getra-
gen / über sich gehen zu lassen / nicht
angehalten werden mag / die Güter
auch / die sie von den Unterthanen / oder
sonst an sich gebracht / dadurch / daß sie
in ihre Hände gerathen / die vorhin ge-
habte qualität verlohren / und von al-
len Beschwehrden frey worden.

Dennoch aber und dieweil / so viel
dieses letzters betrifft / die mit Steu-
ren / und andern oneribus realibus,
belegte Güter anders nicht / als mit
dergleichen Beschwehrungen / verens-
kret werden können / und wenn sie
nimmahlt in die carastra gebracht / oh-
ne des Landes-Hürsten und der Stän-
de Vermilligung / davon nicht be-

freyet werden mögen / die Pfand-Inn-
habere auch / wenn der Eigenthums-
Herr die onera des Pfand-Schillings
trägt / dennoch ihre darinnen haben-
den Capitalia abzugeben / und der Ge-
meinen Anlage zu unterwerffen / schul-
dig seynd / gestalt denn / eurem Be-
richte nach / nicht nur die liegenden
Güter / sondern auch Capitalia, Ren-
ten / verbende Baarschafft / und alle
andere Brau-Handels- und Hand-
wergs-Gewerbe / angemeldet werden
sollen ; So erscheinet dannhero al-
lenhalben so viel / daß die Amts-Inn-
haber / und Stände / ohne Unterscheid
nicht allein nebenst den Eigenthums-
Herren die Güter / so sie Pfands-
Weise innenhaben / ungeachtet sie
hiervon die Beschwehrungen zu tra-
gen nicht verbunden / sondern auch /
daferne sie in der provinz sich unter-
thänig gemacht / ihr auszubahres Ver-
mögen an Capitalien / Wiederkauffs-
Summen / Renten / und dergleichen/
nebenst denen Gütern / so sie von den
Unterthanen / und sonst zeithero an
sich gebracht / bey der angeordneten
commission zu profitiren / auch al-
lenfalls / da zu besorgen / daß darin-
nen Unterschleiff geschehen möchte /
eydlich anzuzeigen pflichtig / auch dar-
zu ein verordeter Revisor, welcher von
diesen allen genaue Erkundigung ein-
ziehen möge / nicht unbillich zu bestel-
len / B. A. W.

XXXII. Cum verò patrimonium quorundam tam amplum sæpè sit, ut in aliis etiam territoriis, extra locum domicilii, ejus partes inveniuntur, & verò pro facultatibus cujusque Collectæ imponi debeant, non unis vicibus quæsitum fuit, utrum in loco domicilii etiam de bonis, extra territorium sitis, Collectæ solvi debeant? Atque eam quæstionem prolixè in utramque partem ventilat Jacobus Alemann. *consultat. 5. sub quartâ dub. ratione.* Affirmari autem ea aliter non potest, nisi bona alibi sita in loco territorii à Collectis immunita sint. Andreas Gail. *l. 2. Obs. 53. num. 10.* Iniquum enim foret, duplici onere unum idemque prædium gravari. Et sic etiam respondit Consistorium Ecclesiasticum Wittebergense, an Arend Köpfen zu Magdeburg/ mensl. Maj. 1680. decidendo simul quæstionem propositam, utrum salvâ conscientia exigì sub jurejurando & præstari possit professio bonorum? Ist der Eydschoß bey der alten Stadt Magdeburg dergestalt hergebracht worden/ daß iedweder Bürger jährlich zu schweren angehalten wird/ er wolle sein und seines Weibes Gut/ inn- und außerhalb der Stadt / so lieb er das habe/ recht verschossen / und von ieden 100. Thal. einen erlegen. Und es beschwehren sich über diesen Eydschoß diejeni-

gen Bürger/ so in und außer der Stadt Handlung treiben/ wie auch die/ so außer der Stadt unbewegliche Güter und aussenstehende Schulden haben/ daß sie solche Güter / so doch anderswo/ und in loco rei sitæ versteuere würden/ ungleichen die Schulden/ so nicht einzutreiben wären/ angeben und verschossen müssen / nach mehrer Inhalt eures Berichts. Wenn nun gleich nicht verneinet werden kan / daß kein besserer modus collectandi, als der/ so per 25 & libram geschieht / zu erfinden / und in diesem Werke sarnnehmlich dahin zu sehen ist / daß unter den Bürgern einer Stadt / in Tragung der Beschwörungen / eine Gleichheit gehalten werde / diese Gleichheit aber anderer Gestalt nicht beobachtet werden kan/ als wenn die Beschwörungen / und Auflagen / nach eines iedweden Vermögen eingetheilet werden / welches denn durch Aufrihtung eines catastri am sùglichsten zu erhalten ist / dahin gegen gestanden werden muß / daß dergleichen Anlagen auf eines iedweden Eyd einzutheilen / allzugefährlich / solches Mittel auch nicht eher zu ergreifen / es sey denn kein anderes und sùglichers vorhanden; Dennoch aber/ und dieweil zu Aufrihtung eines richtigen catastri von einem iedweden erfordert wird / daß er sein Vermögen angebe/ und profitire / solche professio aber richtiger nicht / als vermittelst Eydes

geste.

geschehen mag/ da zu mahl ihrer viel/
da sie nicht auff solche masse darzu ge-
nötiget werden/ ihr Vermögen gänz-
lich niederzuschlagen/ und ihren Mit-
Bürgern die Last auf den Hals zu wech-
sen sich nicht scheuen / aber dieses be-
gleichen Eydes Leistungen nicht unge-
wöhnlich/ mit so wohl durch die Reichs
Abschiede/ als anderer Orten heilsame
Constitutiones gebillichet/ auch die
Gefahr / so etwan einem oder dem an-
dern aus seiner Leichtfertigkeit entste-
hen möchte/ dem gemeinen besten billich
weichen muß / Es erscheinet daraus
so viel/ daß von dem Rathe eines Orts
der Eyd - Schöf mit gutem Gewissen
gefordert/ auch von den Bürgern mit
gutem Gewissen geleistet und abgelegt
werden könne/ jedoch ist derselbe auf die
außer ihren Gerichten liegende Güter/
daberne solche in loco rei sitæ verstan-
ret werden/ wie auch auff die Schul-
den/ so nicht eingetrieben werden könn-
ten/ nicht zu ziehen/ noch der Besitzer
derselben solche zu verschaffen schuldig/
W. R. W.

Obiter addo, ad professionem
bonorum faciendam citari debere
omnes per publicum programma,
ne quis excusare se deinceps possit
ob ignorantiam, & non factam inti-
mationem. Memini in supremo
appellationis iudicio, Firmo Tri-
nitatis anno 1674. id inter requisita
relatum fuisse. Cum enim in Co-

mitatu aliquo reperirentur prædia
nonnulla, quæ nulli adhuc catastro
inserta essent, neque ad Collectas
publicas quicquam contribuissent
hactenus, nec tamen immunitas eor-
um & exemptio doceri posset, onus
probandi de programma tali o-
lim exhibito injungebatur illi, qui
prædia ista tributaria esse cupiebat.
Hæc enim erant verba sententiæ, in
causâ Gottfried Dötkers/ Seque-
strations Rentmeisters zu Eisleben c.
Balthasar Jäger und Consorten :
Würde Appellant gegen nachstinstig
gen appellation, Gerichts-termin be-
scheinigen und beybringen / daß die
Steuer Ausschreiben im Städtlein
Hetsch intimiret worden / so were in
erster instanz abet gesprochen/ un̄ wohl
appelliret / und weren so dann appel-
laten Güter in die catastro zu bringen/
und Sie die gewöhnlichen Steuern
hinfürs abzutragen schuldig / W.
R. W.

XXXIII. Alicubi, ne patefiant
singulorum facultates, professio
bonorum prorsus omittitur, & à
Magistratu indicta summa, quanta
ab universis solvi debeat, jubentur
singuli prævio juramento promit-
tere, velle se tantum conferre, quan-
tum se bonorum suorum ratione,
ad summam illam conficiendam
debere intelligant. Tumque ratam
hanc suã, sibi ipsis à se præscriptam,

in arcam publicam conjiunt, neq; cuiquam id notum faciunt, quantum à se collatum fuerit, nisi quòd testem habeant conscientiam suam. Quamquam verò modum talem commendet Nicolaus Machiavelus, l. i. de Rep. cap. 55. & exinde colligere velit, multum in talibus hominibus antiquæ pietatis & morum bonitatis adhuc inesse; vereortamen, ut obtineri tota Collectæ impositæ quantitas queat, tam quòd unusquisque, nisi professio facta fuerit, multò opulentiores suos esse arbitratur contives, quam reverà sunt, atque sic minus à se, quam par est, contribui debere existimabit, tum quòd sæpe sint, qui conscientiam suam parvi pendunt, & juramento insuper habito ex mera avaritiâ justam proportionem non observant, sed officio se suo satisfacisse putant, quando ex tinnitu monetæ injectæ auditum fuerit, se quoq; inter cæteros aliquid contulisse. Memini etiam hoc observatum, ut ab ipso Magistratu ex arbitrato suo, sine professione, cujusque civis facultates æstimarentur, & ad istam æstimationem distributio institueretur, qui verò pluris æstimata bona sua putarent, juramento confirmare juberentur, se tantum in bonis non habere, quantum creditum à Magistratu fuerit, nec proinde portio-

nem sibi assignatam solvere debere. Solet etiam ad evitanda perjuriam hoc alicubi observari, ut stipulata manu, in vicem jurisjurandi, an *Spes fiat*/promissio fiat à subditis, vel se, quicquid in bonis est, ingenuè & sine fraude profiteri. Sed modus iste, præterquam quòd parum differre videatur à promissione juratâ, iisdem etiam, quas antea recensui, corruptelis obnoxius est. Nec tamen geri aliter res potest, cum, quòd conscientie cujusque committitur, id omnem fidem humanam superare credatur.

XXXIV. Professionem sequitur æstimatio, quam ipse ille, qui professus est, cujusque bona sunt, bona fide facere debet, l. 4. in fin. pr. ff. de censibus. Recces. Imp. zu Speyer / de anno 1544. S. Damit aber / ibi: daß jeder sein selbst vermögen getreulich / und ohn allen falsch und Gefahr schätze. Ut verò bonorum & onerum justa observari possit proportio, duo hæc in æstimatione faciendâ notaridebent. Primò, ut bona æstimentur non ex substantiâ suâ, sed ex quantitate fructuum & emolumentorum, quæ inde percipi possunt, deductis omnibus aliis impensis. Alvar. Valsc. de jur. emphyt. qv est. 17. num. 10. Joh. Garl. de expens. & mel. cap. 11. num. 60. Est enim ex naturâ Collectarum, ut sint onus fructuum, & solvi de

vi debeant ab illo, qui fructus percipit, l. 4. ff. de censib. l. 13. C. de act. emp. l. 2. C. de annon. & trib. Regner. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 14. num. 76. & 146. Per consequens, ut maximè aliquis magnificas in patrimonio suo habuerit aedes, non tamen ad modum precii illarum, quantum scilicet structura earum constitit, sed ad emolumenta, quæ inde percipi possunt, Collectarum imponendarum quantitas commensuranda, est. Casp. Klock. de contribut. cap. 17. numer. 91.

XXXV. Deinde etiam hoc considerandum, utrum emolumenta illa, quæ percipi ex bonis possunt, res verà ad possessorem Dominum, sive eum, cui Collecta indicitur, redeant. Bonæ enim ea demum intelignatur cujusque, quæ deducto ære alieno supersunt, l. 39. §. 1. ff. de A. V. S. Et de his scilicet præstari Collecta debet, non de reliquis, quæ in ære alienum computantur. Regner. Sixtin. d. l. num. 154. Et potest quis splendida & magnifica habere prædia, ex quibus nec exiguos colligere liceat fructus, sed quorum maximam partem Creditoribus solvere tenentur. Nec igitur propter illos, quos non percipit, solvere tenentur tributa. Don. Garf. Mastrill. decis. 112. num. 29. Andr. Rauchbar. p. 1. q. 18. num. 24. Quin etiam tam pauperes

sæpenumerò sunt ipsi illi, qui bonis immobilibus abundant, ut vix habeant, unde se suamque familiam, honestè sustentare queant. Atque istis onus aliquod imponere velle, non charitati tantum repugnabit, sed etiam justitiæ. Nec tamen ærarium publicum emolumentis suis defraudetur, juberi possunt Creditores, ut ex parte ista fructuum, quam ipsi percipiunt, partem tributorum solvant, cum respectu fructuum istorum pro dominis habeantur. Quem in finem etiam Debitor annuorum reddituum à Magistratu suo cogi potest, ut totum istud, quod illis redditibus impositum est, exsolvat, sed id imputare deinceps poterit Creditori in id, quod debet. Casp. Klock. de contribut. cap. 11. num. 138.

XXXVI. De usufructuario dubium non est, istiusmodi onera ab eo ferenda esse, per l. 27. §. 3. ff. de usufr. l. 28. ff. de usu & usufr. leg. Onus enim fructuum hæc impendia, sunt l. 13. ff. de impens. in res dat. fact. Joh. Bapt. Costa, de ration. rat. quest. 157. Joh. del. Castillo, de usufr. cap. 56. num. 14. Elbert. Leonin. de usufr. c. 15. numer. 4. Quæ ratione etiam vidua nobilis, dotaliter insistens, ejusque commoda percipiens, onera ejus suscipere, & tributa atque Collectas exsolvere tene-

tur. Hartm. Pistor. *obf.* 5. Berlich. *p. 2. conclus.* 50. *num.* 71. Carpzov. *part. 3. const.* 16. *def.* 12. *quia scil. & ipsa usufructuaria est, & emolumenta prædii in dotalitium constituti percipit. Nec obstat, quod stipendia & tributa onera realia esse dicantur, & prædia ipsa illis affecta sint, ut adeo ad dominum potius, & proprietarium spectare videantur. Licet enim tributa sint ipsius prædii onera, penduntur tamen, si proximam causam requiras, propter emolumentum, quod ex re ipsa percipitur, adeo ut si penitius inspicias, non tam rei, quam fructuum onera esse videantur, inquit Anton. Fab. *add. l.* 27. *S.* 3. Atque hinc responderunt Wittebergenses ad requisitionem Christian Friedr. von Hoyne uff Stecklenberg / mens. Decembr. 1640. Auff eure andere Frage sprechen Wir vor Recht / hat eure Mutter bis anhero die beyden Lehn-Höfe zu Voedlinbutz / nebenst einem Garten / zu ihrer Wittumbs-Wohnung und Berechtigkeith gebraucht. Wenn nun gleich euch und euren Bruder das Eigenthumb derselben Güter zuständig; Dennoch aber und dieweil eure Mutter die Nutzbarkeit von solchen Lehn-Höfen und Garten gehabt / und dieselben annoch nuset und gebraucht / So ist sie auch die Zeit ihrer Frucht-Nießung dapon fällige contribution,*

und die fünffzig noch weiter daruff gelegt werden möchten / nebenst andern Beschwerungen zutragen schuldig und möget ihr zu derer Entrichtung wieder euren Willen nicht angehalten werden.

XXXVII. Quod si verò onera atque tributa tam immodica sint, ut omnia rei emolumenta absorbant, proprietarius ad solutionem ejus, quod usufructum excedit, tenebitur. Carpzov. *lib. 1. resp.* 105. *numer.* 12. Joh. del Castillo, *de usufr.* c. 56. *numer.* 18. Anton. Hering. *de fidejussor.* c. 30. *num.* 52. Anton. Perez. *Cod. de indictio.* *numer.* 28. Dn. Tabor, *de metat. part. 2. c.* 3. *numer.* 22. quod sub hac limitatione verum ait Johannes Bapt. Costa, *remed. subisd.* 92. *numer.* 1. si in totum esset inutilis usufructus, non si unig tantum anni incommodum inde nasceretur. Id quod suo loco relinqvo, cum præsertim ingravescente tempestate bellicâ intra decennium plures existere possint anni, quibus emolumenta & fructus percepti ab oneribus absorberi & superari queant. Esti autem, uti supra dixi, stipendia & tributa onus fructuum sint, atque hinc excessus tributorum non videatur exigi posse à proprietario, propterea, quod is fructus planè nullos percipiat; exigi tamen

tamen ideo potest, quia ususfructus aliquando ad proprietatem redditus, atque tum proprietarius omnia rei emolumenta recepturus est, ut adeo ad eum potius, quam ad usufructuarium, qui præter fructus nihil omnino spei reliquam habet, cuique ususfructus constitutus in lucrum ex intentione constituentis, haudquaquam autem in damnum cedere debet, impendia ulterius referri oporteat. Et propterea addiderunt Responso suo, superius adducto, Wittebergenses verba sequentia: *Es were dem/ daß solche extraordinar contributiones die jährliche Nutzungen übertrefen/ auff solchen Fall weret Ihr die Widwe dener zu entschmen schuldig.*

XXXVIII. De creditore quæritur, qui jure antichretico pignus possidet, utrum is Collectas solvere debeat, an debitor proprietarius? Et quidem ad Creditorem id onus spectare, tum Papinianus haud obscure prodit in *l. 42. ff. de pact.* & Ulpianus in *l. 52. §. 2. ff. eod.* tum ratio juris svadere videtur, quia scilicet Creditor istiusmodi fructus percipit, & ad proprietarium nullum, rorsus emolumentum redit. At vero tributa onus fructuum esse dicitur supra. Unde Creditorem pignoris onera ista agnoscere debere; simpliciter definit Petrus Costa-

lius, *ad d. l. 42. cui ad stipulator Elbert. Leonin. de usuf. c. 15. n. 5. Anton. Mornac. ad d. l. 42. Casp. Kloek. de contribut. cap. 11. num. 223.* Verum enim vero videtur Creditor ideo teneri, & ad Collectas solvendas obligatus esse, quia rem, ex qua tributa debentur, possidet. In ventigalibus enim, & tributis ipsa prædia non personæ conveniuntur, *l. 7. ff. de publican.* ac proinde quasi à prædiis exiguntur Collectæ, atque à possessoribus, eo nomine conventis, præstandæ sunt, Arn. Vinn. *ad §. 2. Inst. de act.* Udalric. Zas. *ad d. l. 42.* quod & facit textus in *l. 5. ff. de censib.* Atque idcirco si convenerit inter debitorem & Creditorem, ut Creditor onus tributi prædii pignorati non agnosceret, sed ejus solvendi necessitas debitorem spectaret, talem conventionem fiscum non removere, respondet Jctus, *in d. l. 42.* quod minus is tributa à Creditore exigere queat. Utrum autem Creditor talis à debitore repetere possit, quod in hanc rem impendit, alia quæstio est, eaque videtur decisa in *l. 6. C. de pignor.* ubi dicitur, in summâ debiti computari etiam id, quod propter possessiones pignori datas ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium obsequium præstitisse creditorem constiterit. Exigi igitur à Creditore

D d d d d pote-

poterit Collecta, neque tenetur fiscus debitorem proprietarium convenire, sed convenire tamen eum poterit Creditor, ut restituat, quod pignoris nomine solutum est, quod prolixius prosequitur Egidius Thomatus, *de collect. S. pauperes n. 37.* Atque sic in effectu Debitor tributa solvere tenetur, cum is proprie solvere dicatur, qui ex solutione diminutionem patrimonii sui percipit. Et huc facit responsum Wittebergensium ad eundem Christian Fridr. von Hoym/ mens. Dec. 1640. Seynd theils eurer Güter etlichen euren Gläubigern als ein Pfand-Schilling eingeräumet. Wenn nun gleich dieselbigen Gläubiger der Nutzbarkeit und Genießung solcher Güter sich gebrauchen; Dennoch aber/ und die weil sie dadurch den Eigenthumb der Güter nicht erlanget/ und die Frucht-Nießung an stat der jährlichen Zinsen geschiehet/ sie auch ohne dem/ was sie über den schuldigen Zins genießen/ in sortem zu computiren, und Ihnen an der Hauptsummen abfürken zulassen verbunden/ so mögen sie die Entrichtung der von solchen Gütern geforderten contribution, und anderer dergleichen Beschwerden auff sich zunehmen und über sich gehen zulassen mit Recht nicht angehalten werden/ sondern Ihr seyd dieselbe vor euch zu

tragen/ und zu erstatten pfflichtig/ B. N. W.

XXXIX. Facta ita professione & æstimatione bonorum à perceptoribus, liber censualis, quem æstimum & catastrosum vocant, constituendus est, in quem & bona, & æstimatione eorum accuratè consignari debent. Qui liber præter alias utilitates etiam hanc præstat, quod per eum veluti contractus aliquis inducatur inter Remp. & profitentem, dum scilicet, qui in æstimo describi bona sua patitur, ipso hoc facto se obligat ad solutionem inscriptæ quantitatis, aut ejus quod pro ratione bonorum inscriptorum sibi deinceps collectarum nomine injectum fuerit. Klock. *d. l. num. 37.* Et mirum igitur hinc non est, quod docent Doctores, immunem sive eum, qui habet privilegium immunitatis ab omnibus Collectis & tributis, si describatur in libro censuali, perdere privilegium, nisi intra decem dies à tempore scientiæ appellaverit. Francisc. Balb. *de præscript. part. 4. IV. quæst. 30. num. 7.* Anton. Gabriel. *commun. conclus. tit. de jur. immun. conclus. 1.* Dav. Mev. *part. 5. decis. 70.* Videtur enim, qui describi facultates suas patitur, recessisse ab eo, quod habuit, privilegio, & contraxisse cum Rep. non vel.

velle se amplius uti suo privilegio, sed velle in posterum onera communia ferre, & Collectas impositas exsolvere.

XL. Cæterum qualiter professio facienda, & liber censualis conscribendus sit, enucleatè tradit Ulpianus, in l. 4. ff. de censib. cujus verba hic legere operæ erit precium: *Forma censuali*, inquit, *cavetur, ut agri sic in censum referantur: Nomen fundi cujusque, & in quâ civitate, & quopago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id arborum, quod in decem annos proximos satumerit, quot jugerum sit, vinca quot vites habent, oliva quot jugerum, & quot arbores habeat pratium, quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum, pascua quot jugerum esse videantur, item silva cadua. Omnia ipse, qui defert, æstimet. Illam æquitate debet admittere censor, ut officio ejus congruat, relevari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui ex certis causis non possit. Quare & si agri portio chasmate perierit, debet per censitorem relevari. Si vites mortua sint, vel arbores aruerint, iniquum, eum numerum inseri censui. Quod si exciderit arbores, vel vites, nihilominus eum numerum transeri jubetur, qui fuit census tempore, nisi causam excidendi censori*

probabit. — — In servis deferendis observandum est, ut & nationes eorum, & ætates, & officia & artificia specialiter deferantur. Lacus quoque piscatorios & portus in censum dominus debet deferre. Salina, si quæ sunt in prædiis, & ipsa in censum deferenda sunt. Si quis inquilinum vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur, & c. Vincula illa censualia interpretatur glossa, quod res committatur in fiscum, vel aliud tantum, quantum fuerit subtractum, ex propriis facultatibus in fiscum inferendum sit. Unde crimine fraudati census tenentur, qui non omnia, quæ habent, describi faciunt, l. 53. ff. de judic. Puniantur etiam ipsi peræquatores. Nam si de negligentia vel gratia convicti fuerint, non solum bonorum jacturam, sed etiam annonarum in quadruplum multam subire jubentur; ea verò, quæ in damnnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum exsolvere tenentur, l. 6. C. de cens.

XLI. Quia verò bona civium non uniusmodi semper manent, sed augentur aliquando, aliquando minuuntur, facile hinc apparet, non perpetuam esse posse, nec uniformem tributi collationem; sed si deterior sine culpa domini redditus

D d d d d 2 fue-

fuerit fundus, quin remissio tunc fieri debeat, dubium nullum est, *d. l. 4. ff. de censib. Anton. Perez. Cod. de indict. n. 42.* Consequens hinc est, catastra censitorum mutari aut emendari debere, quoties tale quid contigerit, contingere autem solet inter unius civitatis cives quam sapissimè, & quoties etiam ad alium possessorem bona pervenerint. *Petr. de Ubald. de collect. num. 18. Andr. Knichen, encycloped. cap. 10. n. 108. Anton. Perez. Cod. de annou. n. 40.* Quapropter possunt gravati exigere æstimum inspiciendum, ut videant, an alius alio magis gravetur, & an pauper magis, quam dives. Quin & nemine petente vel urgente, si in æstimo aliqua reperiatur inæqualitas, corrigi, reformari & mutari id debet quocumque tempore. *Perez. Cod. de censib. num. 12. 13. Add. Carpzov, lib. 4. respons. 73.*

XLII. Consequens hinc est porro, quotiescunq; per injuriam temporis, sive ex calamitate bellicâ, sive contagio Domini perierint, aut cedere coacti, atque prædia hinc deferta fuerint, onus eorum non imponendum esse reliquis, qui superstites manserunt. *Petr. de Ubald. de collect. num. 31. Gaspar. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quest. 15. n. 95. in fin.* Solent quidem quandoque agri de-

fecti aut destituti illis, qui præsentibus adhuc sunt, ad culturam tradi, & tunc non nego, onus eorum à cultoribus agnosci debere, *arg. l. 1. C. de omn. agr. desert. lib. XI. Novell. 128. c. 8.* cum, uti supra dixi, onus hoc Collectarum fructuum perceptionem sequatur. At fieri nihilominus potest (& factum id bello nupero Germanico durante quam sapissimè) ut nec residui quidem colendis agris sufficiant, nec inveniantur porro, qui fructus inde natos consumere queant. In hac ergo vastitate tantum abest, ut onera prædiorum desertorum reliquis adhuc fertilibus aggregari, & ab horum cultoribus exigere debeant, ut potius sub largissima immunitate invitandi sint extranei, qui agros ejusmodi colendos suscipiant.

XLIII. Nec verò compensatio sterilium & cultorum agrorum, cujus fit mentio in *l. 4. C. de censib.* locum semper habet, quam propterea etiam improbat & rejicit Honorius Imp. *l. 12. C. Theod. de censitor.* præsertim, quando integræ civitates de desertis agris conquærentur, quorum sæpè onera tanta sunt, ut ferri & sustineri à civibus, qui supersunt, nequeant. Quin & in casu, quo compensatio fieri potest, non ea simpliciter & promiscuè decernenda est, sed probè perpensis & examinatis omni-

omnibus circumstantiis. Si quis enim propter agros squalidos, jejunos, aut steriles relevari atque imminui censum sibi adscriptum, velut nimis gravem, postulaverit, cum illis verò alios opimos & idoneos possideat, exæqvato, & in unum collato universo ejus patrimonio peræqvator videre debet, quid factò opus sit, an tales sint vires aliorum fundorum, ut sterilium pensioni nihil detrahendum sit, an verò detrahi aliquid oporteat. Quod si verò quis ipsa tantum prædia defecta, & nulla alia possideat, iniquum erit, aliquam ulteriorem ab eo exigere collationem, *l. 14. Cod. Theod. de censitor.* & ibi Jacobus Gothofredus. Et hoc etiam observari debet, sicubi integræ civitates aut provinciæ remissionem petant.

XLIV. Poterit tamen in gravissimâ necessitate, quam evitare aliter non licet, quæq; extremam Reipublicæ ruinam minatur, collecta civibus ita imperari, ut pro destitutis etiam & desertis ædibus onera sustineant. Neque indignari illi aut ægrè ferre debent, cum nec tum quidem, quando habitatæ fuerint ædes universæ, & singulæ, nec ullæ inter eas desertæ inveniuntur, justa semper in casu necessitatis observari possit proportio, & æqualitas. Et extra ordinem quæ contingunt, ut

ordinario expediantur modo, fieri vix potest, accedente præsertim, consternatione publicâ, quæ ordinaria remedia plerumque respuit. Cessante verò calamitate, & periculo, quod imminebat, superato, postquam restituta sibi est civitas; justum est, ut restituatur id, quod ultra debitum solutum est, sive ex aliorum concivium subsidiis, sive ex ipsis prædiis desertis. Petr. de Ubald. *de collect. num. 46. in f.* Roland. à Valle, *consil. 66. n. 14. vol. 1.*

XLV. Extra casum necessitatis non solum legibus, verum etiam æqvitati naturali contrarium est, pro alienis debitis alios molestari, *l. un. C. ut null. ex vicin. lib. XI.* Et quanquam aliqui hic distingvant Collectam à tributo, quòd tributum totâ universitate, Collecta à singulis solvi debeat, atque hinc inferant, auctâ vel diminutâ universitate tributum augeri vel minui non debere, neque Principi hinc aliquid decedere, sed reliquis civibus deficientium portiones atque onera accrescere, Casp. Klock. *de contrib. cap. 17. num. 152. seq.* non videtur tamen id vel obtineri semper posse, vel exigi debere. Nec profectò vel Christianum, vel æqvum, aut justum est, depauperatis subditis, & vastatâ provinciâ, Principem pristinos suos redditus exigere, suisq;

emolumentis nihil omninò decedere velle. Et quis est, qui per diurni belli Germanici calamitates non expertus fuit, plerasque omnes civitates ad eam egestatem redactas fuisse, ut ipsi sæpè Principes vix haberent, unde viverent? Ex quo factum deinceps, ut & Imperantes, & parentes, æs alienum contrahere necesse habuerint. Atque id, quantas post restauratam pacem in iudiciis dederit molestias, nemo est, qui ignoret. Superfunt etiamnum rudera pristinae culturæ, sed defecta & suis destituta dominis, neque quisquam est, qui squalidos istos, caducos, & a fanaticos fundos, uti vocantur, in *l. 3. Cod. Theodos. de Censitor.* colere velit, nisi & tributa anteacti temporis remittantur, & in futurum ad aliquot annos immunitas concedatur. Idque non in illis tantum contingit, quæ à singulis debentur, sed etiam, quæ solvenda sunt ab universitate, quandoquidem integræ haud rarò universitates, non civitates tantum, ut exemplum est in *l. 8. C. Theod. de Censitor.* sed integræ etiam provinciæ, uti ex *l. 2. & 12. Cod. Theodos. de indulg. deb.* patet, remissionem petere necesse habent. Et quomodò igitur in tali casu dici poterit, propter agros & fundos squalidos, & desertos, nihil omninò ex redditibus Principis detra-

hi debere, sed eorum portionem ab reliquis exigendam esse? Laudandus hic omninò Honorius Imp., qui provinciæ Campaniæ quingenta viginti octo millia quadraginta duo jugera propter vastitatem concessit, id est, immunitatem à tributis de cætero largitus est, concrematis libris censualibus, qui confecti fuerant, *d. l. 2. C. Tb. de indulg. deb.*

XLVI. Redeo ad catastrum, seu librum censualem, cujus tanta debet esse fides, ut neque contradictionem patiatur, neque præsumptionem in contrarium. Præter alios enim effectus etiam hunc habet, quod plenè probet, locum, seu hominem solventem, censum esse de territorio, & sub imperio ejus, qui eum producit. Balth. Con. Zahn, in *icbograph. municip. c. 58. numer. 12.* Ratio est, quia nec loco, nec personæ imponi potest tributum, nisi propter subjectionem. Quod si qua circa subjectionem incidat mutatio, dubium non est, etiam hoc casu mutari catastrum oportere, cum diutius id subsistere nequeat, quam quoad res in eodem statu permanferit. Sic igitur probationes omnes, quæ ex libris istiusmodi petuntur, ad id tempus reducendæ sunt, quo confectæ aut mutatæ fuerunt, cum rerum contingentium non alia possit esse certitudo, quam quæ ex præ-

præfenti aut præterito tempore innotescit. Ex quo simul patet, quod antè dixi, bonis subditorum vel auctis, vel diminutis, ipsum quoque castastrum mutari debere, si quidem æqualitas inter cives observari debeat; cum & physicè & moraliter impossibile sit, ut eadem perpetuò ferat onera, qui non easdem perpetuò retinet facultates. Idque non de singulis tantum civibus asserendum est, sed etiam de universis & integris civitatibus, in collatione ad alias ejusdem provinciæ civitates.

XLVII. Delatis ita & æstimatis cujusque bonis, & libro insuper censuali confecto facilis erit tributorum impositorum distributio, quam secundum æs & libram, h. e. ad proportionem facultatum cujusque fieri debere dixi. Atque id ejusmodi tributum tam æquum est, ut civis nomine indignus sit, qui id conferre nolit. Nec enim dicere tum quisquam poterit, injuriam sibi fieri, sedque plus aliis oneratum esse. Pro ratione quippe facultatum tantum quisque ex ditioribus confert, quantum alius ex pauperibus; quanquam si utriusque tributum simpliciter consideretur, & comparatio extra facultates, quas quisque habet, instituat, majorè summam conficiat id, quod ditioze confertur, quam quod à superiore aliquo. Finge aliquem

sexcenta habere in bonis, alium ducenta, illum solvere in ærarium viginti quatuor, hunc octo. Dico, non plus solvere illum ex bonis suis, qui possidet 600, quam solvit ille, qui 200. tantum possidet. Uterque enim solvit partem vigesimam quintam bonorum suorum, etsi seorsim sine respectu ad bona possessa consideratæ quantitates æquales non sint, sed altera triplo major existat.

XLVIII. Ne tamen & hic aliqua in distributione committatur iniquitas, jubendi sunt peræquatores, adscriptionem ita factam Magistratibus aut superioribus exhibere, qui deinde discutiant, & expendant, utrum justa ubique servata sit proportio, an verò prægravati aliqui fuerint injustè. Sic enim noluit Theodosius junior Imp. executioni mandari ejusmodi adscriptiones, quam apud acta provinciarum Rectoribus intimatæ, & ex eorum autoritate firmatæ fuerint, *l. 1. de apoch. publ. Et descript. Curialib. lib. X.* Facienda etiam est potestas ipsis civibus, qui gravatos se à peræquatoribus conqveruntur, quique injusto oneri impares se clamitant, perlustrandi adscriptionis tabulas, ut quid remissum gratiâ, quid interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia,
&

952
 & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur, *l. s. Cod. de cens.* Et hæc ratione vix fieri potest, ut æqualitas non ubiqve servetur, utq; de injuriâ sibi factâ quisqvam conqveratur amplius. Et tamen quonidiè videmus, & experimur, rationales & exactores facili acqvæstu tantas sibi brevi temporis spaciò fortunas parare, quantas vix quisqvam per totum vitæ suæ cursum immensis & infinitis laboribus.

XLIX. Et hæc quidem, uti dixi, quæ ad æs & libram fit, distributio, omnium optima est, & æqualissima. Quæ enim juxta numerum capitum indicitur, ut tantundem scilicet conferat ditissimus quisqve, quantum pauperculi servi, & ancillæ, æqualitatem quidem aliquam, eamq; uniformem & simplicem, comprehendere videtur, talis tamen plerumqve est, ut ubi semel in usum deducta & imperata fuit, non facile deinceps iteretur, certissimo argumento, vel non obtineri potuisse summam, & quantitatem expectatam, vel non adeò æqvam visam fuisse. Dictum sacre Scripturæ, *Exod. XXX. 12. & 15.* quod nonnulli in exemplum adducunt, planè nihil facit. Tributum enim illud à DEO ipso ad usûs sacros institutum fuit; ut agnoscerent Israëlita se ipsos, &

vitam suam debere DEO, & hæc velut homagii præstatione ejusdem usum redimerent. Æquale autem imperatum fuit omnibus, nullâ habitâ ratione facultatum, ut scirent singuli, se totos DEI esse, & apud DEUM æqvè pretiosum esse uniuscujusqve eorum vitam. Fuit etiam figura pretii veræ redemptionis animarum nostrarum, quod unum & æquale pro omnibus datum est, uti exponit Andr. Rivetus, *in comment. ad istum locum.* Usus igitur talis tributi cum non fuerit politicus, & alium planè finem habuerit, nullum exindè ad rem præsentem peti poterit argumentum. Nectamen improbo prorsus tributum capitis, si quando Princeps id imperet, cum & per Recessum Imperii Augustanum anno 1518, modus iste comprobatus fuerit; simul verò id assero, hæc collectandi ratione, nisi extremum immineat periculum, & summa Reipubl. exigat necessitas, non utendum esse.

L. Quæ secundum fumantes fit indictio, *nach den Feuer- oder Herd-Steten*/ ipsa etiam suos patitur defectus: Ut enim alios taceam, poterunt in magnificis ædibus habitare homines pauperrimi, quibus nec tantillum superest, unde solvere collectas queant. Illos verò ad idem tributum, quod alii ditiores confere-

runt

runt, adigere velle, tam erit ini-
 quum,quam imperare,ut puer octo-
 annorum eandem ferat sarcinam,
 quam gestavit Vir annorum trigin-
 ta. Et quæ verò tùm erit proportio
 inter fumantes, si omnes eidem
 censui subjiciantur? non alia sanè,
 quam quæ est in capitatione inter
 divitem & pauperem, h. e. omninò
 nulla, aut certè parùm æqua. Quod
 igitur de capitatione diximus, idem
 de hâc specie intellectum volumus,
 rarissimè seil. modo hoc, & non, nisi
 extremâ necessitate urgente, uten-
 dum esse, & nec tùm quidem, nisi
 aliud non superpet.

LI. De exactione nunc videndum
 est, quatenus ea institui debeat. Nec
 enim sufficit, decretas & imperatas
 esse Collectas, esse etiam unicuique
 certam earum portionem adscrip-
 ptam, nisi actuali solutione in com-
 mune ærarium conferantur. Hic
 verò lubentiores sæpè optarem ci-
 ves, & promptiores ad connume-
 rationem, quam plerique hodiè exis-
 tunt. Meminisse deberent, tam non
 posse servari incolumem Rempu-
 blicam sine tributis, quam corpus
 humanum sine cibis. Ipse Salvator
 tributum dedit, suoq; exemplo præ-
 ire voluit aliis, *Matth. XVII. 27.* quin
 & de tributo dando monitum addi-
 dit, *Matth. XXII. 21.* quod & Paulus
 repetiit, *Roman. XIII. 7.* uti leges

istas collegit Franciscus Raguellus,
 & commentario illustravit Laurenti-
 us Bochellus, sub *tit. 24.* Laudat
 Livius, *lib. 4.* Romanorum prom-
 ptitudinem, quòd postquam pro-
 pter inopiam militum & defectum
 stipendiorum ad tributum indictio-
 nem ventum fuisset, primiqve Pa-
 tres æs grave plaustris ad ærarium
 convexissent, reliqui omnes dein-
 æps, tribunis plebis nequicquam
 vetantibus, certatim contulerint. Id
 verò hodiè vel omninò, vel à pau-
 cissimis, expectandum erit, cum
 plerorumque ea sit animi pertina-
 cia, ut nisi à Creditoribus urgean-
 tur, etsi diem interpellantem ipsi
 non ignorent, debita à se oppidò
 rarò agnoscant.

LII. Statuunt Moralistæ, subdi-
 tum habentem opinionem proba-
 bilem, injustum esse tributum, à Re-
 ge impositum, non teneri illud sol-
 vere. Vid. quos hanc in rem adducit
 Thomas Hurtado, *resolut. moral.*
tr. 3. cap. 2. num. 74. Putatq; Franci-
 scus à Victoria, *relect. 8. numer. 24.*
 leges, inæqualiter onera dispensan-
 tes, injustas esse, & in foro conscientie
 non obligare. Sed periculosa
 est hæc sententia, & Reipublicæ da-
 mnosa. Etiam dissentientes obli-
 gari, diximus supra, si quidem à ma-
 jori parte de Collectis faciendis de-
 cretum fuerit. Multò magis ergò
 Eeeee

obligabuntur, q̄vi de iustitià Colle-
ctarum dubitant, aut injustas esse
opinantur. Nec enim opinio hæc
vel imponentium auctoritatem, vel
Reipublicæ necessitatem tollere po-
test. Et fortasè probabilis illa opi-
nio non alio nititur fundamento,
quàm habendi & retinendi cupidi-
tate. Leges verò, inæqualiter one-
ra dispensantes, sæpè digestionem
materiæ & moram non patiuntur.
Et jam suprà dixi, corrigendam esse,
necessitate cessante, eam injusti-
tam. De essentiã legis non est, ut
sic iusta, nec permittendum subdi-
to, ut de legis iustitiã, nisi manife-
stam contineat impietatem, disce-
pret. *Si dura sint, quæ imperan-
tur*, inquit Hadrianus Saravia, *de
imperandi auctor. lib. 2. cap. 54. præ-
ceptum Domini occurrat: Si quis ti-
bituam tunicam capere voluerit, di-
mitte ei & pallium: si te angaria de-
rit, ut eas mille passus, ito alia duo
millia. Hæc ut bene intelligantur
de privatorum injuriis, melius de
oneribus publicis, quæ imponuntur
à Magistratibus, interpretari licet.
Nam si patienter privatorum inju-
ria ferenda sunt, multò magis Ma-
gistratum, &c. Cognitio de
quanto tributorum, & versione in
Rempublicam, non spectat ad po-
pulum, sed ad Magistratum, & eos,
quibus ex pacto vel consuetudine*

competit. Hülseman *breviar. cap. 20.
num. 15.*

LIII. Ejusdem farinae est, quod
statuunt nonnulli, tributa imposita,
& à ministris non postulata, posse
salvã conscientiam non solvi, quan-
quàm in hoc non omnium eadem
sit sententia, uti videre licet apud
Johann. Azor. *Institut. moral. part. 3.
lib. 5. cap. 22. quæst. 3.* Distinctio-
nes, quas hic faciunt, adaptari haud
possunt monito Apostolico, quod
habetur, *Rom. XIII. 6. & 7. Propter
hoc*, inquit, i. e. propter conscien-
tiam; *solvitis tributa, si quidem mi-
nistri DEI sunt, in hoc ipsum incum-
bentes*, id est, ut bonos tueantur, &
malos puniant, non præcisè & prin-
cipaliter, ut exigant à suis subditis
tributa, uti Robertus Rollocus ex-
ponit, *ad d. l.* Sed & legi charitati,
quæ erga bonum publicum unus-
quisque tenetur, repugnat, subtra-
here ea, quæ bono publico promo-
vendo destinata sunt. Imò verò
Principem tributis defraudare gra-
vius est peccatum vulgari furto,
per quod privatus damno afficitur;
uti statuit Saravia, *d. lib. 2. cap. 51.*
cumque turpius sit furtum libero-
rum, qui expilant suos parentes,
quàm qui alienos, longè turpissi-
mum furtum sit oportet, quod in
Regem, aut Principem, commit-
titur.

LIV. Ne igitur Respublica subsidiis his, quibus carere non potest, defraudetur, utvè morosi debitorum ad solutionem compellantur, exactioe opus est, eaque violenta sæpè & irresistibili. Et si quidem res in iudicium deducta fuerit, rectè sentiant Doctores, de plano & levato, quod ajunt, velo procedi oportere, & à præceptis executivis initium fieri posse, adeò ut & citatio omitti, & si sententia pronunciata, aut decretum interpositum fuerit, appellatio rejici queat, *l. 4. l. fin. C. qver. app. non recip.* Quæ tamen sententia restringenda est ad casum istum, quando causa est liquida, sive, ut in *d. l. 4.* dicitur, quando tributariæ functionis munus evidens atque convictum fuerit. Secus, quando debitum est dubium, *l. 18. C. de appell.* vel quia jus collectandi non apparet, vel quia causa Collectæ in ambiguo est, vel quia iniqua est impositio, Dav. Mev. *part. 1. decis. 148. 149.* dummodò longiorem disceptationem patiatur necessitas imminens, quæ aliàs processus omnes, & longiorem iudicii tractum respuit. Et hæc ratio est, cur ad processum in hac materia executivum ultra nexum obligationis, ac solvendi necessitatem requirant Doctores, ut agatur de Collectis præsentibus, & nec tùm per-

solutis, non verò de præteritis. Caspar Klock, *de contribut. cap. 18. numer. 30. seq.* quia propter præterita nullum ampliùs Reipublicæ metuendum est damnum. Nisi, quod limitationis loco additum velim, præterita ista ad præsens periculum avertendum noviter adsignata fuerint, quia tùm pro præsentibus haberi debent.

LV. Quapropter etsi in causâ Collectarum & contributionum appellationes omnes interdictæ fuerint, restringendum tamen id semper est vel ad casum liquidi, vel necessitatis inevitabilis. Cùm enim tanta sæpè sit exactorum improbitas, ut ex non debito faciant debitum, & intempestivè nonnunquàm, atque sine discrimine possessorum Collectas, à multis retrò annis debitas, manu militari exigant, iniquum profectò erit, omnes ejusmodi nequitas perpeti, & ad unius nefarii hominis libidinem fortunas suas prostitutas habere. Finge, ad tertium possessorem venisse ædes, sub hastâ venditas, emptorem annuâ, bimâ, trimâ die, ut convenit, solvere pretium, idq; in iudicii loco deponere, nec ullam hinc contrahere moram, solvere etiam tributâ à se, quoad ædes possederit, debita, pretium ipsum cedere Creditoribus, per concursum de prioritate

litigantibus, exactorem verò tributorum nolle expectare sententiam, sed tributa, à multis retrò annis ante venditionem ab anterioribus possessoribus debita, ab novo emptore rigidè postulare, illumque, de deposito & soluto pretio excipientem, audire nolle, numquid putabimus, exactori id licere, nullamque tum ad iudiciale forum interponi provocationem debere? Imò verò Reipublicæ maximè interest, dispicere, ne quis ab hircudinibus istis injuriam patiat, & ut ipsa etiam causa tributaria intra justitiæ limites persistat. Atque tales casus intra unius civitatis pomeria occurrere possunt plures.

LVI. Sanè vix fieri potest, ut damnum sentiat Respublica, etsi multo ære alieno gravata fuerint possessiones, de quibus inter Creditores disceptatur, nisi damnum interpretari velis illud, quòd non tempestivè soluta fuerint tributa. Id quòd tamen inter præterita refertur, & salvà nunc Republicâ non amplius curatur. Alias enim propter Collectas, & tributa debita, duplici modo prospectum est Reipublicæ, tum per jus hypothecæ, quòd habet in bonis debitoris, tum per privilegium prælationis, quòd habet in concursu. Utrumque ex lege venit, & jure constituto, utrumque insi-

gnes producit effectus. Quòd hypothecam attinet, ea fundata est in *l. 1. C. si propter publ. pensat. §. l. 1. Cod. in quib. caus. pign. vel hyp. sac. contr.* atque ea illicò post indicitionem tam prolixas agit radices, ut universa debitoris bona afficiat, non ea tantum, quibus tributum impositum est. Ratio est, ut eò securior reddatur Respublica, & ut extincta re unâ id, quòd debetur Reipublicæ, ex aliis peti possit, cum præsertim Reipublicæ etiam actio personalis adversus debitorem competat. Ex quo conficiunt nonnulli, subditum ab hoc onere non liberari, etiam si renunciare velit prædiis, propter quæ onus subire tenetur. Maximèque memorabilis est sententia Baldi, quam refert Antonius Perez. *Cod. de indict. num. 27.*, dum inquit: *Quòd si Rustico imposita fuerit Collecta ratione alicujus domuncula, & adeò multiplicata sint Collecta, ut excedant valorem istius domus, non tamen liberabitur à Collectis, quamvis illi domuncula renunciat, quia hoc onus non est merè reale, sed annexum persona propter rem: unde licet res deficiat propter renunciationem, non tamen deficiat persona, quæ ex se principaliter manet obligata, ratione subjectionis.* Add. Franck. *lib. 1. resolut. 7. num. 48.* Carpozov. *lib. 4. respons. 78. n. 17. 18.*

LVII. Sed restringendum hoc est ad eum casum, quo possessor ipse, quoad possedit, Collectas & tributa accumulari fecit. Si quando enim fundus ad alium tertium pervenit, nomine Collectarum præteritarum, à venditore debitarum, non potest exactor compellere emptorem, aliumvè tertium possessorem, nisi tantummodò ratione rei possessæ, & ratione quanti ex istà re possessà debiti, nec potest convolare ad alias res proprias ipsius emptoris, *arg. l. 5. C. de prad. & omn. reb. navicul. lib. XI. Carpzov. d. l. num. 11. Add. Amæd. à Ponte, de laudem. quæst. 45. num. 30.* Ergò nullà tùm tenebitur possessor actione personali. *Id. Carpzov. lib. 5. respons. 98. num. 7.* neque hypothecarià generali, imò ne speciali quidem, sicubi sub hastà ipsi prædium emptum fuerit. Ita enim jus est, ut extingvantur hypotheca, quamprimùm res subhastata licitatori adjudicatur, *l. 8. de remis. pign. Neguzant. de pign. part. 6. m. 3. num. 25.* Neque obstat textus in *l. 36. ff. de jur. fisci*, quia præsupponitur ibi distractum ideò prædium, ut ex precio tributa præteriti temporis solvantur. Ex quo porro infero, licere hoc casu tertio possessori exactorem per exceptionem adium liberatum repellere, ut in eventum, quando hypothe-

caria adhuc locum habuerit, 957
nunciare fundo empto, eumque cedere.

LVIII. Illud quotidianà praxi observatum, & legibus dudum firmatum est, in causà tributorum nullam admitti compensationem adversùs fiscum, *l. 46. §. 5. ff. de jur. fisci. l. 3. Cod. de compensat.* Quod ideò constitutum & receptum videtur, ne civitatis aut Reipublicæ nervi incidantur, & ut perpetua ei præstò sint subsidia. Et in hunc sensum respondit Collegium Juridicum Wittenbergense, an Henning Christophen von Arnimb / mens. Januar. 1667. Haben D. von A. Lehns-Folger/und Agnaten / hinwiederumb bey der Ritterschafft starcke Posten zu fordern; Daserne nun solche in einem richtigest liquido beruhen / sind die Lehns-Folger / dieselben in vim compensationis vorzuschützen / wohl befugt / und weil die compensatio ipso jure geschieht / die Ritterschafft / erwèhnte Posten von ihren Forderungen abzurücken zu lassen / schuldig; Es wäre denn / daß die Forderungen / so die Ritterschafft angiebt / zu Erhaltung des gemeinen Wesens angelegt gewesen / oder ihren Ursprung daher hätten / die Gegen-Forderungen aber aus einer privat-Handlung herührten / auf solchen Fall hätten die Lehns-Folger mit der vorgeschützten compensation sich nicht zu behelffen.

LIX. Privilegium prælationis, quod propter tributa fisco competit, fundatum est in *l. 1. C. si propt. pensit. publ.* Idque privilegium utilitas publica expresit, quod in tributis nervi Reip. consistant. Non igitur, quod propter tributa competit privilegium, ad alias causas extendendum est, cum in quamplurimis priyatus, anteriorem hypothecam habens, potior sit, *l. 8. l. fin. §. 1. ff. qui pot. in pign.* Vid. Wissenbach. *ad Pandect. part. 1. disp. 40. num. 14.* Sichard. *ad l. 4. C. qui pot. in pign. num. 3. 4.* Sed & hoc restringendum est privilegium solum ad eorum bona, quibus tributa indicta fuerunt, ad bona verò Collectorum sive exactorum propter pecuniam, ex administratione residuam, extendendum non est, cum id debitum veniat ex contractu, à fisco cum administratore inito. In contractibus autem præter tacitam hypothecam non aliud habet fiscus privilegium, quàm quod in rebus post quæ sitis potior sit eo, cui debitor ante obligavit bona præsentia & futura, *l. 28. ff. de jure fisci.* Franzk. *l. 1. resolut. 14. num. 22.* David Mev. *part. 4. decis. 253.* De quo tamen ipso multa adhuc inter Doctores est controversia. Vid. Wissenbach. *part. 2. disp. 39. numer. 10.*

LX. Jus tale, quod fisco in bonis

debitorum propter tributa competere diximus, facit, ut prædia ipsa, ob tributorum & collationum cessationem auferri domino & vendi possint, *l. 1. §. 2. C. si propt. publ. pensit. l. 8. C. de exactor. tribut.* Roland à Valle, *vol. 4. consil. 79. numer. 3. 4.* Ratio est, quia interest Reip. tributa exsolvi, & ærarium publicum conservari. Atque sic etiam jubet Constantinus Imp. *l. 1. C. de cap. & distr. pign. res eorum,* qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere distulerunt, distrahi. In genere dicit, RESEORUM, ut non prædium tantum ipsum tributarium, sed & alia ejus, qui tributum debet, capi & vendi posse, innueret; id quod etiam ex aliâ Constantini constitutione colligitur, quæ extat in *l. 3. C. si propt. publ. pensit.* Estque venditionis hujus effectus iste, ut etsi aliena, non fisci propria, res fuerit, fiscus tamen venditor statim dominum faciat emptorem, & priori domino non nisi ad precium actionem, eamque temporalem, quadriennio circumscriptam, relinquat, *l. 2. §. 3. C. de quadr. præscript.* Quod posterius quidem in favorem fisci, prius autem favore emptoris constitutum fuit à Zenone, ut facilius allicerentur homines ad res fisci emendas, si intelligerent, se amplius in quietari non posse. Nicol. Burgund. *de viâ. cap. 34.*

cap. 36. num. 2. Et hoc est, quod dicunt Imperatores, venditionem convelli non debere, emptorem perpetuam accipere emptionis firmitatem, & venditionem ne quidem, priore domino precium offerente revocari oportere, *d. l. 1. 2. § 3. C. si propt. publ. pensit.*

LXI. Observandum autem est, non propter omnem dilationem solvendi tributi statim debitoris bona distrahi debere, sed propter eam demum, quæ cum aliqua fuerit vel contumaciâ vel morâ conjuncta. Sic enim etiam veteres Juri responderunt, pro pecuniâ tributi, quod suâ die solutum non est, quo minus prædium jure pignoris distrahatur, oblatam moratoriam cautionem non admitti, *l. 5. ff. de censib.* Neque tamen omnis prorsus debitoribus dilatio deneganda est, si quam petant ad pecuniam comparandam, neque illicò auferenda sunt bona, simul atque effluxus fuerit dies, quo solvi tributa debuerunt. Etsi enim dies interpeller pro homine, & per illius effluxum debitor in morâ constituatur, incivile tamen est, manûs illicò injicere, & vel non petentem dilationem, bonis exuere, vel petenti, eam denegare. Quanto vero tempore cessatum aut continuatum esse oporteat in non solvendo tributo, aut quousque dilatio con-

cedi debeat, non omnium eadem est sententia. Plerasque eas recenset Jacobus Menochius, *de arb. jud. quæstion. lib. 2. cas. 55.* qui concludit tandem, arbitrio judicis id relinqvendum esse. Istud tamen arbitrium intra certos limites olim coercitum fuit, uti patet ex *L. 5. §. 10. ff. de jur. fisc.* ubi dicitur: *Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. Cujus rei æstimatio ita arbitrio judicantis conceditur, ut in majoribus summis non plus, quàm tres menses, in minoribus verò non plus, quàm duo prorogentur, prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est.* Add. Francisc. Balduin. *de leg. Constantini lib. 2.*

LXII. Cæterum ut venditio firma maneat, nec convelli queat, probè observanda sunt requisita, quæ ex *l. 2. C. si propt. publ. pensit.* hoc ordine colliguntur. Primum est, ut fiat ob cessationem collationum, quippè quæ principalis causa est, propter quam fisco hæc competitio potestas, ut rem alienam vendere possit. Vim facit vel Princeps vel Magistratus, qui subditis bona aufert sine causa. Deinde, ut præcedat permissio aut decretum Præsidis sive Magistratûs, qui consideratis omnibus circumstantiis judicare debet, num tanta sit Reip. necessi-

tas, tanta reliquorum quantitas, tanta debitoris vel inopia, vel calamitas, vel contumacia & morositas, ut ad venditionem procedendum sit. *Tertio*, ut fiat venditio ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, quod quale sit, multis explicat Klock. *de contribut. cap. 18. num. 227. seq.* *Quarto*, ut fiat bona & sincera fide, sine fraude & sine intentione ægrè faciendi. *Quinto*, ut fiat iusto precio, & *Sexto*, ut fiat sollemniter, i. e. præviâ subhastatione solenni & legitima. Adhuc alii, ut precium de præsentibus solvatur, quod fides de precio in tali casu haberi nequeat, *per l. 5. §. 1. ff. de jur. fisci.* cum aliàs res captas pignori & distractas præsentibus pecuniâ distrahi oporteat, *l. 15. §. 7. ff. de re jud.* Sed hoc mutatum esse videtur jure nostro Saxonico per *constitut. 32. p. 1.* uti notat Daniel Molle-
rus, *ibid. num. 10.* Adde ego *Septimum*, ut si prædia deserta, & domini absentes fuerint, speciali, aut in eventum edictali citatione ad actum subhastationis citentur. Justum autem precium fortè non aliud est, quàm quod ex subhastatione, legitime institutâ, resultat, quanti scilicet plurimi res subhastata vendi potest, cum nulla res pluris aut majoris precii sit, quàm prout emptorem invenit. *Martin. Azpilcue-*

ta Navarr. tom. 3. c. 23. num. 78. Petr. Nic. Mozz. de empt. & vend. tit. de substantial. num. 30. Francisc. Card. Mantica, Lucubrat. Vatican. lib. 4. tit. 20. num. 6. 7. 8.

LXIII. Fateor, iniquum sapè videri tale precium in comparatione ad illud, quo antehac empta res fuit. Neque improbo consilium & sententiam Carpozovii, quam in *asyl. deb. tb. 71.* proponit, debere scilicet Magistratum rem ad pristinum statum revocare, & prædia vel adhuc subhastanda vel jam subhastata nullo reperto emptore, qui æquum offerat precium, ita taxari facere, quanti tempore acquisitionis valuerint, idque precium, quod debitor antehac exsolvit, vel saltem tale, quod propius ad illud accedat, definire. Sed vereor, ut ea res effectum habeat. *Quotus* enim quisque est, qui flagrante bello & ingruentibus atque irruentibus undiq; malis, quorum longissimam seriem nemo pervidere potest, domum, prædium, agrum eodem precio emere velit, quo voluisset pacato adhuc rerum statu & prospero successu. Et quis nescit, propter externas circumstantias precium augeri vel minui? inveniri emptores plures aut rariores? ut adeo in arbitrio non sit vel venditoris vel Magistratus, aliud pretium, quàm quod ipsa ponit temporis præ-

sentis conditio. Quocirca et si venditor vix quintam, imò etiam minorem partem acceperit precii, quo ipse antehac res constitit, iniuriæ temporis id adscribendum est, & necessitati, quæ rem tantum vendere coegit. Nec poterit deinde crescentibus rerum precii contractum semel perfectum & consummatum rescindere aut retractare, cum iustitia precii non ex sequenti aliqua tempore, sed ex tempore, quo contractus initus est, æstimari debeat, quanti scilicet eo tempore res vendi potuit, *l. 8. in f. C. de rescind. vend. Anton. Fab. Cod. lib. 4. tit. 30. def. 27.* Quod multo magis in causa tributorum locum habet, per *tot. tit. C. ff. prope. publ. pensitas.*

LXIV. Et si autem venditio talis jure nitatur suo, & longâ experientia compertum sit, non aliter consuli quandoque communi bono posse, non temerè tamen à bono Magistratu ea institui debet. Triste est, res suas, & prædia, ab avis & proavis accepta, sub hasta videre exposita, eaque vilissimo precio, ex quo ipse, ne teruncium quidem sæpè percipit, divendita, experiri, neque adeo videre, unde alimenta posthac haberi queant. Præscriptus est in Hispaniâ exactoribus modus, quem laudat, & in hanc epitomen contrahit Antonius Perez. *Cod. de exactor.*

erib. lib. X. ne vi excruciantur miser. coloni, vel cives, non eorum domos, aut paucas aliquæ pecudes erigiantur, non vis aliqua corporibus auferatur, si omnino exiguae sint, inferatur, non priventur eâ unâ vitâ commoditate, quam solam habent, & quâ ademptâ necesse est, ut in exilium abeant, vel miseriam perpetuò inopes vitam ducant. Utinam hic modus observari potuisset inter Germanos, & adhuc posset! feliciora certè subinde extitissent fata, neque pervia tot hostibus, aut prostituta fuisset nostra patria. At enim diversa omnia obrinuerunt. Major fuit superiore bello eorum numerus, qui per nimias contributionum exactiones, quam qui per hostium direptiones ad incitas redacti fuerunt. Plurimi, quòd ferre onera amplius non possent, cedere patriâ coacti fuerunt. Non fructuum amplius habita fuit ratio, sed ipsius totius substantiæ, dum ne deserta ea possessore esset. Ex quo factum, ut propter unum fundum triplo aut quadruplo plus contributionis nomine exsolutum sæpè fuerit, quam ipse ab initio possessori constitit. Nemo rerum suarum tam securus, & certus esse potuit, ut in crastinum se ab earum possessionem polliceri auderet. Coegit ista calamitas, pro numero Magistratû, ut prædia de

serta sub hasta exponerent, quandoque etiam addicerent nullo omnino constituto precio, sed hæc tantum sub conditione, ut novus possessor futura ferret onera, utq; subsidio & auxilio tantum esset reliquis concivibus. Sed desino calamitates istas, quas ipse multo cum dolore non unis vicibus observavi, prolixius recensere. Redeo in viam & statuo, non licere exactoribus propter cessationem tributorum quosvis promiscue fundos sub hasta distrahere; sed attendendam hic esse necessitatem publicam, rationem, cessationis, conditionem possessorum, qualitatem fundi, & ejusmodi alia plura, quæ sæpe ne cogitata quidem fuerunt, tantum abest, ut præcaveri potuerint. Et hoc est, ni fallor, quod dicit Imperator, in *d. l. 2. C. si propt. publ. pensitat.* sinceram fidem distrahi bona debitorum debere.

LXV. Pertinet huc etiam pignoris capio, quippe quæ similem effectum habet, ut nisi venerit deinceps contumax & debitum exolverit, vendi id queat & distrahi. Sic enim per mores invaluit, nec rationi repugnat, aut legi civili, ut pignorentur subditi, pensiones annuas non solventes. Et poterunt tam pignorationes fieri in quavis re mobili, exceptis instrumentis rusticis, *l. 7. & 8. C. de pign. oblig.* Nec dicere

poteris, causam tributariam potior esse, ut propter eam parci bobus aut instrumentis aratoriis minime debeat. Recte enim & erudite *ad d. l. 8.* observat Jacobus Ruffardus, eam etiam in debitis fiscalibus locum habere. Ratio est, ne abductis aratris squalere contingat arva; & proinde nihil ex iis capi potest, etiam si rustici nihil aliud possideant. Petr. Peck. *de jur. assist. cap. 5. n. 22.* Conf. Joh. Franc. Ripa, *de peste cap. 4. num. 221. seq.* Renat. Choppin. *de privileg. rusticor. lib. 1. cap. 7.* In distractione talium pignorum non minus circumspectos esse oportet exactores, atque in distractione prædiorum tributariorum.

LXVI. Nec verò voluit olim Constantinus Imp. vel pignoris capiones, vel prædiorum distractiones fieri ante, quam de contumacia debitoris sufficienter constaret, adeo ut in eum casum præmitti jusserit custodiam personæ, sed militarem, apectam, & liberam. In carcerem detrudi tales debitores noluit, quod carcer inventus fuerit ad coercendos homines poenâ dignos, *l. 2. C. de exactor. tribut.* Id quod argumentum præbet summæ humanitatis atque indulgentiæ, cum alias ob privata debita in carcerem conjici quis poterit, *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Quod si verò deinceps debitor in obdu-

obduratā nequitiā permanferit, tum demum exactori potestatem fecit Constantinus ad res omnemq; substantiam accedendi. Sed hoc, quod ita à Constantino lege promulgatum fuit, moribus hodiernis haud paulò immutatum videtur. Potest enim hodiè ob fiscale debitum, quis in carcerem conjici, etsi possideat bona, quæ capi, & sub hastâ vendi queant. *Didacus Covarruvias, lib. 2. resolut. cap. xxxviii. §. iii. fm. Simon à Gronovigen, de legib. abrog. in Holland. ad d. l. 2. atque adeò ex sententiâ Bartoli optionem habet fiscus, verum veli prius debitorum carceri mancipari, an ad bona ejus pervenire, sed ut etiam variatio licita sit. Anton. Perez. C. de exactor. tribus. num. 19. Klock. de contribus. cap. 18. num. 13.*

LXVII. Solet alicubi etiã multa pecuniaria indici, nisi collectæ solvantur, & tum, si contumaciam auxerint debitores, non Collectæ tantum, sed ipse etiam multa exigi possunt & solent. *Klock. d. l. num. 73.* Verum isto procedendi modus videtur tantum adversus eos exerceri posse aut debere, qui cum bonis abundant, Collectas solvere recusant, atque adeò in extremã veluti contumaciã persistunt: Si cui verò angusta res domi fuerit, & tantum vix superfit, ex quo Collectas aut tribu-

ta solvere queat, improbes plandè erit exactor, qui afflictò afflictionem addere, & multam in super exigere velit pecuniariam. In illis verò casibus, quibus multam indicere licet, etiam id tenendum est, non cadere eam exactori, sed in commune ararium inferendam esse, tum quia causa ipsa est publica, tum quia metuendum aliàs esset, ne plus multæ, quam collectarum nomine exigerecur, dum sine dubio oppidò faciles tum exituri essent exactores ad multas indicendas.

LXVIII. Usitatisimus per Germaniam exigendi modus hætenus fuit ille, qui fit per manum militarem, qui & olim aliquando ab Imperatoribus probatus fuit, uti patet ex l. 1. *Cod. de offic. pref. Augustal.* Sed observat Klockius, *d. l. num. 90.* modum istum non omninò extrapericulum esse, docuitque experientia, plurimas inde excitatas fuisse seditiones. Plerisque tamen executio ista tam gravis extitit, ut cum facultatibus ipsum quoque animum perdidissent, neque vel hiscere contra ausi fuerint. Sed quælo ego, quid obsecurum tandem Principibus esse dicamus? hoc scilicet, ut postquam exuti omnibus bonis subditi fuerunt, ipsi etiam nihil haberent amplius, quod splendorem eis apud exteros aut formidinem apud hostes com-

Etffff; para;

parare potuerit. Justitiam moni-
tum est, in *l. 2. C. de off. praef. praes.*
Afr. milites adversus inimicos au-
daces & feroces, circa collatores au-
tem mites & benevolos existere, &
nullum damnare nullamque lesio-
nem in eos efficere debere. Sed
quae hodiè sit militis licentia, avari-
tia, crudelitas, petulantia, nequitia,
nemo ignorat; atq; hinc qualis per-
eum fieri soleat executio, etsi facta
non dum sit, divinare poterit, quis-
quis ratione sua utitur. Et tamen
ita invaluerunt istiusmodi tribula-
tiones, uti communiter vocantur,
ut nihil frequentius in communi
conversatione audiatur, & quotidi-
anae inde apud censitores ingenu-
nentur querelae. Gravissimè per
istas exactiones & DEUM & natu-
ram offendi, ostendit Christopho-
rus Forstnerus, ad *Taciti annal. lib. 4.*

LXIX. Est verò etiam in ipsos cen-
sitores, eosque, qui in recipiendis &
conflandis pecuniis occupati sunt,
assidua à superioribus habenda in-
spectio, quippe quòd eorum tanta
sape sit rapacitas, ut non tam æra-
rio publico, quàm rei suae privatae
ident operam, suamque substantiam

quod in *l. 2. C. de off. praef. praes.*
Afr. milites adversus inimicos au-
daces & feroces, circa collatores au-
tem mites & benevolos existere, &
nullum damnare nullamque lesio-
nem in eos efficere debere.

ex alienà pecunià in immensum au-
geant. Sicut apud nos plures, inquit
Antonius Perez. *Cod. de exactor. trin-
but. num. 29. quis exactoris, quæsto-
ris, seu susceptoris munus ex fide tra-
ctant, & rationes receptorum cus-
odiunt, redduntque; sed etiam ex his
non paucos videmus, qui ad id munus
accedunt sine ullo censu, & intra pau-
cos annos ditissimi fiunt. Quam-
obrem optandum foret, ut ab illis in-
dilatè quæstorum opum ratio exige-
retur, & ex iis oper illa auferrentur,
quarum origo est incerta. Valde et-
iam conduceret, providere, ne multi
retrosi bônitate, propter quæ menses in a-
ria officiorum nunquam annuo sala-
riis semp. quasi pnedebant, & ne
etiam aulici avidè manus in contri-
busque injiciant, aut ex illis am-
biant à Principe largitionem ali-
quam, &c. Conf. Hermann. Lather.
de censib. lib. 1. cap. 15. Ego nihil ad-
do, nisi quòd & olim gravissima pec-
na decreta fuerit ipsis iudicibus, seu
Rectoribus provinciarum, qui sus-
cepta à Rep. sive illata quocumque
pretextu usurparent, etsi mutuum
intervenisse dicerent, tot. rit.*

*C. de his quæ ex publ. col-
lectantur lat. illat. lib. 10.*

CAPUT IV.

De

Fine, propter quam Collectæ faciendæ sint.

SUMMARIA.

- Finis Collectarum est, ut Respublica habeat necessaria subsidia. 1.*
Plurimum in Republicâ expensis opus est. 2. 3.
Privata civium opulentia pluris æstimanda, quam festi aut æraris publici. 4.
Extra ordinem quorundam, inducenda sunt Collecta: 5.
Requisita Collectarum, extraordinariarum. 6.
Subditus an teneatur ad Collectas, si noverit, in alios plane usus easdem verti. 7.
Principi etiam ad sustentationem tributa sunt solvenda. 8. 9.
An Subditi debita, à Principe contracta, in se suscipere teneantur? 10. 11. 12. 31.

Reliquum est, ut de fine publicarum collationum videamus, quandoquidem ex isto pleraque earum justitia æstimanda veniat, si vel ipse totus finis talis non sit, ut propterea gravari debeant subditi, vel, si talis quidem sit, pecunia autem collecta in istum finem non convertatur. Quod tributa concernit, quæ certam, & quotannis recurrentem habent præstationem, illa idem ab initio constituta fuerunt, ut Respublica perpetua haberet subsidia, quibus ipsa conservari posset. Impossibile enim est, uti dicitur in *Novell. 149. cap. 2.* ut sacris tributis non illatis aliocui Respublica con-

servetur. Et ut constet, quorum tributa impendi oporteat, sic ibi pergit Justinianus, sive potius Justinus Cæsaropala: *Militares namque copia, assignato sibi salario inde percepto, hostibus resistunt, & collatores à barbarorum incursionibus & truculentia vindicant. Denique agros atque civitates à latronum, aliocum modo impostam vitam sectantium, & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliqua cohortes ea, quæ ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque civitates indidem instaurantur, publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: prostrato spectacula, aliocum*

Ffffff 3

omnia,

omnia, quæ ad delectationem subditorum inventa sunt, ex iisdem curantur: ut, quæ ab illis contribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos, insumantur, & impendantur: nobis autem prorsus nihil inde præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, cum magnus ille DEUS, & Servator noster, JESUS CHRISTUS, magnitudine clementia sua permultis propter bonos bonis remuneretur.

II. Scilicet permulta sunt, quæ in civitate sumptu publico facienda, reificienda, comparanda, conservanda & expedienda sunt. Ipsa in se Respublica subsistat, multas sæpè facere oportet expensas. Constituenda sunt salaria Consiliariis, Magistratibus, Judicibus, apparitoribus, executoribus, & quibusvis aliis, in ministerio publico versantibus, quibus sane carere nequit Respublica, etsi sibi soli relicta sit, neque cum aliâ Republica commercium habeat. Quod si porro cum aliis Rebus publicis agendum fuerit, id quod utique necessarium sæpè est, ut plurimum non inutile, mittendi tum sunt, & recipiendi vicissim Legati, facienda foedera, incunda pacta, firmanda commercia, & quæ sunt alia, quæ haud contemnendam sæpè pecu-

niam exigunt. Alendi sunt etiam in paucissimo Reipublicæ statu milites nonnulli ad purgandam malis hominibus provinciam, & ut lateri Principis adherentes personam ejus custodiant, atque ab omni victoriâ defendant. Ut alia nunciateam, quæ quotidiè occurrunt, & sine sumptibus expediri nullo modo possunt. In hanc rem igitur constituta fuerunt tributa, & æraria publica, quæ ad curam pertinent Principis, non ut per luxum & immoderatam vivendi rationem ea evacuet, atque consumat, sed ut in ea, quæ necessaria aut utilia Reipublicæ visa sunt, impendat, neque tam suam inde, quam subditorum suorum salutem quærat, aut suam non alias, nisi Reipublicæ ea simul proficua sit.

III. Atque hæc fuit mens, & intentio, non Justinianum tantum, in *dist. Novell. 149.* sed Tiberium etiam istius, qui à Justiniano secundus imperavit, in *Novell. 161. cap. 2.* dum sic ait: *Ex eo nobis in mentem venit, quod pluris à nobis sit subditorum opulentia, & medela, quam reditus, qui exinde inferuntur imperio. Contrabimus enim unâ cum largitionibus præsum, in arctum ipsa etiam suffragia quæ Imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecunia*

cunâ

cuniarum cumulum: quò magis hæc causâ & Respublica meliore successu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retrò temporibus à nonnullis excogitatis præstationibus liberata. Una enim hæc res potentia nostræ studio est, ut provincia & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neq. non ex præsidium justitiâ fructum capiant, & tributa publica sine querelâ inferantur. Neq. enim aliter conservare licet Rempublicam, nisi pientissimæ præstationes imporentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copia, ut resistatur hostibus, & per agros ac Urbes agantur excubie: perfruntur item reliqui ordines attributis sibi salariis, reparantur quodq. muri, & urbes, deniq. omnia alia proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt.

IV. Quod Tiberius ait, pluris apud se ætimari privatam civium opulentiam, quàm publicam fisci aut ararii, idem hoc de Constantio, Constantini Magni patre, refert Europius, *lib. 10.* quod fuerit ir egregius, & præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci comoda non admodum affectans,

ducensq. melius, publicas opes à privatis haberi, quàm intra unum claustrum reservari. Et laudatur Julio Capitolino M. Antoninus Philosophus Imperator, quod in causis compendii judicans fisco nunquam favit. Quod enim quidam egestatem civium dominantis securitatem esse existimant, id profectò principium est tale, ut contrarium verius videatur. Vid. Christoph. Forstner. *ad Tacit. annal. lib. 4.* Et imperium, & fiscus abundat utens subjectis locupletibus, inquit Justinianus Imperator, *Novell. 8. pr.* Utique enim nullæ opes aut certiores sunt, aut utiliores, quàm quæ sunt in subditorum custodia, hæ solæ stabiles firmæq. permanent, quibus Princeps, ubi necessitas exigit, utatur, ac fruatur cum voluntate ac studio subditorum.

V. Possunt verò præter ordinarias cujusque Respublicæ expensas, quibus tributa destinata fuisse dixi, aliæ extra ordinem sæpe necessariæ esse, quibus exolvendis post excussum Principis fiscum Th. Maul, *de homag. tit. 9. num. 37.* non alia suppetunt remedia, quàm ut collationes fiant, & Collecta indicantur. Ut ecce, si propter

imminentem aut minitantem hostem miles conscribendus, & arma paranda sint, si grande æ alienum emergat, si muniendum oppidum aut muri extruendi fuerint, & quæ passim occurrere solent alia. Quibus addere solent alii, si Principis filia elocanda fuerit, si Principi defuncto exequiæ faciendæ sint, &c. Jac. Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 181.* in quibus tamen collectas non aliter admittunt alii, quàm si longâ consuetudine ita alicubi receptum sit. Klock. *de contribut. cap. 8. num. 12. seq.* Winzler. *de collect. observat. 7. num. 11.* Th. Maul. *de homag. tit. 9. num. 28. seq.* Sic etiam propter Principis adventum, ut paratas facerent, hoc est, Regiæ aut Principis familiæ cibos exhiberent, Collectas jam olim indictas fuisse legimus. Vid. Hier. Bignon. ad Marculli form. *lib. 1. pag. 448.*

VI. In quibus omnibus tamen hæc imprimis observanda sunt, *Primo*, ut Collecta sumptibus & impensis in proportione respondeat, neq; ad plus dandum, quàm necessarium fuerit, collatores adigantur, aut si quid superfluum fuerit, ut id in commune ærarium ad futuros usus referatur. *Dein-*

de, ut cessante causâ ipsa quoque deinceps cesset Collecta. Et *Tertio*, ut non in alios usus impendantur opes conquisitæ, quàm in quos ab initio destinata fuerunt. Atque hinc expedit sapere, ut in Comitibus explicetur, quare & quorsum tanta impendia facere oportuerit, utq; exinde intelligat populus, per Collectas istiusmodi salutem suam quæri, atq; procurari. Optimè in hanc rem Mecænas ad Octavium Augustum Cæsarem, apud Dionem Cassium, *Histor. Rom. lib. 52. Neq; clam me est*, inquit, *nonnullos tributa insticui ægre laturos esse: verum hi ipsi, se neq; alio præterea damno afficiantur, & re ipsâ comperiant, hac ipsorum salutis causâ, utq; cæteris suis bonis ruit perfrui possint, exigî; præterea cum pleriq; ipsorum eam pecuniam, alii Magistratum gerentes, alii præfecti regionum, alii militantes accipiant, magnas etiam tibi gratias agent, quod exiguam reddituum suorum partem tibi conferentes, reliqua omnia sine damno percipere possint. Idq; eo magis fiet, si te continenter vivere, ac nihil prodigere videant. Quis enim cum videat, te in re familiari summâ parsimoniâ uti, in publicâ liberalissimum esse, non ultrò velit aliquid*

con-

*conferre, cum tuas divitias suam
securitatem & copiam esse judi-
cet, &c.*

imperantis debentur, *Rom. XIII.
vers. 6.*

VII. Non malè hinc statuit Lu-
dovicus Molina, *de justis. & jur.
disputat. 667. num. 7. seq.* Princi-
pem, qui gravius tributum acce-
pit, quàm causa efflagitat, in con-
scientiâ ad restitutionem ejus,
quod nimium est, subditis teneri,
nisi aliis rebus id impendat, qua-
rum causâ justè tributa imperare
posset. Vicissim tamen periculosa
est assertio Johannis Azorii, *In-
stit. moral. libr. 5. cap. 22. qvæst. 6.*
statuentis, subditum, certò scien-
tem, non impendi tributa in rem,
ob quam imposita ab initio fue-
runt, non teneri ea solvere in con-
scientiâ, nec peccare defraudan-
do, nec obligari ad restitutionem.
Etsi enim, quod inter privatos da-
tur, aut promittitur, ob certam
causam, eâ non existente, vel non
secutâ, non debeat; in publicis
tamen doctrinam hanc applicare
subditis vix licebit, præsertim cir-
ca negotium tale, quod ad respec-
tum Imperii & subjectionis per-
tinet. Nec enim per modum con-
ventionis semper decernuntur
tributa, sed ex imperio substan-
tiam capiunt, & ad indictionem

VIII. Cæterùm, quod dixi, tri-
buta in alios usûs impendi non de-
bere, quàm in quos ab initio de-
stinata fuerunt, & rursus, tributa
neque imponi, neque exigi debe-
re, nisi propter necessitatem aut
utilitatem publicam: & porro,
tributa, aut Collectas, justam ad
impendia & expensas habere de-
bere proportionem, non tam stri-
ctè accipiendum est, ut Principi
inde in sui sustentationem nihil
omniò decerpere liceat. Quin
imò, quod in Regis sustentatio-
nem datur, in communem utili-
tatem datum videtur, quia Regis
sustentatio utilitas est publica.
Franc. Toletus, *lib. 5. instruct. Sa-
cerd. cap. 72. num. 4.* Et statuen-
dum hinc est, Regi aut Principi
vel tributa exsolvenda, vel certos
reditus assignandos esse, solum
eum in finem, ut habeat, unde se-
cundùm rationem dignitatis suæ
vivat. Proptereâ enim, quod Prin-
ceps pro Republicâ laborat, eam
regendo, defendendo, & tranqvil-
litatem publicam conservando,
justum est, ut Respublica vicissim
eum dignè alat, & sustentet, cum
natura hoc dicat, dignum esse

Gggggg

ope.

operarium mercede sua, Leonhardus Lesius, *de just. & jur.* l. 2. c. 33. dub. 1. num. 5.

IX. Est ergo hæc non scripta, sed nata lex, ut qui sua nobis tempora impertiunt, quod illi faciunt, οἱς λαοὶ τ' ἑπιτετραφάμεθα καὶ πόσα μίμηται, nostra etiam percipiant tempora, h. e. de nostris fructibus & laboribus sustententur, & non solum ὑπαρχόντως, sed & ὑπερβαλλόντως procurentur. Ipso enim hoc suo ministerio DEI funguntur procuracione, & quicquid hujus intuitu in eos confertur, in DEUM ipsum refertur. *Ideo tributa præstatis*, ait Paulus, *Roman.* XIII. 6. *ministri enim DEI sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal.* Digna sunt, quæ hic adscribantur, verba Chrysoctomi, locum hunc Pauli enucleatè explicantia: *Quæ est causa*, inquit, *quòd tributa pendamus Regibus, annon, quòd nosfri providam curam gerunt? annon, quòd præsent nobis? mercedem procuracionis illius & cura retribuimus. Profectò ne quaquàm ab initio in banc rem consentire voluissimus, si non multum nobis commodi, ex hac illorum sedulâ curâ,*

& nostris rebus accrevisset. Omnino enim placuit hoc ab initio mortalibus, de communi omnium consensu nutriendos & sustentandos esse Principes, eò quòd res suas proprias insuper habentes, & in secundis ponentes, τῶν κοινῶν κηδομένη πραγμάτων, rerum communium curam agunt, καὶ eis ταῦτα τὴν ὀφειλὴν ἀναλίσκουσι, δι' ὧν καὶ σώζονται τὰ ἑμμέτρα. Et otium suum in id impendunt, ut res nostra salva sint. Et porro; ὡς εἶπεν, δότε, ἀλλ' ἀπέδοτε, non dixit Apostolus, date, sed redde dite. ἰδοὺ γὰρ χάρις ἐστὶν ἐν πτωχοῖς, ὁφειλή γὰρ τὸ πρῶτον πάντων μὴ πρῶτης αὐτῶν, ἀγῶμην ἔτι πρῶτησιν δικῶν, &c.

X. Quæritur autem, sicubi Princeps ultra redditus annuos, sibi destinatos, ampliores fecerit expensas, utrum refundere eas, aut debita contracta in se suscipere teneantur subditi? Interesse videtur, utrum voluptarii fuerint sumptus, & in excessu nimii, (aliquos enim tales, ut Principi facere liceat, ipsa humana jubet conditio,) an verò utiles, & necessarii. Posteriori casu teneri subditos, dubium non est. Recidit enim tum quæstio in eum casum, de quo antè dixi, quòd Principi subministrari à subditis debeant omnia

omnia ea, quæ ad victum & amicum, Principè dignum, tum & ad totum regimen, & imperium sustinendum pertinent. Quæ utique non ex necessariis tantum constant, sed etiam ex illis, quæ utiliter geruntur, & sine quibus Respublica beata esse non potest. Beatitudo autem civilis præcipuè requirit sufficientiam rerum, quæ sæpè sine magnis sumptibus comparari nequeunt.

XI. Priore casu ex rigore juris, & si Principis officium consideres, quod hactenus neglectum est, ad ejusmodi debita solvenda adstringi subditi minime possunt. Vid. prolixè Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 326. seq.* Et maxime odiosæ eo casu censentur Collectæ. Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 4. num. 56.* Quis enim inter subditos non indignabitur, sicubi viderit facultates suas, multo sudore & labore comparatas, luxui alieno inservire, & immodicâ atque foedisimâ sæpè profusione consumi. *Magna certè, (inquit Philippus Cominæus, comment. lib. 10.) est multorum Principum iniquitas, qui pecuniam pro suâ libidine suis imperant, & amplum alunt satelli-*

tium, ut miseram multitudinem in metu contineant, eamq; deinde peruntiam temerè & voluptariè profundunt, nullo cum Republica bona, & de quotidianis sumptibus nihil remittunt, & suos exhauriunt, & assentatorum stipati sunt durbâ. Sed est DEUS, qui flagitium nullum sinit impunitum, &c.

XII. Quia tamen difficile est nonnunquam, utiles & voluptuarios sumptus discernere, cum tantas tutela provinciarum, & regimen politicum exigat impensas, ut privati vix capiant, & iniquum insuper est, Principem ad rationes rigide reddendas constringere, in dubio, & ubi de Principis immoderato luxu aperte non constat, tutius facient subditi, sicubi debita ita contracta in se receperint. Sic enim in moralibus obtinet, ut in dubiis id eligatur, quod tutius est. Quia igitur sufficientes sumptus Principi præstare tenentur subditi, dum non constat manifestò, necessarios non fuisse, propter quos debita contracta dicuntur, potius est, ut ea exsolvant, & in se recipiant, quam ut obligationis suæ immemores Majestatem PRINCIPIS exteris omnibus temerè, & multâ

cum

cum injuriâ, atque impietate, pro-
stituant.

XIII. Quando autem certum
est, & manifestò constat, prodigè
& profusissimè vitam à Principe
actam fuisse, atque debita ab eo
contracta inerti luxui, ac prodigis
epulis inservisse, non tenentur
quidem subditi debita istiusmodi
in se recipere, aut exsolvere, Th.
Maul. de bom. tit. 6. Piè tamen &
laudabiliter fecerint, si & hoc ca-
su Principi facultatibus suis sub-
veniant, & debita talia agnoscant,
non minùs atque liberi, qui Pa-
tris prodigi Creditoribus satisfac-
ciunt, etsi ipsi obligati non sint,
& ne teneantur, ab hereditate pa-
ternâ ex beneficio Prætoris absti-
nere queant. Cæterùm, si æra-
rium totum exhaustum, & Prin-

ceps eò redactus sit, ut non ha-
beat, unde Rempublicam defen-
dat, & conservet, atque dignita-
tem & splendorem tueatur, etsi
ipse culpâ suâ per ludos, convivia,
profusas largitiones, bella incon-
sulta, causam inopiæ dederit, te-
nentur tùm subditi necessitati e-
jus subvenire, & nova tributa aut
Collectas conferre. Anton. Perez,
Cod. de annon. & trib. numer. 13.
Sed vicissim tamen tùm Princeps
obligatus est ad restituendum
hoc, quod culpâ suâ intulit, da-
mnum, si quando ad pingviorem
fortunam pervenerit. Paul. Lay-
mann. Theolog. mor. lib. 3. tract. 3.
part. 1. cap. 3. num. 8. Et ut perve-
niat, omnem movere lapidem,
omnibusq; viribus an-
niti debet.

CAPUT V.

De

Jure vectigalium in genere.

SUMMARIA.

*Vectigaliū vocabulum est πολύσημον. 1.**Ue & nomen publicani. 2.**Publicani apud Romanos bononati, apud Judæos inuisi. 3.**Inter portitores & publicanos usurum aliqua sit differentia? 4.**Vectigal quid? 5.*

L

VECTIGALIS vocabulum *πολύσημον* est. Aliquando enim latissimè sumitur pro omni proventu, qui ex fundo, aut occasione fundi, haberi potest. Quà ratione dicitur in *l. 59. in fin. ff. de usufr. cælarundinis vel pali compendium*, si in eo quoque fundi vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinere. Ubi Jacobus Russardus lapsum Accursii notat, quòd vocabulum hoc isthìc propriè acceperit, cum tamen agatur de vectigali fundi, quod in compendio cælarundinis vel pali consistit, fructuarioque debetur, non autem, quod ratione fundi debet. Atque hæc Russardi interpretatio explicatior redditur ex *l. 9. §. fin. ff. eod.* Quà ratione vectigal quemque redditum significat, etiam privatum, utente ita ipso Cicerone, *lib. 6. paradox.* Vid. Gasp. Caballin. *milleloq.* 174. Alvar. Valasc. *de Jur. Emphyt.*

quest. 31. Consuetudo tamen, verbi proprietatem publicis proventibus accommodam esse, maluit. Francisc. Connan. *libr. 7. comment. c. 12. n. 2.* sed tùm iterum variis rebus applicatur. Sic enim vectigales agri dicuntur isti, qui, dum publici sunt, à civitatibus, aut populo, sub lege annuæ pensionis præstandæ locantur, ut quamdiu ea præstetur, nec accipienti, nec illius successoribus, tam universalibus, quam singularibus eos auferre liceat, dicunturque; illi agri aliàs emphyteuticarii, uti patet ex rubric. *tit. ff. si ag. vect. i. e. emphyteut. per.* quanquam hic Triboniani manum hariolari velit Johann. Goëddæus, ad *l. 27. ff. de V. S. num. 19.* item ex *l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cogant. l. 23. Cod. de ad. min. tutor.* Pensio illa ex locatione municipibus aut civitati præstanda, vectigal, unde agri ipsi vecti-

H h h h h

gales.

gales, ex locatione verò privatorum, quibus scilicet contractum simile inire placuit, Canon appellatus est. Franzk. *ad tit. si ag. vectig.* Aliquando etiam vectigalia pro tributis & stipendiis accipiuntur, & ad hanc significationem trahunt Dd. textum, in *l. 7. ff. de publican. & Vectig.* Sæpè etiam alia vectigalium loco sunt, veluti vicesima hereditatum & manumissorum, centesima, ducentesima, quinquagesima rerum venalium, quadragesima litium, item redditus ex metallis, salinis, picariis, cretifodinis, cotoriis, &c. *l. 17. ff. de V. S. Cujacius, lib. 7. observ. 4.* Propriissimè autem vectigal dicitur id, quod in itinere præstari solet, *l. 21. pr. ff. de donat. int. V. & U.*

II. Pari modo publicani dicti sunt non illi tantum, qui vectigalia, propriissimè ita appellata, conducta habent, sed in genere omnes, qui publico fruuntur, (publica autem sunt civitatum velut bona, *l. 17. ff. de V. S.*) nam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur, & omnes, qui quid à fisco conducunt, rectè appellantur publicani, *l. 2. §. 1. ff. de publican.* In quâ significatione, etiam illi, qui salinas, cotorias, picarias, cretifodinas, metalla conducta habent, publicani dici pos-

sunt, quia inter publica vectigalia, à quibus publicani appellantur, *l. 16. ff. de V. S.* referuntur etiam vectigalia venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & picariarum, *l. 17. ff. eod.* sed magis est, ut publicanorum loco sint, *l. 13. pr. ff. de publican. & Vectig.* hoc est, ut improprie tales dicantur. Qui enim loco alii cuius est, ipse talis non est. Et videtur igitur, hoc vocabulum esse ex iis, quæ dicuntur à *ἰσὺς πῶς*: ἔρ. Sæpè etiam vectigalia absolute publica dicta fuerunt, Marcell. Donat. *ad Tacit. annal. lib. 13.* ut vel hinc publicani nomen natum esse, haud frustra censeatur.

III. Apud Romanos olim Principes equestris ordinis publicani fuerunt: Alexand. ab Alexandro, *l. 2. gen. dier. cap. 29.* Flos equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipubl. publicanorum ordine continetur, inquit Cicero, *in orat. pro Plancio*, qui & passim in epistolis ordinem publicanorum commendat. Judæis tamen, qui vectigalibus præerant, admodum invisæ erant, uti patet ex historiâ Evangelicâ, *Marc. II. 26. & Luc. V. 20. 30.* adeò ut etiam proverbium inde inter Rabbinos natum fuerit: *Ne contingat tibi Uxor è familiâ, in quâ sit aliquis publicanus, quia omnes sunt publicani, i. e. latrones, scelerati,* pec-

peccatores. Sic enim conjunguntur, & æquiparantur, & ferè pro Synonymis habentur publicani, & peccatores, *Matth. IX. 11. c. XI. 19. c. XXI. v. 32. Marc. II. 15. 16.* interdum etiam pari cum gentilibus conditione habebantur, *Matth. XVIII. 17.* non quòd ex Judæis nemo publicanus esse posset, quod olim putavit Tertullianus, *lib. de pudicit. pag. m. 724. edit. Rigalt.* falso Codicis Græci textu deceptus, uti observat Isaacus Casaubonus, *exercitat. 13. num. 36.* sed quòd non minùs exosi essent ob improbitatem, quàm ipsi Ethnici, sive jam reverà Ethnici essent publicani, quod nomen sufficiebat ad odium comparandum, sive Judæi, qui ideò invisì erant, quia cum Gentilibus in terrà Israëliticà, veluti Quæstoribus, Præsìdibus, Legatisq; Romanis contractum inibant, illisq; operam suam locabant, & eorum ad eò exactiones non probabant tantùm, sed etiam promovebant; Judæi autem consortia, & conversationem cum gentilibus prorsùs vitabant. Vid. *Quistorp. ad Matth. cap. 18.* Accedebat immensa plerorumqve exactorum nequitia, quòd plus æquo per vim aut dolum extorquerent nomine vectigalium, quòd q; ad eò avaritiæ dediti esse solerent. Conf. *Selden. de jur. nat. & gent. lib. 2. c. 5. & de Synedr. lib. 1. cap. 9.*

IV. Meminit etiam Cicero, *lib. 1. de offic. portitorum*, quod eorum perindè, ut fœneratorum quæstus in odia hominum incurrant. Et hos portitores accuratè distingvit Claudius Salmasius, *de fœn. trapezitis. pag. 243.* à publicanis propriè ita dictis, quànquàm utriq; publicanorum nomine communiter veniant. Non hos, sed illos intelligendos esse, ait, quando publicani in Evangelio peccatoribus atq; Ethnicis æquiparantur. Publicanos Romanos, Græcis δημοσιώνας, honestioris fuisse ordinis, nec ita invisos: redemisse eos tributa, & vectigalia populi in provinciis, nihil verò ipsos exegisse, sed rursùs eadem vectigalia & portoria aliis locasse, qui ea exigerent, atqve hos secundos conductores portitores Ciceroni dictos fuisse. Illos præter id, quod lege eis esset constitutum, nihil omninò exegisse: hos verò, ut rem suam facerent, & facultates suas augerent, præter illam summam, quam publicanis reddere obligati fuerant, infinita corrasisse præter æquum & justum, & per concussionem sæpè plus, quàm licitum esset, extorsisse. Differentiam deniqve inter publicanos, & portitores, tantam intercedere ait, quanta constitui solet inter magnarios mercatores, & viles subcociones, vel *ὑποκαπιλάς.*

H h h h h 2

Secundum hanc Salmasii sententiam omne odium, quod in publicanos conceptum legitur, ad portitores referendum est, quorum nequitia in eo versabatur, quod plus æquo per vim aut dolum extorquerent à viatoribus nomine vectigalium, publicanis autem suis locatoribus præter id, quod constitutum ab initio fuit, nihil redderent amplius. Non infubida hæc videtur Salmasii distinctio, sed utrum Veterum, & ipsius Ciceronis usui satis conformis sit, valde ambigo, præsertim si attentè legantur ea, quæ orat. 7. in Verr. & lib. 1. ad Quintum fratrem epist. 1. commemorat, ubi promiscuè & publicanis & portitoribus eadem tribuit vitia. Nec profectò portitores à publicanis distingvere voluit Asconius Pedianus, in *divinat.* Cic. sed utrosque sub eadem nomenclaturâ comprehendit, quando ait: *Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines: qui questus sui causa si decumas redimunt, decumani appellantur, si portum aut pascua publica, portitores aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda à sociis suo periculo exigunt, & reipubl. representant providentes etiam in illa redemptione commodis suis, &c.* Ego hanc vocabulorum curam aliis relinquo, & ad

vectigalium considerationem redeo.

V. Definatur vectigal, quod sit munus reale pro mercium vecturâ, aut transitu Principi in auctoramentum præstitæ securitatis & refectionis viarum publicarum debitum. Munus hic accipitur pro onere, l. 18. & l. 214. ff. de V. S. Reale dicitur, quia nullum laborem, sollicitudinem animi, aut vigilantiam, sed solum sumtus requirit, l. 1. §. 3. l. 18. §. 18. ff. de mun. & bon. nec proinde reale esse desinit, etsi à personâ pro solo transitu solvatur, quia scilicet nec tum quidem sollicitam animi provisionem & corporalis laboris intentionem exigit. Vid. quæ dixi supra de jure collectandi num. 9. Et si negari nequeat, vectigal rebus magis competere, quæ invehuntur aut evehuntur, à vecturâ sive à vehendo deductum, *καὶ ὑστέρων* tamen etiam id, quod à personis transeuntibus exigitur, denotat. Atque hinc significanter diximus, vectigal pro mercium vecturâ aut transitu vendendum esse, ut includeremus id, quod à personâ pro solo transitu exigitur, pedagogium aliàs dictum, Italis pedaggio, quod exigitur pro transitu pedestri. Voss. de vit. ferm.

l. 3. c. 35. p. 539.

CAP.

CAPUT VI.

Quibus jus vectigalia exigendi competat.

SUMMARIA.

- Jus exigendi vectigal est Regale, & Principi competit. 1.*
- Civitatibus quâ ratione id jus concedatur? 2.*
- Utrum Concilium vectigal institueret possit? 3.*
- Utrum præscriptione acquiri possit jus vectigalium? 4.*
- Quod tamen privatus ita acquirat, non habet, ut Regale. 5.*
- Ejus rei exemplum, 6.*
- Præscribi potest jus, non constituendi, sed exigendi vectigal. 7.*
- Etiam præscriptum hoc jus principum suum habere videtur ex voluntate Principis. 8.*
- Vectigal novum instituentes penâ ambitus tenentur. 9.*
- Alias tenentur lege Juliâ Majestatis. 10.*
- Item de vi publicâ. 11.*
- Jure Canonico excommunicatione puniuntur. 12.*
- Pena apud veteres Germanos. 13.*

L

Diximus Principi vectigal debere, ut innueremus, ejus solius esse, & imponere vectigalia, & exigere. Vectigalia enim sine Imperatorum præcepto, neque præsidi, neque Curatori, neque curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel deminueret licet, ait Hermogenianus, l. 10. ff. de *publican. & vectig.* aded ut nec decreto quidem civitatum institui possint nova vectigalia, l. 2. C. *vectig. nov. instit. non poss.* quia scilicet hæc summi Imperii & Majestatis quædam pars est. Anton. Pérez. *ibid.* atque

hinc optimo jure inter Regalia refertur 2. F. 58. Cujus quidem rei ratio posset dari ista, quia vectigalia nervi Reip. esse dicuntur Ciceroni, *orat. pro L. Manilla*, nisi vectigalium nomine illic non portoria, sed Scripturam & decumas intellexisset. Cujacius, *lib. 6. Observ. 19.* quæquam in portoriis etiam robur aliquod Reip. consistat. Potissimum tamen ratio, cur inter Regalia referatur jus indicendi vectigalia, duplex hæc esse videtur, primo, quia ipsæ viæ publicæ, propter quas vectigalia imponuntur, regalibus annumerantur,

qvatenus scil. publicam tuitionem & munitionem exigunt *d. l. 2. F. 56.* & ibi Fr. Hottomannus; deinde, qvia interest Reip., cujus curam sustinet Princeps, ne temerè & promiscuè à quovis Magistratu aut municipio telonia instituantur, & sic viatores plus æquo graventur, quod fieret sine dubio, nisi ipsorum etiam vectigalium cura Principi reservata esset.

II. Sed quid est, quod à civitatibus etiam vectigalia exacta legimus, *l. 10. C. de vectig. l. 3. C. de compensat.* Nimirum rectè hinc statuitur, fisci alia esse vectigalia, alia civitatum, & in conductoribus etiam eorundem aliqua reperitur, quoad immunitates, differentia. Qui vectigalia conduxit à civitatibus, non excusatur à curà, ait Modestinus, *l. 15. §. 10. ff. de excusat.* Qui vero fisci vectigalium sunt redemptores, si presentes negotium exercent, à muneribus civilibus ac tutelis excusantur, *l. 8. §. 1. ff. de vacat. mun. Jul. Pac. Error. Cent. 5. n. 83. Cujac. ad l. 15. ff. de excusat.* Non tamen existimandum hinc est, licere civitatibus pro lubitu, & ex proprià autoritate, vectigalia instituire, quin potius statuendum est, omnem eam, quæ civitatibus in his rebus competit, potestatem ex Principis dependere arbitrio, imò totam à Principe esse.

Ad quid enim in *d. l. 10. C. de vectig.* Principum opus esset confirmatione, si civitates ex se talem potestatem haberent? Et ostendit constitutio in *l. 1. C. vectig. nov. insit. non poss.* non temerè id jus civitati concedi, sed prævià quâdam causâ cognitione; & requiritur tum primò, ut adeò tenuis sit ejus conditio, ut extraordinario auxilio juvari oporteat, sive ut in *l. 10. C. de Vectig.* dicitur, ut angustiis suarum solatia ex vectigalibus quærere opus habeat; deinde, ut fides ea de re fiat præfidi provinciæ; tertio, ut præses diligenter rem examinet, & numquid ex utilitate communi sit, accuratè perpendat: quarto, ut, quid compertum sibi sit, quidque sibi videatur, quatenus concedi vectigalium exactio debeat, Imperatori significet. Et tum demum in arbitrio Imperatoris nihilominus est, utrum concedere id beneficium velit.

III. Jure etiam Canonico non alia admittuntur vectigalia, quàm quæ Imperatorum vel Regum, & Principum autoritate nituntur, *c. 10. X. de cens. c. 26. X. de V. 5.* Quod verò istic addita leguntur etiam illa, quæ Lateranensis Concilii largitione concessa, vel ex antiquâ consuetudine à tempore, cujus non extat memoria, introducta sunt, explanationem aliquam meretur. Nullum Conci

Concilium ex ſe talem poteſtatem habet, ut veſtigalia inſtituere queat. Imò nec in aliis rebus quicquam tale decernere aut præſcribere poteſt, cui parendum ſit, niſi acceſſerit auctoritas Principis. Vid. quæ diximus *ſuprà*. Ergo neq; à Concilio Lateranenſi, quod ſub Alexandro III. habitum fuit, conſtitui tale quid potuit, ſine conſenſu Imperatoris. Vidit hoc Ant. Dadinus Alteſerra, *ad Innocentii III. Decretales*, & proinde *ad d. c. 62.* hoc modo commentatur: *Quod ſcriptum eſt hic, inter licita veſtigalia numerari, quæ concilio Lateranenſi inſtituta ſunt, non eò perſinet, ut dicamus ex Concilio Lateranenſi, vel auctoritate Apoſtolica inferioribus veſtigalia hujusmodi, quæ ſunt regalia, jura concedi potuiſſe, vel poſſe; ſed eò, ut rata ſint veſtigalia, quæ imponuntur Eccleſiis neceſſitatis publica levanda cauſa, ubi plebis facultates exauſta ſunt, modo id fiat de conſenſu Episcoporum, &c.* Utrum conſenſus Episcoporum neceſſarius ſit, ſicubi ab Eccleſiis Veſtigalia exigenda fuerint, non eſt equidem hujus loci diſquirere. Hoc interim notetur, conſententem nos habere Alteſerram, à Conciliis ſine conſenſu Principis veſtigalia conſtitui non poſſe.

IV. *Quod attinet conſuetudi-*

nem, cujus initium non extat memoria, primum obiter noto, Pontificem his verbis ſine dubio præſcriptionem immemoriam denotaſſe. Alias namque non exigua inter conſuetudinem & præſcriptionem eſt differentia. In præſcriptione enim, quæ ob negligentiam dominorum introducta eſt, acquiritur Jus contra invitum. Unde neceſſario certum tempus definiendum fuit, intra quod dominus poſſit diligentiam rei ſuæ conſervandæ adhibere, & niſi faciat, illam privari; in conſuetudine verò contra invitum nihil acquiritur, ſed illa in tacito conſenſu fundatur, ideò & definitione certi temporis non opus fuit, ſed ſolum continuatione actuum, nunc longiori, nunc breviori, ex qua pro ratione negotiorum populi conſenſus elici poſſit. Franzk. *ad tit. de Leg. num. 121.* Aliam adhuc differentiam dedi *ſuprà de jur. collect.* Deinde communis eſt Dd. ſententia, ea, quæ Principi non debentur in ſignum ſupremæ poteſtatis & ſubjectionis recognitionem, ſed ita competunt, ut alius ea præter Principem expedire queat, ab inferiore per præſcriptionem immemoriam acquiri poſſe. Vid. quos longo ordine recenſet Thomas Maul. *de jur. int. dom. & ſubd. tit. 10. num. 15.* Auguſtin. Barboſa, *ad c. 26. X. de V. S.*

Et ratio est, quia possunt hæ res communicari à Principe cum subditis, tale autem tempus est loco constituti. H. Zœf. *ad tit. de usucap. n. 22.* nec necesse tum est, vel titulum allegare, quia cursus temporis immemorialis habet vim privilegii & concessionis Principis. Aymo Cravetta, *de antiq. temp. part. 1. cap. 3. num. 49.* C. Anton. Thesaur. *qvæst. for. 8. num. 11.* Vel bonam fidem probare, quia ista præsumitur. Joh. Garf. *de expens. cap. 9. num. 22.* vel scientiam & patientiam Principis allegare, Fr. Balb. *de Præscript. 2. IV. q. 1. num. 14.* etsi in contrariam sententiam inclinet Didacus Covarruvias, in *c. possessor. de R. J. in. 6. part. 2. §. 2. num. 12.* Conf. Camill. Borell. *consil. 32. num. 58. seq.* Franc. de Amaya, *ad l. 3. C. de annon & tribut. num. 15. seq.*

V. Id verò diligenter notandum est, omne id, quod ex his rebus subditis vel concessione, vel præscriptione acquisitum est, non habere formam Regalium, neque deinceps ut regale aliquod considerari posse. Quamprimùm id Majestatis deserit viscera, non alia ejus est conditio, quam aliorum jurium, quæ privatis & subditis competere possunt. Et semper etiam tum excepta intelligitur superioritas Principis. Quæ superioritas inter alia *Prærogative* con-

tinet, ut jure hoc suo debito modo utatur subditus, adeò ut putem, privari eum tali jure posse, sicubi nimis abusibus, violentis exactionibus, & excoiationibus id contaminaverit. Possè verò separari emolumenta regalium ab ipsis regalibus, atque jus aliquod percipiendi illa transferri in subditos, ut tamen hæc simul non conferantur, exemplo ususfructus declarari potest. Difert ususfructus à commoditate fructuum. Joh. Aloys. Riccius, *decis. 118.* Et hinc cedi non potest usus fructus §. 3. *Inst. de usufr. commoditas tamen fructuum vendi & locari potest, l. 12. §. 2. l. 38. ff. de usufr.* Percessionem enim ipsum jus ususfructus, per venditionem autem jus tantum percipiendi transfertur. Franzk. *exercitat. 5. q. 5.* Itaque non valet cessio, valet tamen concessio. Carpz. *p. 1. Const. 32. def. 21. & p. 2. Const. 25. def. 16.* Et transfertur tum non personale jus ususfructus, sed reale. Arn. Vinn. *ad §. 1. Inst. de usu & hab.* Quod consistit in commoditate fructuum. Conf. Joh. del. Castillo, *de usufr. cap. 69.* Ad eundem modum commoditas & jus percipiendi emolumenta exvectigalibus concedi à Principe subditis potest, ut tamen ipsi non acquirant simul regale, neq; per modum regalis vectigalibus utantur.

VI. Memini, cum anno cło Ioc LXXI. ex commissione Electorali Ecclesias harum terrarum visitare-mus, relatum nobis fuisse, in pago quodam incolas ejus loci à viatoribus pro transitu pecuniolam certam exigere, ut Ecclesiam suam inde reparare & reficere possent, nec tamen ibi telonium à Principe constitutum haberi. Res ea nobis ab initio suspecta admodum visa fuit; sed cum penitiùs inquireremus, deprehensum est, viam prætoriam, si-ve regiam, per pagum istum non ducere, sed juxta pagum ad latus ejus protendi, cumque ea lutulenta plerumque, & minus munita atque difficilis admodum esset, declinare ab eà aurigas, & hanc vicinalem per ipsum pagum inire solere, atque pro usu hujus viæ levidense id vectigal exsolvere. Allegabatur factò isti excusando, Rusticos cogi non posse, ut liberum istum aurigis transitum, permittant, non magis, quam pri-vatus aliquis, ut sine servitute legiti-mè constitutà viam per fundum suum alteri alicui concedat: neque gravatè pecuniolam istam à vecto-ribus exsolvi, sed offerri sæpenumero, & ut sibi transire liceat, enixè fla-gitari: neque vectigal istud sine præ-scitu & consensu Magistratùs sui ha-ctenus exactum fuisse: & quicquid denique annuatim collectum fue-

rit, id in rationes Ecclesiasticas re-ferri, & usibus publicis reservari. Non improbari prorsus poterat hoc Rusticorum institutum, & propter eà in hoc suo exercitio relinque-bantur, donec superioribus aliter visum fuisset, ut tamen interim ne, vectigal istud auferent aut extende-rent. Et quis verò jam dicere vel-let Rusticos istos in regale Principis involasse, sibiq; Majestatis partem tribuisse? ut adeò evidentè con-stitet, emolumenta, quæ ex regali per-cipiuntur, ab ipso regali planè diver-sa esse, neque ex regali semper or-tum habere.

VII. Addo & hoc de præscriptio-ne, eam de constituto vectigali ac-cipiendam esse, non de constituen-do, nec adeò jus constituendi vecti-gal, sed jus exigendi & percipiendi istud præscriptum dici. Tantum enim tempus, quale est immemo-riale habet vim constituti, *l. 3. §. 4. ff. de aq. quot. & stir. l. ult. ff. de aq. plur. arc.* Bachov. *ad Treutler, vol. 2. disp. 18. tb. 9. tit. C.* Possessio scil. est causa proxima præscriptio-nis, *l. 25. ff. de usucap. & sine ea nec usucapio nec præscriptio procedit. Quod igitur possessum non est, nec præscriptum intelligitur, quia ex vulgatà regulà tantum præscri-ptum, quantum possessum est: c. cum olim 18. in X. de præscript. l. 1.*

S. 5. ff. *de itin. act. uq. priv.* Unde si quis allegat præscriptionem super jure colligendi vectigal de rebus præerectis vel præternavigatis, casu, quo tale vectigal hæcenus de certis tantum rebus perceptum est, intelligitur in illis solum acquisitum esse jus, de quibus apparet usus, non autem in cæteris. Matth. Coler. *indc. auditis X. de prescript. num. 10.* Et sic neque augeri quidem poterit vectigal præscriptum ultra id, quod hæcenus præstitum est, cum & augmenti hujus ratione novum censetur esse vectigal. Regner. Sixtin. *de reg. l. 2. v. 6. num. 24.* Henr. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 44. n. 8.* certissimò argumento, jus vectigalis, ut est regale, non acquiri per præscriptionem posse.

VIII. Ex dictis patet, omne jus, quod in re tali competere subdito potest, principium suum habere ex voluntate Principis, atque hanc vel expressè vel tacitè intervenire. De concessione, quæ verbis expressis fit, dubium non est. Idem verò etiam patet de præscriptione. Sic enim jam diu jus præscriptionis explicarunt Doctores, quòd id non procedat sine omni consensu Domini, rem suam per tempus ad eò longum negligentis. Pauli nostri sententia est, alienationis verbò etiam usucapionem contineri: *Vix*

enim esse, ait, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi, l. 28. ff. *de V. S.* Et sic qui rem suam usucapi patitur, eo ipso dici invitus nequit, sed tacitè usucapioni consentire intelligitur. *Wissenb. disp. 20. num. 1.* Hugo de Roy, *de eo quod justum est, lib. 3. tit. 4. num. 3.* Per consequens quantumcunque id jus fuerit, quod subditis competit, non ex alio tamèn fonte profluit, quam ex consensu Principis tacito vel expresso.

IX. Cæterum vectigal novum instituentes pænà ambitus teneri, dixit Modestinus in l. un. ff. *de L. Jul. ambit.* & quidem ex Scto, quòd ad interpretationem ejus legis factum est. Qui verò delictum hoc ad ambitum referri poterit? Ambitus dicitur, si quis illicito modo, ut datà pecunià, honores ambit. Quos verò honores ambire dicamus illum, qui novum instituit vectigal? Tiberius Decianus, in *tr. crim. lib. 8. c. 23. num. 5.* idèò ad ambitum pertinere putat, quòd qui nova vectigalia comminiscitur, fiscum locuplecare, atque sic auram Principis captare intendat, ut scil. Principi placeat, & ab eo extorqueat dignitates. Hos tales pœnam ambitus incidere, & ab administratione Reip. repellendos esse putat Decianus, c. 22. *numer. 17. in marg.* Non malè. Atque id ab omnibus illis, qui hodiè

in aulis Principum, ut eis placeant, novarum exactionum & collectarum autores existunt, notatum velim, in poenam ambitus eos incidere, istamque poenam esse multam, centum aureorum cum infamia, *l. un. ff. eod. ex lege Arcadii & Honorii de portationem, l. un. C. eod.*

X. Quod si verò quis non ideo nova instituat uestigalia, ut Principi placeat, & ad altiores evehatur dignitates, & ut Principis fiscus inditescat, sed ut sibi lucrum inde acquirat, dubium non est, Majestatis crimen istum incurrere. Tenetur enim lege Juliâ Majestatis etiam ille, qui privatus pro potestate Magistratum quid sciens dolo malo gesserit, *l. 3. ff. ad L. Jul. maj. Anton. Matth. de crimin. tit. de las. majest. c. 2. num. 17.* Refertur hoc genus criminis potest ad tertiam speciem, Majestatis læsæ, quam Jacobus Gothofredus, *in comm. ad l. quisquis C. ad L. Jul. maj. cap. 7.* vocat autoritatis seu potestatis publicæ turbatæ, quando videlicet quis non hostili animo in Remp. aut Principem, verum audaci tantum facto aliquo Majestatis stricturam aliquam sibi indebitè usurpat, quod in monetæ reis cernitur, *l. 2. C. de falsa monet. & in privati carceris usurpatione, l. 1. C. de priv. carc.* id genus aliis. Cumque sine Principis concessione, aut

jussu uestigalia institui non debeant, per ea, quæ supra diximus, non potest non violatæ autoritatis publicæ reus esse, qui tale quid usurpaverit.

XI. Etiam Lege Juliâ de vi publicâ teneri illos, qui nova uestigalia exercent, ait Paulus, *in l. ult. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Distinctionem hic facit Regnerus Sixtinus, *de regal. lib. 2. c. 6. n. 149.* inter eos, qui exercent, & qui instituunt novum uestigal; hos poenâ ambitus, illos poenâ legis Juliæ de vi publicâ teneri putat, secutus Glossam, *in l. un. ff. de L. Jul. ambit.* quâ dicitur, institui posse ab aliquo uestigalia, ut tamen ea non exercent. Mihi discrimen istud circa poenam infligendam tanti momenti non videtur, ut attendi debeat. Ut maximè enim differentiam admittam, quam supra ex Salmasii sententiâ adduximus, inter publicanum & portitorem, videtur tamen etiam publicanus, si novum instituit uestigal, poenæ reus esse. Nec instituens propter solam institutionem tam atrocem poenam meruisse videtur, nisi institutio cum exercitio conjuncta, & uestigal institutum exactum fuerit, sive jam instituens ipse, sive per alium exegerit. Quando verò exactor aut portitor sine jussu publicani plus exegerit, quam debuit, proprium ejus hoc

delictum est. Et tùm quidem, si civiliter agatur, ipse etiam publicanus conveniri potest, *l. 1. pr. & §. 5. ff. de publican.* quia scilicet publicani debent bonos servos ad hoc ministerium eligere, *l. 3. pr. eod.* Sed si criminaliter ad pœnam agatur, dominus nullo modo tenetur, etiam si portitor in officio deliquerit. Vid. Joh. Vincent. Hondede. *vol. 2. consult. 96. n. 17. seqq.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 86. n. 2.* nisi sciens mali hominis operâ in exigendo usus fuerit, aut si, cum posset prohibere, non prohibuerit, aut aliàs cooperatus fuerit. Ant. Matthæ. *de crim. sis. de pœn. c. 4. num. 17.*

XII. Jure Canonico communione Christianâ carere jubetur, quisquis novas pedagiorum exactiones statuerit, *c. 10. X. de conf.* Nec enim præter excommunicationem aliam pœnam graviolem Ecclesia, quâ talis, habet, cum nec incarcerare quidem possit, & omnis ejus potestas ex institutione primævâ tantum spiritualis sit, & si quid porro faciat, id faciat ex concessione Principum, uti ingenuè fatentur Johannes Gerson, *in tr. de potest. Eccles. consid. 4.* Jacobus Almainus, *lib. de domin. nat. civ. & Eccles. in probat. 2. conclus.* Joh. Parisiens. *de potest. reg. & pap. cap. 14.* Per privationem communionis Christianæ autem hic intelli-

go excommunicationem minorem, quæ excludit ab usu Sacramentorum. Communio enim Christiana consistit in unione Ecclesiæ, tanquam corporis cum Christo capite, & membrorum ejus inter se. Et propterea etiam Eucharistia, vocatur communio, quia nos realiter unit corpori Christi, ita ut cum eo, & in eo omnes unum simus, quasi dicatur communis unio convivarum hujus cœnæ. Atq; idcirco avulsus veluti est, & abscissus ab hoc corpore, qui non communicat cum Christo, aut cum reliquis membris. Conf. Carol. Anton. *Thesaur. de pœn. Eccles. part. 2. verb. vectigalia cap. 1.*

XIII. Inter Germanos acerba, prodita est constitutio in eos, qui nova instituunt vectigalia, per recessum Imperii, sub Rudolpho, anno 1287. concinnatum, quem integrum refert Christophorus Lehmannus, *in Chron. Spir. lib. 5. c. 108.* Nos ea, quæ ad institutum nostrum pertinent, inde huc transferemus: So gebietzen wir / daß niemant keinen nürwen Zoll noch Selette mache / noch nehmen soll / weder uff Land / noch uff Wasser / und daß alle die Zoll / die mit Unrecht gehohet sind / anders dem sie von alters geset sind / daß dieselbe Hohunge ab si / und der Zoll belibe / als er zu recht soll. Swer darwieder thut / der hat den Landfrieden gebrochen / und

und umb den Bruch ſo iſt er in der Ach-
te / und in des Papſtes Banne / den
man jergelich kündet an des Anclaffes
Tage / und in des Legaten Bann / den
er über unrechte Zolle zu Würzburg
in dem Concilio gekündet hat. (Le-
gato ille fuit Episcopus Tuſculanus,
& Concilium eodem hoc anno 1287.
celebratum. Vid. Franc. Long. à Co-
riolano, in *ſumm. Concil. pag. 555*)

Nieman ſoll deheimen Zoll nehmen/
wan ze rechte / und da man ihn zu rech-
te nehmen ſoll. Ewer das brichet / den
ſoll man haben für ein Straßröber/
&c. Verba hæc penetrantia, & in
vindictam conqviſita ſunt, ut faci-
le hinc intelligatur, quàm ſeveri
jam olim in veſtigalium adultera-
tores & exactores fuerint Germani.
Sed de his dixiſſe aliquando ſufficiat.

CAPUT VII.

De

Fine & juſtitiâ Veſtigalium.

SUMMARIA.

- Species veſtigalium pene ſunt inſinita. 1.*
- Sunt vel terreſtria, vel fluviatica, vel maritima. 2.*
- Res communes, & publica, ut diſtingvantur? 3.*
- Res communes dicuntur ambignè. 4. 5.*
- Litora utrum ſint communia? 4. 7. 8.*
- Mare occupari poteſt jure domini. 9. 10.*
- Proprietas ut illicè primo homini data. 9.*
- Proportio maris ad terram. 10.*
- Litora ſunt termini maris. 11.*
- Termini alii ex cali circulis capi poſſunt. 12.*
- Ex his principiis deductur juſtitiâ veſtigalium. 13.*
- Propter veſtigalia Princeps tenetur præſtare ſecuritatem & commoditatem navigatio-
nis. 14.*
- Idem obtinet in fluminibus. 15.*
- Multitudo veſtigalium fluviaticorum. 16.*
- Caveat quisq; ne veſtigalium inſtitutione damnum inferat vicinis. 17.*
- Juſtitiâ veſtigalium terreſtrium. 18.*
- Pedagia num juſtè exigantur. 19.*
- Juſtitiâ veſtigalium deductio ulterior. 20.*
- Solvenda ſunt veſtigalia, eſſi non exigantur. 21.*

I.

Quæ in definitione porrò sequuntur verba, in auctoramentum scilicet præstitæ securitatis, & refectionis viarum publicarum vectigalia deberi & exsolvi, finem continent, & simul justitiam vectigalium expriment. Ut verò philosophari de illâ exactius queamus, ipsa prius in suis speciebus contemplabimur vectigalia, & quatenus ad similia capita redigi & referri possint, breviter, & primis quasi apicibus, explicabimus. In antiquis schematis tant numerosa earum fit mentio, ut quanta tùm viatoribus imposita fuerint onera, colligere inde quivis possit; Pleraque tamen ea, qualia fuerint, difficilem ex nominibus, ex barbarissimo tùm receptis, nunc prorsus obsoletis, admittunt interpretationem. In privilegio Dagoberti, quod super mercatu S. Dionysii promulgavit, hæc leguntur verba; *Theloneos, vel navigios, portaticos, pontaticos, ripaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, cospitaticos, pulveraticos, foraticos, mestaticos, laudaticos, saumaticos, saltuaticos omnes, & ex omnibus, quicquid ad partem nostram vel fisco publico de ipso mercatu ex ipsa mercimonia exactari potuerat, &c.* Pari modo inter immunitates, quas Carolus

Magnus Cœnobio S. Germani concessit, istæ apud Aimoinum, *lib. 5. cap. 1.* referuntur: *nullus theloneus exigatur; nec de navali, vel de capiti, nec de saumi, seu de trana, exactione vel rotaticum, vel pontaticum, nec pulveraticum, nec salutaticum, nec cospitaticum, &c.* & in aliâ donatione novâ apud eundem Aimoinum, *ibid. nec theloneum, aut rotaticum seu vultaticum, cospitaticum, ripaticum, vel salutaticum cuiquam accipere liceat, &c.* Talia etiam recensentur in antiquis formulis, quas cum Marculfi formæ edidit Hieron. Bignonius, *sub n. 45.* Nos, ut in illis explicandis otio nostro abutamur, non arbitramur opera prædium. Videantur de illis rerum antiquarum indagatores.

II. Nobis sufficiat, sub his tribus generibus omnes vectigalium species comprehendere, ut statuamus, vel terrestria ea esse, vel fluviatica, vel maritima. Quia enim ex itinere, transvectione, & appulsu personarum aut rerum capi vectigalia solent, ex ipsis itinerum & vesturarum generibus vectigalium generum commodissimè statuuntur. Cùmque non aliter confici iter queat, quam vel terrâ, vel flumine, vel mari, ex his locorum differentiis ipsa etiam vecti

vectigalia inter se aliquam sortiuntur differentiam, sed extrinsecam eam prorsus, & ideo potissimum attendendam, quia ex communi & publicâ ratione maris & fluminis JurisConsultis decantatâ, multa in hanc rem sæpè disputantur, quæ majorem curam, & attentionem exigunt, ut de justitiâ vectigalium omnis generis constet, quàm ut uno communi argumento probari illa queat.

III. Distingvit ipse Imperator inter res communes, & publicas, *pr. Inst. de R. D.* Ultrarumque naturam per exempla exponit, §. 1.2. *seq. eod.* In quibus tamen, si penitiùs considerentur, tanta occurrit diversitas, ut referri ad unum genus eodem modo vix queant. Et hinc putat Baro, confusim quandoque & ambigüe verbis, *commune & publicum*, usum fuisse Justinianum. Cujus rei non alia occurrit ratio, quàm quòd communia & publica uno eodemque sensu & modo communia & publica non sint, & quòd unum idemque diverso respectu possit esse commune & publicum, uti optime observat Bachovius, in *Trentler. volum. 2. disput. 20. tb. 1. lit. E. F.* qui tamen & ipse ibidem, dum explicare res diversas intendit, sæpè implicat, & Lectorem dubium relinquit. Ecce

enim, communia & publica inter alia sic distingvit, dum communia esse ait, quæ ita produxit ipsa natura in usum hominum, ut citra eum vivere non possint, & ut ea utendo propria sibi faciant, veluti aqua & aër; publica autem, ex quibus nihil, nisi unum habemus, nec quicquam inde nostrum facimus. At verò etiam in publicis quandoque aliquid facimus nostrum, ut pisces, piscando in flumine; & in communibus aliquid sæpè non facimus nostrum, ut quando navigamus in mari. Pergit Bachovius: Litora, quatenus partem eorum ædificando occupamus, communia, sed quatenus ad navigantium usum diriguntur, rectè etiam publica appellantur, & sic putat, conciliari posse & debere, *l. 1. § 5. Instit. de R. D.* Neutrùm videtur satis expeditum. Quatenus enim partem litorum occupamus, potius ea referri debent ad res privatas, *l. 6. ff. de R. D.* & quatenus ad navigantium usum diriguntur, communia potius esse videntur, *d. §. 1. Hillig. in Donell. enucl. lib. 4. c. 2. lit. F.* Si dixerit Bachovius, ratione ædificationis ideo dici litus commune, quod unicuique in eo ædificare liceat, conficiam inde, etiam cuivis ad navigare licere, & sic etiam ratione navigationis litus esse commune. Talia non apud Ba-

chovium tantum, sed etiam apud alios occurrunt plura.

IV. Eruditè autem observat Dn. Johannes Strauchius, Juris Consultus solidus, in *disfertat. de imper. mar. cap. 3. num. 2.* dici in §. 1. *J. de R. D. aërem, aquam profluentem, & mare respectu usûs res communes, sed valdè ambigüè, quòd nec usus quidem in sensu juridico dici de aliquibus verè possit. Adscribam ipsa verba, ut de sententiâ ejus plenius constet: Rebus istis, inquit, quæ necessitate physicâ non magis homini, quàm aliis rebus creatis communes dicuntur, usus moraliter non rectè tribuitur, cum omnis usus hoc significatu juridico libertatem utendi complectatur, quæ in hisce nulla est, quales sunt aër, lumen Solis, aura, venti, & similia, quæ hominis à Creatore commercio non sunt subjecta. Itaque non potest his rebus facultas utendi tribui, quibus homo non potest non uti. Earumq; usus non cadit sub dispositionem Legis, nec ad Jctum pertinet, & extra patrimonium sunt negativè. Unde consequitur, de aëre & mari, ut & aquâ profluyente non aliter dici, quàm æquivoçè. Mare enim & aqua profluentis usus in hominis potestate & arbitrio est: aëris non est, &c. Nempè, quæ purè naturalia sunt, & voluntatem hominis antevertunt, imò prorsus excludunt, legibus ad-*

stringi haudquaquam possunt. Legis enim in univèrsum, & absolütè loquendo, objecta sunt, uno verbo rã ip̄ quã, qualia non sunt respirare, lumen Soli auferre, ventos prohibere, &c. Et sic igitur talia in arbitrium hominis non cadunt, nec à voluntate ejus moderamen aliquod accipere possunt.

V. Distingvit etiam Arnoldus Vinnius, ad §. 1. *Inst. de R. D. num. 2.* communia, quæ positivè talia dicuntur Scholasticis ab illis, quæ negativè communia dicuntur. Inter positivè communia refert ea, quæ in d. §. 1. recensentur. Ut autem intelligatur, quid sit positivè & negativè commune, tenendum est, positivè communia dici, quæ omnium propria sunt communis dominiî causâ: Negativè communia esse, quæ nullius sunt, & jure naturæ nulli sunt applicatæ. Didac. Covarruv. ad c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 8. num. 1. verb. *His accedit.* Sic igitur ex hac interpretatione mare, & litora maris, in communi erunt totius generis humani dominio. At hoc negat illic Vinnius, & disertè asserit, totius humanitatis consensu illa proprietati in perpetuum excepta esse propter usum, qui cum sit omnium, non magis omnibus ab uno eripi potest, quàm à te mihi, quod meum est. Quapropter, dum de

de usu accipit Vinnius distinctionem illam, quam de proprietate exponunt Scholastici, non video, quid in præsentî materiâ sibi velit, aut significet positivè & negativè usu commune, nisi fortè positivè usu commune dicere velis, quod in omnium usu est actu; negativè, quod in nullius usu est, omnium tamen usui inservire potest. At sic neutro modo hodiè commune erit mare. Non priore, cum impossibile sit, ut omnes in universum homines mari simul utantur. Nec posteriore, quia vix unquam ita otiosum mare, nisi particulare fortè aliquod, invenietur, ut omni usu actuali destitutum sit.

VI. De litore & ædificatione in eo, quod ait Vinnius, non simpliciter occupationem ejus, & ædificationem concessam esse, verum cum hæc conditione, si per eam publicus litoris aut maris usus non fiat deterior, dubia reddit verba ejus sequentia, quæ hæc sunt: *Neg. jus gentium violari existimo, si hinc arceantur peregrini in litoribus: quæ populus aliquis imperio sibi vindicat.* Quæso ego, annon occupatio hæc talis est, per quam deterior redditur maris usus, si peregrini appellere prohibeantur. Suprà fecit Vinnius usum maris & litoris communem. At certè communis non ma-

net, si quis solus eo uti velit, & alius prohibeatur. Pergit Vinnius: *Natura enim non ad hoc propriè litora produxit, ut cuilibet semper & promiscuè jus esset, partem eorum occupare, sed ut necessariò maris usui inservirent, qui est navigatio.* Mihi hæc verba monstri quid alere videntur. Primum enim litorum præcipuus finis hic est, ut terminum mari ponerent, idq; ambitu suo continerent. Hinc verò deindè certum hoc est, non tam navigationi inservire litora, quippè quæ ipsum mare non sunt, quàm stationi navium, ut cursus suum illic sistant, utq; navigatio sive velificatio interim, dum procellosum est mare, intermittatur. Tertio non video, quomodo conciliare hæc sua verba velit Vinnius cum verbis antecedentibus, dum sic ait: *Maris naturam litora sequuntur, ac proindè ad litus maris CIVIS accedere licet, navem eò appellere ac rescire, ejecta in tempestate, naufragiorè amissa ibi excipere, retia siccare, & casam, in quam tantisper se recipiat, ponere.* Est verò barbarum rerum usus adeò liber & promiscuus, ut barbarum semper atq; immane habitum sit, vel exteras gentes ab eo arcere. Et post aliquam multa: *In litore vacuum quisq; locum occupare per naturam potest, eumq; occupando etiam suum facit, ut & id,*

Kkkkkk

quod in eo extruxerit, &c. Et quid verò est tandem, quod porrò ait Vinnius? Ideoq; etsi hic usus, (litorum scilicet, ut necessario maris usui inservirent,) jure gentium semper communis manet, & indivisus, sicut ipsius maris; (non manet, nisi litoribus perindè, ut mari, uti liceat,) jus tamen, quod dixi, in litore adificandi divisum jure gentium intelligi debet, quatenus litora imperio divisa & publica facta sunt alicujus populi.

VII. Per hæc verba recessisse mihi videtur Vinnius ab communione litorum antea adstructa, quippe quæ difficulter hodiè asseritur, postquam ab omnibus ferè gentibus non in litora tantùm, sed in ipsum etiam mare, præter imperium etiam dominium extensum fuit. Commune scilicet creditum fuit antiquitus mare idèd, quòd difficilis esset in eo navigatio, & ferè non nisi juxta aut secundùm litora, oceani magni autem trajectio haberetur prorsus impossibilis. Vid. Josephus à Costa, de nat. nov. orb. lib. 1. cap. 16. Atque hinc incivile creditum fuit, ad litora oberrantes litoribus, quæ evitari non poterant, prohibere, illisq; adeò difficiliorem navigationem reddere. At postquam magnetis & pixidis nauticæ usus invaluit, universus Oceanus mortalibus pervius factus est, potestq; hodiè

Nauta, etsi nulla omninò in immenso mari viæ vestigia extent, etsi nulli viatores, qui de viâ doceant, occurrant, etsi ipse nil nisi cælum undiqve & undiq; pontum in conspectu habeat, proram suam directò ad locum destinatum dirigere, inhibiqve, nisi vis major prohibuerit, post tam longinqua emensa spatia navem adpellere. Fecit ista navigandi peritia, ut, non obstante immensa & inscrutabili maris profunditate, limites in eo describi queant, quousq; imperium aut dominium cujusq; populi extendi debeat. Atque sic, quod commune antehac fuit, publicum deinceps esse cœpit, ut non prohiberi tantùm nunc aliæ gentes usu maris occupati, sed & alia in eo domini & imperii axiomata exerceri queant.

VIII. Et hoc est scilicet, quòd dixit Vinnius, litora imperio divisa & publica facta esse alicujus populi. Idem prorsus de mari dicit Stephanus Forcatulus, Tholosæ olim Professor, in Cupid. Jurisper. cap. 9. §. 3. Nil vetat, mare omnibus commune lege publicâ fieri Principis eodominio, quo finitimum Regnum tenet, cum & lege privatâ ferè idem eveniat. Per legem privatam intelligit talem, qualem venditor fundi Geroniani fundo Botrojoano propter piscationem thynnariam dixit,

l. 13. ff. commun. præd. In eandem ſententiam ſcribit Benedictus Bonius, *de cenſ. art. 26. n. 40.* Propterea à Principes in litoribus maris cenſus conſtituere valent, quia, quod natura liberum eſſe voluit, ſervum & proprium fecere, ut eſt mare Thyrrenum, quod Piſis & Tuſcia inſervit, Adriaticum Venetiis, & Liguſticum Janueniſibus. Et Johannes Garſias, *de expenſ. c. 21. n. 34.* Mare eſt ejus, cujus eſt terra, cui adjacet. Memoranda verò hic præ cæteris omnibus eſt Novella Leonis LVI. in quâ prorsus iniquam eam ſtatuit ſententiam, quæ mare ita commune facit, ut dominum maritimarum prædiorum, ſi illiſc pifcantes prohibeat, injuriarum actioni ſubjiciat. Et ſancit igitur, ut quivſque oras ſuas ſive maria præjacentia inconcuſſo jure poſſideat, eorumq; dominus ſit, & ſi qui ſine ipſius permiſſu illorum emolumento frui velint, hos propellere poſſit. Tale quid cum privatis liceat ad modum & rationem prædiorum, quidni liceat Principibus ad modum & rationem territorii maritimi? Et fuerunt certè inter ipſos communionis decantatæ adſertores, qui centum milliariis in mare adjacens imperium territoriale ex vicinâ terrâ extenderunt, quanquam alii ſexaginta tantum, alii tantum ſpatium, unde vox clamantis exaudiri poſ-

ſit, alii in quantum telum ab arcu mitti queat, largiantur.

IX. Quæ omnia hoc oſtendunt, occupari mare potuiſſe, & etiam ſæpè occupatum fuiſſe, ſive per partes tantum, vicinæ terræ adjacentes, ſive etiam integrum aliquando oceanum, prohiberiq; poſſe gentes alias, ne adnavigent ſive jure imperii tantum, ſive etiam, quod multo fortius eſt, jure domini. Quin ſtatuo inſuper, primum noſtrum parentem ex donatione divinâ dominum factum fuiſſe totius hujus globi terreni, quatenus ille & terram continentem, & maria, atque inſulas, & ipſum totum quaquaversum patentem oceanum complectitur. Imò quod plus eſt, confidenter aſſero, primum hominem non dominium tantum terræ & maris accepiffe, ſed etiam poſſeſſionem per traditionem globi terreni, à DEO ſibi factam, quicquid in contrarium diſputet Johann. Iſac. Pontanus, *diſcurſ. hiſtor. lib. 2. cap. 2.* Nec enim neceſſe eſt, ut qui fundum poſſidere velit, omnes glebas circumambulet, ſed ſufficit, quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente & cogitatione hæc ſit, uti totum fundum uſque ad terminum velit poſſidere, *l. 5. §. 1. ff. de acq. poſſ.* Illo defuncto, ad liberos pertinuit jure ſucceſſionis, quic-

quid ita donatum & possessum fuit, qui, cum deinceps divisione factâ partes suas quisque seorsim habere constituerunt, & sic limites possessionibus suis posuerunt, maxima sine dubio terræ pars possessoribus vacua mansit, quæ velut ex causâ derelicti cedere potuit occupanti. Et quia nonnullarum rerum ea fuit conditio, ut pluribus usui esse possent, neque tum compertum esset, quâ ratione dominium earum ita nancisci liceret, ut alii excluderentur, facilè hinc in illis statui potuit communio aliqua, ab Jurisconsultis deinceps magno consensu adserta & confirmata. Mutato autem rerum statu, & inventâ arte, quâ mare superari & dominio adjici potest, ipsa etiam in quamplurimis mundi partibus desit communio, uti dixi.

X. Nec quicquam moveor, quod Hugo Grotius, *l. 2. de jure bell. & pac. cap. 2. §. 3.* & post eum alii objiciunt, occupationem non nisi in re terminatâ procedere, liquidum verò ut est mare, per se non terminari, nec proinde occupari posse. Assumo enim, quod ajunt, per se terminari non posse liquida, suo scilicet termino. Sufficit, quòd terminari queant termino alieno. Quod verò porro addit Grotius ex quorundam Veterum sententiâ, mare terrâ non

contineri, quòd par sit terræ aut terrâ majus, id sustineri vix potest. Demus enim, superficiem aquæ ad superficiem terræ eminentis, & disco opertæ multò majorem & patentiorem esse, quoniam plerique hominè id negent, de quâ re videri imprimis poterit Alexander Piccolominius in eruditissimo libello, *de magnitudine terræ & aquæ*, non tamen de superficie hic, sed de roto continente & contento quæstio est, quatenus ad invicem se habeant. Terra veluti magnus quidam alveus est, qui continet mare, & intra cujus abyssos, voragines atque cavernas aquæ subsidunt, ut adeò infra aquas ubique terra, sed cooperata, existat. Ex quo facilè colligere quisque potest, molem aquæ, ad molem terræ comparatam, multò minorem esse, ut maximè profunditatem ejus ad decem milliaria alicubi admittamus, quæ tamen frequentissimè vix 60. aut 100. passus excedit. Vide Scalig. *exercitat. 42.* Ingeniosè hanc proportionem invenit, & computavit Johann. Bapt. Riccio-lus, *in Almagesto lib. 2. cap. 14. num. 14.* Ponit ille, superficiem totam globi terraquei esse milliarium quadratorum 336434167. Italicorum scilicet antiquorum, sub Augusto & Vespasiano usitatorum. Ponit deindè tantam superficiem maris, quanta fuerit

rit terræ disco opertæ ; hanc enim sententiam ipse in verbis antecedentibus comprobavit. Et quia profunditas maris admodum variat, ut excessu defectus compensetur, universo mari ubique eandem milliaris unius Italici profunditatem assignat. Atque hinc conficit, non esse miliaria cubica maris plura, quam 168217088. atque sic molem aquæ se habere ad molem terræ, ut 168. ad 580237. Aut si statuatur profunditas ubique passuum 500, non esse plura miliaria maris, quam 84108544. & sic proportionem aquæ ad terram, ut 84. ad 580237. cum moles globi terræque sit miliarium cubicorum 580236807150. Nihil ergo facit quantitas maris, quod minus termino alieno contineatur, cum & major possit esse quantitas vini, quam vitri, in quo illud continetur.

XI. Litora esse maris terminum, dubium apud me nullum est. Est enim litus, quousque, quâ, aut quatenus maximus fluctus à mari excurrit, *l. 96. l. 112. ff. de V. S. §. 3. Inst. de R. D.* Istud quousque, quâ, aut quatenus, terminum notat, ubi mare finitur. Litora ergo sunt termini alieni, quibus continetur mare, & quibus ejus excursus coercetur. Quid retinet, quod dicit Dominus, *Jobi XXVIII. 8. seq. Quis conclusit ostium terre, quando erumpebat, quasi de*

*utlâ procedens. Cum ponerem nubem vestimentum ejus, & caligine illud, quasi pannis infantia, obvolvarem. Circumdedit illud terminis meis, & posui vestem, & ostia, (h. e. uti Junius & Tremellius explicat: alveos ejus velut cunas exaravi, & circummunivi.) Et dixi: usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Quæ verba, si attentius considerentur, protinus ostendent, frivolum planè & inane esse effugium Johannis Isaaci Pontani, quando *lib. 2. discuss. histor. cap. 11.* litus quidem mari adesse concedit, sed non ut litus illud velut limites sit magni illius æqvoris, quod terram aut globum terræ universum circumfluit, verum ut ad spectus semper referatur ad sinum aliquem maris certum, qui vel hoc vel illo censeatur nomine. Sit enim verò mare sinuosum; sinus tamen illi, unâ cum reliquis litoribus, termini sunt isti, quos posuisse dicitur DEUS apud Jobum, ut illic coercerentur fluctus intumescentes. Idè ferè dicitur *Prov. VIII. 29. circumdabat mare terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Et quis ergo negare jam velit, litora esse veluti limites magni illius æqvoris.*

XII. Et possunt tamen præter litora limites adhuc alii constitui ad dominium maris circumscribendum.

Kkkkkk 3

dum.

dum. *Scopulos*, inquit Johannes Seldenus, *in mari claus. lib. 1. cap. 22. eminentes, brevia, aduersa invicem promontoria, insulas hinc inde sparsas habemus, è quibus linearum rigores, versura, coxa, gammata sumantur, ad territorium marinum terminandum. Accedit egregia nautica pyxidis, & graduum caelestium sive longitudinis, sive latitudinis, atq; ex hisce doctrina Triangulorum auxilium. Tropicus isem cancri, & aequator, in mari fuere termini, quibus finire voluere aliqui foedus inter Ordines Belgiae foederatos, & Austriacos, anno MDCVIII. conuerbendum. Et in foedere inter Magnae Britannia & Hispaniarum Reges nupero aequator est in mari terminus. Ejusmodi alia occurrunt. Posuit etiam Alexander VI. Papa tales in mari terminos, dividendo inter Lusitanos & Castellanos insulas, tunc noviter repertas, per lineam ex polo Arctico ad Antarcticum ductam, quos terminos, in coelo & aëre positos, dicit Hieronymus de Monte, *de finib. regnand. cap. 7. num. 8.* Et quanquam bulla Pontificia solum de insulis & continentibus verba faciat, mare tamen ideò excludi nequit, quia, si quavis Castellanorum ultra lineam descriptam reperta fuerit, infestari sine dubio à Lusitanis potuit, & vice versa, ut adeò ipsum etiam mare*

propter navigantes terminatum rectè dicatur.

XIII. Quibus ita positis, multò facilius nunc est, justitiam vectigalium maritimorum ostendere, quam si cum antiquis Juris Consultis mare & litora inter res communes referas. Vectigal enim summi imperii tesseram esse, supra latè probavimus. Summum imperium autem, quod absolutum est, ferè ex dominio imperantis nascitur. Et sic in arbitrio domini aut imperantis est, utrum concedere velit peregrè advenientibus vel appulsum ad litora, vel transitum per mare à se occupatum. Cur enim non liceat Principi, quod licet cuivis privato? *l. 3. §. 1. ff. de A. R. D. l. 16. ff. de servit. rust. prad.* Quod si igitur hoc in ipsius est arbitrio, iniquum non erit, si ab navigantibus pecuniola aliqua exigatur, praesertim cum solventibus repromittatur securitas per territorium, & damni restitutio. At si communia statuas maria, si communia facias litora, vix erit, ut excusari vectigal indictum possit. Cur enim pro usu rei istius, quæ communis est omnibus, cujusque usus per naturam suam prohiberi mihi non potest, solvere quid tenear illi, qui potiori ad rem istam aut in re istà jure non gaudet? Et quo jure tum ille aliquid à me exiget

get? Si dixeris, exigi id tùm pro securitate transitus, & stationis, tùm pro tuenda navigationis onere, neutrum id mihi sufficiet, quia tùm non imperari & exigi, sed peti à me debet vectigal. Nec vectigal propriè tùm dici poterit, quippè quod non ex imperio, sed ex præstito humanitatis officio, suam habet originem, & quidem per modum provocationis ad *arridua*. Quapropter non aliud mihi tùm videtur jus Principi competere, quàm privato cuivis, quinocturno tempore ad ædes suas in publico facem accendit, ut à praterentibus in compensationem hujus officii lucellum ali- quod accipiat.

XIV. E contrario si imperium & dominium in mare & ejus litora Principi vindices, plana sunt omnia. Nec tamen is propterea ab omni onere immunis est. Quin potius tenetur ille, non securitatem tantùm præstare in portibus, & mari, cujus se dominum jactitat, sed etiam damnum restituere, portū struere, & reficere, ut tutam in eo naves habeant stationem, vascula emineantia ad alendum ignem nocturnum erigere, ponere stipites coronatos, palos introrsum implicatos, item tønna prægrandibus faxis fundo inhærentes, & aqua supernatantes, ut eorum adpectu evitari possint

loca periculosa, & navigantibus tutata sint itinera, omne denique id avertere, quod impedimento navigationum esse queat. Vid. Franc. Stypmann. *de jur. marit. part. 2. c. 2. num. 246. Et part. 5. c. 3. num. 13.* Et ob hoc officium non peti tantùm, sed imperari etiam possunt vectigalia, nec tùm liberum est advenis & navigantibus, utrùm solvere ea velint, sed omninò solvere tenentur, quandoquidem in eo loco jam sunt, qui est in dominio imperantis.

XV. De Fluminibus minor est dubitatio, posse in iis vectigalia institui, cum jam olim pro publicis, h. e. talibus, quæ in ditione ac potestate populi sunt, habita fuerint, §. 2. *Inst. de R. D.* Ac proinde usus fluminis facillè circumscribi à populo potuit. Cumq; deinceps, quicquid populi erat, in Principem translatum fuerit, cœpit etiam fluminis usus ex Principis arbitrio dependere, adeò ut ab Justiniano publicæ res perinde mihi descriptæ videantur, atque descripta ab eo invenitur Lex, §. 4. *Inst. de J. N. G. E. C.* in habitudine scilicet, & respectu isto, quem in statu populari habuit. Disertè Fridericus I. flumina inter regalia retulit, 2. F. 56. ut sic usus fluminis hodiè publicus ampliùs non sit, nec navigare in eo cuivis ex populo

pulo pro lubitu, nec piscari in eo liceat. Arnold. Vinnius, *ad §. 2. Inst. de R. D.* Ex quo facile patet, pro usu exteris concessio, posse eum, qui summum tenet imperium, vectigalia ac tributa imponere. Vicissim verò tenetur ille modos, quæ navigationem impediunt tollere, flumina retare, i. e. ripam munire, & alveum purgare, securitatem præstare, & damna data restituere.

XVI. Vellem tamen in his vectigalibus exigendis moderata magis esse Principum studia. Inter capitula Karoli Magni *lib. 4. num. 31.* legitur: *Ubi necesse est, fluvium aliquem per pontem transmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut subter pontem ierit, & ad ripam non appropinquaverit, neq. ibidem aliquid emptum vel venditum fuerit, ulterius teloneum non detur.* At hodiè diversum planè obtinet, & cogitur navis ad ripam adpellere, & vectigalia exsolvere, idq. repetendum in uno fluminis ductu innumeris vicibus. Sic enim in Vilurgi intra 27. milliaria supra Bremam, 26. diversa vectigalia numerari solent, & in Albi, Magdeburgum inter & Hamburgum, novendecim. Ut verè dictum sit, in der weltlichen Reformation Sigismundi Imp. *c. 1.* Man sol auch wissen/ daß alle Lande gar schwerlich übersetzt seyn mit Zöllen/ in iegli-

cher Stauden ist schier ein Zoll/ apud Goldast. *inter const. Imp. p. 188.*

XVII. Caveat autem Princeps, ne, dum novum instituit telonium, alterius jura violet, suæq. potestatis fimbrias latius extendat. Sic enim hodiè usu venit in Imperio Romano, ut intra territorium Principis portio aliqua sæpiusculè cum istiusmodi variis regalibus ad tertium aliquem, eumq. talem, cujus haud paulò minor cæteroquin est potestas, proprio jure pertineat, cujus proindè terminos & limites si involare velit Princeps istius territorii ambientis Dominus, non incivile tantum id erit, sed etiam iniquum. Et ut maximè tertius ille vasallagii jure Principi obligatus fuerit, non erit tamen hoc ei vitio vertendum, sicubi Principi, tale quid molienti, contradixerit, suumq. jus vindicaverit, maximè si id non à Principe, sed superiore alio acceperit. Atque in hunc modum responderunt Juris Consulti Wittebergenses, an Hans Henrich/Grassens zu N. Amtmann zu Neuburg am Waide / mens. Februar. 1634. Seind die Herren Grassen zu N. mit der Grasschafft G. welche vor etliche hundert Jahren vor eine freye Reichs-Grasschafft erlant / und daher von Kayser Maximiliano dem ersten / allerglortwürdigsten Andenkens / zur Reichs-Grasschafft

schafft/ jedoch dem Churfürstenthumb
 P. seine Lehnshafft der gemelten
 Graffschafft G. hierinnen vorbehal-
 tende / und deme unvorgegriffen / er-
 hoben worden / mit allen Herrligkei-
 ten / insonderheit auch den Fehren /
 Zöllen / und Gebäuen auffn Rhein zu
 G. belichen. Es hat sich aber vor we-
 niger Zeit begeben / daß Churfürstl.
 Durchlaucht. zu P. in dero Landen auf
 etliche Wahren einen neuen Grenz-
 Zoll angeordnet / und selbigen in vor-
 gedachter Graffschafft G. Fehren
 auffn Rhein zu eröffnen / und zu dessen
 Behufft absonderliche Zoll-Eintre-
 mer zu bestellen / auch Grenz-Zolls-
 Seulen / und Tafeln / in selbigen distri-
 ctu und Gebiethe aufzurichten / gewis-
 se Commissarien abgeschickt. Ob nun
 wohl dafür gehalten und vorgewendet
 wird / weil mehrermelte Graffschafft
 G. an der Grenze gelegen / daß hier-
 durch Umbfarth und Durchschleiff
 solcher neuen Grenz-Zolls abgewen-
 det werden möge. Dennoch aber / und
 dieweil wohlgedachte Herren Graffen
 zu N. mit den Fehren und Zöllen auf
 dem Rhein von der Röm. Käys. Maj.
 Maximiliano dem Ersten belichen /
 sich auch solcher weit über Rechts ver-
 wehrete Zeit unturbiret gebrauchet / und
 dieselben in Besitz gehabt / und wenn
 solche nun eröffnet werden solten / nicht
 allein ihre Bochnüßigkeiten / und
 Herrlichkeiten / nicht wenig geschwächt /

und gehindert / sondern auch ihrer Gn.
 weil Sie auf die zu den Zöllen und
 Fehren bestellte Leute / wie auch auf
 Teiche / und Lämme / viel Unkosten
 aufwenden müssen / grosser Schade
 zugezogen würde / hierüber auch in
 den Reichs- Abschieden außdrücklich
 verbothen / daß kein Stand des Reichs /
 ohne Käyserl. Majestät consens / und
 Einwilligung des Reichs Churfür-
 sten / für sich selbst mit eigener That zu
 Wasser und zu Lande neuen Zoll an-
 stellen solle / So seynd die Herren
 Graffen / solches neuen Zolls Anord-
 nung sich mit Recht zu entbrechen /
 wohl befugt / und wider ihren Willen
 dießfalls etwas einzureumen unver-
 bunden / V. A. W.

XVIII. Non alia est ratio vestiga-
 lium terrestrium, cum & ipsa via
 publicæ, quibus iter fit, ad Princi-
 pem spectent, 2. F. 56. & ibi Dd. Et
 quia utilitatis publicæ causâ rece-
 ptum est, ut transeuntibus & mer-
 cibus, quæ vehuntur, securitas præ-
 stetur à territorii cujusque domi-
 no, utq; via publicæ complanen-
 tur, & muniantur, iniquum haud
 erit, si ad compensanda hæc onera
 vestigal aliquod mercibus impona-
 tur. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac.*
lib. 2. cap. 2. num. 14. Anton. Perez,
ad tit. Cod. de vestigalib. num. 1. At-
 que idem justitia omnium vestiga-
 lium deducitur ex impensis, quas in

viarum & pontium, ut & riparum & portuum refectiones, & exstructiones, tum & securitatem, viatoribus & mercibus præstandam, insumere oportet, atque sic iniqum non erit, ut harum impensarum nomine modicum aliquod vectigal exigatur, cum publicè & privatim interfit, commercia inter populos conservari. Philipp. Knipschild, *de jurib. civit. Imper. lib. 2. c. 18. num. 21.* Nata indè sunt varia vectigalium nomina, & ea quidem plerumque ex Italorum idiomate deprompta, uti sunt passagia, pedagia, guidagia, pontivegia, pontenagia, barragia, gabellæ. In jure nostro fit mentio portorii, l. 60. §. 8. ff. locat. l. 3. C. de vectigal. l. 203. ff. de V. S. Edict. Justin. 13. cap. 25. qui textus ostendunt, ab exportando magis, quam à portu, aut portâ, id vocabulum deductum esse. In jure feudali, 2. F. 56. etiam ripatica recensentur, quæ ex fluminis usu solvuntur. Sed videtur istud vocabulum sequioris ætatis, quam ut ad puriorem latini sermonis usum referri queat.

XIX. De pedagiis tamen dubitari adhuc posset, num justè exigantur. Dicta ea volunt à pedibus, quòd ab euntibus sine vehiculis pro nudo transitu solvi oporteat. Et in utramque partem operosè disputat Johann. Georg. Becht, *de secur. nu-*

mer. 68. 69. nihil omninò definiens. Pro negativâ sententiâ facit textus in jure Saxonico, lib. 2. art. 27. Ein ieglich Mann soll auch Zoll-frey sein/ er fahre/reite/oder gehe/wo er Schiffe/oder Brücken nicht bedarff. Sed enim cum viæ nonnullæ non minus atque pontes quotidiano usu & attritu deteriores reddantur, atque hinc refectione, munitione, atque aggerum constructione interdum opus habeant, dubium non est, pro refectione istâ exigî à trans-euntibus pecuniolam posse: præsertim cum & his securitatem præstare teneatur Princeps, qui vectigal imperat. Vid. Phil. Knipschild, *de civ. Imper. lib. 2. c. 18. num. 17. seq.* Jus Saxonicum quale olim fuerit, attendere nunc nihil attinet. Positiva enim jura, uti ex arbitrio legislatoris proficiscuntur, ita mutari ea, abrogari, transformari, figi, & refigi quandoque possunt, prout scil. utilitas aut necessitas Reipublicæ exigat.

XX. Cæterum, cum bonum omnne ex integrâ causâ consurgat, malum autem ex quocunqve singulari defectu judicetur, uti ex Dionysii, *de divin. nom. c. 4.* docent Scholastici, & secundum Aristotelem, 3. *Eth. c. 7.* peccata committantur alia, dum id agitur, quod non oportet, alia, dum non ut oportet, & alia, dum

dum non quo tempore oportet, aut aliud quid huiusmodi, & generatim bonitas actus non ex objecto tantum, nec ex fine tantum, sed ex utroque simul, & insuper ex concurrentibus omnibus aliis circumstantiis aestimari debeat, facile hinc patet, vectigalium impositionem & exactiorem tam iustam prædicari nunquam posse, quin sæpè ex circumstantiis iniustitiæ maculam contrahat. Sic enim exempli gratiâ iniquum prorsus erit, si exigatur ab iis, qui immunitate gaudent, aut ex illis mercibus, quas oneri isti subduxit lex publica, si quantitas excedatur, locus destinatus non observetur, mercibus per importunam visitationem damnum inferatur, & quæ plurima ejusmodi contingere solent alia. Ut verò intra iustitiæ limites regalis hujus exercitium contineatur, operæ pretium erit, sequentia adhuc capita, quanquam illa nec tùm quidem omnem iustitiæ ambitum expleant, ulteriori disquisitioni submittere. Considerandum scilicet nobis erit, primò, à quibus & ex quibus mercibus vectigal exigere liceat; deindè, quid, & quantum, & ubi loci solvere impositum vectigal oporteat; & denique de modo nonnulla addeamus, quem in hoc negotio adhibere conveniat.

XXI. Neque tamen captandum est vocabulum *exactionis*, sæpius à nobis usurpatum, ac si solvi non debeat, nisi exigatur vectigal; sed vocabulum istud eò pertinet, quòd vectigal exigì possit. Hoc enim ferè portitorum est officium, uti supra explicavi. Quòd si non petatur vel exigatur vectigal, non propterea alter à solutione ejus liberatur. Quin tenetur, qui merces vehit, non interrogatus sese offerre, & merces profiteri, *l. 16. §. C. ff. de publican.* Petr. de Ferrariis, *in prax. tit. 29. gloss. 8. num. 2.* Quòd si nullus adsit portitor, neque ullus, qui vectigal recipiat, in pœnam evidentè commissi non incidit, qui paratus fuit solvere, etsi deinceps absque vectigalis solutione porrò iverit, non propterea tamen à tali solutione liberatur. Didac. Covarruvias, *in c. peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. §. 5. n. 2.* Jos. Mascard. *de probat. conclus. 834. num. 12.* Expectari tamen hoc casu per integrum trium horarum spacium, & excitari clarâ voce debere publicanum, jure Svevico constitutum est, antequàm porrò ire liceat. Verba habentur *c. 214.* Ist niemand da / der den Zoll fordert / der Rauffmann soll drey Stunden ruffen nach dem Zoller / so er allerlauteſt mag / und ist niemands da / so soll ers G. D. ergeben / und seine Straffe fahren.

Et proindè facere nequeo cum Moralistis quibusdam, statuentibus, non teneri quem solvere gabellas, ne in conscientia quidem, nisi ab exactore aut portitore exigantur,

inter quos est Franc. Toletus, in *instruct. sacerdot. lib. 5. c. 75. n. 4.* Thom. Hurtado, *tract. 8. c. 2. resol. 9.* Johan. Azor. *instit. mor. part. 3. lib. 5. cap. 22.* à quibus rectè dissentiunt alii.

CAPUT VIII.

A quibus exigenda sint vectigalia?

SUMMARIA.

- Solvi debent vectigalia, nisi vel persona, vel merces, immunitate gaudeant. 1.*
Clerici immunes sunt. 2.
nisi mercaturam exercent. 3.
Immunes itidem sunt Palatini. 4.
Item Legati. 5.
Et fisci. 6.
Olim etiam navicularii. 7.
Immunes etiam sunt Academici & Studiosi. 8.
Immunitas, personis concessa, producitur ad familiam. 9.

L

UT ergò jam constet, à quibus & pro quibus mercibus solvi vectigalia necesse sit, generale hoc rectè statuitur axioma, ab omnibus & pro omnibus mercibus exigi ea posse, nisi vel personæ, vel merces, vel utræque simul immunitate gaudeant. Et fortasè talis immunitas aliquando oppidò paucis contigit. Sic enim nec rescripta sua, in hanc rem impetrata, valere voluit Valentinianus Senior Imp. in l. 6. C. de vectig. Omnium rerum, inquit, ac personarum, quæ privatam degunt vitam,

in publicis functionibus æqua debet esse inspectio. Hoc idè dicimus, quia nonnulli privatorum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia, vel cetera hujusmodi, quæ inferre fisco moris est, sibi adferant esse concessa. Si quis ergò privatorum hujusmodi rescriptione nitatur, cassæ eadem sit, &c. De privatis loquitur, & illis, qui privatam degunt vitam, ut excipiantur illi, qui in militia aut palatio vitam degunt, quos discretè eximit hæc eadem constitutione, uti ea habetur in Cod. Theodosi.

de

de immun. concess. l. 3. ut scil. fir-
mum atq; robustum maneat, quod
eis concessum est. Ex quo sequitur
nec milites, nisi rescripto muni-
ci sint, ab vectigalium solutione libe-
ros esse, qui tamen hoc speciale ha-
bent privilegium, quod ob omittas
professiones poenâ commissi non
teneantur. *l. 3. l. 7. C. de vectigal.*
Sed nec Palatinos quidem, sive eos,
qui in palatio degunt aliter immu-
nes esse voluit Imperator, quàm per
rescriptum, à se impetratum, qui ta-
men Principis domestici erant, &
multis præclaris privilegiis gaude-
bant, *l. un. C. de castrens. omn. pal.*
pecul. lib. XII. Cur autem rescripta,
privatis concessa, invalida esse volu-
erit Valentinianus, rationem red-
dit istam, quia talia rescripta priva-
torum suffragio elicita, sive obre-
ptitia præsumuntur, cum in illis,
quæ fisco inferri moris est, nulla pri-
vatis concedi debeant privilegia, sed
in publicis functionibus omnium.
æquam oporteat esse inspectionem,
sive agnitionem. Liberalior qui-
dem in ejusmodi immunitatibus
concedendis videtur fuisse Hono-
rius Imperator, sed qui ipse tamen
non aliter eas valere voluit, nisi Pa-
latini sacrarum largitionum prius
hujusmodi preces, quibus immu-
nitas petebatur, instruxissent, *l. 4.*
Cod. Theodos. de immun. concess.

II. Inter immunes, præter eos,
quos speciali privilegio unusquisq;
Princeps in suo territorio tales esse
jubet, communi quasi gentium
consensu primo loco sunt Clerici,
quorum tamen immunitas aliunde
petenda non est, quàm ex beneficio
Imperatorum & Principum. Sanè
Magister Clericorum omnium non
renuit dare πλῆ, ἢ κήσον, tributum
vel censum, quem non à filiis, sed ab
alienis Reges terræ accipere respon-
derat Petrus, *Matth. XV II. 24. seq.*
Qui textus, etsi variè explicetur, uti
videre licet apud Joh. Selden. *de*
jur. nat. gent. & civ. sec. doct. Hebr.
lib. 6. cap. 18. Richard. Montacut.
de orig. Eccles. part. 2. pag. 193. seq.
Francisc. à Victoriâ, *relect. 1. sect. 2.*
num. 13. & sect. 7. num. 2. non mi-
nùs tamen ille de vectigali, quàm
de alio quovis tributo aut censu in-
telligi potest. Quicquid sit, ostendit
ista stateris solutio, agnovisse
Salvatorem civilis potestatis impe-
rium tale, cui ipsos etiam Clericos
subesse oporteret. Nèc proinde tum
Clerici liberi erant, cum aliàs offen-
diculum nullum merui potuisset.
Primus autem Clericos ab vectiga-
libus immunes fecisse videtur Con-
stant. Imp. in *l. 8. C. Theod. de Episc.*
& Cler. ubi hæc habentur verba: *Et*
si qui de vobis, (Clericis,) alimonia
causâ negotiationem exercere vo-
lunt,

lunt, immunitate potentiur. Securæ deinceps sunt ab insequentibus Imperatoribus Constitutiones similes vel laxiores vel adstrictiores, quas enumerat Jacobus Gothofredus, *ad d. l. 8.* Ex quo sequitur, eundem illum, qui privilegium hoc concessit, adimere iterum posse. Sic enim cum prohibuisset Honorius Imperator anno CCCCXII. ne Ecclesiæ ad municienda itinera, aut pontium institutionem constringerentur, *l. 40. Cod. Theod. de Episc. & Cler.* anno deinde CCCXXIII. Theodosius junior neminem omnino, & ne Ecclesiæ quidem ab itinere muniendo, & instruendis pontibus immunem esse voluit, *l. 7. C. de SS. Eccles.* Quo exemplo etiam pedagia non iniuste à Clericis exiguntur, quicquid etiam dicant Pontifices, Bonifacius VIII. *in c. quæquam 4. de censib. in 6.* & Clemens V. *Clementin. 3. eod.* Nec enim verum est, quod *d. c. 4.* dicitur, Ecclesiasticas personas, ac res ipsarum, jure etiam divino à secularium personarum exactionibus esse immunes. Idque agnoscit Didacus Covarruvias, *pract. quæst. cap. 31.* & sequitur Alvarus Valascus, *consultat. 100. num. 10.* æquivocationem in vocabulis *juris divini* statuentes. Et proinde improbari nequit institutum Argentinensium, quod neminem omnino, & ne qui-

dem Clericum quemcumque immunem esse voluerint à vectigali illo, quod conservando ponti destinatum exigunt. Petr. Frider. *de process. lib. 2. cap. 42. num. 20.* Quod & Aureliæ observatum, & iudicatum refert Annæus Robertus, *lib. 1. rer. jud. cap. 3.* Add. Jacob. Gothofred. *ad l. 6. Cod. Theodof. de itin. mun.* In arbitrio igitur est ejus, cuius est vectigalis imponendi potestas, utrum immunes esse velit Clericos, an minus, quanquam, ut immunes habeantur, sanctitas vitæ, quam profitentur, quodammodo urgeat.

III. Idem dicendum est de rebus eorum, quas ad privatos usûs familiæ suæ deferri faciunt. Quod si verò etiam negotiationibus indulgent, & mercaturam exercent, minus dubium est, pro mercibus solvi oportere guidagia, quas & ipsas excipiunt ab assertâ immunitate dictæ constitutiones Pontificiæ. Et si in mercatura Clericum prorsus dedecet, *c. ult. X. de vir. & honest. Cler.* uti pluribus probatum dedi *de jure commerc. num. 14. seq.* & eum tantum in finem aliquando permittatur, ut victus inde comparetur, & residuum, quod acquiritur, in egenos & pauperes distribuatur, quo casu immunes eos debere dicit Renatus

natus à Valle, in *Hipparch. num. 90.*
 & immunes olim præstiterunt sive
 fecerunt constitutiones Imperato-
 riæ, quæ extant in *l. 10. l. 14. l. 15. C. Theod. de Episc. & Cler.* negotiatio
 tamen Clericorum extra casum
 istum necessitatis frequentissima,
 jam olim esse cœpit, cui proinde fi-
 bula injicienda fuit ab Imperatori-
 bus, uti videre licet *ex l. 11. C. Theod. de lustral. collat.* Faciunt etiamnum
 mercaturam in extremis Indiæ oris
 Jesuitæ, sub colore quidem religio-
 nis propagandæ, quem falsè perstin-
 git Salvator Vitalis Sardinensis a-
 pud Alphonsum de Vargas, *de Stra- teg. Jesuit. cap. 5.* reverà autem, ut
 sibi, suæque societati majores divi-
 tiæ comparentur. Tali igitur mo-
 do si mercaturam exercent Cleri-
 cus, dubium non est, portoria eum
 solvere oportere, fatentibus ipsis ju-
 ris Canonici Doctoribus. Vid. Joh.
 Gutierrez, *de gabell. quest. 93. n. 6.*
 Joh. de Salas, *de empr. vendit. dub. 3.*
 Anton. Bengesus, & Franc. Pinsson.
de benefic. ad verb. Cælestis cap. 1. §. 1.
 Joh. Parlador. *rer. quotid. cap. 3. §. 1.*
 Joh. Papon. *lib. 5. tit. 11. arrest. 24.*

VI. De Palatinis diximus suprâ,
 noluisse Valentinianum Imp. pro-
 miscuè omnes esse immunes, sed eos
 tantum, quibus speciali rescripto
 hoc privilegium concessisset. Ple-
 rumque tamen illi hodiè immunes

habentur. Atque sic apud Gallos
 Præsides & Consiliarii supremarum
 curiarum, Adjuvæ itidem ratioci-
 niorum, Secretarii & Notarii Regis
 à gabellis & vectigalibus immunes
 sunt, referente Paponio, *lib. 5. tit. 11. arrest. 12. & 13.* Idem ferè constitu-
 tum est in Imperio, vid. *Ordnung
 des Regiments zu Augsburg/ anno
 1500. §. item sollen Churfürsten.* Idem
 in Hispaniæ territoriis Anton. Perez,
tit. Cod. de vectig. num. 4. Sed &
 Nobilibus in plerisque omnibus pro-
 vinciiis talis immunitas competit,
 nisi & ipsi mercaturam exercent.
 Tum enim, ut eadem omninò cum
 mercatoribus ferant onera, incivile
 non est, imò si non ferrent, planè
 iniquum esset, cum placere debeant
 tum jura tum onera, quibus eadem
 placuit conditio. Num autem No-
 bilibus talis negotiatio conveniat,
 necesse nunc non est, ut denuò in-
 quiramus. Diximus eà de re abun-
 dè *de jure commerc. num. 11. seqq.*

V. Legatis exterarum gentium
 à Romanis hæc erat immunitas con-
 cessa, ut eas tantum res, quas ex Ro-
 mano solo ad suos exportaturi e-
 rant, liberas haberent, cæterarum
 nomine, quas ipsi solo Romano in-
 ferebant vectigal solverent, *l. 8. C. de publican.* Rationem reddit Brun-
 nemannus istam, quòd, anteqvam

lega-

legationem expedierint, non poterit constare, an legati essent, & quæ de causâ venissent. Accursium hic tacito nomine perstringit Antonius Matthæus, *de auctionib. lib. 2. c. 7. num. 40.* quod scripserit, per devotas gentes, *in d. l. 8.* intelligi eas, quæ obediunt populo Romano, & aliud observari in Legatis hostium. Et per devotas gentes intelligit ipse gentes etiam exteras, fœdere tamen aut amicitia & commerciis populo Romano junctas, imò & hostiles nationes devotas dici posse, ait, devotas scilicet exitio. Atque sic etiam de Legatis hostium textum Codicis accipi posse purat. Ultimum hoc nimis dilutum est, cum vocabulum istud, si absolute stet, significatum, quàm qui ex bonâ opinione nascitur, vix admittat. In thesi tamen me non habet dissentientem Matthæus, non scilicet excludi hic Legatos hostium. Primum autem illud rectè asseritur & confirmatur ex Synopsi Basilic. *56. tit. 4. περὶ πομπικῆς, cap. 8.* ubi habentur verba: τὰν ἀλλοφύλων ἰθῦαν.

VI. Fiscus etiam ab omnium vectigalium præstationibus immunis est, *l. 9. §. 8. de publican.* Et hoc ampliant Doctores, & locum habere dicunt etiam in illis casibus, quando fiscus mercimonii causâ res sibi comparavit, cum aliàs fiscus non haberet plus privilegii, quàm privatus

aliquis. Thom. Maul. *de bonag. tit. 10. n. 25.* Et si hic dissentiat Rolandus à Valle, *vol. 4. consil. 61. n. 23.* Atque idem eadem ratione de ipso Principe assertum volunt, cum non possit exigere quid à seipso, nec ergò locando plus juris transtulisse videatur in conductorem, quàm ipse haberet. Idem Maul. *ibid.* Sed hæc ratio parùm conveniens est. Nec enim semper necessaria est exactio ex parte publicani aut portitoris, sufficit professio mercium & spontanea solutio ex parte ejus, qui merces transmittit. Et quia vectigalia ad patrimoniū Principis propriè non pertinent, sed usui publico ex primævâ sui institutione destinata sunt, non video, cur non & ipse Princeps commune istud bonum spontaneâ vectigalium solutione promovere debeat. Melior est ratio altera, quàm primo loco ponit Marcus Antonius Peregrinus, *de jure fisci lib. 6. tit. 5. num. 24.* quod in generali concessione exigendi vectigalia à quacunque personâ non videatur includi persona loquentis, & nemo cedendo actiones præsumatur cedere contra seipsum, uti argumentatur Amæd. à Ponte, *de lenden. q. 2. num. 2.* Sed & hæc ratio à posteriori est, & loquentem jam immunem præsupponit. Commodissima ratio videtur ista, quia Principi

cipi propter curam boni publici, quam gerit, & propter securitatem, quam præstare tenetur, uno quasi gentium consensu ab ipso bono publico hoc debetur, ut omnibus immunitatibus & exemptionibus gaudeat, quibus quisquam alius in Rep. exornari possit. Cumque ipse sit, qui immunitatem aliis largitur, absurdum erit, ipsum non eminenter immunem esse.

VII. Erant olim immunes etiam navicularii, l. 6. C. de vectigal. l. 16. l. 23. l. 24. C. Theodos. de navicular. qui scilicet annonæ vehendæ serviunt, l. 5. §. 3. ff. de jur. immun. dum tamen sibi gerere rem probabuntur, d. l. 6. Quæ limitatio facit, ut putem, immunes non fuisse, sicubi ab alio cõemptam annonam advexerint. Erant enim in Urbe talium naviculariorum certum corpus, aut consortium, eique insignes immunitates atque privilegia concessa fuerant, quod peregrè muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore fungerentur, d. l. 5. §. 5. ff. de jur. nim. quæ tamen immunitates personarum non egrediebantur, neque ad aliam, quàm maritimam navigationem pertinebant, d. l. 5. §. 4. & 5. neque hinc alius, qui naviculariorum operâ utebantur, communica-

ri poterant. Immunitas tamen à vectigalibus rectè etiam ad cæteros nautas extenditur, sicubi publicas species vehunt. Publicas, inquam, h. e. vinum, oleum, frumentum, legumina, Reip. nomine comparata, quomodo publicas species transferre dicuntur illi, qui annonam vel a roma a ad Remp. pertinentia, Præfectorum jussu in alias transvehunt regiones. Atque hoc non malè extendit Petrus Peckius, & cum eo Arnoldus Vinnius, ad l. 1. C. de navicular. ad omnes illos, qui quidvis ad Remp. pertinens Principis jussu trans mare vehunt, sive annonam, sive arma, sive milites.

VIII. Academicorum, & Studio-
 rum non major esse potest favor, quàm ministrorum Ecclesiæ. Utrorumque igitur eadem intelligitur esse conditio. Neque quisquam est, qui non velit à vectigalibus Studiosos esse immunes. De hoc tantum ferram recipiunt, & contentionis funera ducunt Doctores, utrùm privilegium immunitatis per celebrem illam authenticam, *habita C. ne fil. pro. patr. concessum sit?* Cumque in eâ inter alia hæc legantur verba: *indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quàm eorum nuncii veniant, & cum eis securè habitent;* protinus

M m m m m m indè

indè conficiunt aliqui immunitatē, tūm ab aliis oneribus, tūm in primis à vectigalibus hīc contineri, cūm securè satis non faciat iter, qv̄i vectigalibus gravatur. Sed enim verba ista generalia nimis sunt, qv̄am ut specialem hanc immunitatem probare queant. Leges scilicet omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuunt, *l. 28. §. 7. ff. de pan.* nec tamen propterea omnes immunes sunt à vectigalium solutione. Securitas non impeditur, si ab aliquo exigantur communes, & solitæ præstationes, ut nec debitores eò minus securè vivere intelliguntur, qv̄ò magis debita ab eis exiguntur. Vid. *Limn. jur. publ. lib. 8. cap. 9. num. 17.* Ita tamen invaluit antè adducta interpretatio, ut contra leges peccasse dicatur, quisquis gabellas aut pedagia ab Studiosis exigere velit, cūm tamen tota ea immunitas ex dicta authenticā non nisi per consequentiam & illationem, & ex aliis legibus, qualis est, *l. 5. C. de vectigalib. l. 6. C. de Profess. & Med. l. 1. C. de naviular. l. 9. §. 7. ff. de publican.* non nisi per analogiam induci queat. Quod ergò lege expressā cautum non est, id interpretatione receptum, & longò usu ita confirmatum, hæctenus habetur, ut injuriam bo-

nis literis facere credatur, quisquis contrarium statuere nunc velit.

IX Cæterum immunitas, qv̄æ personis competit, personalis est, nec ad alios producitur, nisi ad familiam; cūm nec prodesset patriamiliam, nisi uti eā posset cum familiā. Nic. Boër. *decis. 213. num. 5. seq.* Joh. Papon. *lib. 5. tit. 11. arrest. 33.* A venditore autem in emptorem non transit. Et ideo pistores, ementes frumenta à Clericis, non sunt immunes à gabellā, licet Clerici venditores exempti sint. Joh. Petr. de Ferrariis, *in prax. tit. 29. gloss. 8. numer. 11.* Petr. Costal. *ad l. 17. §. 6. ff. de usur.* Sic enim etiam fiscus ad omnium vectigalium præstationibus immunis est. Mercatores autem, qv̄i de fundis fiscalibus mercari consueverunt, nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare possunt, *l. 9. §. fin. ff. de publican.* Conf. Joh. Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 20.* Anton. Matthæ. *de auctiōib. lib. 2. c. 7. num. 27.* Qv̄in & hoc rectè statuitur, immunitatem Clerici nihil omnino juvare socium Laicum, sed hunc pro suā parte vectigalium oneri obnoxium manere.

Azor. *d. l.*

CAPUT IX.

Pro quibus mercibus solvi debeant vestigialia?

SUMMARIA.

Immunitas à vestigialibus ordinariis, non immunitas est à solutione pontivegii. 1.

Immunitas sunt ea, quæ ad annonam pertinent, cæteris paribus. 1.

Immunes etiam sunt res, quæ ad usum proprium inferuntur. 2.

Item libri Studioforum. 3.

Et quæ ad agri culturam pertinent. 4.

Consuetudo tamen ubiq; debet prevalere. 5.

Vestigialia surpita & rerum earum, quæ non cadunt in commercium. 6. 7.

De chryfargiro & foricariis. 6.

An vestigial exigi possit pro transferendo cadavere hominis. 8.

I.

Satis de personis, de quibus hoc insuper notandum, immunem à solutione vestigialis ordinarii, per hoc non esse immunem à solutione pontivegii, quod pro pontium structura exigitur. Phil. Knipschild, de civit. Imper. lib. 3. c. 13. numer. 30. Perginus ad merces, quarum & ipsæ aliquæ ab hoc onere exemptæveniuntur. Inter quas primo loco merito referimus merces, ad publicum cujusque civitatis usum comparatas. Comparatas, inquam, ab ipsâ scilicet Republicâ, aut ejus Curatoribus. Hæc enim sine dubio fuit mens eorum, qui in civitatem ab initio coierunt, ut res suas, publico nomine comparatas, ab omni onere à se imponendo liberas acciperent, atque sic perpetuò exceptas haberent. Quicquid igitur alibi emptum aut

comparatum publicâ autoritate advehitur, quæcunque id fuerit, sive ad annonam pertineat, sive ad armaturam, sive ad ædificia publica extruenda, id omne immune & exemptum est, lib. 9. §. 7. & 8. ff. de publican. Ut verò illi etiam, qui talia suo nomine advehit, atque in illis mercaturam exercet, similis immunitas competat, ut maximè bonum publicum inde promoveatur, necesse non est, neque eadem svalet ratio. Et proinde mercatores, annonam ad exercitum vehentes, immunes non sunt. Amæd. à Ponte, de laudem. 9. 21. n. 4. 5. Si tamen tantâ rerum necessariorum inopiâ laborat Resp., ut sibi ipsa ex publicis redditibus consuleri nequeat, sed exterorum, aut privatorum auxilio opus sit, poterit tùm, & debeat talem immunitatem

M m m m m 2 omni.

omnibus illis, qui Remp. suis facultatibus juvant, siue cives fuerint, siue exteri, liberaliter elargiri, quod magis scilicet invitentur illi ad præstanda hæc subsidia. Rectè igitur subditis immunitas conceditur, qui fructus naturales, ex propriis rebus acquisitos, in foro exponunt, quod & in nostris his observari solet provinciis, uti id testatum facit constitutio Electoralis in *Erlod. d. Landsgravam. tit. Cammer-und Rent-Sachen/num. 9.*

II. Præterea non solvitur vectigal earum rerum, quæ ad usum proprium inferuntur, *l. 5. C. de vectigal. l. 4. §. 1. ff. de publican. Joh. Köppen. quæst. 50. circa fin. Henr. à Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 38. num. 5. Thomas Sanchez. consil. moral. lib. 2. c. 4. dub. 44.* Quid sit autem ad usum proprium inferre, docet Alfenus Varus, *in l. 203. ff. de V. S.* ubi dicit, sub verbis illis id tantum, quod victus sui causâ paratum est, contineri, atque sub eo etiam servos intelligi, qui ad patrisfamiliâs corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destinatique sunt. Verbo enim victus, ex Ulpiani interpretatione, *l. 43. ff. de V. S.* continentur non tantum, quæ esui, potuique, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt, sed vestis etiam & cætera, quibus tuendi curandive

corporis nostri gratiâ utimur, *l. 44. eod. Vid. Paul. de Citadinis, de jur. patron. part. 6. art. 4. num. 10.* Et quia adeò sub victus vocabulo non cibum tantum potusque, verum etiam vestimentum, stramentum, tegumentum, habitatio, ministerium, famulorum ac servorum, & si quæ sunt ejus generis alia, continentur, uti verba Ulpiani *μαεραία* Joh. Goeddæus, *ad d. l. 44.* dubium non est, omnia ista, quæ eò pertinent à vectigalibus libera esse. Atque sic puto etiam id jure Romano immune fuisse, quod quis domus suæ ædificandæ vel reficiendæ causâ vehit. *Sichard. ad rubr. C. de Vectig. num. 10. Ant. Fab. in addit. ad Cod. tit. de vectig. def. 3.* secus atque vult *Guid. Pap. quæst. 4.* & post eum *H. Hahn. ad Wesenbec. de publican. n. 4.* nisi de illis intellectum id velint, quæ ad luxum magis faciunt, quam ad decentem & competentem habitationem. Alia enim necessaria magis est habitationis instructio, quam junctorum, cubiculariorum, cocorum, ministratorum atque aliorum ejusmodi servorum apparatus, quos tamen ad usum patrisfamiliâs pertinere, & ex hoc à portorio immunes esse, dixit Alfenus, *d. l. 203. de V. S.*

III. Quæritur verò, an sic etiam liberi Studiosorum victus nomine contineantur, ut ex hac ratione immunes

nes

nes à gabellis habeantur. Negat Re-
 gnerus Sixtinus, *de regalib. lib. 2. c. 6. num. 134.* quòd libri & alia res, studiorum causâ comparatæ, ab hujusmodi necessario victu planè separatæ sînt. Quòd facere videtur textus, *in l. 6. ff. de aliment. leg.* ubi dicitur, ea, quæ ad disciplinam pertinent, legato alimentorum non contineri. Sed enim, etsi strictius aliquando victûs ratio, & alimenta sumantur, si præsertim de obligatione extranei quæstio fuerit, causa tamen studiorum ad educationem pertinet, uti patet *ex l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edict. l. 12. §. 3. ff. de administr. tut. l. 4. ff. ubi pupill. educar. deb.* & quæ in aliis alimenta, educationem, ministeria, studiaq; erogata sunt, æquiparantur, *l. 2. C. de aliment. pup. præstand.* atque sub eadem illic rubricâ continentur. Atque hinc tentari posset, etiam libros, & alia studiorum causâ comparata, non minùs atque ministeria usualia, immunita ab vectigalium solutione haberi debere. Nec tamen necesse est, longiùs petitis argumentis immunitatem Studiorum defendere, sed sufficit ad specialia Principum, quæ quisque Academiis suis indulgit, privilegia provocare.

IV. Exercendi ruris gratiâ quòd vehitur, vectigalium onere exemptum est, *l. 5. C. de vectigal.* ubi per-

peram à quibusdam legitur: *juris exercendi gratiâ.* Fuit enim verò hæc Constantini Imp., cujus est ista constitutio, haud vulgaris circa annonam sollicitudo, ut etiam agricolis, intuitu utilitatis publicæ, quam laboribus suis strenuè promovent, plurima concederet privilegia, enumerata Fr. Balduino, *de Legib. Constant. pag. 160. seq.* inter quæ præcipuum est istud, quòd securi esse debeant, ita ut neque servi aratores, neque boves aratorii, nec alia eorum instrumenta, ad agriculturam pertinentia, pignoris causâ ab executoribus capi possint, *l. 7. C. quæ res pign. obl. poss.* Consimilis igitur planè est hæc constitutio, quæ à vectigalibus immune esse jubetur, quicquid exercendi ruris gratiâ vehitur, & quicquid ad agriculturam pertinet, quòd non malè etiam fructûs ad seminandum refert Rutgerus Rulant, *de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 5. num. 76.*

V. Et hæc quidem res ut plurimum, & apud plerasque gentes Europæas exemptæ sunt. Circa quas ipsas tamen consuetudo potissimum attendenda est, quippè ad quam etiam provocat Juris Consultus Paulus, *in l. 9. §. ff. 6. de publican.* Adeoque fieri hinc potest, ut res, quæ in his terris munificæ sunt, in aliis immunes habeantur, & vice versâ.

M m m m m 3

Quod

Quod & de personis observare licet. Garf. Mastrill. *decis. 156.* Atque sic invaluit apud nonnullos, ut etiam res usuales, quas scilicet quis usus sui gratia comparavit, non immunes amplius sint. Quam consuetudinem prevalere dicit Julius Clarus, *lib. 5. sentent. §. fin. quest. 76. num. 2.* ipsi constitutioni Pontificia, in c. *quoniam de censib. in 6.* etsi in ea consuetudo talis damnata sit: Atque sic etiam apud Batavos hodie res proprii usus ac victus causa parata, vectigalibus sunt obnoxia. Johann. Jac. Wissenbach. *ad l. 5. C. de vectigalibus* idque ideò primitus receptum dicit Anton. Matthæus, *de auctione. lib. 2. cap. 7. num. 36.* quia pro libertate atque religione adversus pecuniosissimum Regem bellum gerentibus intendenda fuerunt publicae functiones. Jus commune autem in duabus ferè his regulis consistit, quas construxit Johann. Sichardus, *ad rubr. C. de vectig. num. 10.* Prima est: *Quicquid privati usus gratia vebitur, est immune.* Altera: *Quicquid negotiationis gratia vebitur, obnoxium est exactiioni vectigalium.*

VI. Si quis igitur res non promercales, & tales quidem, quæ neque in commercium cadunt, vectigalium oneri subicere velit, dubium non est, confociationi & conversationi humanae, tum & bonis

moribus, & ipsi quodammodo naturæ eum valde adversum esse. De Chryfargiro nota res est, fuisse pensionem talem, ut quisque mendicus, aut pauper, meretrix, sive jam emerita, omnis servus, itemque libertus, inferrent in ærarium pro urina, & stercore; jumentorum etiam & canum: sive in agris, sive in oppidis habitarent: & homines quidem utriusque sexus numisma argenteum: equus, mulus, bos tantundem, asinus, & canis folles sex. Vectigal istud, ab Constantino Magno impositum, refert Zosimus, Scriptor Gentilis, sub Honorio Imper. Sed eum non Evagrius tantum Scholasticus suo tempore, circa annum Christi DXC. defensum ivit, sed etiam nostrates JCI, Franciscus Balduinus, in *Constantin. Magn. lib. 2. pag. 104.* Jacobus Gothofredus, *ad l. 2. Cod. Theodof. de lustral. collat.* reprehendit verò, & de facto penè dubitat Claudius Espencæus, *de voto continent. lib. 4. c. 13.* Pertinent eò fornicarii, quorum fit mentio in *l. 17. §. 5. ff. de usur.* Illi scilicet, qui loca publica, quæ foricas & culinas appellabant, certo pretio à fisco conducebant, ut inde ferrent minuta æra à singulis, quos in foro subita exonerandi se necessitas deprehenderat. uti explicat Cujacius, *lib. 22. obs. 34.* Vixit enim Paulus JCIus, cujus est iste

iste in pandectis textus, tempore Alexandri Severi Imp., Principis quidem optimi, sed cujus sub regimine foeda quamplurima ex Heliogabali antecessoris vitioso imperio reliqua erant. Quale erat vectigal meretricium, quod ab Alexandro Severo sumptibus publicis ad instaurationem theatri, Circi, Amphitheatri, & ærarii deputatum refert Ælius Lampridius, in ejus vit.

VII. Alia plura excogitavit dominantium cupiditas. Etiam pro umbra vectigal exactum Plinius refert, *hist. nat. lib. 12.* Imò & pro aère, si quidem credendum Cedreno, ætati Michaëlis Paphlagonis Imper. orientis id tribuenti. Quam sordidus & ingeniosè avarus in his rebus fuerit C. Caligula, Svetonii, in ejus vit. c. 40. hæc docent verba: *Vectigalia nova atq; inaudita exercuit: nullo rerum aut hominum genere omissis, cui non tributis aliquid imponeret. Pro edulis, quæ totâ Urbe venirent, certum statumq; exigebatur. Pro litibus atq; judiciis, ubicunq; conceptis, quadragesima summa, de quâ litigaretur: nec sine pœnâ, si quis composuisse vel donâsse negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava, ex capturis prostitutarum, quantum quæq; uno concubitu mereret. Additumq; ad caput legis, ut tenerentur publico, &*

quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent: nec non & matrimonia obnoxia essent. Plura addere nolo, cum non possit non ex rebus ejusmodi foetidis Lectori nausea oboriri, quamvis Vespasiano aurei nummi, quos ex lotio acceperat, non malè olere viderentur. Exempla ejusmodi alia congesserunt Casp. Klock, de *contribut. cap. 1. n. 321. seqq.* Herman. Lather. de *conf. lib. 1. cap. 5.*

VIII. Sed quid est, quod dicitur, *l. 37. ff. de relig. & sumpt. fun.* etiam vectigalia erogata corporis causa inter funeris sumptus computari? an putabimus hinc, justè exigi pro transferendo defuncti corpore vectigal? Ita videtur sentire Cujacius, *lib. 5. obs. ult. & lib. 10. obs. 11.* sequens fidem & interpretationem Βασίλειου. Sed Elbertus Leoninus, *lib. 3. emendat. cap. 10.* in isto textu non vectigalia, sed vestiaria legendum esse, cum ex autoritate quorundam Codicum defendit, tum ex ratione, quod onus istud vectigalium favori sepeliendorum cadaverum valdè refragetur. Sanè edicto D. Severi mandatum fuit, ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri, *l. 3. ff. de sepulch. viol.* atque id prædis provincie officium esse, scribit Ulpianus, in *l. 38. ff. de relig. iof.* Nec ullibi legi-

legitur constitutum, ut pro transfere-
 rendo defuncti corpore aliquid sol-
 vatur. Imò verò contrarium lege
 definitum est, ut nullum in qvopi-

am loco vectigal ab aliqua personâ
 pro corporibus latis præbeatur, l.
 ult. quam ex Basilicis restituit Cuja-
 cius, *Cod. de relig.*

CAPUT X.

Quid, quantum, & qvo loci solvi debeat vectigal?

SUMMARIA.

- Vectigal rectius in pecuniâ numeratâ exigitur. 1.*
Potest tamen certo casu ex ipsis mercibus solvi. 2.
Iniquè exigitur pars vini aut cerevisia. 3.
Quantitas, qva in vectigalibus exigi debeat. 4.
Locus debet esse certus. 5.
Utrum is mutari queat? 6.
Sententia Wittebergensium. 7.
Alia in iudicio appellationis pronunciata. 8.
Pontenagium non debetur ponte destructo. 9.
Quid verò, si existente eo eatur per vadum? 9.10.

I.

Pergimus ad articulum secun-
 dum, quem supra fecimus, ut ju-
 stitiam vectigalium tueremur. At-
 que in hoc triâ considerari oportere
 diximus; quid exigi debeat, scili-
 cet, quantum, & qvo loci. De pri-
 mo dubitandum non est, justis-
 simum esse istud, quod solvitur in pe-
 cuniâ numeratâ, nisi ipsi vectores
 ex mercibus suis dependere id ma-
 lint. Qvam in rem Doctores im-
 primis notant textum, in l. 5. C. de
 vectigal. quòd ibi dicatur, *pro rebus,*
 non *ex rebus,* vectigal exigi, aut non
 exigi debere. Neque obstat, quòd

octavæ fiat mentio, in l. ult. C. de Eu-
 nuch. l. 7. & 8. C. de vectig. & vecti-
 galis octavarii, in l. 7. C. locat. ex
 qvo videri posset, octavam ipsarum
 rerum promercalium solutam fuis-
 se. Id enim verò intelligendum est
 non de parte specierum, quæ trans-
 vehuntur, sed de parte precii. Henr.
 Bocer. *de regalib. cap. 2. numer. 196.*
 cum explicari aliàs nequeat, quâ ra-
 tione pro Eunucho octava solvi pos-
 sit, de quâ agitur in d. l. ult. C. de Eu-
 nuch. Quòd facit, quod putat Ja-
 cobus Gothofredus, ad l. 2. Cod.
Theodos. de fisc. deb. coassandos, sive
 con.

conglutinandos esse textus, in l. 4. C. de conven. fisci. deb. & in l. 7. C. de vectigal. atque ex hac junctura talem effingit casum: Mercatorem ob venditas in nundinis merces octavarii vectigalis fisco debitorem esse. *Non potest, inquit, is ex actionem fisci morari, frustrari, hoc obtentu, quod dicat, eos, quibuscum contractus inist, quibus merces vendidit, debitores suos, sibi obnoxios, precium sibi mercium nondum solvisse, &c.* Ex quo sequitur, octavam illam non fuisse partem ipsarum mercium, quippe jam venditarum, sed potius precii inde confecti.

II. Quod verò limitationem addidi, si vectores ex ipsis mercibus vectigal solvere velint, vectigal pecuniarium omitti posse, id non ita intelligendum est, ac si integrum sit negotiatoribus, pro arbitrio & lubitu vel nummos solvere, vel partem mercium, sed quod fieri aliquando id queat, non invito publicano, adeoque utriusque consensu interveniente, dummodo id, quod publicè constitutum est, observetur, & Reipublicæ à publicano satisfiat, si quidem pecunia numerata in fiscum inferenda fuerit. Solvit enim tum negotiator per publicanum, quod solvere oportuit, nec interest Reipublicæ, à quo solutio fiat, interest autem publicani, con-

ditionem suam facere meliorem, ex receptione scilicet earum mercium, quas aliàs carius emere oporteret. Id quod ipsi invidendum, non est. Sed hoc tamen tum cavendum, ne æstimatio rerum à publicano fiat, sed ab ipso potius mercatore, nevé per modum concussionis plus à viatore exigatur, quam ipse reverà debet.

III. Atque hinc patet, quid sentiendum sit de quaestione, utrum, qui vinum, aut cerevisiam, per loca vectigalia transvehunt, ipsa aperire dolia, & partem vini aut cerevisiæ loco vectigalis ex iis præstare cogi possint? Et non posse, rectè statuunt Henning. Gæden, *conf. 7. & 8.* Johann. Schneidevvein, *ad §. capite tertio num. 3. Inst. de L. Aquil.* Henricus Bocer. *de regal. cap. 2. 196.* Christoph. Winzler. *de collect. consil. 6.* Johann. Georg. Becht. *de securit. num. 66.* eò scilicet, quòd apertura ista & delibatio fieri nequeat sine detrimento & deterioratione vini aut cerevisiæ. Caveri enim vix potest, ut, si aqua repleantur vasa, vinum non fiat spurcum, aut, si non repleantur, non fiat acetum, quod utrumque actionem ex L. Aquilià subministrat, l. 27. §. 15. ff. ad L. Aquil. Neque ignotum esse potest cuiquam ex re œconomica, quibus corruptelis obnoxia sint ejusmodi poculentata, ut incivile prorsus & iniqum

lit, corruptioni causam dare, suoq; cum exiguo lucro damnum alteri decuplo, vel etiam tanto majus inferre. Communis etiam utilitas in vectigalibus attendi debet, ut & commercia conserventur, quod fieri nequit per istiusmodi delibationes & capturas.

IV. Porro, ut ad quantum veniamus, quod solvi vectigalium nomine oporteat, vix est, ut hic certum quid definire liceat. Octavam apud Romanos dari oportuisse pretii partem, modò diximus, atq; hinc conductores vectigalium octavarios dictos fuisse, *ex l. 8. C. de vectigal. constat.* Magnum id fuisse videtur Brunemannano, ad *l. 7. C. eod.* sed ex hoc fortè excusatum, quòd non ita frequenter, sed semel tantum solvendum fuerit. Atq; hæc octava Theodosii & Valentianiani ævo ita distributa fuit, ut duæ partes fisco inferrentur, tertia in ditione urbium municipumq; remaneret, *l. fin. C. de vectig.* quod falsè perstringit Albericus de Rosate, notante Johanne Sichardo, *ad rubr. C. eod. num. 7.* idq; ex cupiditate fisci malè servari, ait Lucas de Penna, referente Rolando à Valle, *volum. 2. consil. 84. numer. 17.* Hodie in omnibus vectigalibus Principum, aut eorum, qui summi tenent imperium, edicta observari necesse est, sed quæ ita

adornari debent, ne gravia nimis sint, & bono publico adversa, ut ad eò quantitas vel augeri pro re nata queat, vel minui, prout necessitas exegerit, aut remiserit. Nec enim sine iustâ & rationabili causâ vectigalia vel augeri vel nova constitui debent, *Rol. à Valle, vol. 2. consil. 91. num. 31. seq.* Quæ hic addunt Doctores de vicesimâ quintâ, aut quinquagesimâ, aut centesimâ rerum venalium, de quadragesimâ judiciariâ, de vicesimâ hereditatum, & aliis, hæc non pertinent, quoniam, ut ab initio dixi, loco vectigalium habentur. *Vid. Just. Meyer. in Colleg. Argent. de public. & vectigal. n. 4.*

V. Quod locum attinet, ubi vectigalia solvi debeant, plerumque is certus & definitus est, unde & ipsæ publicanorum stationes, in quibus vectigalia recipiunt, telonea dicuntur. *Francisc. Hottomann. in 2. F. 56.* Ad istum locum certæ plerumque erigi solent Herme, sive statuæ Mercuriales cum elogio aliquo, per quas viatores de officio suo admoneantur. Et quandoque necesse est, tales erigi, si præsertim noviter constitutum fuerit, quod exigitur, vectigal. Neque tùm debetur vectigal prius, quàm ad istum locum quis pervenerit, quia reliqua omnia loca naturaliter libera esse intelliguntur, *Henric. Klock. de vectigal.*

jur. num. 71. Nec tamen propterea liberum est viatoribus, utrum loca illa, à publicanis notata, accedere velint, an minùs; quin imò, si per provinciam ire destinatum est, tenentur aurigæ semper procedere in viâ publicâ, quâ communiter utuntur omnes, idq; si non fecerint, non carent suspitione fraudati vectigalibus. Nisi fortè transiens per viam inusitatam hoc fecerit ex justâ aliquâ & legitimâ causâ, quia fortè communis & usitata via ab aquis inundata, aut latrunculis occupata est, tùm enim videtur carere dolo. *Matthæus Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. num. 81. seqq.* *Henricus à Rosenthal, de feud. c. 5. conclus. 39.* *Jos. Mascard. de probat. conclus. 834. num. 35.* Atque hinc certi à Principibus constitui solent speculatores, ad hoc unum intenti, ne aurigæ, vel vectores mercium, per insolitas vias deflectendo defraudent vectigalia. Quod & stationariorum olim, octavariis adfidentium, fuisse munus ex *Dionis lib. 54.* notat *Dionysius Gothofredus, ad l. 5. C. de vectig.* *Add. Johann. Georg. Becht. de securit. num. 60.*

VI. Constitutum hunc locum, & vectigalibus recipiendis destinatum, utrum Principi liceat mutare, adeoque utrum possit telonium ex uno loco in alium transferre, com-

modum erit hic disquirere. Ego verò nullus dubito, Principi id licere. Qui enim vetera augere, qui nova constituere potest vectigalia, cur non etiam mutare ea, & in alium locum transferre possit? Plus utiq; est noviter constituere, quàm constituta transferre. Et quis erit, qui Principem transferentem prohibere ausit? Loquor autem de Principe, qui summum tenet imperium, quiq; telonia nulli aliù accepta refert. Aliud igitur statuendum erit de eo, qui vel feudi, vel alio titulo jus tale habet, quippè quod hâc ratione ex jussu & voluntate ejus, à quo concessum est, dependet. Quò pertinet, quod ait *Hermogenianus, in l. 10. ff. de publican. Et vectigal. Vectigalia sine Imperatorum precepto neq; Præsidi, neq; Curatori, neq; Curie constituere, nec precedentia reformare, Et hinc vel addere vel deminuire licet.* Et sub hâc limitatione accipienda sunt, quæ scribit *Henr. Bocer. de regalib. c. 2. n. 195.* *Petrus Frider. de process. lib. 2. cap. 42. num. 17.* Et si enim quis generaliter & indefinitè sine determinatione loci jus vectigalia percipiendi feudi titulo acceperit, telonio tamen semel adornato, neque locum mutare, neque vectigalia augere, neque merces immunes munificas facere deinceps potest: non magis, quàm ille,

N n n n n 2

cui

cui simpliciter via per alterius fundum concessa est, mutandæ ejus potestatem habet, quâ primum eam direxit, l. 9. ff. de servitut. Add. Henr. Klock. de vectigal. numer. 73. & 74. lit. C.

VII. Ita responderunt Domini an S. S. Geheimte und Cammer-Rathe zu M. mens. Octob. 1660. Wenn gleich Herr Beklagter / Vermög. seines Lehn-Brieffes / in der Herrschafft N. mit der Zoll-Gerechtigkeit beliehen / auch durch ein absonderliches Privilegium, die neuerkauften Güter / mit allen Freyheiten und Rechten / gleich andern seinen in der Herrschafft N. gelegenen Gütern zu besitzen / erhalten. Dennoch aber / und dieweil die Zoll-Gerechtigkeit eine Beschwerde mit sich führet / welche ohne der hohen Obrigkeit Verwilligung / weder gesteigert / noch von einem Orte zum andern gelegt werden mag / auch nach so langwierigen Gebrauch gewisser Zoll-Städte / dergleichen neue anzulegen einen Lehnmann nicht zukommt / ic. So ist Herr Beklagter an denen Orten / in welchen hievor der Zoll nicht abgegeben worden / denselben zu fordern / und dadurch neue Zoll-Städte aufzurichten nicht befugt. Es wolte dem die Hohe Landes-Obrigkeit Ihme solches / in Ansehung / daß Er nur einmahl durch seine ganze Herrschafft den festesten Zoll erhebet / und die Sub-

Quid, quantum,

Leute wegen des auf die Herrschafft M. gerichteten Strassen-Patens die alten B. Zoll-Städte nicht mehr betreten dürfen / verstaten / dessen genosse er billich / B. X. B.

VIII. Eieri tamen potest, ut propter graves causas, præsertim, si propter scabras lutasque vias aurigæ per anfractus locum, vectigali destinatum, evitent, locum hunc, semel electum, mutare, & telonii perceptionem in alium transferre liceat. Id verò, cum plerumque vicinis publicanorum stationibus damnum afferre soleat, ne id fiat, videtur non aliter locum habere posse, nisi præviâ causæ cognitione, & sub certis conditionibus. Disputatum eâ de re memini in supremo Appellationis judicio Electorali Saxonico Term. Martini 1672. in causâ Actorn Martin Schülers / wegen des Amts Frauenstein C. Caspar Henrichen von Schönberg / & tum pronunciabatur in hunc modum: Daß der von Schönberg / gestalten Sachen nach / bey dem Zoll zu Clausnitz / (erat hoc teloneum novum, cum antea vectigalia in pago Neuenhaus existenterentur, atque illud quidem prohibere volebat Quæstor Frauensteinis, quòd videretur inde damnum inferri teloneo Principis, in pago Rechenberg instituto,) zu schicken. Er ist aber seiner gethanen Er-

klärung nach / den Weg nach der Hasen-Brücke zu verbiethen / und zu solchen Ende denselben mit Schlägen zu verwahren / auch da Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen / unser gnädigster Herr / vor gut befinden und befehlen würden / gedachte Hasen-Brücke ganz und gar abwerffen zu lassen / und darneben zu verstaten schuldig / daß das Ant Frauenstein vor sich / und ohne Begrüßung seiner Gerichte / iedoch in übrigen seiner Gerichtsbarkeit unschädlich / die Fuhr- und andere Leute / so sich dieses / und der darby befindlichen Ab- und Schleiff- Wege bedienen / gleich seinen eigenen Gerichten / und wer unter Ihnen solche am ersten antreffen wird / anhalten / pfänden / oder sonst / der Gebühr nach / bestrafen möge / B. N. W.

IX. Sequitur hinc, loco isto, ex quo vectigal imperatur, destructo, ut transiri nequeat, vectigal isthic amplius non deberi. Quia ratione pontenagium non debetur, ponte non amplius existente. Deficiente enim causâ, deficit res ipsa, quæ ex istâ causâ oritur. Klock. d.l. num. 72. Sed existente ponte utrum eundo per vadum evitari pontenagium à viatoribus queat, non videtur omnino dubio carere. Sanè integrum est, Principi designare viam publicam, quâ ire peregrè advenientes velit. Et eâ designatâ licitum non est aurigis

aliorsum deflectere, viamq; aliam facere. Quò & facit, quod in simili casu statuunt Doctores, ad reficiendum puteum communem, vel reparandam viam publicam teneri unumquemq; ex viciniâ sumptus facere, nec liberari quenquam, etsi renunciare usibus & commoditatibus putei aut viæ velit. Joh. Bapt. Costa, de rat. Rat. q. 27. n. 8. Ægid. Thomat. de collect. §. retenta. n. 17. Ad eundem igitur modum non videtur immunis esse à solutione pontenagii, qui non utendo ponte communi usui ædificato vada transit, & alio modo flumen superat. Sed verò contraria sententia inter Doctores recepta est, & lege confirmata, in capit. Lotbar. lib. 2. tit. 31. Nullus cogatur ad pontem ire, ad fluvium transeundum propter telonii causam, quando in alio loco compendiosius transiri potest fluvius. Liberum est Principi designare viam publicam, sed liberum non est, id facere cum damno viatorum extra causam necessitatis. Pontes idèò extruuntur, ut superari possint flumina, quæ si per vada transiri possunt, quid opuserit ponte? Aurigis deflectere à viâ publicâ non licet, eum in finem, ut fraudentur vectigalia. At pontenagium, quâ tale, ab reliquis vectigalibus distinctum est, quippè quod pro solo pontis usu solvi oportet, nec adeò, si non solvatur, reliqua

Nnnnnn j

illi-

illicò denegantur vectigalia. Imò verò pontenagium tale vectigal non est, ut si solutum non fuerit, merces propterea in commissum cadere debeant. Sumptibus ad communem puteum reficiendum idèò quis non liberatur, quia communis in eo versatur utilitas, & sumptus ex conventionione à maiore parte vicinitatis, cuius ipse est membrum, decernuntur. At pontenagium ex conventionione prævià non debetur, neq; pontis aliqua est utilitas, quando ejus nullus est usus, aut supervacuuus. Quocircà iniquum prorsus mihi videtur vectigal istud, quod in locis quibusdam pro transitu pontonibus faciendo exigitur tùm, quando flumen congelatum, & glacie ita induratum est, ut superari pedestri itinere queat, & pontonis omnimò nullus est usus, etsi quis uti maximè velit. Cùm, quod physicè impossibile est, in moralibus nullam ex se præbere possit speciem justitiæ ex possibilitate proveniente.

X. Limitat communem Doctorum sententiam, suprà relata, post Baldum Schneidevvinus, *epit. feud. part. 2. n. 112.* attendendam esse consuetudinem, cùm diversum planè receptum esse queat. Quam consuetudinem ego eatenus probo, quatenus reditus tempore eo, quo pontis usus est, ex pontenagio provenien-

tes non sufficiunt ponti conservando. Tùm enim tempore etiam eo, quo per vada transitus est, quin exigi pontenagium queat, nullum penes me dubium est, etsi viator tempore exundationis factæ rediturus fortè nò sit. Ratio est, quia propter incertitudinem & varietatem tempestatum, quæ etiam præsentem tempore fluminis exundationem, & hinc pontis indigentiam inducere potuisset, factius est, exiguum aliquod vectigal pro usu pontis in perpetuum & subitaneum usum parati exsolvere, quàm pluviosis diebus, ubi ad flumè exundans ventum fuerit, nullo ibi ponte reperto, magno cum dispendio temporis commorari, & undam recedentem expectare. Addo ego adhuc aliam limitationem, non posse pontem à viatore præteriri, eum in finem, ut vectigal defraudetur, si quidem præter pontenagium etiam vectigal ipsum, sive portorium, quod pro mercibus importandis & exportandis exsolvitur, isthuc exigitur. Uti enim suprà dixi, telonia ejusmodi constituta præterire, aut per vias inusitatas incedere nemo debet. Liberum tamen adhuc erit aurigæ, soluto hoc vectigali, utrum per pontem, an verò per vada ire velit, quia tùm fisci nihil amplius interest, dummodò, ut vectigal solveret, ad locum illum accesserit.

CAP.

CAPUT XI.

De

Officio tùm viatorum, tùm publicanorum.

SUMMARIÀ.

- Vector, aut viator, profiteri debet merces. 1.*
An etiam profiteri quia debeat res immunes? 2.
Pana non proficientium. 3.
Portitorum nequitia. 3.
Abiiones adversus publicanorum fraudes qua? 4.
Actio ex edicto de publicanis. 5.
Extra ordinem quodandog, puniendi. 6.

I.

Addendum nunc est etiam de modo, qui in teloniis observari debet. Circa quem considerandum est officium tùm viatoris, & ejus, qui merces vehit, tùm ipsius portitoris. Ex parte ejus, qui merces vehit, necessaria est earum professio, l. 16. §. 3. 9. & 12. ff. de publican. etsi merces ipsæ immunes fuerint, & nullum pro eis vectigal debeatur, n. §. 3. & 9. Cujac. l. 14. obs. 3. Nec necesse est, ut publicanus veniat, & transgredientem moneat, aut instruat, §. 6. eod. Sed ipse vector venire debet, & profiteri planè non admonitus. Sebast. Guazzin. de confiscat. bonor. conclus. 13. ampl. 82. num. 2. quamvis dissentiat Johann. Gutierrez,

de Gabell. qv. 3. num. 48. quod durissimum sit obligare advenas ad sciendum statuta. Sed quæ ratio idè parùm sufficiens est, quia ubivis terrarum vectigalia in usu sunt, & hinc advena ignorari non potest, etiam illic loci, quò transit, vectigal solvendum esse, & hinc adè ei incumbit, locum istum inquirere. Aymo Cravetta, *consil. 115. num. 3.* quoniam hujusmodi ignorantia de re, apud omnes gentes usitata, crassa est, & debuisset ac potuisset interrogando faciliè fieri certior. Henr. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 37. num. 7.* Jos. Mascard. *de probat. conclus. 834. num. 8.* Thom. Sanchez. *consil. moral. l. 2. c. 4. dub. 10.*

II. Di-

II. Distingvunt Doctores inter res notoriè immunes, & illas, de quarum libertate ambigitur; primas illas etiam à professione immunes faciunt. Fundamentum petunt ex *d. l. 16. §. 3. ff. eod.* sed meo iudicio non satis accommodatè. Agitur ibi de mancipiis tum venalibus, tum usualibus, sine professione investis, & ait Juris Consultus, in utrisque poenam commissi esse, *si tamen novitia*, inquit, *mancipia fuerint, non veterana.* Cur in veteranis aliud receptum fuerit, nullam se reperire causam, dicit Cujacius, *d. l.* nisi quòd eis habitus hinc fuerit veluti honor propter usum & peritiam rerum. Sed veteranum quem esse, unde notorium esse poterit? Et cur non æquè notorium esse poterit, mancipium esse usuale? quippè pro quo ipso etiam vectigal nullum solvitur, *l. 5. C. de vectigal. §. l. 203. ff. de V. S.* Et tamen dicitur, mancipium usuale, quod veteranum non fuerit, si nulla ejus professio facta sit, in commissum cadere. Utraque qualitas, esse usuale, & esse veteranum, æquè ignota esse potest. Et cur ergò circa notorietatem ad hunc textum provocant Doctores? Sanè si minor usus causa mancipia duxisset, & in sola professione errasset, quia scilicet profiteri debuerat, etsi vectigal pro iis nullum debea-

tur, ignoscendum esse ei, Divus Pius rescriptit, *l. fin. §. 9. ff. b. t.* Si minori propter omissam professionem rerum immunium ignoscendum est, non erit ignoscendum majori. Sic enim describitur illic loci subjectum, cui ignoscendum est, ut indultum id videatur ætati, & hinc ad alios extendi non debeat. In praxi tamen hæc eorum sententia ita recepta est, ut difficulter hodiè contrarium statuatur. De quâ etiam testatur David Mevius, *ad jus Lubecens. lib. 2. tit. 3. art. 6. n. 10.* ubi asserit, frustra rerum immunium fieri professionem, nisi eo tantum fine, ut de immunitate constet, omissam autem professionem, nunquam operari poenam. Add. Henr. Klock. *de vectig. jur. num. 88.* Henr. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 38.*

III. Officium portitoris est, ut recipiat vectigal, quantum lege constitutum est, nec quid ultra exigat. Atque illud etiam, nisi paratus sit solvere viator, non nisi modeste ab initio petat. Quod si facturum se neget viator, commissi poena jure civili locum habebat, de quâ mox plenius dicam; Sed jure hodierno captura quandoque, & carcer discerni solet ad petitionem publicani, & ipsi interim detentio mercium permissa est. Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. numer. 74.*

Jult.

Just. Meyer, *in colleg. Argent. b. t. n.*
 15. Joh. Papon. *lib. 13. tit. 9. arrest. 7.*
 Et Joh. Köppen, *quaest. 50. n. 11. 12.*
 Ne verò & hicaliqua à publicanis
 injuria vectoribus inferatur, sedu-
 lò dispiciendum est illis, qvi publi-
 canis hanc potestatem faciunt,
 Quàm enim iniqui illi, & in omnes
 fraudes proclives esse soleant, omnis
 ætatis historia, & quotidiana insu-
 per docet experientia. Abundat
 peres illos, expositore Suidà, *π-*
παρήσια μίση βία, ἀνεπιτήκετος ἀρπα-
γή, ἀναίχυντος πλειονεία, πραγμα-
τεία, λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναίδης ἐμπορία.
 Tales qve ut plurimum sunt ex mi-
 litibus, quorum res ad mantricam
 redacta fuit, vel ex procuratoribus
 famelicis, aut aliis nullius precii
 hominibus, uti eos describit Loy-
 seau apud Limnæum, *ad capitul. Fer-*
dinandi III. art. 20. Et huc demum
 abit omnis eorum neqvitia, ut plus
 æqvo per vim aut dolum extor-
 queant nomine vectigalium, utqve
 viatores itinere absolvendo inten-
 tos circumveniant, & rebus suis
 cum damno aliorum consulant.

IV. Ut verò audacia hæc & teme-
 ritas, quâ maximè famosæ sunt pu-
 blicanorum factiones, *l. 12. ff. b. t.*
 compescatur, plurimæ in eos ex ju-
 re constituto competunt actiones
 tam rei persecutoriæ, quàm pœna-
 les, positæ tamen terminis habili-

bus. Datur scilicet condicatio inde-
 biti, *l. fin. §. fin. ff. b. t.* datur actio vi
 bonorum raptorum, damni inju-
 riæ, furti, &c. *l. 1. §. 3. Et 4. ff. b. t.* &
 pro re natà, atqve concomitante
 crimine aliæ plures. Sed & specia-
 lem Prætor adversus eos dedit
 actionem, quòd hoc hominum ge-
 nus singulari modo propter fre-
 quentiam scelerum & infinitas frau-
 des notari debuerit, edixitqve, ut si
 quid publicanus, aut alius publica-
 ni nomine, aut familia publicano-
 rum vi ademerit, aut illicitè exege-
 rit, in duplum illi, post annum in
 simplum condemnentur, *l. 1. ff. eod.*
 concurratqve actio ex hoc edicto
 cum actione bonorum vi rpto-
 rum, cum actione furti, cum actio-
 ne damni ex L. Aquilià, ne scil. me-
 lior sit publicanorum, quam cæte-
 rorum improbisimorum homi-
 num causa, *d. l. 1. §. 4.* Quod tamen
 cum grano salis accipiendum est.
 Uti enim rectè observat Bachovius,
ad Treutl. vol. 2. disp. 18. tb. 8. lit. D.
 vindicatur ex hoc edicto delictum
 & proprium sive speciale, & com-
 mune. Speciale est, si publicanus
 plus, quàm decet, exigat nullà adhi-
 bità vi, neq; commisso aut concur-
 rente furto, nullo illato damno,
 quod L. Aquilia vindicatur, ita ut
 delictum publicani per se stet, nec a-
 liquod aliud concomitans habeat.

Ooooo

Et

Et tùm utiq; reliqvæ actiones concurrere nequeunt, sed unica tùm locum habet actio ex hoc edicto: Commune autem delictum est, si à publicanis aut familiâ eorum damnum detur, violentia aut furtum committatur. Atqve tùm non furti tantùm; aut ex L. Aquiliâ, aut vi bonorum raptorum actio datur, sed etiam specialis hæc ex delicto de publicanis, *l. 1. §. 2. ff. b. t.* propter quem concursum delictum hoc commune dici potest, quod scil. ob unum idemqve factum generalis aliqua, & specialis hæc actio locum inveniat. Ubi & illud notandum est, in concursu tali, si intentetur specialis, qualis est hæc actio ex edicto de publicanis, non propterea excludi actionem generalem, quo minus & ista contra eundem, jam ex speciali actione condemnatum, intentari queat, quatenus scil. plus est in generali, quam in speciali. Joh. Sichard. *ad l. 8. C. de furt. n. 5.*

V. Competit actio ista specialis, quando intra annum instituitur, ad duplum ejus, quod ademptum aut exactum est, post annum ad simplem. *l. 1. pr. ff. b. t.* sed ita, ut in duplo illo ipsius etiam insit rei persecutio, *l. c. §. 1. ff. eod.* Et in hoc scil. gravior est, quam actio damni injuria ex L. Aquiliâ, quippe in qua reus condemnari solet in id, quanti

plurimi res eo in anno fuerit, *pr. Inst. de L. Aquil.* non præcisè in duplum. Mitior tamen vicissim est actio, quam furti, aut vi bonorum raptorum, quippe cum in duplum detur, cum vi bonorum raptorum in quadruplum sit, & furti manifesti æqvè in quadruplum, *l. 1. §. 3. ff. de publican.* Sed non ideo tamen minus tenentur publicani furti, aut vi bonorum raptorum, si quidem talia delicta concurrant, sicut raptor, si apprehédatur, præter actionem vi bonorum raptorum etiam furti tenetur, *pr. Inst. de vi bonor. rapt.* Imò verò in eo quoque gravior est specialis hæc contra publicanos actio, quod si non exhibeant familiam, quæ damnum, vim aut furtum fecit, aut aliquid illicitè exegit, in solidum suo nomine teneantur, *l. 1. §. ult. ff. b. t.* Cujac. *in paratitl. ibid.* Franc. de Amaya, *ad l. 1. C. de exact. trib. n. 18.*

VI. Præter istas actiones omnes etiam extra ordinem in publicanos animadvertitur. Alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor disciplinæ publicæ postulat, *l. 9. §. 5. ff. de publican.* Quæ disciplina utinam exacueretur haud rarò, & severior in ejusmodi homines existeret: non ita prostitueretur bona Reip. fama, nec tam malè audirent apud exteros, quod sæpissimè nunc contingit.

Pro

Proceres & gubernatores Imperii. Ipsi Principi hic incumbit, sedulo inspicere, quid rerum gerant, & quantum officio suo fungantur publicani, & alii publicarum pecuniarum receptores, eosque, qui dolose & fraudulenter in eo versati fuerint, pro ratione culpæ aut criminis commissi ita punire, ut metus ad reliquos perveniat. *Mulum consulerit*, inquit Johannes Mariana, *de reg. & regis instit. 3. c. 7. regia vectigalia, undecunq; existant, diligenter curari, ne à vaftris hominibus & pra-*

vis, qui omnes pecunia vias norunt, omnesque fraudes pecunia causa suscipiunt, minuantur, siue publicani is sint, siue quibus cura regionum vectigalium credita est, quâ peste vix ulla magis tetra excogitari potest. Quàm grave Reip. bonis invidiosum, plerosque ad eam procurationem accedere exsuccos, sine censu: eosdem intra paucos annos copiosos & beatos evadere: à quibus profectò exigendum esset, ut rationem opum quasitarum exactam reddant, &c.

CAPUT XII.

DE

Pœnis fraudantium vectigal.

SUMMARIA.

- Pœna commissi unde ita dicatur. 1.*
- Cessat commissum, si professio facta fuerit. 2.*
- Etsi vectigal solutum nondum fuerit. 3.*
- Merces omnes indicanda sunt. 4.*
- Muros & immunes res an omnes in commissum cadant, si professio facta non fuerit? 5. 7.*
- Curru in commissum cadente, an idem sentiendum de equis? 6.*
- Error & ignorantia an in tali casu excuset? 8. 9.*
- Pœna commissi aliquando remittitur, aliquando planè non habet locum. 10. 11. 12.*
- In commissum quod cadit, desinit esse ejus, qui vectigal fraudavit. 13.*
- Pœna fraudantium jure Saxonico. 14.*

I.

Satis jam de pœnis publicanorum, superest, ut etiam de pœnâ illorum, qui fraudandi vectigalis

gratiâ merces non profitentur, aliqua addamus. Et hæc pœna de jure civili dicitur esse commissi, *l. ult.*

000000 2

ff. de

ff. de publican. Committi vetus verbum est, Jctis familiare, & significat aliquid committi, propter quod res debeat uni dari, & alteri adimi: quia videlicet quidpiam vel factum non est, quod debuit fieri, vel factum est, quod non debuit fieri. Et hanc vocis explicationem adversus Claudii Salmasii impugnationes defendit Josephus Gibalimus, *de usur. lib. 3. cap. 7. art. 13. consec. 4.* ubi ostendit in talibus casibus, quibus commissio locus est, semper unam legem committi, & in aliam, sive contra aliam simul committi. Sic enim lex est, ut qui merces apud publicanum non profitetur, eas amittat. Qui igitur facit & committit, quamobrem merces amittat, committit contra legem, quæ jubet fieri professionem mercium, nam tamen implet & committit, quæ merces non profectas fisco vindicat. Totalis est de acceptione vocabuli. Sufficit nosse, commissum nihil aliud esse, quam rerum merciumve casum in fisco, propter fraudem à Domino admissam. Et sic commissum facit, ut res desinat esse ejus, cujus antea fuit, quomodo in venditione lex commissoria facit, ut res desinat esse emptoris; in pignore ut desinat esse debitoris, in vectigalibus, ut desinat esse ejus, qui vectigal non solvit. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 1. sb. 26. lit. D.*

II. Cadunt ergo merces in commissum, quæ quis non professus est apud publicanum, fraudandi vectigalis gratiâ, *l. fin. §. 1. & 3. ff. de publican.* Repetendum enim ex superioribus, necessariam esse professionem mercium ex parte vectorum. Omisâ tali professione merces fisco acquiruntur, nec opus tum est præviâ admonitione portitoris. Ut autem præter professionem à viatoribus etiam solutio offeratur publicanis, æquè necessarium non est, & sufficit, paratos eos esse ad solvendum. Imò verò sibi imputare debet publicanus, cur vectigal non exegerit. Hoc igitur casu, cum professiones recitantur, commissum cessat, *l. ult. §. 12. ff. b. r.* nisi quis post professionem illic se subduxerit, animo non solvendi. Tum enim paratus ille ad solutionem dici nequit, & hinc dubium non est, merces tales in commissum cadere. Anton. Matthæus, *de auct. lib. 2. c. 7. n. 5.* non obstante professione, quippe quæ sine suo culpâ ipsius profitentis destituitur.

III. Possunt enim verò tales coincidere circumstantiæ, quæ, dum facta tantum fuerit professio, viatores & vectores properantes sæpè & festinantes ab omni pœnâ immunes & excusatos reddunt, quæq; dolum omnem excludunt. Et tunc inci

incivile profectò erit, imò haud parum iniquum, sicubi publicanus inter commissa referre merces exportatas velit. Juvanda & promovenda sunt commercia, non sufflammanda per exactiones, justà ratione destitutas, faciendumq; ut non aliter pœna decernatur, nisi postquam de delicto & animo fraudulento constet. Atque ex his principis noluerunt Domini fraudati vectigalis reum habere negotiatorè, qui post professionem factam merces exportaverat, nec adhuc tùm vectigal exsolverat, an J. v. D. zu Hamburg/men. Aug. 1635. hat A. im verschienen Herbst unter andern 60. Rippen Ochsen-Häute von B. der Stadt Hamburg Bürger erkauftet/ und als er/seiner Gelegenheit nach/ die Häute von Hamburg nach Ypen in Flandern abschiffen wollen dieselbe öffentlich auß B. Behausung bis ans Waisen-Haus führen lassen/in Meinung dieselbe durch einen Ever an Schiffs-Bort zuschaffen/auch weil der Wind gut/ und der Schiffer Segelfertig gewesen/ und eilend abfahren wollen/ alsofort zu Schiffe gebracht/ und es hat der Rath zu Hamburg die Häute auß dem Schiff nehmen lassen/ thun auch dieselbe A. bis auß diese Stunde vorenthalten. Wenn nun gleich A. die von ihm in das Schiff gebrachte Ochsen-Häute nicht richtig

verzollet; Democh aber/und die weil Er dieselbe bey des Raths zu Hamburg Zoll angegeben/ gegen dem Zoll-Verwalter sich erkläret/er wolte von B. fetzen verläuffer/ob es freye oder unfreye Häute wären/ schriftlichen Bericht einschaffen/ inmittelst nicht allein die von dem Herrn der Zolle begehrte Caution auff N. N. Reichsthaler geleistet/sondern auch dem gansen Werth der Häute auff N. N. Reichsthaler in Banco verbürget/ und der Zoll-Verwalter damit zufrieden gewesen/so sind viel erwehnte Häute nicht verfallen/ und werden auch nicht unbillich wieder außgeantwortet/ B. K. W.

IV. Quia verò munes aliæ, aliæ immunes sunt merces, & inter has aliæ notoriè tales, aliæ, de quibus adhuc dubitari possit, jam suprâ dixi, ita hodiè observari, ut istarum rerum, quæ notoriè immunes sunt, professio securè, & sine metu commissi omitti queat. Ne tamen obtentu immunitatis fraudetur Resp. mercibus quoq; non immunibus; immunitium nomine traductis, denegandum non erit portitoribus, ut si quando suspicionis argumenta habuerint, accuratius inquirant, ipsasq; merces sibi exhiberi, & ostendi faciant. Imò verò, ut evitetur quavis suspicio, rectius meo judicio juberet Princeps omnes in univèrsam merces, & sic etiam notoriè

torie immunes profiteri, non quidem ea cum comminatione, ut in commissum cadant omnes, si neglecta fuerit professio, sed ut immunes munificæ fiant, aut alia aliqua multa pecuniaria in transgressores statuatur.

V. Sed quæritur, stante vulgari Doctorum sententiâ, si quis res munes & immunes simul advexerit, & illas in totum, vel pro parte celaverit, utrum munes tantum, an verò & immunes, & porro, utrum pars tantum illarum, quæ celata est, an verò universæ in commissum cadant? Et universas confiscari, exemplo mercium licitarum & illicitarum, quæ simul advehuntur, probatur. Ita enim jus est, ut licitæ unâ cum illicitis fisco vindicentur, *arg. 11. §. 2. ff. b. t. l. 3. C. de naut. fan.* ubi dicitur, propter merces illicitas etiam ipsam navem publicari, quæ tamen inter res illicitas referri non potest, quanto magis ergò reliquæ res illicitis junctæ. Vid. Nicol. Boër. *decis. 178. n. 24. 25.* Gvid. Pap. *decis. 572.* Joh. Bapt. Costa, *de fact. scient. & ignor. cent. 1. dist. 46. n. 2.* Sed hoc tum demum obtinet, quando dominus navis non ignorat, merces illicitas in nave suâ contineri. Augustin. Barbof. *ad d. l. 3.* Joh. Petr. de Ferrariis, *in prax. tit. 29. gloss. 8. n. 8.* Eo enim ignorante, si immis-

sæ fuerint tales, navis dispendium non sustinet. Et sic etiam, si cum plures mercatores eandem operarent navem, unus ex illis merces illicitas, reliquis insciis aut invicis commiserit, aut unus merces suas munes professus non sit, reliqui professi sint, hujus solius merces publicabuntur. Nam & cum ex pluribus heredibus unus rem munem publicanos celaverit, factum ejus coheredibus non nocet, *l. 8. ff. de publican.* Anton. Matthæ. *de crimin. tit. de las. maj. cap. 5. num. 19.* & *de aucton. l. 2. c. 7. num. 14.* Pet. Peck. *ad l. 1. C. de naut. num. 6.* Quæ ratione etiam socii excusabuntur, si unus ex illis non solvit vectigal, ut propterea tota eorum res communis non cadat in commissum. Henr. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 41. num. 3.*

VI. Sed hic etiam illud notandum est, quod pro regulâ traditur à Doctoribus, *ex l. 16. §. 2. ff. de publican.* id tantum inter commissâ referri, quod proprio nomine in causam commissi incidit. Sic enim mancipiis commissis, res peculiares non esse in eadē causâ, rescripserunt Divi Severus & Antoninus. Pari modo ancillâ commissâ non committuntur nati ejus, quia scilicet nati non accedunt ancillis, sed æquæ principaliter se habent, atq; ipsæ ancillæ

Francisc. Zoannett. *ad. in pecudum fructu ff. de usur.* Arnold. Vinn. *ad §. 17. Inst. de legat.* Quod verò inferunt hinc aliqui, curru incidente in commissum non publicari eqvos, id dubio non videtur carere. Cur enim currum magis aut rhedam propter merces illicitas, quæ impositæ sunt, in commissum cadere dicamus, quàm jumenta currum ducentia? Currus ex se non movetur, nec vehuntur merces, nisi ab eqvis ducantur. Nisi autem veherentur merces illicitæ, in commissum non caderent. Cadunt ergò idèò, quia ab eqvis ducuntur, & contra interdictum aliorum vehuntur, unde & vectigal dicitur. Quod si vel centies oneraretur currus mercibus illicitis, non propterea publicari deberet, quemadmodum nec ipsæ merces, nisi in alium locum ducerentur. Et cur ergò currus magis, quàm eqvi jugales, in commissum cadat? Posito scilicet propter merces vitas in commissum cadere debere currum, ad exemplum navis, mercibus prohibitis onustæ. Quod si non intuitu mercium, sed idèò publicandus erit currus, quia ejus nomine nullum fuit solum vectigal, uti alicubi non merces tantum, sed ipsa etiam vehicula vectigalibus obnoxia sunt, *l. 60. §. pen. ff. locat.* facile assentior, hoc casu non

simul publicari debere jumenta, quia currus nõ est inter res vitas, ut propter eum perinde in commissum cadere debeant jumenta, uti propter merces illicitas in commissum cadit currus aut navis.

VII. Et ex hinc dubitare incipio, utrum valeat argumentum, quod faciunt Doctores, & inferunt à mercibus prohibitis atq; illicitis ad merces munes, professione non indicatas, & cum immunibus junctas, ut sicuti illo casu unà cum illicitis licitæ confiscentur, ita confiscari etiam debeant hoc casu immunes cum munibus universis aut ex parte celatis. Gravius est delictum exportare res illicitas, quàm merces vitas non profiteri. Et gravior ergò illic, quàm hic, decernenda erit pœna. Confiscatione universorum bonorum, & capitali insuper pœnâ plectitur, quisquis arma ad hostes exportaverit, aut frumentum, aut sales, *l. 2. C. quæ res export. non deb. l. i. pr. ff. de publican.* Non ita puniuntur, qui merces licitas occultant. Atq; sic facilius potuit confiscari navis, quæ merces illicitas gestat, cum & alia universa naucleri bona in fiscum cadant, quàm quæ gestat merces occultatas; quanquam & hanc publicari posse non negem, si ita lege constitutum fuerit. Extra legem autem æquius esse videtur, navem

non

non publicari, neq; merces immunes propter munes celatas, neque reliquas munes propter partem occultatam. Quia enim statuta, de pœnis loquentia, stricti sunt juris & interpretationis, ea tantum res & eatenus committeretur, pro quâ & quatenus vectigal non præstatur. Atq; sic etiam soluto vectigali pro parte tantum mercium, reliquæ totæ & integræ non incident in commissum, quia soluti vectigalis ratio est habenda ad proportionem mercium. Petr. Frider. *de process. lib. 2. cap. 43. n. 15.* Henr. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 41. n. 2.*

VIII. Ut autem pœna commissi obtineat, necesse est, scienter dolo malo res sint celatæ. Ignorantia ergo & error quodammodo excusant. Dixi *quodammodo*, quia pœna commissi eis condonatur, & alia levior substituitur. Nec aliter hic ignorantiam accipio, quam quatenus cum errore convenit, aut errori proxima est. De errante expressè dicitur, *in l. ult. §. 10. b. t.* eum quidem in causam commissi incidere, sed duplo vectigali publicanos debere esse contentos. Sed cur non omnino hoc eis impune est? Quod enim scelus error habebit? cum consilio & animo defraudandi destituatur, qui per errorem res aut profus non profitetur, aut falso profitetur. Sic

enim jus est, ut interpretatio fraudis non ex eventu solo, sed in primis ex consilio fraudantis sumatur, *l. 79. ff. de R. 7.* Nimirum ab regulâ illâ exceptio hic facienda est, ut fallat in vectigalibus & commissis, quam exceptionem favor & necessitas Reip. effecit. Anton. Matthæ. *de auctiom. lib. 2. c. 7. n. 20.* Et nihilominus tamen non semper, duplum ut aberrante solvatur, admitterem. Quid enim super errorem quis mercem pro merce professus est, & utraque merx æquè pretiosa est, & eidem obnoxia vectigali? Non poterit tunc dici fraudatum vectigal. Atq; sic puto, non aliter errantē ad duplum solvendum teneri, quam ubi de eventu constat, revera defraudatum esse vectigal, & professionē factam Reip. esse noxiam. David Mev. *ad jus Lubecens. part. 2. tit. 3. art. 6. n. 14.* qui eventus non ex eo demum tempore dijudicandus est, quando actus jam consummatus est, & vector rem pertulit, quò voluit, sed in primis ex eo, quando ultra telonium jam abiit, & vel nulla vel falsa professio facta est. Ant. Matthæ. *d. l. nu. 22.* Simul atq; enim merces telonium prætervectæ sunt, locus commissio, nec postea moræ purgatio aut pœnitentia admittitur, *l. 1. ff. b. t.* Jos. Mascard. *concl. 834. nu. 27.*

IX. De ignorante sic ait Jctus, *in l. fin. §. 5. ff. b. t.* Licet quis ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere divus Adrianus constituit. Per pœnam vectigalis pœnam commissi intelligi debere, nullus dubito. Et nihil addit vel Adrianus Imp. vel Jctus, utrum etiam hoc casu remissâ pœna commissi, duplo vectigali portitores debeant esse contenti. Quod argumentum est, deteriores esse conditionem ignorantis, quàm errantis. Et in hoc etiam distingvi alterum ab altero putant Franciscus Duarenus, *ad b. t. cap. 3.* quia error est in eo, qui culpâ vacat; at culpâ nō vacat ignorans. Idem discrimen notat Cujacius, *l. 14. observ. 3. in fin.* ex hoc ipso textu. Et si autem aliàs inter Doctores pro Synonymis habeantur ista duo actionum humanarum principia, cum etiam is, qui errat, quatenus errat, ignoret, error tamen, si attentius res consideretur, positivè se habet ad ignorantiam, dum supponit judiciū aliquod seu noticiam perversam ejus, circa quod erratur, conciliatam per visum, opinionem, famam &c. Ignorantia ex se nullum cognitionis actum supponit, sed habet se privativè. Henr. Hahn. *ad tit. de jur. & fact. ignor. n. 1.* Atq; adeo dubium mihi nullum est, de jure civili ignorantiam non excusare, neq; liberare à pœnâ commissi, quia, ut

Cujacius rectè ait, ignorare nemini licet, quæ ad jus publicum spectant. Et hinc in ignorantia vincibili, eâque admodum crassâ versatur, culpamq; latissimam committit, qui ignorat, quod omnes viatores scire oportet. Conf. Joh. Köppen, *qvæst. 50. n. 26.* Quia verò Doctores erranti quodammodò ignoscisci, *ex d. l. ult. §. 10. ff. b. t.* observant, & errantis atq; ignorantis aliquam convenientiam colligunt, etiam ignorantiam, quæ probabilis est, quodammodò excusare statuunt. Sed quæ, ut dixi, potius in errorem incidit. Vid. Henr. à Roenthal, *de feud. c. 5. conclus. 37.*

X. Dantur verò insuper alii casus, quibus aut planè locum non invenit commissi pœna, aut remittitur. Sic enim ignosci solet militibus, *l. 3. C. de vectigalib.* pupillo, si intra triginta dies vectigal inferat, *l. 7. §. 1. ff. de publican.* Minori, si in solâ professione erraverit, *l. 16. §. 9. ff. eod.* Est ergò hæcenus inter pupillum, & minorem aliqua differentia. Nec faciendū cum illis, qui putant, etiam minoribus, perinde ut pupillis, concessum esse spacium triginta dierum, intra quod evitari pœna commissi queat. Nec succurritur aliter minoribus, nisi per beneficium restitutionis in integrum, *l. 9. §. pen. ff. de minor. Sfort. Odd. de restitut. in integr. part. 2. qvæst. 82. art. 4. &*

quidem si per errorē aut culpam aliquam pœnæ causam dederit. Quid si enim dolus intervenit, cessabit restitutio *d. l. 9.* Cumq; majori etiam propter errorem adversus fiscum succurri soleat, uti supra exposui, non malè hinc colligit Antonius Matthæus, *de auct. l. 2. c. 7. nu. 30.* etiam ob minùs probabilem errorem minorem in integrum restitui, ut aliqua inter minorem & majorem sit differentia, quippe qui non aliter pœnam commissi evitet, quàm error allegatus probabilis sit.

XI. Aliquando verò commissi pœna omninò locum non habet. Quid enim, si propter necessitatem adversæ tempestatis expositum onus fuerit? non debere hoc commissio vindicari, Divi fratres rescripserunt, *l. fin. §. 8. ff. b. t.* Et ex hinc conficiunt Doctores, nautam, qui necessitate tempestatis in devium portum defertur, ejus loci vectigalia solvere compellendum non esse. Petr. Peck. *ad l. 5. de navicul. num. 2.* Item si quis metu hostium, latro-num aut piratarum iter mutaverit, & locum, ubi profitendæ sunt merces, non attigerit, quia fraudis consilio caret, in pœnam commissi incidisse dici nequit. Sed & commissio locum esse negant Doctores, quando injustum constitutum est vecti-

gal, id enim fraudare licere, plerorumq; omnium est sententia, quos longo ordine adducit Andreas Tiracvellus, *de retract. in præfat. num. 69.* & sequitur Celsus Bargalius, *de dol. lib. 1. cap. 7. num. 49.* datà ratione, quia Princeps, injustum vectigal imponens, primus peccat, & suos subditos defraudat, & fraus potest fraude repelli, nec tam dolum dicit committi à viatore fraudate, quàm fraudem Principis, injustum vectigal jubentis, excludi. Quid & locum habere dicunt, quando cessat causa, propter quam constituta est gabella, & hæc nihilominus exigitur. Vincent Carocc. *de locat. conduct. part. 3. quest. 4. num. 10.* Videtur enim tum quovq; vectigal injustum esse.

XII. Verùm theoricè hæc & falso ninitur fundamento, & in praxi plane non procedit. Præsupponit nempe, Principi iniquo & injusto parendum non esse. Quid est contra monitum Apostoli, *1. Petr. II. 13. 14. 15. 18. Rom. XIII. 1. 2. 5. 7.* ubi & hoc dicitur, oportere dari vectigalia à Principe, imposita propter conscientiam de DEO, hoc præcipiente. Et quis verò de injustitiâ vectigalis impositi judicium ferre vel debet, vel potest? Injustum vectigal dicit esse Celsus Bargalius, *d. l. n. 48.* duobus modis, vel quia est impositum ab eo, qui jus im-

imponendi non habet, vel quia non ad expensas necessarias, sed potius ad luxum & delicias infumitur. Ad didi ego paulo ante tertium, quando cessat causa, propter quam impositum est vectigal. Primus huc non pertinet, quia potestatem non habenti impune non paretur. Henr. à Rosenthal, *de feud. c. 5. conclus. 43. n. 1.* Sed secundus & tertius non sufficit, ut denegetur vectigal imperatum. Præter id enim, quod difficile est de Principis mente judicare, non quid Princeps intendat, uniuscujusque conscientia considerate debet, sed quid ipse DEUS velit, & quod nos ad parendum nostris Magistratibus obliget, quando impium non est, quod mandatur, nec flagitiosum, uti rectè tradit Hadrianus Saravia, *de imperandi autor. & Christ. obed. lib. 2. c. 51.* In praxi autem idè nullus ejus doctrinæ usus est, quia Princeps talia vectigalia imperans commissi pœnam decernet, quotiescunque defraudantem deprehendet, nec tùm, utrum commissæ res fuerint, longam disputationem admittet.

XIII. Quotiescunq; verò pœna commissi locum habet, res, quæ commissæ est, statim desinit ejus esse, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali acquiritur, *l. 14. ff. b. r.* quod singulare videtur

Francis. Duareno, *adh. t. cap. 3. contra juris rationem, l. 20. C. de pact.* Ea propter commissi persecutio, sicut adversus quemlibet possessorem, sic & adversus heredem competit, *d. l. 14.* non demum post litem contestatam cum defuncto, uti putat Regnerus Sixtinus, *de regalib. lib. 2. c. 6. num. 167.* sed etiam tùm, quando vivo eo, qui deliquit, quæstio mota nondum fuit, cum simpliciter dicatur, *l. 8. ff. b. r. fraudati vectigalis crimen ad heredem ejus, qui fraudem contraxit, commissi ratione trnsmitti, dummodò possidet heres aut dolo possidere desiit, quod in omni rei vindicatione necessarium requisitum est, l. 27. §. 3. & l. 36. in pr. ff. de R. V.* Quem verò pro suâ sententiâ Sixtinus adducit textum, *ex l. ult. §. 13. ff. de publ. ad præfens negocium applicari nequit, cum agat de heredibus delinquentis publicani, notante glossâ ibid. quem variis pœnis obnoxium esse dixi supra.* Et quia rei vindicatione fisco competere diximus, facile hinc intelligitur, possessionem rei, quæ in commissum incidit, penes viatorem aut vectorem tamdiu manere, quoad sententia super venerit declaratoria. Nec enim, quia dominium ipso jure amissum est, amissa etiam propterea illicò est possessio. Et generaliter leges & statuta, quæ inducunt privationem,

ipso jure, ad dominii tantum, non possessionis simul privationem spectant. Andr. Gail. *l. 2. obs. 51. n. 5.* Sebastian. Gvazzin. *de confisc. bon. concus. 15. n. 11. 13. seq.* Vincent. Carocc. *de locat. part. 4. quæst. 8. n. 17.* Et sic ergo publicani propria autoritate rem commissam auferre nequeunt. Henr. à Rosenthal *feud. cap. 5. conclus. 36. n. 3.* Denique & istud notandum, cessare vindicationem istam, si quinquennium sine lite elapsum sit, *l. 2. C. de vectigal.* Et hinc igitur dominium, quod competebat, recessisse videtur.

XIV. Jure Saxonico poena commissi constituta non est, sed merè pecuniaria. Qui enim valvarum, pontium, sive aquarium telonium non persolverit, quadruplum refundere, telonium autem forense, qui non dederit, triginta solidos poenæ nomine persolvere tenetur.

Wer Brücken oder Wasser-Zoll entführet / der soll ihn vierfältig vergelten. Wer Marckzoll entführet / der soll dreißig Schilling zur Busse geben / LandX. *lib. 2. art. 27.* Coler. *decis. 190.* Quod ipsum tamen restringunt nonnulli ad casum, quo ex negligentia aut ignorantia vectigal non solvitur, atque diversum planè obtinere volunt, quando fraudulenter & dolosè peccatur, ut tùm poena arbitraria, puta carcer aut multa pecuniaria decerni queat. Carpzov. *p. 4. const. 41. def. ult.* Et huc pertinet Constitutio Saxonica, quæ habetur inter non editas, *part. 4. n. 4.* In genere notandum, consuetudinem cujusque provincie attendi oportere, *l. 4. §. fin. b. t.* quæ tamen non obstat, quò minus mutari queat ab eo, qui jus vectigalia constitutiendi habet.

CAPUT XIII.

De
Securitate ab eo, qui vectigal accipit, præstandâ.

SUMMARIA.

1. Princeps & conservare debet vias publicas & securas præstare.
2. Et in hanc rem vectigalia solvuntur.
3. Hinc igitur indemnes præstare debet Princeps viatores.
4. Boceri sententia.
5. Vis major & fortuiti casus non præstari debent à Principe.
6. Utrum in territorium Principis amici hostem persequi liceat?

Reli-

I.

Reliquum est, ut videamus, quid vicissim præstare debeat Princeps propter vectigalia soluta. Id verò intelligitur ex fine, propter quem vectigalia & gabellæ primitus institutæ sunt. Finem supra diximus esse duplicem, alterum quidē, ut conservari & reparari queant viæ publicæ, alterum verò, ut securi ire, atque redire queant cum bonis suis viatores. Andr. Knichen, *de Sax. non prov. jur. verb. DUCUM. C. 5. n. 77.* Utrumque oppidò necessarium est in benè constitutâ Rep., utrumque ad finem istum communem tendit, ut commercia ultro citroque conserventur. Quia enim viæ publicæ ad Principem spectant, & inter regalia referuntur, ut viæ usui esse possint, & civibus & peregrè advenientibus, Principi incumbit efficere. Usui autem esse nequeunt, si vel in viæ factæ fuerint, vel à latronibus obsessæ. Principis igitur hæc cura est, & ut complanentur viæ publicæ, & ut à malis hominibus eas obsidentibus, purgentur, tutæque reddantur, & ad eam curam isti ex officii ratione, quatenus Principes sunt, obligantur.

II. Posito hoc principio, fortior adhuc & haud paulò adstrictior fit obligatio, quando accedit perceptio vectigalis, in eum finem consti-

tuti. Sanè videri poterant terrarum Domini turpiter accipere pecuniam ejus rei gratiâ, ad quam ipsi ex officii ratione tenentur. Thomas Maul, *de jur. conducendi, tit. 7. n. 4.* Sed quia res ista sine impensis & sumptibus perfici nequit, non magis improbanda erit vectigalis constitutio, ad reficiendas & securas reddendas vias, quàm improbari potest tributorum indictio & exactio ad defendendos cives & subditos; ad quam defensionem itidem ex officio tenetur Princeps. Nec verò quisquam est, qui non malit Principi in eam rem aliquid contribuere, quàm per vias salebrosas & destructas aut minus securas incedere. Secus est, quando ex solâ libidine dominorū, sine publicâ utilitate commentium, sed solo arbitrio vectigalia exiguntur. Talia enim non refectioes, sed obsessioes viarum rectius dici, & in quibusdam locis sine publico commodo durissimè ab Helvetiis exigi, scribit Carolus Molinæus, *ad l. 7. C. de SS. Eccles.* Nec verò, quod supra dixi, alia dari potest ratio, propter quam excusari queat vectigalium receptio, quàm ut loca & itinera à prædonibus & latrunculis tuta reddantur, utque munitæ & benè compositæ semper habeantur viæ. Ex perceptione igitur

Pppppp 3

tur

tur pedagii aut vectigalis videtur percipiens ultra debitum, ex jure Principis proveniens, tacitè se obligare ad præstationem securitatis per territorium suum.

III. Ex quo sequitur porro, à domino territorii damnum omne, quod culpâ ejus viatoribus inferitur, resarciendum esse. Dum enim tenetur Dominus securitatem præstare, si non præstat, per omissionem ejus, quod facere debet, in culpâ est, ut viator damnum patiatur, Culpa enim hic in damno nõ avertendo consistit, & ad desidiam ac negligentiam pertinet. Nic. Burgund. *de peric. & culp. c. 1. n. 6.* At ratio naturalis dicitur, eum, qui culpâ suâ damnum alicui dat, damnum illud resarcire debere, posito, quod obligatus sit damnum istud avertere. Sed & oppidò gravis esset pœna commissi propter defraudationem vectigalis constituta, nisi vicissim hoc haberent à Principe viatores, ut, ubi solutum à se fuerit vectigal, indemnes ipsi præstentur. Et hanc sententiam plerique omnes defendunt Doctores. Udalr. Zasius, *lib. 1. consil. 14. & 15.* Andr. Gail. *l. 2. Obs. 64.* & ibi Bernhardus Greven, *conclus. 64.* Paris de Puteo, *de Synt. verb. Robaria n. 2.* Petr. Anton. de Petra, *de pot. princ. c. 8. n. 38.* Petr. de Andlo, *de imp. Rom. lib. 2. c. 18.* & ibi Marqv. Freherus. Petr. Binsfeld, *ad*

cap. 9. X. de injur. & damn. dat. quest. 8. Matth. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 2. n. 335.* & *decis. 189.* Mynsing. *Cent. 5. obs. 70.* Joh. Köppen. *quest. 37.* Anton. Gothofred. *disp. Feud. 3. th. 7. lit. C.* Thom. Maul, *de jur. conducend. 7.* Andr. Knichen, *de Sax non prov. jur. c. 5. n. 80.* Philip. Knipschild *de civit. Imp. l. 2. c. 5. n. 146.* Dn. Tabor, *de hoplophor. c. 4. n. 6.*

IV. Primus, ni fallor, in diversam abiit sententiam Henricus Bocerus, *de regal. c. 2. n. 156.* statuens, non esse obligatum territorii dominum ad resarciendum damnum, quod viatoribus in viâ publicâ datum est. Sed meo judicio non satis consideratè. Dum enim ex jure privatis proposito æstimari vult jus publicum, quæ hoc est, quod ad regalia pertinet, in primis si habeatur respectus ad alios, qui subditi non sunt, *ὅτι τὰ ἰσχυρὰ πηδᾶ* mihi videtur. Non esse ullam obligationem, nisi quæ jure aliquo vel civili, vel prætorio constituta, vel comprobata sit, ad jus civile Romanorū, privatis præscriptum, pertinet, non ad jus Principum; nec admitterem ego Consulem Romanum excipientem, pacta sua, cum Pœnis inita, à Prætoris suo non esse comprobata. Et quorsum igitur necessum erit, omnes species contractuum vel quasi con-

tractuum, delictorum vel quasi delictorum enumerare? Quorsum necesse est, de actione, quæ viatoribus ob damnum datum adversus Principem competat, scrupulosè inquirere & scrutari? Dicam simpliciter, Principem obligatum esse, ideò, quia Princeps est, & teneri in conscientia, ut damnum ab aliis datum, quod avertere debuit, resarciat, etsi conveniri actione aut cogi non possit.

V. Restrīgenda tamen est sententia communis ad casum istum, quando dominus territorii prohibere injuriam & damnum datum potuit, & non prohibuit. Si quando enim repente in territorium, magna prædonum & bannitorum copia irruat, & prædam faciat, ut occurri eis ex tempore manu armata nequeat, nec prævideri casus ille potuit, non teneri Principem damnum datum resarcire, verius est Petr. Binsfeld. *d. l. Matth. Coler. de procesf. exec. lib. 1. c. 2. n. 336.* quamquam, ut impediatur talem irruptionem, ad omnem diligentiam obstrictus sit. Et hæc tamen admittere possum, quod statuit Thomas Maul, *de jur. conduc. tit. 7. n. 3.* non excusari Dominum, si asserat, prohibere se non potuisse, posito sc. vim talem fuisse, quæ prævideri aut prohiberi potuerit, & quidem pro conditione

& statu ipsius Principis. Ut enim integrum ille ad vim talem repellendam semper alat exercitum, incivile esset, eum adstringere. Vis major autem, ut & fatale damnum & fortuiti casus à nemine præstandi sunt. Etsi autem Johannes Köppen, *decis. 37. n. 10.* distinctionem faciat inter dominos eos, qui vectigalia accipiunt, & qui nulla talia accipiunt, illosque indistinctè ad restitutionem damni, sive prohibere potuerint, sive minus, hos verò tum demum, quando prohibere potuerint, teneri existimet, eumque sequatur Bernhardus Græveus, *d. l. n. 5.* æquior tamen videtur sententia simpliciter asserens, non teneri dominum, si prohibere non poterit, cum ad impossibilia nemo obligetur. Illud obiter notandum est, non teneri Principem ad restitutionem, si viator in viâ regia & solita non inceserit.

VI. Finem imponat quæstio non inelegans ad securitatem, quam quisque dominus per territorium, & in territorio suo præstare tenetur, pertinens: Utrum in territorium pacatum usque hostem persequi & ibi occidere liceat? quod etiam de navibus armatis quæritur: utrum hostiles naves persequenti in alieno & pacato portu invadere liceat? Distinctionem hæc facit Hugo Grot.

lib.

lib. 3. de jure b. & pac. c. 4. n. 8. & vel ipsos inter se hostes attendi debere putat, vel habitudinem utriusq; ad dominum territorii pacati. Hostes quã tales ubiqve locorum mutuo se offendere posse, ait, quia nullibi desinit esse hostis, ubicunq; fuerit, quoad bellum nõ fuerit transactio-
ne, aut alterius victoria finitum; sed in territorio pacato interficere hostes non licere dicit, non quod ex se potestatem non habeat hostis, sed quod impedimentum aliunde adveniat, jure scilicet & prohibitione ejus, qui ibi imperium habet. Rectè omninò. Potest enim, qui in eo loco imperium habet, lege suã prohibere, ne id fiat, & si contra le-

gem factum sit, de eo tanquam de delicto pòscere, ut sibi satisfiat. Idem Grot. *l. 3. c. 6. n. 26.* Quod verò addit Grot. *d. c. 4.* cessare jus promiscuum nocendi, quod inter hostes introductum est, sicubi judicia videntur, id veram rationem, cur in solo pacato hosti nocere non liceat, non exprimit, uti optimè animadvertit Dn. Strauch. *dissert. de imper. mar. cap. 6. n. 9.* Vix enim, inquit, ut cognitionem banc Resp. media sibi sumat: Vix, ut partes belligerantes ejus cognitioni se submittant. Potius ergò est, ut ad imperium referamus, quod habet dominus in pacato territorio.

CAPUT XIV,

De Jure venandi.

SUMMARIA.

- Venandi studium ab Ecclesia Patribus parùm commendatur. 1.*
Ut & à Moralistis. 2.
Venatio quotuplex? 3.
Oppressiva venatio quid? 3.
Arenaria venatio quid? 3. 5.
Saltuosa venatio quid sit? 3.
Venatio propriè ad feras figuratè ad homines refertur. 4.
Arenaria venatio differt à venatione propriè dictã. 5.
Arenaria venatio unde dicatur? 6.
Saltuosa venatio in quem finem instituitur? 7.
Ecclesia patres arenariam venationem sub num. 1. intelligunt, 8.

Venatio propriè dicta in totum improbari nequit. 9.

Venatio quomodo utilis & honesta esse possit ex loco, ex tempore, modo, personâ, & causâ? 10.

Moderatum venationis exercitium non improbat; sed potius commendatur. 11.

Venationis labores cum bellicis magnam habent cognationem. 12.

Venatio principibus viris omnium maximè convenit. 13. 43.

Principes an sibi solis venationes jure vindicent? 14.

Aliis hodie venari non licet, nisi illis, qui territorii domini sunt, & quibus illi concesserunt. 14.

Fera non acquiruntur jure soli & loci, sed simpliciter jure capionis. 15.

Fera, quæ in sylvâ circumseptâ, ex quâ elabendi via competit, vagantur, in possessionem & dominium non veniunt, nisi capta fuerint. 16.

Ex actu illicito an possit, si venari non liceret, effectus produci suâ natura justus. 17.

Principes jure suo venandi jus sibi vindicare, & subditis interdicare possunt. 18.

Jus venandi præscriptione saltem immemoriali hodie acquiri potest. 18. 45.

Subditis vix licebit contradicere, si quid Princeps supremus in suo territorio constituat. 19.

Occupatio solum jus prohibendi ingredi volentem tribuit, & adversus venantem actionem injuriarum producit. 20.

Principi res subditorum proprias certo casu auferre licet. 21.

Lex civilis nihil potest præcipere, quod jus natura prohibet, aut prohibere, quod præcipit. 21.

Venatio jure naturali omnibus permixta, ex variis autem causis potest per Principes prohiberi. 22.

Venationis prohibitio justam causam præsupponere debet. 23.

Causa prohibendi venationem qua sint præcipua. 23.

Fera, contra prohibitionem Principis capta, non est capientis, sed Principis prohibentis. 24.

Princeps potest circa modum acquirendi, ex Jure Gentium proveniente, aliquid statuere, & legem civilem impedire, ut capienti fera capta non acquiratur. 25.

Princeps potest dominii acquisitionem, subditis suis competentem, lege positiva antevertere, & statuere, ut jus occupandi res, quæ sunt nullius, sibi soli competeat. 26.

Princeps sibi soli jus venandi reservare potest, & subditis interdicare, ne eodem jure utantur. 27.

Prohibitio venationis non extenditur ad jus occidendi bestiam incursantem, & vita periculum intentantem. 28.

Princeps venationes prohibens tenetur resarcire subditis damna, quæ à feris, vel ipsis etiam venatoribus, data fuerunt. 29.

Venandi studium apud Principes, si nimium fuerit, sæpè degenerat in pessimam pruriginem. 30.

Venandi studium excedentes sapè risui sese exponunt. 31.

Principes plerumque venationis Juris tenacissimi sunt, nec violari id à quoquam subditorum facile patiuntur. 32.

In arbitrio Principum est, qualem transgressoribus decernere velint penam. 32.

Princeps an violatoribus sua legis ultimum supplicium irrogare possit? 33. 34. 35. 36.

Clericis non licet indulgere venationibus. 37. 41. 42.

Canonistæ Clericis concedunt venationem, quæ sanitatis vel recreationis causa cum silentio fit; non autem periculosam, clamorofam, & eam, quæ cum armis fit. 38.

Sed Canonistarum explicatio non videtur satis conveniens, quia Canones Clericis omnem venationem interdiciunt. 39. 41.

Clerici morum gravitate & viæ genere omnibus aliis in Republicis antecellunt, & inania hominum studia vitent. 40.

Clericis quare non liceat venari? 41.

Clerici rectius abstinent ab omni venatione, qualicumque ea sit. 42.

Venandi studium peculiare, & veluti proprium fuit ex omni ævo heroibus & viris illustribus. 43. 43.

Si quis alleget, Jus venandi in fundo alieno præscriptione sibi acquisitum esse, non attenditur in foro Saxonico. 44.

Jus venandi in fundo alieno præscriptione immemoriali in foro Saxonico potest acquiri. 45.

Ex jure communi extra Electoratum attenditur tempus præscriptionis, & in possessorio sententia concipitur. 46.

I.

Venandi studium antiquioris Ecclesiæ patribus parùm placuisse, aut commendatum fuisse, ostendunt ea, quæ ex ipsorum scriptis in hanc rem collegit Gratianus, can. 9. 10. 11. 12. 13. 14. dist. 86. Augustini verba hæc referuntur: *Qui venatoribus donant, non hominibus donant, sed arti iniquissimæ. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non ei donares, honoras in eo vitium, non naturam.* Alia ejusdem hæc: *Vident homines venatores, & dele-*

stantur, ut miseri, si se non correxerint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Salvatorem & tristabuntur. Consimilia sunt, quæ ex Hieronymi scriptis recensentur: *Esau venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non invenimus in Scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores invenimus sanctos, &c.* Explicatiùs hanc Hieronymi sententiam, & veluti per paraphrasin quandam interpretatur Johannes Sarisburiensis

in polocratico, Lib. 1. cap. 4. quando ait: *Ab ætate primâ, cui rationis lege natura præscripserat, inspice Patriarchas: datâ lege transi ad Duces, procede ad judices, ad Reges progredere, percurre seriem Prophetarum, fidelis populi officia & studia perscrutare, quos in serie veteris instrumenti legis exercuisse venaticam? Nempe Idumeos, Ismaëlitas & gentes, quæ dominum nesciebant.* Et paulo post: *interroga patres tuos & annuntiabunt tibi, majores tuos & dicent, se nunquam legisse sanctum venatorem, &c.*

II. Qui censors morum esse affectant, ex his iisdem principiis, & iisdem penè verbis in venandi studiū invehuntur. Henricus Cornelius Agrippa, de *vanit. scient. cap. 77.* in hunc modum declamat: *Hæc ab initio seculi semper pessimorum hominū peccatorumq; præcipuum exercitium fuit. Nam Cain, Lamech, Nimbrotum, Ismaelem, Esavum robustos venatores Sacra litera prodiderunt, nec ullos in veteri Lege venaticam exercuisse legimus, nisi Ismaëlitas, Idumeos, & gentes, quæ nõ cognoverunt Deum. A venatione tyrannidi initium fuit, quia commodiorem non reperit autorem, quàm eum, qui in cade & carnificio ferarum & volutabrosanguinis Deum naturamq; contemnere didicisset: Inventores tam infelicis artificii extitisse narrantur Thebani,*

gens fraude, furtis, perjuriis insignis, parricidiis & incestibus detestanda, à quibus ejus exercitiis præcepta ad Phrygios transmissa sunt, gentē æquē impudicam, sed stultam atq; levem, quos idcirco contempserunt Athenienses & Lacedæmonii, populi graviore, &c. Σηλιτευτικὰ magis sunt, quæ in venatores glomerat Franciscus Petrarcha, de remed. utr. fort. dial. 32. Si errore depositò, inquit, in rem ipsam figis oculos, seminobilium ultimi ordinis exercitium hoc videbis, quos à rebus arduis torpor quidam & ignavia comes diffidentia, ab humilibus autem pudor ac superbia debortantur & retrahunt. Ad honestum igitur nihil idonei silvas colunt, non vitam solitariā acturi, cui non minus, quàm politica se ineptos sciunt, sed feris ac canibus & volucris condicturi, quod non facerent, nisi illis similitudine aliquâ juncti essent. Pudebit forsitan, si ad antiqua respiciant, sequi cum majoribus metiantur ac comparent. Sæpè quidem legere potuerunt & Platonem philosophantem, & Homerum poetantem, & Tullium orantem, & Casarem triumphantem, venantem puto non legerint. Omnia hæc in compendium quasi coëgit, qui venatoris definitionem hanc excogitavit, quod sit bestia, sedens super bestiam, secum ducens bestiam, & insequens bestiam.

III. Talia coacervari possent

plura, nisi parcendum esset chartæ, & utendum tempore. Et quidem, quæ adduximus, pleraque in venatores ferarum conscripta sunt. Aliqua tamen diversam planè perstringunt speciè, & alio planè sensu accipienda sunt. Canonistæ enim secuti glossam, in c. 8. dist. 86. & Scholastici, quos in hanc rem citat Joh. Altensteig, in Lexic. theol. vocab. venatio, triplicem statuunt venationem, oppressivam, arenariam & saltuosam. Oppressivam dicunt, quando opprimuntur pauperes, qualiter Nimroth dictus fuit robustus Venator, id est, hominum oppressor & exactor, ut explicat Gratianus, in fin. distinct. 6. Arenaria illis est, quædo quis pugnat cum bestiâ dentatâ in arenâ, & ad hoc locat operas suas, qualis describitur, in l. 1. §. 5. ff. de postul. Saltuosa est, quæ fit in silvis & saltibus montium & feras insequitur, non ut pugnet cum illis venator, sed ut capiat.

IV. Ipsæ autem hæ descriptiones ostendunt, vocabulū venationis non omnibus his speciebus competere eodem modo, sed κατά πρότερον, & καὶ ὕστερον, ita ut primò & principaliter species una menti proponatur, ad quam ἐφεξῆς & ordine quodam referantur reliquæ. Venationem ad feras propriè referri, usus communis ostendit, figuratè tamen etiam oppressio hominum per vim facta ab hominibus violentis venationi

comparatur. Dubium enim non est, Nimrodum ideò robustum venatorem vocari, Genes. X. quod violentiâ suâ & quasi venatione alios homines subegerit. Probabile est tamen, inquit Andreas Rivetus, in Genes. exerc. 65. primùm ab arte venandi propriè dictâ incœpisse, roburg suum & industriam adversus feras primùm exercuisse; deindè factò periculò homines ipsos invasisse, prout accidit sæpè, ut ex nimia venationis consuetudine homines ad immanitatem erga suos similes procedant, & robusti venatores, atq; alii viribus præpollentes & potentes tyranni fiant & aliorum oppressores. Sic Esau dicitur fuisse venator, qui etiam homo fuit violentus. Sæpius Viri fortes & bellicosi hoc rudimentò militia fuerunt initiati, & sunt hæc ferè bellorum crepundia. Et hæc de venatione oppressiva.

V. Arenaria propriè accedit ad venationem propriè dictam, quippè quæ itidè cum feris rem gerit, sed in hoc tamen differt, quòd venatio propriè dicta non excludat auxilium aliorum, uti excludit arenaria, neque pugnandi, sed capiendi causâ instituitur, atq; idcirco non cum belluis tantum, & bestiis naturâ ferocibus, sed cum quibusvis aliis feris, quæ naturali suò impetu feruntur & è conspectu hominum se auferre solent in solitudines, exerceatur. In jure nostro arenaria hæc quandoq; simpliciter venatio

venatio dicitur *l. 122. pr. ff. de leg. 1. l. 4. in fin. ff. de administr. ad civ. pert.* quandoque ludus venatorius, *l. 8. §. 11. ff. de pæn.* quandoque simpliciter ludus apud Paul. *l. 5. sent. tit. 17.* Eratque tale spectaculum horrendum visu, omniq; crudelitate & feritate plenum, imò verò nudis etiam cogitationibus triste, videre hominem cum bestiis pugnantem, Romanis tamen, talibus venationibus adſuetis, valdè jucundum, sed Ciceronis iudiciò parùm civile. *Qua potest esse homini politico delectatio,* inquit ille, *cùm aut homo imbecillis à valentissimà bestià laniatur, aut præclara bestia venabulò transverberatur?* *lib. 7. epist. 1.* Digna sunt, quæ hic legantur, verba Salviani Episcopi Masillensis, *ex lib. 6. de gubern. DEI: Summum deliciarum genus est, mori homines, aut quod est morte gravius acerbiusq; lacerari, expleri ferarum alveos humanis carnibus, comedi homines, cum circumstantium lætitià, conspicientium voluptate: hoc est, non minus penè hominum adſpectibus, quàm bestiarum dentibus devorari. Atq; ut hoc fiat, orbis impendium est,* &c. Tertulliani, Nazianzeni, Chryostomi, & aliorum inſectivas lubens prætereò, ne nimium excreſcat, quòd molimur, opus.

VI. Qui in arenam ita descendent, ut cum bestiis pugnant, un-

de & arenaria venatio dicitur, & ipsi quoque venatores arenarii, *l. 21. §. 2. ff. de Testib. l. 5. ff. ad SCt. Trebell. l. 38. ff. de op. lib. vel damnati erant per sententiam ad istud spectaculi genus, qui & dati ad bestias dicebantur, l. 8. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 29. ff. de pæn. vel ad id venditi, quòd aliquando factum fuisse colligitur ex l. 42. ff. de contr. empt. l. 11. §. 1. ff. ad L. Cornel. de ſicar. vel mercede ad id conducti, quorum mentio fit in l. 1. §. 6. ff. de postul. l. 2. §. 5. ff. de bis qui not. infam. l. 3. §. 5. ff. de testib. l. 1. §. 6. ff. ad SCt. Tertyll. vel denique id faciebant ex singulari affectatione, fortitudinis sive virtutis ostentandæ gratià, sive ob inanem gloriam & populi applausus, sive etiam ex levitate, *d. l. 1. §. 6. ff. de postul.* Franc. de Amaya, *ad l. un. C. de venat. ferar. num. 7. seqq.* Sed ab his talibus spectaculis Christiani meritò abstinebant; nec interessè poterant salvâ pietate, & fidei suæ professione. Quòd Tertullianus *de spectac.* Minutius Felix, *in Octavio;* & alii prolixè ostendunt.*

VII. Superest venatio saltuosa, uti vocatur, quæ in eum finem instituitur, ut feræ capiuntur, & occidantur, sive utilitatis publicæ causâ, quando à provincialibus illæ metuntur, quò pertinet constitutio Honorii Imp. *in l. 1. Cod. Theodos. de ve-*

nat. ferar. sive ad usûs privatos, & in utilitatem rei domesticæ, sive etiam voluptatis causâ, & ad recreationem corporis. Barth. Chassaneus, *in catal. glor. mund. part. 11. consid. 50.* cui rei adeò addicti fuerunt majores nostri, ut vitam omnem in venationibus ac studiis rei militaris consistere scripserit Julius Cæs. *lib. 6. comment. bell. Gall.* Et hæc significatio propriissima est, quæ ex vi vocabuli primò & principaliter intellectui se sistit, & à quibusvis etiam subrostranis auditâ voce concipitur. De quâ deinceps prolixior instituetur discursus.

VIII. Jam verò dispiciendum nobis est, de quâ venationum specie accipi oporteat dicta patrum, sub *num. 1.* ex Gratiani compilatione adducta. Augustini sententias quod concernit, illas non nisi de venatoribus arenariis seu amphitheatralibus accipiendas esse, & glossa antehac monuit, & repetiit Franc. de Amaya, ad *l. un. C. de venat. fer. num. 16.* Atque id patet ex verbis ipsius Augustini relatis ab eodem Gratiano, *c. 9. dist. ead.* ubi dicitur: *Qui venatoribus donant, quare donant? dicant mihi, quare donant venatori? hoc in illo amant, in quo nequissimus est: hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicant spectaculis hominum, &c.*

Spectaculorum dum facit mentionem, non aliam intelligit venationem, quàm arenariam illam. Neque dicere poteris, venationem talem, Augustini ævò, quippè qui in eunte seculò V. floruit, non amplius fuisse in usu, quòd lege Constantini eam prorsus prohibitam & sublata putent nonnulli, & jam Juliani ætate cessasse existimet Pamelius, *ad Tertull. de spectac. ante cap. 1.* Et si enim Constantini fortè hic animus fuit, ut commissiones ferarum cum bestiariis sive arenariis prorsus tolleret, cum & gladiatorum cruenta spectacula prohibuerit, *l. un. C. de gladiator.* non tamen ille efficere potuit, quin aliquando ad ingenium feri homines redierint. Imò verò Justiniani adhuc tempore, & sic longè post obitum Augustini frequentata adhuc fuisse talia spectacula, ex *Novell. 105. cap. 1. & Novell. 115. cap. 3.* ostendunt Amaya, *d. l. & Jacob. Gothofred. ad l. 1. Cod. Theod. de venat. ferar.* Et quod magis mirum videri potest, etiam tempore Henrici II. Imperatoris circa annum MIII. hoc spectaculum celebrari consuevisse, ex Everhelmo probat Fr. Amaya, *d. l. n. 75.*

IX. Reliqua, quæ adducta sunt, quæq; adduci ab aliis solent alia, venationem quidem propriè dictam impetunt, sed in abusibus suis veluti

immerfam, & quoad eos, qui nimio ejus amore atque studio tenentur. Improbari sane in totum ea nequit, quandoquidem ipse DEUS venationibus leges præscripserit, *Levit. XVII. 13. Qui venatione atque aucupio cepit feram, vel avem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem ejus, & operiat eum terra.* Isaac jubet Esavum filium suum, ut in campum egressus ferinam capiat, *Genes. XXVII. 4.* Et Salomon mensam regiam plurimam cervorum, caprarum, ac bubulorum ferinam instruxit, *1. Reg. IV. 23.* Quod utique ipsis non licuisset, si quidem venatio artibus in totum prohibitis connumerari deberet. Addi possunt alia ex omni historiarum memoria Virorum insigni pietate & laude clarissimorum exempla, si quidem numero depugnandum esset. Et quorsum verò creasset ab initio DEUS carnem ferinam, nisi capere eam hominibus liceret, quorum in gratiam omnia ab initio condita fuerunt?

X. Ipse Sarisberiensis, acerrimus venationis insectator, postquam plurima adversus eam dixisset, concludit tandem, se in abusum potius declamasse, quam in usum moderatum. *Venatica*, inquit, *immoderatio voluptatis incursum virilem animum concutit, & fundamentum ra-*

tionis subvertit, utilis autem & honesta esse potest ex loco, ex tempore, modo, personâ, & causâ. Ex tempore, si ei non impendatur, quod debetur cultui religionis, aut naturæ rerum aut debito officii, aut magis necessariis occupationibus. Ex loco, ut in suo vel communi vel licito exerceatur venatio, dum consortibus non irrogetur injuria, &c. Modò, ne quis diutius licito, in opere tamen licito ex pravâ consuetudine & immoderato amore, moretur. Personâ, quia nulla versatur in culpâ, qui urgente stimulo necessitatis, non reprobati studii exercitio vitam cogitur exhibere. *Qui* otii inertiam vitant, qui gerendis negociis disponunt membra, dum laboribus avescunt, qui vitiosam corporis fugiunt molem, servatâ in omnibus dignitate personæ, justæ reprehensionis non patiuntur aculeos. Opus enim non ex se, sed ex causâ fit crimen. Causa quoque actum poterit decorare, si aut necessitate subsistat, aut vigeat utilitate, aut honestate splendeat, & ex affectu mentis tota valeat substantia operis colorari.

XI. Quæcumque ergò in vituperium venationis afferri solent, audienda sunt, nisi restringantur ad nimium ejus, & modum omnem excedens studium, quando scilicet quis ita

ita venationibus indulget, ut κωηγετικομανία quādam correptus omnem aetatem in illis consumat. Alioquin enim moderatum ejus rei exercitium tantum abest, ut improbetur, ut potius ab laudatissimis Scriptoribus maximè commendetur, & Viri Principes in id monitis quandoque instigentur. Apud Philonem, *lib. 1. de vit. Moſis*, hoc legitur judicium, bellica ingenia praeexercere se debere in venationibus, quod illae efficiant hominem robustum, celerem, laboriosum, &c. *Optimi Principes*, inquit Dion, *venationem exercent, ut rem saluberrimam, unde corpus robustius atq; anima fortior efficitur, quippe in quā bellica omnia exercentur. Nam in eā equitare, & currere, & atroces feras excipere, & aſtum frigusq; perferre, saepe famem pati necesse est.* Conf. Gerhard. *Loc. de Magistrat. polit. num. 430.* Andr. Rivet. *in Genes. exercitat. 65.*

XII. Creditum scilicet ab antiquissimis inde temporibus fuit, venationis labores ac pericula cum bellicis arctissimā necessitudine esse conjuncta, & venatorem ad militis similitudinem quā proximè accedere, adeo ut vix tam simile sit ovum ovo, quā praelium venationi. Sic enim Xenophon, *Cyropæd. lib. 1.* venationem describit αληθῶς

εἰς τὴν μάχην τῶν ἀπὸ τῶν πόλεων, verissimam rerum, quæ ad bellum spectant, meditationem. Et Oppianus eam non θήρη simpliciter, sed θήρης μάχην venationis bellum, & alibi εἰδωλὸν πολέμου belli simulacrum vocat. Sicut & Statius eleganter alicubi praelia sylvarum dicit. Aristoteles, *l. 1. polit. c. 8.* bellicam querendi rationem venatoriae partem esse asserit, dubiò licet sensu, quem ibidem perspicuum reddit Michaël Piccartus. Eadem scilicet arma utriusque studio inserviunt, utrumque idem corporis robur exigit, nec minus ad pugnam paratus est, qui venatoria tenet arma, quā qui eam in rem singulariter instructus est miles. Vid. Nicol. Fuller. *miscell. lib. 1. cap. 17.* Et ex hoc laudantur Herodiano, *lib. 6. cap. 5.* Persæ & Parthi, quod arcubus & eqvis, non in praelio tantum, more Romanorum utantur, sed à pueritiâ usque enutriantur unâ, venatui invigilantes, pharetratiq; semper ac nunquam ex eqvis defilientes, sive bellum gerant, sive feras conficiant.

XIII. Potuit hæc olim inter causas fuisse haud levis momenti, quare sibi jus venandi per territoria sua, etiam civium suorum fundos addixerint Principes. *Venatio*, inquit Andreas Gail. *l. 2. obs. 67. principibus Viris omnium maximè convenit*

nit, cum sit rei militaris comes & medietas rerum bellicarum. Quemadmodum igitur bellicæ rei cura, & belligerandi potestas, bono consilio Principis arbitrio relicta fuit, sic etiam venandi jus ad eundem Principem transiit; idque ita factum fuisse, publicè interest. Etsi enim à feris tantum, quantum ab hostibus Reipublicæ nullum imminet periculum; quia tamen subditi, ubi promiscuè venandi licentia data est, facillè res novas moliri, & sub specie venationis agmen facere, atque armatà manu quietem publicam turbare possunt, conveniens hinc est, ut cœundi, & armata consilia capiendi occasiones amputentur, & licentia venandi penitus auferatur, atque interdicatur.

XIV. Quandoquidem autem in hunc campum deferimur, operæ pretium erit, diutius in eo subsistere, & contendentium hinc inde argumenta examinare. Disquiritur nempe, utrum lege impedire Principes queant, ne quibusvis feras capere aut venari liceat? si ve, utrum Principes sibi solis venationes jure vindicent? Sic enim hodiè ubique ferè terrarum jus est, ut non aliis venari liceat, nisi illis, qui territorii domini sunt, & quibus concesserunt. Præcipua dubitandi ratio est, quòd Imperator, in l. 3. & 5. ff. de A.

R.D. & in §. 12. Inst. de R.D. venationis jus ad rationem naturalem referat, & capientis fieri captam feram idè statuat, quia feræ antea nullius sunt, ut adeò nihil obstat, in alieno fundo eas captas fuisse, quia etiam tum fiant capientis. Ex quo sequitur, etiam istam feram, quæ in fundo meo est, quæque perpetuò ibi degit, nisi inclusa fuerit, meam non esse. Nec poterit ergò Princeps, etsi territorium limitatum habeat, feras in territorio hoc suo liberè vagantes, suas dicere, & proindè nec poterit impedire, quò minus feræ istæ fiant capientis.

XV. Plus dicam cum Juris Consulto Paulo, ex l. 3. §. 14. ff. de acq. vel am. poss. neque illas quidem feras, quæ in silvis circumseptis vagantur, à nobis possideri, quoniam scilicet relictae sunt in libertate naturali, aliòquin etiam, pergit Paulus, si quis silvam emerit, videri eum feras possidere, quod falsum est. Non enim animalia hæc acquiruntur jure soli & loci, sed simpliciter jure capionis, l. 14. in fin. ff. de A. R. D. Ex quo patet, Principem non idè, quia territorii dominus est, etiam dominum esse ferarum in territorio isto vagantium, cum neque possideat quidem eas, & ferarum omnium natura hæc sit, ut dominium earum nec acquiri sine possessione possit, nec retineri.

Et si enim in *d. l. 3. de possessione* agatur, & eum, qui non sit possessor, consequens continuo non sit, etiam dominum non esse; natura tamen ferarum hoc exigit, ut capiantur, & hæc capione earum dominium acquiratur, amissa autem possessione & amissum dominium dicamus, propterea quod statim, atque possessione nostra abscesserunt, omnibus patent jure gentium. Cujac. *lib. 4. observ. 2.*

XVI. Obiter noto, Nervæ Juris-Consulti hanc assertionem de feris, quæ in silvis circumseptis vagantur, non placere Grotio, *l. 2. de jur. bell. & pac. cap. 8. n. 2.* nec distinctionem, quam facit Nerva inter feras, quæ in vivario inclusæ sunt, & quæ in silvis circumseptis vagantur, satis aptam ei videri. *Feras, inquit, non minus coercent sylva bene circumseptæ, quam vivaria, nec aliò hæc differunt, quam quod altera angustior, altera laxior custodia est. Quare nostro seculò rectius contraria opinio prævaluit, ut & fera silvis privatis, & pisces stagnis inclusi ut possideri, ita & in dominio esse intelligantur.* Eum sequitur Johann. Jac. Wissenbach. *tit. de acq. possess. num. 12.* Sed enim censuram hanc censurâ aliâ excipit D. Tabor, *ad art. 169. Ordin. crim. Car. V. num. 6.* Hæc ipsa, inquit, custodia differentia libertatis

modum continet, eamq; hic minus, illic magis constringit, &c. Et aliâ iterum Antonius Matthæus Nepos, in *commentar. ad §. 12. Inst. de R. D. Salva res est, si dicamus cum Franzkio, ad d. §. 12.* Nervæ verba accipere de sylva circumseptâ, non tamen prorsus præclusâ, sed ex quâ elabendi via comperat. Et quis enim nescit, in venationibus Principum sæpè non capi feras, in sylva circumseptâ adhuc vagantes, quod rumpere aliæ plagas, aliæ transilire soleant? Et hinc in possessionem atque dominium non veniunt, nisi captæ fuerint. Circa piscationes tamen aliud introductum videtur, & constitutione Carolinâ confirmatum, ita ut etiam ille, qui ex rivo, aut stagno, aut lacu aliquid suffuratus fuerit, arbitrariè puniri soleat, etsi pisces in naturali suâ libertate relictis censeantur. De quâ re vid. eruditè differentem Dn. Tabor, *d. l. num. 7. & 8. Conf. Matth. Stephani, ad d. art. 169.*

XVII. Positò jam, nullius esse feras in libertate suâ vagantes, proprias tamen fieri posse, sequitur, mansisse eas jure gentium indivisas, & omnibus communes, & hinc porro, venandi libertatem omnibus competere, & quidem jure gentium. Etenim cur enim dixisset Imperator, fera bestias, simul atque ab aliquo ca

ptæ fuerint, jure gentium statim il-
lius esse incipere, *d. §. 12. Inst. de R. D.*
nisi præsupposuisset, venandi pote-
statem capienti competere? An po-
terit ex actu illicito, si venari non
liceret, effectus produci suâ naturâ
justus? Imò verò, quæ juris genti-
um sunt, non possunt à Principe tol-
li, *§. II. Inst. de J. N. G. E. C.* Petrus An-
ton. de Petrâ, *de potestate Princip.*
cap. 7. num. 6. Thom. Grammatic.
decis. 67. num. 9. tantum abest, ut
jus venandi ille solus sibi vindicare
queat. Cùmq; in venationibus anti-
quissimum vivendi genus constite-
rit, & etiamnum in illis unicum so-
latium eorum consistat, qui naufragium
passi in insulas desertas fluctu-
um agitatione ejiciuntur, & hinc
ipsa natura ostendat, humano ge-
neri conservando venationes inser-
vire, dubium indè quàm maximè
evadit, utrum Principi communia
hæc jura intervertere, sibiqve so-
li sine consensu eorum, quorum
interest, tribuere illa queat. Quod
si posueris, prohibitionem illam
etiam ad fundum cujusque priva-
tum extendi posse, ut ne quidem in
proprio fundo, quem quis jure do-
minii possidet, venari liceat, non
videtur ea regiminis species à tyran-
nide multum abesse, quando quidem
unicuique, qualiter velit, suo uti li-
cet, *l. 8. §. 5. ff. de serv. vind.* & unus-

quisque dominus re suâ liberrimè
uti & abuti potest.

XVIII. Sed est tamen ista res om-
nium penè consensu hodiè deci-
sa, facere id Principes jure suo, &
posse adeò subditos jure venandi
interdici, nec de injustitiâ hujus
prohibitionis quenquam conqueri
debere. In fundamento tamen; ex
quo jus istud à Principe exerceri que-
at, & in quo istud radicatum sit, non
usquequaq; conveniunt. Franciscus
Zoannettus, *de duplici venat. nu-
mer. 48. seqq.* ponit illud in præscri-
ptione temporis immemorialis,
conjunctâ subditorum patientiâ.
Idem statuit Henr. Hahn, *ad Wesen-
bec. lit. de A. R. D. n. 7.* Id verò mi-
nùs placet Georgio Franzkio, *exerci-
cit. 4. q. 2. §. 2.* tùm quia venatio ha-
bile objectum præscriptionis non
est, utpote ex jure gentium descen-
dens, *arg. l. 45. ff. de usucap.* tùm quia
subditi contra Principes, imperiò &
potestate utentes, jus suum defen-
dere nequeunt. Prima ratio non
videtur juri hodierno satis conve-
niens, cùm negari nequeat, in fun-
do alieno jus venandi hodiè acquiri
præscriptione, saltem immemoria-
li. Carpzov. *lib. I. respons. 44.* & usu
sæpè eveniat, ut jus gentium limi-
tetur & restringatur per jus civile,
l. 6. ff. de justit. & jur. & de vero sen-
su atque explicatione verborum, in

d. l. 45. ff. de usucap. multa adhuc inter Doctores agitur controversia, uti videre licet apud Osyv. Hilliger. in *Donell. enucl. lib. 5. c. 22. lit. C.*

XIX. Altera ratio haud paulò fortior est, & adversariorum sententiam pressius stringit. Præscriptio enim præsupponit patientiam ejus, contra quem præscribitur, ita ut præscriptio ex consensu ejus interpretativo completa intelligatur. Hugo de Roy, *de eo, quod justum est, lib. 3. tit. 4. num. 3.* Patientia tamen ista debet esse libera, & in tali statu posita, ut contradicere liceat præscribenti ab eo, adversus quem præscribitur, cum præscriptio ex violento actu nunquam acquiratur. Anton. Tessaure. *decis. 16. num. 7.* & possessio talis bonâ fide careat, & prorsus injusta sit. Andr. Knichen, *de jur. territor. cap. 3. num. 137.* At profectò subditis vix licebit contradicere, si quid Princeps supremus in suo territorio constituerit. Et quomodo ergò præscriptio tunc habebit locum? quomodo illi jura sua adversus Principem defendent? Imò fundamentum hoc, si quis illò inniti velit, vitiosum planè habere videtur initium, & potiùs coactionem & metum, quam liberum præsupponit assensum. Petr. Heig. *p. 1. quest. 15. num. 27.* Multò arctiore vinculo, & obligatione adstrictio-

re, Principi tenentur subditi, quam Uxor marito, quæ tantam laudquamquam præstare debet obedientiam, quantum illi; & tamen adversus eam propter solam istam, quam debet, reverentiam maritum præscribere non posse, quemadmodum nec parentes adversus liberos, in judiciis recepta est sententia. Vid. Dan. Moller. *l. 2. semestr. cap. 6. n. 5.* Carpz. *l. 1. resp. 40.* Ant. Fab. *Cod. lib. 8. tit. 3. defm. 25.* ut adeò difficulter asserere liceat, acquirere posse Principes per præscriptionem jus aliquod adversus subditos.

XX. Valentinus Riemerus, postquam in *qv. jurid. dec. 4. corollar. 4.* rejectis omnibus aliorum sententiarum, hanc de præscriptione immemoriali elegisset, noluit in eâ acquiescere; sed cum vidisset, obstare sibi, quòd ea, quæ ex jure gentium veniunt, præscribi minimè queant, ad occupationis titulum recurrit, & ad exemplum ejus, qui in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus est, *l. 7. ff. de divers. temp. præscript.* Principem, venandi jus occupantem, tamdiu alios prohibere posse statuit, quoad ipse in possessione juris istius est; si id aliquando desierit possidere, alium tanquam rem liberam redditam vicissim occupando suam facere posse. Displicet verò etiam hæc senten-

tentia Franzki *d. l. tum* quia occupatio talis solum jus prohibendi ingredi volentem tribuit, & adversus piscantem aut venantem actionem injuriarum producit; tum vel maxime, quia occupatio omnis præsupponit rem vacuum, & in medio positam, quæ vacuitas, quia in privatis fundis nulla est, cum unusquisque privatorum in fundo suo jus venandi quæsitum habeat, facile hinc colligitur; Principem nudam occupatione jus istud subditis suis auferre non posse.

XXI. Potius igitur est, ut, quod ipse etiam facit Franzkius, *d. l. ex imperii & superioritatis territorialis viribus* jus hoc prohibendi arcessamus, quæ quidem tantas apud Principem esse aliquoties diximus, ut etiam auferre res subditorum proprias certo casu ei liceat. Quin potest Princeps etiam id, quod juris naturæ aut gentium est, propter singularem aliquam circumstantiam, ex parte objecti propositam, restringere & circumscribere, quandoque etiam actum ipsum inefficacem reddere, ac si ad jus illud non amplius pertineat. Etsi enim lex civilis nihil possit præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, potest tamen naturalem libertatem circumscribere, & vetare, quod naturaliter licebat, atque

etiam ipsum dominium naturaliter acquirendum vi suam antevertere, uti optimè loquitur Joh. Jac. Wissenbach, *tit. de acq. rer. dom. num. 1.* sed verbis Hugonis Grotii, *ex lib. 2. de jur. bell. & pac. 2. n. 5.* Atque hinc multum interest, ut in illis, quæ juris naturalis aut gentium esse dicuntur, probè dispiciamus, utrum sint ex jure præceptivo, an permissivo. Permissivum enim pro eorum, qui rebus præsumunt, iudicio, ex sua naturâ variatum est mutabile, ideoque obrogationes, abrogationes, temperamenta & mutationes indies recipit, quales non recipit jus præceptivum. Selden. *de mar. claus. lib. 1. c. 3.* Et hoc est, quod dicit Cujacius, *l. 4. obs. 2.* mores ubique passim jus gentium circa venandi potestatem subegisse.

XXII. Eleganter proinde in præfenti materiâ id, quod supra adversus jus Principum ex jure gentium adduximus, diluit Didacus Covarruvias, *ad c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 8. n. 1.* Ad rationem, inquit, respondetur, *feras, volucres & cetera animalia jure nature non esse communia positivè & affirmativè, quia omnium propria sunt communis dominii causa, sed negativè, quia nullius sunt, & jure nature nulli sunt applicata, idcirco lex humana potest ea uni potius, quam alteri ex causa*

concedere. Ex quibus inferitur, venationem jure naturali omnibus permissam, ex variis causis posse per Principes prohiberi. -- Hec denique collectio seu argumentatio parum valida est: Hoc est jure naturali permissum, ergo per legem humanam prohiberi non potest. Cum multa sint jure naturali licita, qua inspectà Reip. utilitate, & juxta æquissimum communis regimē per legem humanam prohiberi possunt, &c. Conf. Franc. de Amaya ad l. un. C. de venat. ferar. n. 42. seq.

XXIII. Quia verò prohibitio Principis, in iis, quæ jure naturali aut gentium licita sunt, non debet fieri sine causâ, ne scilicet odium post se trahat, & Principem de tyrannide exercendâ suspectum reddat, etiam venationis prohibitio justam aliquam causam præsupponat necesse est. Mich. Ferr. Manrique, de diff. & concord. utr. for. quæst. 199. n. 131. Et sanè causæ plurimæ subinde à Doctoribus colligi & coacervari solent, uti videre licet apud Gregor. Sayr. in clav. Reg. l. 11. c. 9. n. 8. seqq. Johann. Azor. Instit. moral. part. 3. cap. 13. Matth. Wesenb. in paratit. de acq. rer. dom. n. 7. Carpz. prax. crim. quæst. 84. n. 12. seq. Petr. Binsfeld. adc. 4. X. de injur. conclus. 7. Præcipuè mihi videntur esse istæ, ne subditi sub specie venationis, quæ

sine armis fieri non potest, res novas moliri, & agmine factò quietem & pacem publicam turbare antantur; tum, ne agriculturam & alia honesta vitæ genera deserant, & tandem, ne omne ferarum genus periteratas, & promiscuè omnibus permissas venationes funditus extinguatur.

XXIV. Illud non caret dubio, cujus sit fera, contra prohibitionem Principis capta, an capientis, an Principis prohibentis? Plurimi simpliciter & indistinctè statuunt venantem acquirere dominium feræ, neceam restituere teneri. Francisc. Cardinal. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. Thomas Hurtado, in resol. mor. tract. 8. cap. 3. resol. 17. num. 280. Id verò ex ipso prohibitionis tenore decidendum erit. Quod si nemis simpliciter prohibuerit venationem, acquisitionem autem, quæ ex jure gentium ortum habet, non prohibuerit, nec quicquam dixerit, cuius fieri, quod captum est, debeat, non videtur capientem incapacem reddere voluisse acquisitionis dominii ferarum, neque adeò sustulisse modum istum acquirendi ex jure gentium, etsi ipse venandi actus injustus sit. Quemadmodum e. g. si Princeps justâ de causâ prohibuerit, ne quisquam frumentum pro exercitu advectum emat, præter milites,

milites, injusta quidem est emptio frumenti ab alio facta, & tamen valida, modo Principi animus non fuerit emptores intrinsecè inhabiles reddere ad emptionem. Paul. Laymann. *theol. mor. lib. 3. tr. 1. cap. 5. n. 14.* At si constat, Principem prohibendo venationem simul interdixisse, ne capientes ferarum captarum dominium acquirant, dubium non est capientem non facere suum quod cepit, neque ad jus gentium provocare amplius posse. Greg. Sayr, *in clav. reg. d. l. n. 17.* Anton. de Padilla, *ad l. per agrum C. de serv. & aq. n. 6.* Sed est tamen hodiè istorum interdictorum recepta hæc explicatio, ut ex nudâ prohibitione simul dominii acquisitio exclusa censeatur, idq; Principi vindicetur, ac si Princeps ipse ministeriò venantis feram cepisset.

XXV. Fateor dubitâsse aliquando me, & negâsse, Principem quicquam posse circa modum acqvirendi ex jure gentium proveniente, nec impedire legem civilem posse, ut capienti fera capta non acqviretur, *in not. ad Hug. Grot. l. 2. c. 2. n. 5.* Sed uti *durisæus* *Opinionis* plerumque sapientiores esse solent, cum à gravitate Jcti non sit abhorrens, in eo præscripto non immorari, quòd aliquà tuâ novâ accuratiòne falsum esse compereris, uti loquitur Petrus

Costalius, *in parerg. n. 7.* ita etiam mihi emendatio ejus, quod antehac posui, non erit vitio vertenda. Accuratiùs enim rem examinanti venit in mentem, quod aliquando lex civilis prorsus extingvat vim & effectum alicujus actûs, sine istâ lege aliàs validi, quemadmodùm e.g. per SCta Macedonianum & Vellejanû tollitur obligatio jure gentium subsistens, & per legem civilem donatio inter virum & Uxorem aliàs ex se valida, quemadmodùm etiam ex nudo pacto, qui jure gentium obligatus est, jure civili & in foro Romano prorsus non obligatur, quemadmodùm etiam testamentum, jure gentium subsistens, propter defectum solennitatum jure civili præscriptarum, omninò nullum dicitur. Et ut ex foro nostro & legibus Electoralibus Saxonis exemplum adducam, juris notissimi est, per traditionem jure naturali res nobis acqviri, §. 40. *Inst. de R. D.* Et tamen Serenissimus Elector, *novell. decis. 67.* circa bona immobilia traditionem ad transferendum dominium non sufficere, sed requiri insuper cessionem & resignationem judicalem voluit, quò ipsò traditionis effectus naturalis penè extinctus est. Alia exempla talia collegit Ant. Matthæus Nep. *ad §. 11. Inst. de J. N. G. & C.*

XXVI. Consimili modo potest Princeps domini acquisitionem, subditis suis competentem, lege positivā antevertere, & modum istum acquirendi infringere, atque statuere, ut jus occupandi res, quæ sunt nullius, non omnibus, sed sibi soli competat, utque occupatio illa à privatis facta effectu suo destituitur. Loquor hic de facultate Principi competente, non de facultatis exercitio, num semper & in omni loco id jus exercere debeat. Quidni verò Principi hanc facultatem tribuamus? cum nihil omninò sit ex jure aliquo superiore, quod repugnet, nisi quòd aliquando propter adjacentem circumstantiam prohibitio illa injusta reddatur. Aliàs enim ex jure naturali & gentium, quæ adduci solent argumenta, ad merum jus permisivum pertinent, obligationem verò ex se nullam inducunt, atque juri isti derogari per jus positivum posse, jam supra dixi. Conf. H. Zoel. *tit. de A.R.D. n. 14.*

XXVII. Potest ergò Princeps vel sibi soli jus venandi reservare, & subditis omnibus interdiceret, ne eodè jure utantur, vel certo tantum ordini, vel etiam quibusdam tantum idem illud permittere; potest etiam illis ipsis, quibus concessit, leges ponere, ut certo in loco, certò & destinatò tempore, certam speciem

ferarum venari liceat, utq; modum istum præscriptum accuratè sub comminatione certæ poenæ aut revocandæ concessionis observent. Quò referri possunt Constitutiones Electorales Saxonicae, in der Landes-Ordnung *tit. von Jagden zc. tit. Das keiner auf des andern Grund und Boden zc.*

XXVIII. Quibuscunque verò ex causis privatorum venationi Principes intercedere sibi que solis id jus adscribere soleant, non puto tamen extendi debere eorum prohibitiones ad jus occidendi bestiam incurstantem & vitæ periculum intentantem. Occidendi, inquam, ut jus istud distingvam à jure venandi, uti distingvit Imperator Honorius, *in l. 1. Cod. Theodof. de venat. ferar. ubi licentiam dat occidendi leones, non venandi, idè quòd venatio eorum fieri solebat ludorum & spectaculorum publicorum causà, quæ edere solebant Imperatores, & ex Imperatorum permisso quandoq; Magistratus voluptatis causà; cædes autem permittebatur, si fera talis regioni noceret, propter salutem tantum publicam, tum cujusque privatam. Vid. Jac. Gothofred. *ad d. l. 1. Franc. de Amaya, ad l. un. C. de venat. ferar.* Et propter eandem causam videretur Fridericus I. Imp. 2. F. 27. non occisionem tantum, sed etiam;*

ut

uti videtur venationem urforum, aprorum & luporum permisisse. Conf. Regner. Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 18. n. 77.* Talis enim permissio vel laxior vel adstrictior esse potest, si præsertim interest Reip. purgari à belluis & numero & diritate tremendis. Qui igitur incurfantem, & vim intentantem bestiam occiderit, nego eum adversus interdictum peccare, ut maximè nullam ejus occidendi specialem acceperit facultatem. Conf. Anton. Perez. *Cod. de venat. ferar. n. 14.*

XXIX. Nec silentiò prætereundum est, teneri Principem, venationes prohibentem rescire subditis damna, quæcunq; à feris vel ipsis etiam venatoribus ministris data fuerunt. Didac. Covarruvias, *in c. peccatum de R. 7. in 6. part. 2. §. 8. n. 11.* Joh. Gutierrez. *quæst. can. lib. 2. c. 28. n. 15.* Petr. Binsfeld, *ad c. 4. X. de injur. conclus. 11. & 12.* And. Gail. *l. 2. obs. 68. n. 10. seq.* Nec distinguo, uti facit Paulus Laymannus, *theol. moral. lib. 3. tr. 1. cap. 5. n. 16.* utrum Princeps per liberum populi consensum seu renunciationem jus venandi acquisiverit, an verò sine tali consensu; ut hòc demum, non illò casu ad restitutionem damni teneatur, cum utique nunquam videantur subditi in damnum rei suæ familiaris consensisse. Plus dico

cum Gregorio Sayro, *ex clav. Reg. lib. 11. cap. 11. n. 12.* Si in eum numerum excreverint feræ, ut non possint subditi sine labore & expensis defendere possessiones, prata, segetes, & vineas suas, sed die noctuque invigilare illis necesse habeant, quod tùm non sufficiat, damna data rescire, aut etiam licentiam concedere occidendi feras infestantes, sed illis etiam pro talibus laboribus & expensis specialiter satisfaciendum sit. Et quòd in æstimatione damni non præsens solum tempus, sed futurum etiam respici, & valor fructuum verisimiliter expectatorum restitui debeat. Add. B. Gerhard. *Loc. de magistrat. n. 434.*

XXX. Cæterum negari nequit, studium istud venandi apud Principes, si nimium fuerit, sæpè degenerare in pessimam pruriginem, & hinc vel risui sese exponere illos, vel odio, quæ enus ea vel facultates, vel ipsum etiam sanguinem subditorum appetit, aut non appetit. Ecquis enim non rideat, ubi legitur apud Paulum Jovium, *in elog. lib. 3.* Galeacium Sfortiam, Mediolanensium Ducem supra centena falconum paria, in remotissimis ad Oceanum Borealem conquisita, tantò aluisse studiò sumptuque, ut in magnis porticibus eæ volucres, canteriis & pericis insidentes,

mirâ cum voluptate spectarentur, quum ex his sedibus ad ornamentum tela serica picta acu, squamosoque opere inaurati argenti refulgens dependeret, & volucres argenteis sonantibus pedicis vincirentur, & pileolos gestarent gemmis & unionibus adornatos? Quis verò è contrario non indignetur, quando legit apud Matthæum Parisium, tempore Guilielmi Conquæstoris in Angliâ oculos erutos ei, qui cervum vel capreolum cepisset, ipsumque Regem nefandò prorsus consilio, subrutis & destructis Ecclesiis, atque everfis villis, terram per triginta & amplius miliaria in saltus & lustra ferarum redegisse?

XXXI. Non erit hic alienum, venatorum omnem modum excellentium delicias verbis Erasmi ex *Encom. Moria*, falsè explicare, illique ridenti & verum dicenti vacuas aures præbere: ad hunc ordinem, inquit, *pertinent* & isti, qui præ venatu ferarum omnia contempunt, atque incredibilem animi voluptatem percipere se prædicant, quoties sædum illic cornuum cantum audierint, quoties canum ejulatus. Opinor etiam, cum excrementa canum odorantur, illis cinnamomum videri. Deinde quæ suavitas, quoties fera lanianda est? Tauros & verveces humilibi plebi laniare licet, feram, nisi à gene-

rosossecari nefas. Is nudò capite, inflexis genibus, gladio ad id destinato, (neque enim quovis idem facere fas est) certis gestibus, certa membra, certò ordine religiosè secat. Miratur interim perinde ut in re novâ sacrâque circumstantis tacita turba, quamvis spectaculum hoc plus millies viderit. Porro cui contigerit è beluâ nonnihil gustare, is verò existimat, sibi non parum nobilitatis accedere. Itaque cum isti assidua ferarum insectatione atque esu nihil aliud assequantur, nisi ut ipsi propemodum in feras degenerent, tamen interea regiam vitam agere se putant.

Similis apud Henr. Cornel. Agrippam de *vanit. scient. cap. 77.* est sententia, quæ itidem vanissima venatorum instituta per modum satyræ perstringit: *Habet in se*, inquit, *venatica bellicum quiddam & truculentum, dum rapacibus canibus obiecta fera effusò sanguine, laniatis visceribus voluptatem præstat, acerbissimam mortem, tanquam jocum summam cum voluptate spectat, interimque ridet crudelis venator, prostratamque canum exercitum, aut latroorum fraude, infelicem prædam, triumphantis instar, magnam comitatus catervam, domum reducit, ubi tunc feralis instruitur carnificina, solenturque chiromia, præscriptisq; vocabulis,*

bulis, neq; enim aliter fas est, bellua
lamatur. Insignis profectò venato-
rum stultitia, insigne bellum, cui
dum nimium insistant, ipsi, abjectà
humanitate, fera efficiantur, mo-
rumq; prodigiosa perversitate, tan-
quam Actæon, mutantur in natas
beluarum, &c.

XXXII. Redimus in viam, ex quâ
digressi sumus, & ultiores legis
prohibitivæ effectus videbimus.
Cumque Principes plerumque hu-
jusjuris tenacissimi sint, nec vio-
lari id à quoquam subditorum faci-
le patiantur, legem etiam hanc
suam sanctam esse voluerunt. *San-
ctam*, inquam, hoc est sanctione
munitam, & cui novissimâ parte
adjicitur pœna, ne imperfecta ea
lex dicatur, quâ de re videri poterit
Cujacius, *ad l. i. ff. de just. & jur.* Est
autem in arbitrio Principum, qua-
lem transgressoribus decernere ve-
lint pœnam, quæ etiam exasperari
quandoque potest pro ratione de-
icti, dum ne tamen proportio, quæ
esse inter culpam & pœnam debet,
rorsus negligatur, neve talia in-
debito quis exerceat, quæ æquo
illi probentur. Et hinc adeò pu-
niam, non multam tantum pecunia-
um, sed & carcerem, & relegatio-
nem quandoq; , quandoque etiam
nam corporis afflictivam locum
venire. In arbitrio enim quæ

sunt, extensionem & restrictionem
admittunt, l. 13. de pœn. Vid. Guid.
Pap. *quæst.* 218.

XXXIII. Sed quid de ultimo dice-
mus supplicio, an etiam hoc irro-
gare poterit Princeps violatoribus
suæ legis? Ita videtur, si ponamus,
etiam judici id licere in extraordi-
nariis criminibus, uti prolixè probat
Antonius Matthæus, *de criminib.*
in prolegom. cap. 4. n. 11. præsertim si
accesserit contumacia, & perva-
cia delinquentis, quæ sæpè auget
pœnam & aggravat, prout ipsa et-
iam contumacia intensior est vel
remissior, uti ejus rei exemplum est
in l. 28. §. ff. de pœn. Quod si igitur
tanta delinquentis est contumacia,
ut planè incorrigibilis, & cum con-
temptu Principis conjuncta sit, plu-
rimi sentiunt, taliter in delicto &
contumaciâ perseverantem, atque
venationes suas pergentem, suppli-
ciò capitis affici posse. Andr. Fach-
ineus, *lib. 1. controv. cap. 1.* Anton.
Perez. *Cod. de venat. ferar. num. 7.*
Paul. Laymann. *theol. mor. lib. 3. tr.*
1. cap. 5. n. 13.

XXXIV. E contrario verò sim-
pliciter negant tantò supplicio præ-
cepti sui transgressores puniendi
facultatem principi competere & in
humanum planè atque crudele fa-
cinus, si ita animadversum fuerit,
interpretantur Petrus Binsfeldius,

ad c. 4. X. de injur. & damn. dat. conclus. 16. Joh. Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 16.* Gregor. Sayr. *in clav. Reg. l. 11. cap. 11. n. 13.* Andr. Gail. *l. 2. obs. 68. n. 10.* Schneidevvin. *ad §. fera Inst. de R. D. n. 10.* Georg. Franzk. *exercitat. 4. quest. 3.* Joh. Jac. Wissenbach. *tit. de A. R. D. n. 8.* Petr. Heig. *p. 1. q. 15. n. 71.* moti inprimis ex eo, quod inter pœnam capitalem & captam bestiam nulla omninò sit proportio, cum ea in naturali libertate oberrans non minùs Principis, quàm alterius esse possit, nec adedò furti reus argui queat capiens. Atque his adstittit textus in jure Saxo-nico, quod dicimus Land-Recht *lib. 2. art. 61.* Da Gott den Menschen geschuff / da gab er ihm Gewalt über Fisch und Vögel / und über alle wilde Thier / darumb haben wir das Urtfund von Gott / daß nianand seinen Leib / noch seinen Gesund an diesen dreyen verwircken möge.

XXXV. Quam hic facit distinctionem Johannes Harprecht, *ad §. fera Inst. de R. D. n. 256.* quamque probant Philipp. Henr. Hœnonius, *disp. 4. ad d. §. fera,* & Carpzovius *prax. crim. quest. 84. n. 25. seq.* judicem ea magis instruit pœnam secundum leges irrogaturum, quàm Principem legislatorem. Conveniunt tamen illi in eo, etiam per legem temeratoribus venationum

ultimum supplicium decerni posse, si contumacia delinquentis, contemptus Principis, pacis publicæ violatio & alia ejusmodi accesserint. Sed tùm, uti mihi videtur, ista potius adhærentia crimina puniuntur, quàm quæ adversus legem facta sunt venatio. Et sic nihil differt ista sententia ab eâ, quam ex Fachineo retuli supra.

XXXVI. Ego haud quaquam dissentio, & cum Dn. Tabore, *ad artic. 169. Ordinat. Carolin. n. 13.* pœnales istiusmodi leges, quæ hæc in parte etiam ad capitis supplicium aliquando progrediuntur, non tam ex quantitate admitti, quàm qualitate defendendas esse existimo. Si tamen qualitate tali imbutum non fuerit delictum, nolim ego severitatem legis defendere, imò autor potius fuerim pro Principi cum B. Gerhardo *Loc. de magistrat. n. 434.* ne in executionem pœnarum ad hanc severitatem descendat, sed multa pecuniaria, carcere, relegatione aliisve pœnis satisfactum suæ legi existimet. Maximeque probò judicium & Jctorum in his causis circumspectam admodum procedendi rationem, quam etiam laudat Bachovius in Treutl. *vol. 2. disp. 20. tb. 3. lit. A. in fin. & Carpzovius d. l. n. 44.* ne ad quemvis promiscuè casum applicentur duriora legi verba

verba. Videri de hac quæstione poterunt plura apud Andr. Knichen, *de Saxon. non proboc. jur. verb. DUCUM cap. 5. n. 206. seqq.* Petr. Heig. *d. q. 35. n. 71. seq.*

XXXVII. Et si autem Principes nihil hic sibi singulare retinere, sed venationes promiscuè omnibus permittere velint, qualiter adhucdum in locis nonnullis libera omnibus venandi potestas est, notante Philippo Knipschild, *de civit. Imp. lib. 2. c. 7. n. 20.* Clericis tamen conditio status, quam sustinent, prohibet, quo minus venationibus indulgere liceat. Et fuit ea de re jam diu cautum, anno post Christum natum DV. in Concilio Agathensi, *can. 55.* verbis quidem admodum generalibus: *Episcopis & presbyteris & Diaconis canes ad venandum aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus se suspendat à communione, presbyter duobus mensibus se abstineat, Diaconus verò ab omni officio vel communione cessabit.* Idem statutum alio tempore in Synodis Epaunensi, Meldensi, Aurelianensi, Francicà sub Zacharià Papà & aliis, quæ referuntur ab Ivone, Burchardo & ab ipso Raymundo de Pennaforti sub speciali titulo: *de clerico venatore.*

XXXVIII. Canonistæ, ne nimium detrahant Clericis, prohibitiones istas accipiunt de venatione periculosa & clamorosa, eaque quæ cum armis fieri solet, atq; hinc statuunt, sanitatis vel recreationis causâ Clericos venationibus uti non prohiberi, dummodò id faciant cum silentio & modestiâ. Utque eo magis excusatos reddant Clericos venatores & in actu venationis deprehensos, præsupponunt, in dubio venationem ab illis præsumi factam causâ recreationis. Ut videre licet apud Augustinum Barbosam, *ad c. 1. X. de cler. venat.* & commentatores communiter, Gregor. Sayr. *in clav. Reg. l. 11. c. 11. n. 7.* Facit verò hic distinctionem antiquus Glossator Goffredus de Trano, *ad dict. tit.* inter Episcopos & reliquos Clericos. Episcopis semper illicitam, dicit esse venationem, aliis Clericis licitam esse ait causâ necessitatis, utilitatis & recreationis, cum retibus, & laqueis & canibus, dummodò cum silentio & modestiâ fiat.

XXXIX. Verùm enim verò interpretatio ista Canonistarum non videtur satis conveniens vel canonum textui, vel præcis Ecclesiæ institutis. Canones quod attinet, generaliter illi omnem venationem interdiciunt. Et ne de hac generalitate quis dubitet, legi poterit in-

interpretatio Nicolai I. Papæ, quæ habetur *c. quorundam dist. 34.* Verba digna sunt, quæ hic adscribantur: *Quorundam, inquit, relatione fidelium nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus Episcopus, qui & juvenis dicitur, venationi sit deditus, quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos irreverentes implicat. Verum iste merito juvenis dicitur, quia juvenilibus desideriis occupatus nullâ gravitate constringitur, nam ut B. dicit Hieronymus, venatorem nunquam legimus sanctum. -- Opportet ergo fraternitatem tuam Synodale cum Episcopis & suffraganeis tuis convocare concilium, & hunc salutaribus eloquiis Episcopum convenire, atq; illi pastorali autoritate precipere, quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat, &c.* Generalia hæc sunt verba & talia, quæ nullâ admittunt exceptionem aut limitationem: *ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat.* In verbis sequentibus comminatur Pontifex, excommunicari eum debere pro venationis delectatione, si parere contemserit. Ergo & ea, quæ delectationis causâ fit, venatio Clericis interdicta est, tantum abest, ut recreationis causâ venari eis liceat. Vixit autem Nicolag

I. Papa, & scripsit hæc Epistolam circa annum, post Christum natum DCCCLX. Nec videtur ergo eo tempore limitatio, quæ de clamorosa venatione hodie vulgaris est, cognita fuisse.

XL. Instituta Ecclesiæ primitivæ hæc erant, ut Clerici morum gravitate & vitæ genere omnibus aliis in Republicis antecellerent, utve quantum fieri posset, inania hominum studia, & nimiam familiaritatem vitarent. *Honoratur ministeriū, inquit Bernhardus, epist. 28. morum gravitate, consiliorū maturitate & ætuum honestate.* Nec enim doctrina tantum sed & vita ministrorum Ecclesiæ in conspectu omnium instar civitatis supra montem sita posita est, adeoque cavendum ipsis assidue est, ne vitæ humanæ tenebris involvantur, & ab horum actionum suarum normâ scandalum Ecclesiæ præbeant. Atque hinc dubitare licet, utrum per venationis exercitium servari possit eam morum gravitas, quæ in ministro Ecclesiæ requiritur. Negavit id Nicolag Papa in verbis antea allegatis. Et ad stipulatur Ivo Carnotensis Episcopus, cujus verba ad istam Nicolai decretalem apud Gratianum annotavit Anton. Contius: *Omiseram vitæ hominū & maxime Sacerdotū, qui dicitur lacranis fidelibus debent insistere, vel mandis feris incumbūt, ut quos capere*

oper

oportet homines, capiunt aves & bestias! qui dū moribus student animarum, vitam suarū amittunt animarum. O infelicem vitam! Nam in quo magis quisq; carnalis apparet, quam in tali vitā? Venatorum enim vita nil præter carnes capit. In quā dum quisque permanet, nunquam probatq; est. Addatur Petrus Blefensis, in epist. 56. quam scripsit ad Gualterum Roffensem Episcopum, & quæ ibi notat Commentator, pag. 695.

XLI. Goffredus de Trano, in summā tit. de Clerico venatore, dum in rationes inquirat, quare Clericus prohibeatur venari, & non piscari, ultimò locò hanc reddit, quia venator discurrit per devia & in via, sicut diabolus, cum ducit animam captivam. Numquid ergò putabimus, decere istud vitæ genū hominem Ecclesiastico ministerio, & vitæ sedatori consecratū? Imò verò consentientes in hoc habemus Canonistas, quòd talis venatio, quæ eis clamorosa & tumultuosa dicitur, rectè Clericis interdicta sit. Et sunt tamen alii in super rationes, quæ etiam quietam & recreativam venationem eis interdictam arguere videntur, certè applicari possunt non ineptè. Ecce enim has in genere, colligit Franc. de Amaya, ad l. un. C. de venat. ferar. n. 67. seqq. quia 1. ve-

natoria exercitia athletica sunt & militaria, quæ abesse à vitā cœlesti debent, quia 2. nec valde probata ea inter Laicos, quia 3. per ea redduntur homines crudeles, temerarii, sanguinolenti, & à misericordia alieni, quia 4. alià venatoribus solent canes, accipitres & similia, ut & sic bona Ecclesiastica, alendis Clericis & pauperibus destinata, in aliū usum verterentur, quia 5. negociorum cura negligi, & tempus inaniter consumi solet. Conf. Georg. Mor. de jur. ven. part. 2. c. 12. n. 25. seq. Quæ omnia, licet in gradu remissiori, etiam ad venationem, quam Clericis licitam faciunt Canonistæ, applicari possunt.

XLII. Potius igitur est, ut statuamus, rectius abstinere Clericos ab omni venatione, qualiscunque ea sit, cum fieri nequeat, ut non aliqua subinde inanis ex eā delectatio in animo exoriatur, quæ ubi sese in externos mores profundit, sine dubio contemptum parit, cum tamen id in primis studere debeat minister Ecclesiæ, ut omnium minimè æstimare videatur ea, quæ in hoc mundo voluptuosa esse vulgò perhibentur. Lege patrum cavetur, inquit Isidorus apud Gratian. can. bis igitur 4. dist. 23. ut à vulgari vita seclusi Clerici à mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pom-

pis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed & sobria colant, &c. Præterea *Ars ipsa*, uti H. Corn. Agrippa *de van. scient. cap. 7.* loquitur, profectò detestabilis est, studium vanum, certamen infelix, pugnare & sevire in bestias. *Ars crudelitatis & tota tragica: cuius voluptas est in morte & in sanguine, quam ipsa refugere deberet humanitas. Sed hodiè ipsa Abbatum, Episcoporum, caterorumq; Ecclesia præfectorum religio tota venatio est. Et quos decet esse exempla patientia, quotidie quarunt habere, quod vincant & venentur, &c.* Nolo hic originem ejus rei & quo tempore venationibus studere primum Episcopi coeperint, prolixè inquirere. Probabile tamen est, seculo undecimo, quo maximam in licentiam disciplina degeneravit Ecclesiastica, etiam hoc genus, perruptis quasi carceribus ab Ecclesiasticis personis excultum fuisse. Inauditum antea seculis omnibus fuisse scribit Georg. Fabricius *Orig. Sax. lib. 2. p. 215.* Episcopos privilegia de venationibus ferarum ab Imperatoribus petere. *Tale*, inquit, *Erpo Antistes Verdensis senectute jam delirus sed in suâ juventute præsul eximius ab Ottobone III. flagitavit & obtinuit.*

XLIII. Cæterum ex omni ævo & veterum memoriarū libris constat

venandi studium peculiare, & veluti proprium fuisse Heroibus & Viris illustribus. Sic enim scribit ad Commodum Julii Pollux, *lib. 5. Onomast. pr. Quoniam venationum te studium esse convenit, quando quidem hoc studium ἡγεμονὸν ἔχει βασιλικόν, heroicum regiumq; est.* Atq; hinc solenne jam olim fuit Regibus Principibusque officia circa eam rem constituere, splendidisq; & salariis & honoribus eadem insignire. Inter officiales palatii Constantinopolitani Codinus Curopalata, *de offic. Constantinop. cap. 2.* locò quadragesimò ponit τὸν πρῶτον κτηνητῶν, primum venatorū. *Et cap. 5. n. 62.* ejus officium atq; jura his describit verbis: *Primus Venatorum hoc muneris habet: Imperatore equum ascendente nullus alius, sed ipse solus, si præsens sit, stapedem tenet. Præest venatoribus, quos canum Mangones vocitant. Si contingat aliquod ex vestimentis Imperatoris sanguine adspersi in venatione, accipit illud ex munere suo Protocynegus.* Sic & Hincmarus Remensis ArchiEpiscopus inter præcipuos officiales, per quos palatium Carolomanni Regis dispositum fuit, *cap. 16.* refert venatores principales quatuor, & Falconarium unum. Atque talia in plerisque omnibus palatiis hodiè viris ex se illustribus adhuc conferuntur officia.

XLIV. Finem faciam hujus dis-
sertationis, si prius admonerim,
non attendi in foro Saxonico, si quis
alleget, præscriptione sibi acquisi-
tum esse jus venandi in fundo alie-
no. Sic enim se habent verba ordi-
nationis provincialis de anno 1555.
tit. Dasz keiner auf des andern Grund
und Boden/2c. §. Sowollen wir/p.95.
Dasz ein ieder mit sagen/ heßen/ und
Widerwerck zu treiben/auf seinen und
seiner Leute Eigenthumb bleiben/ und
eines andern Güter damit nicht berüh-
ren soll/ ungeachtet einiges Fürwen-
dens/ dasz es anders hergebracht/ und
im Brauch gehalten/ alles bey Peen
hundert Gulden/&c. Ex quibus pa-
tet, frustra allegari præscriptionis
tempus, imò verò nec in possesso-
rio quidem sententiam concipi, aut
possidentem ex possessione sua
commodum aliquod percipere de-
bere. Dan. Moller. *ad p.2. const. c.7.*
num.5. seqq.

XLV. Excipitur tamen, quod pro-
bè notandum est, præscriptio im-
memorialis. Carpov. *part.2. const.3.*
def.25. Præscriptione enim per le-
gem aut statutum exclusà, etsi ver-
ba generaliter concepta sint, non
tamen censetur sublata ea, quæ est
immemorialis. Andr. Tiracvell. *de*
utroq. retr. act. p.2. §.1. gl.2. num.23.
Joseph. Mascard. *de probat. conclus.*
17. num.45. Jac. Thoming. *conf.7.*

num.108. vol.1. Aymo Cravetta, *de*
antiq. temp. p.4. c.5. num.43. Hæc
igitur ratione, si quis per tempus
immemoriale venatus in alieno
fuerit, dubium non est, acquisitum
ei esse tale jus, quo prohiberi post-
hac ab altero nequeat.

XLVI. Extra Electoratum verò
non dubitaverunt Nostri ex jure
communi in judicio possessorio
pronunciare, in causâ Hansen von
Mingeroda / c. Bürgermeister und
Rath zu Duderstadt / mens. Novemb.
1664. Dasz Kläger dasjenige/ so ihme
auferlegt/ und er sich angemassit/ zur
Nothdurfft beygebracht/ derowegen
er in possessorio Ordinario der auf
dem Westerberge über Süligen/ im
Amte Gibeldehausen/ nebenst beklag-
ten habenden Jagten/ und Weide-
wercks/ bis dieselbe im petitorio ein
anders außgeführt/ billich zu schützen/
und demnach Beklagte die abgenom-
mene Garn und Lappen Klägern zu
restituiren schuldig/&c. Et ad requi-
sitionem Conrad. Sigonii, mens.
Febr. 1639. Hat euer Client einer von
Adel in Fürstenthumb Blogau zwey
Land-Güter/ Borecke und Sabor ge-
nant/ eine halbe Meilenweges von
GroßBlogau gelegen in Besiz/ wel-
che sein Groß-Vater Anno 1588. von
Martin. Scufftleben/ damahligen
Blogauischen Amts-Secretario, er-
kaufft/ iederzeit richtig genossen/ und

auf ickigen Besitzer / vermittelt sei-
 nes Vaters verstantet / und es hat
 sich nicht allein isiger Besitzer / son-
 dern auch dessen Vater / und Groß-
 Vater / von Anno 1588. unter andern
 Berechtigkeiten / auch der Jagten / in-
 sonderheit aber der Hasen- und Fuchs-
 Jagd / so wohl Rebhüner- und Vogel-
 Fangs / iederzeit külnlich / und von
 männiglichem ungehindert / auf diesen
 beyden Gütern gebrauchet / auch als
 eures Clienten isigen Besitzers Vater /
 wegen seiner Amts- Geschäfte / und
 Verrichtungen / der Jagd nicht oblie-
 gen können / solches Jagd- Recht seinen
 Nachbarn zu ihrer Lust zu gebrauchen /
 precario eingeräumt / und dasselbe
 per Tertium überlassen / und ob gleich
 vor 10. oder 11. Jahren bey eures Cli-
 enten Unmündigkeit von dem isigen
 Haupt- Manne Blogauischen Für-
 sten- thums / ein gewisses Schloß-
 Gehege / durch Aufrichtung unter-
 schiedlicher Seulen bezircket / darunter
 auch diese beyde Güter / Borcke und
 Sabor / mit ihrer ganzen Circumfe-
 renz / eingezogen / und dadurch die
 Jagd- Berechtigung / oder derer Pos-
 sion vel quasi interrumpiret werden
 wollen ; So hat doch euer Client sich
 solches nicht irren / sondern auch noch
 für erlangter Mündigkeit mit Hundem
 und Winden auff seinen bezirckten
 Grund und Boden sich stets finden /
 und daß er sich seiner Jagd- Berechtig-

keit / und derselben Besitz zu begehen
 nicht gemeinet sey / öffentlich sehen
 und spüren lassen ; Inmassen er auch
 der Jagden sich nachmahls gebrau-
 chet / und nunmehr entschlossen /
 zu fernere Erhaltung solcher Gerech-
 tigkeit / zumahlen weilm er mit sta-
 tlichen Begnadigungs- Brieffen ver-
 hen / den Weg Rechtens zu ergreiffen
 und sich dadurch bey derselben Polick
 vel q. &c. zu schützen / nach mehrer
 Inhalt eures Berichtes / und der Bey-
 lagen. Wenn nun gleich in denen uns
 Copenlich zugeschiedten Invelitur-
 und Lehn- Brieffen / die Jagd- Gerech-
 tigkeit nicht zu befinden / und daher
 daß euer Client / sich derselben zu ge-
 brauchen / nicht befußt / geschlossen wer-
 den möchte ; Democh aber und die-
 weil / euren Bericht nach / euer Client /
 dessen Vater / und Groß- Vater / von
 Anno 1588. iederzeit in geruhigen Ex-
 ercicio der Hasen- und Fuchs- Jagten /
 wie in gleichen der Rebhüner- und Vo-
 gel- Fangs / verblieben / und er durch
 die vor 10. oder 11. Jahren aufgerichte-
 te Hege- Seulen / von solcher Jagd-
 Berechtigung sich nicht abhalten / son-
 dern derselben ungeschachtet auf solchen
 seinen Grund und Boden / sich mit
 Hundem / und Winden / öffentlich se-
 hen lassen / so ist er auch bey der Polick
 vel q. dieser Jagd- Berechtigung nach-
 mahls nicht unbillig zu schützen / und
 beschreyen in Puncto turbatae posses-
 sionis

tionis Klage anzustellen / in Rechten wohl gegründet/ B. N. W.

Addo adhuc aliud ad requisitionem W. A. von M. mens. Mart. 1662. Hat ein Vasall, dessen Lehn-Güter auf den Grenzen des Chur-Fürstenthums Sachsen liegen/die gesamte oder Kuppel-Jagts-Berechtigkeit über die Grenzen auf das zu nächst anliegende Lehn-Gut in Erbstift Magdeburg präterdiret / &c. Wenn nun gleich ein Vasall einen andern keine servitut

über Lebens-Zeit einräumen / noch den Lehn-Herren zu schaden vergönnen kan ; Democh aber / und dieneil der Chur-Fürstl. Vasall durch Zeugen erweisen kan / daß seine Vorfahren vor 40. und mehr Jahren / auf des Erbstiftischen Vasallen Grund und Boden gehütet / und gejaget / und er annoch sich in solcher Possession befindet ; So ist dieses bloss factum , und der Gebrauch der Jagd und Hütung / zum Beweis in summariisimo gnugsam / B. N. W.

CAPUT XV.

De

Jure Fluminum.

SUMMARIA.

- Materia hac jurisprudentia pars est baud vulgaris. 1.*
Differentia fluminis & torrentis. 2.
Flumen quâ ratione dicatur publicum? 3. 4. 5.
Aqua profluens quâ ratione communis? 6.
Differentia inter flumen & aquam profluentem. 7.
Aqua ductus prohiberi potest. 8.
Jus piscandi qualiter olim se habuerit? 9.
Qualiter navigatio? 10. 11.
De alveo quid statuerit Jurisprudentia Justiniana. 12. 13.
Quid de ripâ? 14. 15. 16.
Quid de insulâ in flumine natâ? 17. 18.
Flumina tandem inter regalia relata. 19. 20. 21.
Aqua ductus à Principe impetrari debet. 22.
Jus piscandi à Principe limitari & circumscribi solet. 23.
Sic etiam navigatio. 24.
Alveus quibus hodiè circumscribatur legibus? 25.
Insula in flumine nata cujus hodiè fit? 26.
Mandatum Electorale Saxonicum. 27.

Sententia Actorum Wittebergenſium. 28.

Ex interdicto etiamnum agi poteſt adverſus eum, cujus culpa deterior ſit navigatio. 29.

adverſus eum, qui curſum fluminis immutat. 30.

Princeps uſum fluminis ſubditis ſuis prorsus interdicerere non poteſt. 31.

Privatus utrum in flumine edificare poſſit molendinum? 32.

Reſcriptum Electorale Saxonicum. 33.

Aliud ſimile. 34.

Sapè neceſſaria eſt Principis conceſſio. 35.

Ceſſante lege prohibitiâ licet unicuique in fundo ſuo edificare molendinum. 36. ſeqq.

I.

INter præcepta Jurisprudentiæ, poſtquam ea in formam artis redacta eſt, ab Juſtiniano diſcere oportet, ex §. 2. *Inſtit. de R. D.* flumina omnia publica eſſe, ideoq; jus piſcandi omnibus commune eſſe in fluminibus. Et ex §. 4. riparum uſum publicum eſſe jure gentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque naves ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliqvod in his reponere, cuiſibet liberum eſſe, ſicut per ipſum flumen navigare, ſed proprietatem earum illorum eſſe, quorum prædiis hærent, quâ de cauſâ arbores quoque, in eiſdem natas, eorundem eſſe. Atque ſic igitur, quæ de fluminibus eorumq; jure inſtituitur *Νεὶκτεψις*, haud vulgarem facit jurisprudentiæ partem, accedente præfertim ulteriore de inſulâ in flumine natâ, de alvei mutatione ex §. 22. & 23. *Inſt. eod.* conſideratione, quam negligere nequit, qui Principum & privatorum jura, quatenus

ab invicem diſtent, expendit, & inter eruditos diſqvirat. Nos pleraque ea omnia, qualia & olim fuerunt, & hodiè ſunt, examinabimus, & quidem, quoad fieri poterit, breviffimè.

II. Probè autem diſtingvendum eſt flumen, quod propriè tale eſt, à torrente. Fluminum enim quædam ſunt perennia, quædam torrentia. Perenne eſt, quod ſemper fluit, *ἀειβάς*, torrens, *καρὰ πῦρ*, i. e. hyeme fluens, l. 1. §. 2. *de fluminib.* fluviuſ ſcilicet, qui non de fonte, neque de vivâ aquâ, ſed à fluviis vel de montibus in valles deſcendit, æſtate ſiccatur, aquis verò hyemalibus creſcit & currit. Johann. Oetinger, *de jur. limit. lib. 1. cap. 12.* Dicitur torrens Latinis, quòd ejus aqua ſiccitate torrefcat. Atque ſic Latini ab aſtate & tempore, quo exſiccatur, Græci ab hyeme & tempore, quo excreſcit, nomen dederunt. Iſidor. 14. *orig. 12.* Vulgi igitur conſuetudine &

peren-

perenne flumen & torrentem, flumen dici posse, & Festus notavit, & confirmavit *d. l. Ulpianus*. Simpliciter tamen fluminis nomine id plerumque, quod perenne est, intelligitur, siquidem extra servitutis materiam id occurrat. Aliàs enim vel torrens per adpositionem additur, uti fit in *l. 2. §. 9. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* vel aliud quid adjicitur, quod subjectam materiam exprimat, uti ab Horatio flumen hybernum, & ab Ælio Gallo flumen, subitis imbribus concitatum, dicitur. Torrentes igitur propriè non sunt flumina, quia non sunt perennia. Certè tunc non sunt, cum non fluunt, nam à fluendo flumen. Sola ergò verè flumina, quæ perpetuò fluunt, i. e. quæ sunt perennia. Hug. Donell. *lib. 4. comm. c. 3.* si non actu semper, saltem habitu. Notandum enim etiam illud est, flumen, quod alioquin perenne fluit, etsi aliquà ætate exaruerit, non idèò minus perenne esse, *d. l. 1. §. 2. ff. de flumin.* & eodem modo torrentem, si unà fortè aut alterà ætate fluit, quod alioquin non nisi hyeme flue e solebat, non idèò minus torrentem censeri.

III. Fluminum quædam publica sunt, quædam non. Publicum flumen esse, Caspius definit, quod perenne sit. Atque istam Caspii sententiam post Celsum probabilem esse

judicat Ulpianus, *l. 1. §. 3. ff. de flumin.* Quod igitur perenne non est, publicum dici nequit. Ut hinc rectè excludantur torrentes, qui & ipsi flumina quidem dicuntur, sed publica tamen non sunt. Atque idcirco Marcianus consideratè addidit vocabulum *penè* in *l. 4. §. 1. ff. de R. D.* dum ait: *Flumina penè omnia & portus publica sunt.* Idèò; vocabulum dum omisit Justinianus, in *§. 2. Inst. de R. D.* thesin suam universalem non de aliis, quàm de fluminibus propriè ita dicitis, quæ scilicet perennia sunt, intellectam voluit. De rivis quam obicit considerationem Antonius Matthæus, *A. F. A. N. in nupero ad Institut. commentario ad §. 2.* nempe illos quoque reperiri scaturientes ex fontibus & perennes esse, & tamen privatos, nihil omninò movet. Id enim præoccupavit Ulpianus, in *d. l. 1. §. 7.* flumen à rivo magnitudine discernendum esse, docens, aut existimatione circumcolentium. Sed Ulpiano insultat Matthæus. *Quod si dixeris, inquit, eos magnitudine discerni à flumine, sequetur, ut flumina, quæcumq; sunt parva, privata sint flumina.* Mihi verò id sequi non videtur, quia etiam flumen parvum distinctum adhuc est à rivo, & videtur hoc totum ab Ulpiano relinquitum fuisse existimationi circum-

colentium, utrum quod ita fluit, pro rivo, an pro flumine habeant. Nec sane repugnat, etiam rivum aliquem publicum esse, qui tamen propterea flumen non est. Sic enim & lacus, & stagnum, & fossa, inter privata aliquando, aliquando inter publica referuntur, *l. un. ff. ut in flum. publ. nav. lic.*

IV. Alii flumen publicum definiunt, & dicunt, esse illud, quod in publico oritur, & perpetuo fluit, quos recenset Wesenb. *in paratit. ff. de fluminib.* Sed prius illud necessarium non est, cum etiam in privato fundo ortum suum & scaturiginem habere queat flumen, quod de Danubio refert Johannes Oetinger, *de jur. limit. lib. 1. lit. U.* Cumque plurimorum fluminum scaturigines incertae adhuc sint & dubiae, admittendum non erit, ut ea interim pro publicis non habeantur, donec constet, in publico, an privato solo originem ducant. Illud vero certum est, flumen non desinere esse publicum, etsi privatum solum, transeat, quia impossibile est, ut alveus fluminis publici non sit publicus, *l. 1. §. 7. ff. de flumin.* Atque hinc recte inducitur, neque privatum fundum, qui originem dat flumini, quicquam facere, quod minus id publicum dici queat. Alii insuper ad id, ut flumen publicum dicatur,

etiam usum publicum requirunt. Sed recte observat Hartm. Pistoris, *p. 4. q. 17. n. 3.* hoc eatenus tantum procedere, ut flumen ex eo, quod perenne est, non adeo publicum censendum sit, quin si privatorum tantum usui deserviat, privatum possit effici. Nisi tamen probetur, flumen a privatis tantum usurpatum, atque hinc privatum factum esse, semper ex eo, quod perpetuo fluit, pro publico haberi debet. Interim negari nequit, plerumque flumen publicum ex usu estimari. Petr. Frider. *de interd. tit. 6. n. 21.* Conf. Franc. Stypmann. *de jur. marit. l. 2. c. 5. n. 20. seqq.*

V. Quia vero publica non uno eodemque modo semper dicuntur. Bachov. *in Treutl. vol. 2. disp. 20. tit. 1. lit. E. F.* & jure gentium alia, alia jure civili publica sunt, quam distinctionem inculcat Aegidius Hortensius, ad §. 2. *Inst. de R. D.* notare necesse est, publicum hic nobis ex significato Justiniani esse illud, quod proprium est alicujus populi, olim Romani, *l. 15. ff. de V. §.* usi vero omnibus, qui sub isto populo degunt, patet. H. Zoef. *titul. de R. D. numer. 10.* Significanter & considerate addo verba, qui sub isto populo degunt, ne promiscue quemvis usum, omnibus gentibus communem, quis statuatur, neve quis pu-

ret, solâ proprietate differre publicas res à communibus, usu non differre. Et quia hic articulus in præfenti materiâ dignus est, ut accuratius tractetur, faciliè impetrabimus veniam exiguæ ejus moræ, quæ hic faciendâ est, præsertim cum de jure fluminum dissertatio his præcognitis haud paulò facilior reddatur. Considerabimus autem flumen in partibus suis tum continentibus, tum contentis. Continentes sunt alveus & ripa. Contentæ, aqua profluens, & in eâ pisces, quatenus ad jus piscandi spectant.

VI. *Aqua profluens, quæ principaliter flumen facit, & sine cujus perenni motione flumen non intelligitur, naturali jure communis esse dicitur, §. 1. Inst. de R. D. l. 2. ff. eod. Qvomodò verò communis, cum flumè ipsum publicum esse dicatur? §. 2. Inst. eod. Respondet Bachovius, in Treutl. d. l. unum idemque diverso respectu posse esse commune, & publicum, sic enim flumen, quatenus ex illo haurimus aquam, rectè posse dici commune, & idem tamen etiam publicum dici, quatenus in eo navigamus, aut piscamur. Significantiùs, ni fallor, Hugo Donellus, lib. 2. comm. c. 2. ipsam aquam profluentem in flumine bitariam spectari posse docet, vel ut aqua simpliciter, vel ut aqua fluminis, idq; ex*

usu æstimandum esse. Spectatur ut aqua, inquit, cum eâ sic utimur, ut aliâ quavis uteremur, etiam quæ non esset fluminis, veluti ad hauriendum, ad lavandum, ad aquandum pecora. Spectatur ut aqua fluminis, cum eâ sic utimur, ut id facere non possemus, nisi in flumine, ut si in flumine navigemus. Illo usu aqua profluens est communis omnium, hoc nequaquam: quia hic verè utimur flumine, ut flumine, hoc autem est publicum. Sequitur hinc, aquâ profluente, quatenus facit ad lavandum, potandum, & aquanda pecora, neminem prohiberi posse, sed prohiberi posse navigatione & piscatione omnes, qui non sunt ex isto populo, cujus est flumen.

VII. Sanè cum lavamus & haurimus aquam, non tam flumine utimur, quàm profluente aquâ, quæ & ipsa, quoad quantitatem, quæ hauritur, non communis amplius est, aut publica, sed privata ejus, qui sumit. Flumen autem universum hauriri non potest. Cum verò piscamur, & navigamus, flumine magis utimur, quàm aquâ, quæ profluit. In eadem enim aquâ, quæ profluit, quæq; suo loco non manet, nec piscari perpetuò, nec navigare possumus. Ac proinde flumine, integro tum utendum est; qui usus, cum jure gentium divisus sit, quatenus

tenus flumina ipsa divisa sunt, non communis amplius est omnium hominum, sed publicus eorum duntaxat, quorum finibus continetur. Arnold. Vinnius, *ad §. 2. Inst. de R. D.* Flumen scilicet est totum quid, unumque & idem corpus, quod mille abhinc annis fuit, ad exemplum aliarum rerum, in quarum collapsas partes alia substituuntur, quarum meminit Alfenus, in *l. 76. ff. de judic.* Aqua autem fluminis numero eadem non est, sed alia atque alia. Vacon. à Vacuna, *lib. 1. declar. 11. numer. 4.* cujus ratione non malè dixit Heraclitus, notante Hugone Grotio, *lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 9. num. 3.* in idem flumen bis nos non descendere. Idem tamen manet fluminis nomen, eadem ἕξις οὐματῶσιν σιωεπικῆ, quæ flumen constituit.

VIII. Quod de usu aquæ profluentis omnibus communi diximus, trahendum non est ad aquæ ductum, ut hinc promiscuè omnibus, & omni casu ducere aquam ex flumine publico liceat, ne quidem si de omnibus, qui sunt ex populo, cujus fines flumen alluit, sermo est. Ait quidem Pomponius Jctus, in *l. 2. ff. de flumin.* Quò minus ex publico flumine ducatur aqua, nihil impedit; sed addit mox, nisi Imperator aut Senatus vetet. Competit ergò Imperatori & Senatui jus pro-

hibendi, & hoc sufficit ad restringendam libertatem, & usum promiscuum. Addit porro, si modò ea aqua in usu publico non erit. Talis olim erat illa, quæ in Urbem ad usum civium variis ex locis ducebatur, aut canalibus structilibus & lapideis, aut tubulis fictilibus, aut fistulis plumbeis. Francisc. Duaren. *disput. anniverf. lib. 1. cap. 52.* Et ex tali aqua, etsi ex flumine publico non navigabili petatur, si quis porro aquam ducere velit, à Principe id impetrandum est, *l. 1. §. 41. ff. de aq. quot. & astiv.* Ratio est, quia talis aquæ ductus vix fieri potest sine impedimento usus publici. Ad Principem igitur aut Senatum pertinebit inspicere, quatenus & quantum permitti id, quod petitur, debeat. Pergit Pomponius: *Sed si aut navigabile est, aut ex eo aliud navigabile fit, non permittitur id facere.* Quibus verbis innuit, permissionem Principis, quæ ad aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quò alio loco publico ducendam necessaria est, locum non habere, quando flumen est navigabile, aut ex eo aliud navigabile fit. Ratio est, ne flumen tale derivationibus aquarum brevius fiat, minusque navigationi idoneum, *l. 10. §. 2. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Franciscus Connan. *comment. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Joh.

Harp-

Harpprecht, *ad §. 2. Inst. de R. D.*
 Hug. Donell. *lib. 4. comm. cap. 3. circa*
fin. Petr. Gregor. in Synagm. jur. l.
4. cap. 19.

IX. Piscandi jus omnibus commune esse in portu fluminibusque, dicit Justinianus in *d. §. 2. J. de R. D.* Id verò rectè restringit Arnoldus Vinnius & ante eum Donellus, *d. l. 4. c. 3.* ad omnes illos, qui sunt ex populo, cujus fines flumen alluit, & quatenus alluit, ut in hoc distet hic usus ab earum rerum usu, quæ omnium hominum communes sunt. Et proinde, si quis ex populo in flumine publico piscari prohibeatur, non minus injuriarum agi posse existimo, quam si quisquam alius prohibitus fuerit piscari in mari, *l. 13. §. ff. de injur.* Aliquando tamen prohibitioni locus est, ut actio injuriarum intentari nequeat. Si quis enim in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti rectè prohibet, *l. 7. ff. de divers. temp. prescript.* quia scilicet ille per istud temporis spacium jus piscandi in eo loco ita acquisivit, ut per possessionem continuam omnis alius exclusus intelligatur, et si ipse actu secundo piscationem semper non exerceat. Jus tamen illud in solâ ferè possessione fundatur, neque extra eam ullâ ratione subsistit. Quamdiu igitur is possidet, qui jus

tale acquisivit, prohibere alterum potest; eo autem ex possessione digresso, & ubi deserit piscationem, simul excidit jure illo, & tùm res redit in pristinam causam & libertatem. Simile scilicet est hoc jus dominio, quod quis per ædificationem in litore maris acquirit, quippe quod & ipsum in solâ possessione continuatur, & tamdiu durat, quamdiu ædificium manet: alioquin ædificio dilapso, quasi jure postliminii revertitur in pristinam causam: & si alius in eodê loco ædificaverit, ejus fiet, *l. 6. pr. ff. d. R. D.* Instituit hanc comparationem Papinianus, in *l. 45. ff. usucap.* Quemadmodum igitur per inædificationem in litore, sic & per continuam piscandi possessionem locus publicus ad causam privatam redigitur. Quemadmodum porrò destructo ædificio, sic & deserta piscatione, redit locus ad pristinam suam naturam & usum communem. Neque tunc poterit antiquus occupator vindicare loca illa, cum occupationem aliter jus tribuat, quam per istud temporis spacium, quo ipsa durat. Eâ cessante perinde est, ac si nunquam intervenisset; sed quasi jure postliminii revertitur locus in pristinam causam. Atque sic optimè conciliantur textus, qui sibi adversari videntur in *d. l. 7. ff. de divers.*

Uuuuuu

temp.

temp. prescript. & l. 45. ff. de usucap.
 Vid. Franc. de Amaya, *ad l. un. C. de*
venat. ferar. n. 61. Bachov. *ad Treutl.*
vol. 2. disp. 22. tb. 3. lit. 7. Hug. Grot.
de mar. lib. cap. 7. Udalric. *Zaf. ad d.*
l. 7. ff. de div. temp. prescr. ubi
 simul explicat, cur in diverticulo
 fluminis jus prohibendi locum in-
 veniat, non verò in ipso flumine,
 quia, inquit, in flumine publico nō
 possunt fieri receptacula vel septa
 retium, ne scil. navigatio deterior
 fiat. Sed hoc non est in diverticulo
 fluminis, ibi possunt fieri recepta-
 cula.

X. Quod navigationem concer-
 nit, inter Prætoris interdicta etiam
 hoc celebre est: **QVO MINUS
 ILLI IN FLUMINE PUBLICO
 NAVEM, RATEM AGERE LI-
 CEAT VIM FIERI VETO** *l. un. ff.*
ut in flum. publ. navig. lic. Hoc in-
 terdicto inquit Ulpianus *ibid.* pro-
 spicitur, ne quis flumine publico
 navigare prohibeatur. *Sicut enim,*
ait, ei qui viâ publicâ uti prohibetur,
interdictum propositum est: ita hoc
quoq. proponendum Prætor putavit.
 Eandem comparisonem idem
 proponit Ulpianus in *l. 24. pr. ff. de*
damn. inf. Fluminum publicorum,
communis est usus, sicuti viarum pu-
blicarum & litorum. Si viarum &
 litorum, & fluminum eadem debet
 esse conditio, idem aut par usus, re-

bus potius communibus illa erunt
 accensenda, quam publicis, ideò,
 quod litora disertè referantur inter
 res communes, §. 1. *Inst. de R. D.*
 Sed enim ex *l. 3. ff. ne quid in loc.*
publ. non malè observat Antonius
 Matthæus Nepos, *ad d. §. 1. Inst. de*
R. D. diversimode se habuisse litora
 apud Romanos. Alia enim fuisse
 dicit in eorum dominio ut ipsum
 totum mare, quale est mare Me-
 diterraneum inter Hispaniam &
 oppositam Africam, & de his acci-
 pit id, quod ait Celsus in *d. l. 3.* quan-
 do litora dicit esse populi Romani,
 de quâ re videri potest insuper Jo-
 hannes Seldenus, *in mar. claus. lib. 1.*
cap. 14. alia verò talia esse, qualia ea
 descripsit Justinianus in *d. §. 1.* Et hæc
 ratione per litora in *d. l. 24. ff. de*
damn. inf. ea, quæ prioris generis
 sunt, intelligi debere dixerim, cum &
 ipsum totum flumen, cum quo fit
 comparatio, publicum sine dubio
 sit, neque usus ejus alius esse queat,
 quàm uti eum sibi commodù præ-
 scribit populus. Negari verò non
 potest, confusim sæpè & ambigè
 verbis *commune & publicum* usos
 fuisse veteres, neque extricari nunc
 facile posse, quæ intricatè illi & pa-
 rum perspicuè tradiderunt.

XI. Tutissimum est statuere, ex
 eo, quod flumina publica esse di-
 cantur, non aliis navigationis ju-
 ris

competere, quàm illis, qui sunt ex populo, & quibus populus ille permittit. Quod tamen non ita intelligendum est, ac si nemo quisquam nave vehi deberet, qui non sit ex populo; cum in ipso populo exteri sæpè permulti degant, quibus uti in oppidis vivere, & in viâ publicâ ultro citroque commeari permissum est, ita prohiberi non possunt, quo minus navigio vehantur & per flumen decurrant. Et in hoc sensu admitti potest, quod supra ex Ulpiani doctrinâ adduximus, fluminum, viarum & litorum communem esse usum. Sed navigationis jus quale nos hîc intendimus, multo sublimius quid dicit, atque haud paulo pingvius est, quàm istud jus vecturæ. Qui jus navigandi habet, etiam navem ædificandi, magistrum præponendi, & emolumenta inde capiendi jus habet. Atque ista exteris vix ullus concedet populus, nisi & ipse commoda inde aliqua perceperit. Et si verò etiam inter Romanos olim navem habere, aut ædificare nonnullis interdictum fuerit, uti Senatoribus in *l. 3. ff. de vac. mun.* Præsidibus provinciarum & procuratoribus Cæsaris, *l. 46. §. 2. ff. de jur. ff.* istam tamen prohibitionem de navibus tantùm maritimis, non fluvialibus, accipit Cujacius, *lib. 6. observ. 38.* Et antiquas illas atque

mortuas de Senatoribus leges dicit Cicero, *orat. 10. Verr.*

XII. Sequitur, ut alvei qui & venter & lectus fluminis dicitur, naturam videamus. Hunc ejus juris esse dicit Justinianus, *§. 23. Inst. de R. D.* cujus & ipsum flumen est, id est, publicum. Et Ulpianus in *l. 1. §. 7. ff. de fluminib.* impossibile esse, ait, ut alveus fluminis publici non sit publicus. Sed hoc eatenus tantùm verum est, quatenus alveus à flumine tenetur & tegitur, eoque per flumen populus utitur. Nudatus flumine pars habetur prædiorum vicinorum, quasi olim ab iis decerpta. Et hæc ratio est, cur alveus, à flumine derelictus, publicus esse desinat, & eorum sit, qui prope ripam ejus prædia possident, & vicissim cur publicus esse incipiat alveus novus, quem sibi flumen fecit, etsi ille privatus antea fuerit, *l. 7. §. 5. ff. de A. R. D. l. 1. §. 7. ff. de flumin.* Hoc est, quod dicit Pomponius in *l. 30. §. ff. de A. R. D.* flumina censitorum vice fungi, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum. Igitur quamdiu alveus coopertus est flumine, ipse quoque, perinde ut flumen publicus est; exsiccatus si fuerit, proximorum fit, quia scilicet populus eo jam non utitur, *d. l. 30. §. 1.* Ejusdem generis & conditionis est fossa manu facta, quæ & ipsa publica est,

est, quando per eam publicum fluit flumen, *l. 1. §. 8. ff. de flum.* Per consequens, si ea exsiccata fuerit, ad pristinam causam redit, & ex publicâ fit iterum privata. Conf. Joh. à Sande *decis. Fris. l. b. 5. tit. 1. def. 2.*

XIII. Quid verò si mutato alveo noviore, quem publicum factum fuisse diximus, post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, num ille desinet esse publicus? Ita est. Desinet enim usus, propter quem ille inter publicas res relatus fuit. Sed cujus tùm erit? an illius cujus antea fuit, an verò eorum, qui prope ripam ejus prædia possident? Ultimùm hoc statuit Justinianus, *in d. §. 23. Inst. de R. D.* Sed ab eo strictum tantùm jus, non jus, quod obtinebat, descriptum fuisse, dicit Cyprianus Regnerus, *ad d. §. 23.* aliter verò id explicasse Cajum in *l. 7. §. 5. ff. de A. R. D.* nempe strictâ ratione pristinum dominû, cujus totus ager per novum alveum occupatus fuit, nihil quicquam in eo alveo à flumine deserto habere posse, tùm quia desiisset esse ager, amisâ propriâ formâ, tùm quia vicinum prædium nullum habeat pristinus dominus; sed vix tamen esse, ut id obtineat. Atque sic putant plerique æquitatem à Cajo magis probatam fuisse, quàm jus strictum, quod proposuit Justinianus.

Id verò improbat Antonius Matthæus Nepos *ad d. §. 23.* putatque antinomiali agnosci ab illis, qui æquitatem juri stricto in conciliandis textibus opponunt. Fateor ego, id fieri, si quis æquitatem fingendo textibus vim inferre velit. At si ipse textus strictam juris rationem & æquitatem opponit, frustra fingitur antinomiali assertio, quandoquidem tùm ipsimet juris autores ab strictâ juris ratione recessisse intelliguntur. Quò imprimis pertinet textus in *l. 31. 1. §. ff. de pos.* Caji ergò verba, *sed vix est, ut id obtineat*, jus strictû, quod antea asseruerat, temperant, & non perpetuo id esse verum indicant, sed ex bono & æquo judicem interdum aliter judicare innuunt, quomodo ager, si flumen non paulatim sed subito ad priorem alveum redierit, prioribus dominis restitui debet *arg. l. 38. ff. de A. R. D.* Petr. de Greve *ad Pandect. exerc. 23. n. 26.* Conf. Franc. Connan. *lib. 3. comm. c. 5. n. 2.* Franzk. *ad §. 23. l. de R. D.* Bachov. *ad Trentl. vol. 2. Disp. 20. sb. 5. lit. G.*

XIV. Superest, ut ripæ qualitatem investigemus. Illa naturali cursu fluminis definitur, non quâ imbribus, vel mari, vel quâ aliaratione creverit, *l. 1. §. 5. de flumin.* Hæc enim incrementa ad naturalem cursum non pertinent, sed extrin-

trinsecus adveniunt. Si verò naturaliter creverit flumen, & perpetuum incrementum acceperit vel alio flumine admixto, vel quâ aliâ ratione, dubio procul dicendum est, ripas quoque mutatas esse *d. l. 1. §. 5.* Cumque per æstatem flumina quandoque ita minui soleant, ut latitudinis termini valde coangustentur, ne quis putet, naturalem cursum intelligi istum, qui tunc obtinet, rectè à Paulo, *l. 3. §. 1. ff. eod.* dicitur, ripam putari istam, quæ plenissimum flumen continet, quatenus scilicet naturaliter se habet extra causas extrinsecus advenientes. Nec tamen existimandum est, ripam tam angustè accipiendam esse pro crepidine aut labro amnis, sive pro solâ extremitate alvei & terræ, quæ flumen continet, sed omninò ei latitudo aliqua & spacium tantum inter flumen & vicina prædia concedendum est, quantum sufficiens fuerit usui publico, quem describit Justinianus, *§. 4. Inst. de R. D.* Atque hinc rectè dicit Paulus, *d. l. 3. §. 2. de flum.* ripam intelligi, ex quo primum à plano vergere incipit usque ad aquam. Arnold. Vinn. *ad d. §. 4.*

XV. Riparum usum publicum esse jure gentium, inquit Imperator, *d. §. 4.* sicut ipsius fluminis, sed proprietatem earum illorum esse,

quorum prædiis hærent, quâ de causâ arbores quoque in eisdem natas eorundem esse. Longè alia scilicet est riparum, alia litorum conditio. Litora non ita sunt in patrimonio privatorum, uti ripæ. Neque uti in litore cuius casam seu tugurium, in quod se recipiat, extruere licet, & dominus soli hinc constituitur, *l. 5. §. 1. & l. 6. ff. de R. D.* ita etiam in ripis per ædificationem quis soli Dominus efficitur; imò verò, ut disertè Neratius scribit, qui in ripâ fluminis ædificat, suum non facit, *l. 15. ff. de A. R. D.* sed illud ædificium perinde se habet, uti aliud quodvis, quod alieno solo impositum est, hoc est, illius sit domus extructa, cujus & solum est, *§. 30. Inst. de R. D.* Nec ergò, uti mare & per hoc litora maris ita communia sunt, ut in nullius dominio esse existimentur, *§. 1. Inst. eod.* sic etiam flumina & per hoc ripæ ita publica dici poterunt, ut ripæ in nullius privati dominio existant. Est enim etiam hic inter flumen & ripam aliqua differentia, quæ non est inter mare & litus, quæque proinde comparisonem utriusque æqualem respuit. Vid. Hug. Donell. *lib. 4. comm. cap. 3.* Et quanquam flumina ripæ conjungantur à Paulo in *l. 3. pr. ff. de fluminibus*, & de utrisque dicatur, quod publici juris sint, quod

idem etiam dicitur in *l. 65. §. 1. ff. de A. R. D.* id tamen, quod ripas concernit, non de proprietate earum accipiendum est, sed de usu, quem præbent. Proprietatis autem hæc insuper insignis nota refertur ab Imperatore, quod arbores quoque in ripa natae in dominio privatorum sint, & ad eos spectent, quorum sunt prædia contigua.

XVI. Est ergo ripa tantummodo ad usum publica, & quidem quoad usum fluminis, ut omnibus, qui flumine uti volunt, etiam ripis ad eum usum uti liceat, quia nec aliter flumine uti possumus. Itaque naves ad eas appellere, funes arboribus sibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberum est, §. 4. *Inst. d. R. D.* Ultra ista, & si quid aliud forte fluminis usus exigat, nihil juris est illi, qui non est dominus. Et profecto paradoxon videri posset, alteri alicui, me Domino invito, re mea uti licere, aut in ea quicquam facere, quo ego re mea uti pro lubitu prohibear, nisi hæc veluti servitus à natura ripis imposita fuisset, ut qui flumine utitur, jus haberet etiam ripam utendi, Hug. Donell. *d. l. 4. c. 3.* Nectamen propterea usu rei suae interdicitur dominus, quippe quem ille multo habet ampliorem, & præter illum, qui cum alio ipsi communis

est, planè singularem. Sic enim etiam arborum in ripa positarum usus, si ad usum fluminis confert, publicus est; si nihil confert, ejus est, cuius sunt ipsæ arbores & ripa. *Egid. Hortens. ad d. §. 4.* Illud obiter noto, quando dicitur in *d. §. 4.* riparum usum publicum esse jure gentium, non est id pertinere, ut omnibus omnino, etiam exteris gentibus concedi earum usus debeat, cum rectè ab eo prohibeantur, sed ita accipiendum, quod cujusque gentis & nationis hominibus flumina suarum regionum in promiscuo serviant. *H. Zoef. ad tit. de R. D. n. 10.* Et hoc innuere volunt nonnulli Justinianum, quando in *d. §. 4.* riparum, usum *jure gentium* publicum, in §. 5. autem litorum usum *juris gentium* publicum facit, quod publicum juris gentium commune omnibus gentibus sit, publicum autem jure gentium uni tantum populo competat.

XVII. Ex dictis facile colligi potest, cujus sit insula in flumine nata, & quo jure censeri debeat. Præmittendum tamen *ex l. 30. §. 2. ff. de A. R. D.* tribus modis insulam in flumine fieri, uno, cum agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit, quo casu causa proprietatis non mutatur, nec acquiritur quicquam vicinis prædiis: altero, cum locum,

qui

qui alvei erat, siccū relinquit & circumfluere cœpit; tertio, cum paulatim colluendo locum eminentem supra alveum fecit, & cum alluendo auxit. Duobus his modis posterioribus insula fit ejus, cujus ager propior fuerit, cum primum extitit. Nam & natura fluminis hæc est, ut cursu suo mutato alvei causam mutet. Dum ergo insula cum alveo cohæret, alveus autem unitus est cum ripâ, quæ est juris privati, consequitur etiam insulam talem juris privati esse. Nec obstat, quod alveus publicus esse dicatur, uti supra exposui, quia id accipiendum est de alveo aquis cooperto, non de alveo vacuo & aquis nudato. Sicut igitur alveo totus nudato vicinis acquiritur: ita & partem ejus nudatam id est insulam in eo natam vicinis acquiri necesse est. Arnold. Vinn. ad §. 22. Inst. de R. D. n. 6. Nec quicquam interest, inquit Jctus in d. l. 30. §. 2. utrum de alvei duntaxat solo mutato, an de eo, quod superfusum solo & terræ sit, quæatur. Utrumque enim ejusdem generis est, hoc est, nihil interest, utrum quæatur de toto alveo mutato, an de insulâ in alveo natâ. Quomodo verò insula ita nata dividi debeat inter accolas, aut uni soli acquiratur, enucleatè tradit Justinianus in d. §. 22. Inst. 1. de R. D.

XVIII. Unum id haud parum difficilem reddit hanc de insulâ in flumine natâ doctrinam, quod Labeo scripsisse dicitur in l. 65. §. 4. ff. de A. R. D. cujus verba hæc sunt: *Si id, quod in publico innatum aut ædificatum est, publicum est, insula quoque, quæ in flumine publico nata est, publica esse debet.* Labeonis hæc sententia si vera est, non Justiniani tantum doctrinæ antea adductæ repugnat, sed illis etiam, quæ ipse Labeo in §§. antecedentibus de insulâ proprietate differuit. Quocirca, ne hic aliquis inter juris autores statuatur dissensus, multæ & variæ excogitatae sunt à Doctoribus conciliationes, & quibusdam tamen vix ulla satis commoda est. Aliqui, quos inter novissimè est Johannes Jacobus Wissenbach, disp. 19. n. 18. de tali insulâ Labeonis verba interpretantur, quæ ipsi alveo fluminis non cohæret, sed virgultis, aut aliâ quâlibet levi materiâ sustinetur, de quâ ipsâ jam egit Labeo, d. l. 56. §. 2. Alii concedunt insulam publicam esse, sed ratione usûs, non proprietatis. Cujac. lib. 14. obs. 11. Robert. 1. recept. lect. 11. Sed etsi hoc verum sit, non tamen per id tolli difficultatem optimè animadvertit Dominicus Arumæus, exercitat. Justin. 4. n. 14. cum & hæc ratione ædificatum in publico, quod innato æquiparatur, saltem

saltem ratione usus publicum esse deberet. Ipse ergò priorem illam; quam retuli, probat interpretationem, aut de eo casu Labeonis verba accipit, quando ipsa quoq; ripa publica est, & ad populum spectat. Talem enim insulam in publico nasci, ait, cum reliquæ in privato nascantur. Aliicum Franc. Hottomanno *lib. 1. obs. 23.* locum istum depravatum esse statuunt, emendatumque per præfixionem particulæ negativæ hoc modo restituunt: *Non si id, quod in publico innatum, &c.* ut sensus sit: Etsi id, quod in publico nascitur, publicum fiat, insula tamen in publico nata publica non fit. Novissimè Antonius Matthæus Nepos, *ad d. §. 22.* nihil omninò poni aut asseverari à JCro statuit, sed conditionaliter eum respondisse in hunc sensum: *Si universaliter id verum est, quod dicitur, publicum est omne, quod est natum in publico, sequetur etiam necessariò, quod sit insula publica, quia flumen est publicum.* Atqui, inquit, hoc non sequitur. Ergo nec semper prius illud verum est. Conf. Joh. Gryphiand. *de insul cap. 10. n. 58. seq.* Marc. Lyklama, *lib. 7. memb. 2.* Inter has contentiones & sententiarum divortia difficile est eligere, cui firmiter insistere liceat. Placeret emendatio Hottomanni, nisi violenta esset, atq; idcirco magis placet

interpretatio prima, cum perpetuo in hoc textu habeatur inter Labeonem & Paulum disputatio: & quia Paulus in §. 2. propemodum publicam istam dixit insulam, quæ alveo fluminis non cohæret, Labeo in §. ult. non propemodum, sed absolute publicam esse voluit. Extra hunc casum, non negavit Labeo, privatam esse insulam, quæ in flumine publico nata esset, dummodo ripæ ipsæ privatorum essent.

XIX. Atque sic, quid obtinuerit olim tempore Justiniani, qualiterque se tum temporis habuerint flumina, insulæ, ripæ, jus piscandi, jus navigandi in fluminibus, & ejusmodi alia pro ratione instituti nostri, sufficienter explicavimus. Sequentibus temporibus immutata hæc pleraq; & pro regalibus haberi, atque unico Principi vindicari cœperunt. Primum enim flumina ipsa inter regalia relata sunt, 2. F. 56. eorumque proprietates facta est Principis, cujus ditione continentur, ad quem scilicet ut alia Imperii bona, pervenerunt, & quoad proprietatem, & quoad utilitatem inde provenientem. Postquam enim Principes sibi vindicare cœperunt omne id, quod populo olim competiit, etiam flumina ad populum olim pertinentia sua fecerunt, atque sic publica hodiè non amplius dicuntur ea, quæ ad

ad populum spectant; (unde & ratio nominis deducta fuit, quòd publica dicerentur, quasi populica,) sed quæ à Principe possidentur, & inter bona Imperii connumerantur, quia scilicet Princeps in habitudine publicâ populum repræsentat.

XX. Etsi autem *d. 2. F. 56.* ea solùm flumina inter Regalia referantur, quæ sunt navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, & hinc inferat Regn. Sixtin. *l. 2. de regal. c. 3. num. 17.* flumina reliqua, ut maximè in aliud flumen ingrediantur, si navigabile id non reddant, ad regalia non pertinere, atque ita restringi debere verba Güntheri, Radevici, & Sigonii, quæ ei nimis generalia videntur; tamen, cum etiam aliorum fluminum, quæ ad navigationem planè nihil faciunt aut conferunt, quin & rivorum, alius, præter navigationem, quæ illis denegatur, possit esse usus, isque sæpè insignis, piscationem præsertim quod attinet, dubium non est, usum talem à Principe vel prohiberi prorsus, vel restringi saltem pro re natâ posse, atque hujus usus respectu ipsum illud flumen ad Principis pertinere regalia non male dici. Quò pertinent constitutiones, quæ circa rivos & flumina non navigabilia passim eduntur.

XXI. Nimis verò angustè restringere mihi hoc regale videtur

Franciscus Hottomannus, in *comment. ad 2. F. 56.* quando id declarat & explicat, esse jus coercendi, aut dilatandi, aut retandi fluminis, i. e. ripæ muniendæ, & alvei purgandi, sive potestatem cogendi, ut id publicè coactis operis fiat. Item jus reddendi flumen navigabile, si vel cum per se non sufficeret, alii rivi & amnes inducendi in unum alveum fuerint: aut moles, quæ navigationem impediabant, tollendæ, & flumina retanda. Imò verò multò pinguius hodiè jus istud extat, & non tantum proprietas fluminum ad Principem spectat, sed etiam, uti Radevicus, *3. c. 41.* explicat, omnis utilitas ex decursu fluminum proveniens. Facere etiam nequeo cum Henrico Bocero, qui *cap. 2. de regal. num. 163.* hodiernum jus Principum ex antiquo Romanorum jure æstimari, nec mutatum illud esse contendit, non animadvertens, plura sibi etiamnum quotidiè tribuere Principes, novaque indies constituisse regalia, quæ olim talia non fuerunt, & promiscuo usu ad quemlibet ex populo pertinuerunt. Conf. Franc. Stypman. *de jur. marit. l. 2. c. 5. num. 52. seq.*

XXII. Mutatâ ita rerum facie circa ipsam fluminum proprietatem, facile fuit deinceps usum eorum circumscribere, aut prorsus inter-

XXXXXX

dice-

dicere. De aquæ ductu jam supra dixi, quatenus etiam jure Romano, quod accepimus, ex Principis arbitrio eum peti oportuit. Et notant communiter Doctores ex *l. 5. Cod. de aqu. duct. lib. XI.* necessariò beneficium istud à Principe impetrari debere. Idq; etiam in urbicis aquæductibus observatum olim, quod his verbis docet Frontinus, *de aqueduct. Circa jus ducende aqua in privatis hac observanda sunt, ne quis sine literis Caesaris, i. e. ne quis aquam publicam non impetratam, ducat.* Et mox: *Qui aquam in usûs privatos ducere volet, impetrare eam debet, & à Principe epistolam ad Curatorem asserre. Curatores deinde beneficio Caesaris prestare maturitatem, &c.* Vid. quæ in hanc rem copiosius disserit Jacobus Gothofredus, ad *l. 2. Cod. Theodos. de aqueduct.* Et si verò de aquæductibus hæc, qui ex conceptaculis aut castellis fiebant, intelligenda sint, non minùs tamen Reipublicæ interest, aquæductus omnes, etiam simplices, & quæ fiunt per excavatos alveos aut fossas non sine consensu superioris institui, cum fieri possit, ut vel navigatio deterior fiat, vel amnis ruptis aggeribus cursum suum aliorsum inflectat, vel aliundè periculum aliquod vicinis habitatoribus inde imminet, ut adeò

necessaria sit aliqua cognitio prævia, & exacta conditionis loci, atque aliarum circumstantiarum consideratio.

XXIII. Piscandi jus quod attinet, id ita commune amplius non est, uti fuit olim, sed prohiberi aut pînuî id solet à Principibus, ut adeò nemini piscari in flumine amplius liceat, nisi cui Princeps id permiserit. Id verò durum videtur Marco Antonio Peregrino, *de jur. fisci. lib. 1. tit. 1. num. 22.* juri & usui gentium repugnans, ac legibus & constitutionibus ipsorum Cæsarum & Principum contraria, atque idcirco temperandum id ait excusâ, veluti ut prohibere id Princeps possit non solventibus vectigal indictum, vel ex aliâ aliquâ causâ honestâ. Eum ferè sequitur Hermannus Vultejus, *de feud. lib. 1. cap. 7.* Sed rectè notat Cyprianus Regnerus, *ad §. 2. Inst. de R. D.* unum jus gentium sæpè altero fortius esse propter circumstantias temporum & personarum. Potest igitur jus gentium, quod præceptivum aut prohibitivum non est, sed permissivum tantum, eatenus mutari, ut propter Reipublicæ utilitatem diversum planè introducatur. Imò verò commune id jus piscandi, multis jam seculis in totum exolevit, cum piscationem fluminis publici, aut Magistratus

loci, per quem flumen decurrit, aut accolæ fluminis publici sibi vendicant. Georg. Schulz. in *Synopsi instit. de R. D. lit. b.* Ut taceam ingentem proventum fiscalem, quem jam olim Principes ex piscationibus in mari & fluminibus perceperunt. Neque verò facultas illa capiendi pisces jure naturæ ita est constituta, ut piaculum sit diversum statuere; sed quia pisces, in flumine publico existentes, antequàm capiuntur, nullius esse censentur, jure gentium cujuslibet occupantis fiunt, neque jus capiendi tum interdictum fuit. Potuit tamen facultas illa, & jus capiendi adimi, & paulatim induci vel statui, ut jus occupandi res, quæ sunt nullius, non omnibus, sed ob rationes civiles & utilitatem publicam soli Principi competeret, & cui ille id concederet. Didac. Covarruv. in *c. peccatum. part. 2. §. 8. n. 1.* Gregor. Sayr. in *clav. reg. lib. 11. cap. 9. num. 3.* Johann. Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 1. c. 13. §. 5. lib. 5. cap. 16.* Dn. Struv. in *Syntagm. jur. feud. disp. 6. n. 7.* Quæ ratione autem utilitas publica justam prohibendi causam faciat, prolixius exponit Sayr. *d. l.* Ob eandem rationem etiam jus piscandi privatis competens limitare, circumscribere, & certis legibus temperare potest Princeps, prout ipsi proficuum visum fuerit. Sic

enim etiam in nostris hisce provinciis speciales constitutiones promulgatæ sunt, quæ modum utendi illis, quibus jus piscandi competit, præscribunt. Vid. *Ordinat. provincial. tit. Fisch-Ordnung.* Quò & pertinet Constitutio, quæ inter ineditas habetur, sub rubricâ: *Straffe der Fisch-Diebe.*

XXIV. Circa navigationem similiter Principi competit jus prohibendi, tum & leges ferendi, quatenus ea institui debeat. Sic enim civitas Perusina potest statuere, quòd aliquibus liceat navigare per lacum Perusinum, & aliquibus non liceat ex solidâ ratione, quia cursus aquarum, & flumina, & lacus pertinent ad eum, ad quem Regalia pertinent. Benvenut. Stracha, *de navigat. numer. 7.* Atque hinc potest Princeps jure Regalium in territorio suo navigationem aut limitare, aut interdiceret, prout ipsi visum fuerit. Andreas Rauchbar, *part. 2. quæst. 23.* Et interest sæpè Reipublicæ defini-ri tempus, ordinem, modum navigandi inter ipsos subditos, ne alter alteri impedimento sit, neve ad unum aut paucos redeat, quod plurimum potest esse usui.

XXV. Alveum, à flumine relictum, fiscalibus hodiè annumerari bonis scribit Johannes Gryphian-der, *de Insulis cap. 11. n. 45.* idq; dicit

venire ex speciali concessione, in 2. F. 56. quâ semel Principis factus alveus, ejus inviti nunquam esse desinat. In eandem sententiam propendet Johann. Thilmann. de Benign. *decif. Cameral. syntagm. 2. dec. 2. vot. 7. numer. 30.* Et sic etiam apud Batavos obtinere refert Arnoldus Vinnius, *ad §. 22. num. 7. & §. 23. num. 3. Inst. de R. D.* Sed de jure Saxonico confirmata est sententia juris civilis, uti videre licet *artic. 56. Land X. libr. 2.* ubi disertè dicitur alveum relictum eorum fieri, qui propè ripam alvei prædia proximiora possident. Quod idem de alveo novo intellectum vult Carpzovius, *part. 3. constit. 31. def. 14.* revertente nempe flumine post aliquod tempus ad alveum priorem. Et si enim hoc casu diversum obtinere velit Georgius Schulz. *in Synops. Instit. de R. D. lit. ff. motus per verba, d. art. 56.* Brichtes aber wider einen neuen Abgang / damit verleust er seines Landes nicht. Illa tamen non de alveo, sed de terrâ per alveum abscissâ & separatâ accipienda esse, Latina ostendit metaphrasis, quæ ita habet: Si verò novum fecerit alveum, seu meatum, partem fundi tui diruptam non amittis, hoc est, si alveus novus agrum tuum medium secet, & in partes dividat, partem avulsam propterea non amittis. Et hic ergo ca-

sus de novo alveo, à flumine deserto, accipi nequit, ut proinde generalis Carpzovii sententia potior videatur.

XXVI. Non alia est ratio insulæ, in flumine natæ, quam ipsam etiam Principis fisco addicunt Johannes Gryphiander, *de insul. c. 11.* Regner. Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 3. numer. 29.* Cyprianus Regnerus, *ad §. 22. Instit. de R. D.* Petrus de Greve, *ad pandect. exercit. 23. num. 25.* & alii plures, idèò, quòd tales insulæ hodiè inter regalia numerentur. Atque sic passim observari tradit Anton. Matthæus Nep. *ad §. 22. Inst. de R. D. numer. 8.* Jus tamen Saxonicum nihil omnino recedit à jure civili, sed insulam natam acquiri vult illis, qui proximiora prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cujusque fundi, *d. art. 56. lib. 2.* Welcher Werder sich erhebet binnen einen Fluss / welchem Gestade er näher ist / zu dem gehöret der Werder. Ist er aber zu miltler Maß des Wassers / so gehöret er beyden Gestaden. Adeoque in terris illis, ubi viget Jus Saxonicum, non ex alio fonte dirimenda erit controversia, nisi diversum quid vel constitutum vel consuetudine introductum fuerit. Quò pertinere mihi videntur omnia illa, quæ disputat Petr. Heig. *p. 2. q. 10. n. 58. seq.* Posse autem Principem insulas nondum

dum natas, sed nascendas sibi addicere, & ita in jure quærendo subditis præjudicare, dubium apud me nullum est, cum præsertim id neminem reddat pauperiorem, nec in bonis alicujus dici possit, quod nondum est. Vid. Carpzov. p. 3. *const. 31. def. 13.* Dn. Struve, *disputat. 6. Feud. numer. 7.*

XXVII. Jure igitur suo usus est Serenissimus Saxonix Elector Augustus, gloriosissimæ memoriæ, quando ad Quæstorem Wittebergensem insulas, in Albi natas, fisco addici debere, hunc in modum rescripsit: Lieber Betreuer / Uns gelanget an / daß auf dem Elb-Strohm in unsern Fürstenthumb hin und wieder Schiff-Mühlen angerichtet / und gebauet / welche in unsere Aemter alle nicht verzinsset; Daß sich auch etliche der angelegten Heger und Werder in dem Elb-Strohm / so unbeflossen / vor ihrem Eigenthumb unterzogen / welche billich unsern Aemtern jedes Orts gehören sollen. Weil wir denn auf und in dem Elb-Strohm / so weit sich unser Fürstenthumb erstreckt / niemands Gerichtbar / oder anderer Berechtigtkeit / welcher halben sie sich der Heger / od Schiff-Mühlen / unterziehen möchten / geständig; So hätte dir gebühret / daß du alle Heger und Werder im Elb-Strohm / so unbeflossen / in unser Amt gezogen / auch die Schiffmühle / so viel

derer darauf angerichtet / und so weit unser dir befohlen Amt sich erstreckt / demselben zinsbar zu machen / oder dieselben abzuschaffen. Befehlen Dir derowegen / du wollest solches nochmalst thun / und niemand / der sey / wer er wolle / auf dem Elb-Strohm einige Berechtigkt gestatten / und Uns zwischen hier und Lichmeh nechstkünfftig neben allen Umständen berichten / was vor Werder und Heger in dem Elb-Strohm so umbflossen / auch wie viel Mühlen der Derter / so weit sich solch Amt erstreckt / befunden / und wer sich derselben unterzogen / und es anders nicht halten. Hieran geschiehet unsere Meynung. Dat. Dresden / den 7. Decemb. anno 1563.

XXVIII. Observavi etiam hoc, Antecessores nostros inter alia ad radices insulæ, cui ripæ aut lateri propiores illæ fuerint, quendam aliquando habuisse respectum, atque sic ex alluvionis jure, quippe confini & sæpenuerò concurrente, aliquam inseruisse decidendi rationem, quando ad requisitionem der Gräfflichen Barbyschen Cansler und Rätthe / mens. Maj. anno 1638. in hunc modum responderunt: Ist eine Insel oder Werder zwischen der Nuthe und dem Elb-Strohm entstanden. Wenn nun gleich die Erbstiftische Magdeburgische Gütere / und namentlich der Grunberg einen Theile

solcher Insel oder Heger gegen über gelegen / und nach gemeinen alten Käyser = Rechte dieselbige nach Breite des Ufers dem Eigenthums = Herren zuständig zu seyn / scheinen möchte; Dennoch aber und dieweil / Euren Berichte nach / die Ruthe die Erbstiftischen und Barbyischen Gütere scheidet / und aber gleichwohl noch in das Barbyische Territorium gehörig / die Herren Graffen zu Barby auch auf der Elben / so weit die Graffschafft dieseit der Elben sich erstreckt / die Hoheit und Jurisdiction haben / dem Ansehen nach / die Anlage an dem Barbyischen Dusch ihren Anfang genommen / und bey Sommerzeiten die Zusammenfügung dieser Orter zu sehen / und die Herren Graffen albereit vor 3. oder 4. Jahren solcher Anlage sich angemasset / auch wenn iemand drauff betreten worden / dieselbigen pfänden lassen; So erscheinet daher / daß mehr gemeldete Insel / oder Anlage / denen Herren Graffen zuständig / und sie bey Possels derselben billich zu lassen / B. A. W.

XXIX. Ex dictis patet, quantum hætenus recessum fuerit à veteri Jurisprudentiâ, quamq; præsumptuosi hodiè sint Principes in juribus suis augendis. Quod tamen Prætori olim licuit circa flumina, & eorum cursum conservandum, id mutatum hodiè ferè nihil est, & nî fallor, poterit adhuc Magistratum ex interdi-

ctis, jure civili propositis, pro re nata agi, nisi quid à Principe secus constitutum fuerit. Quocirca si quis in flumine publico, ripave ejus quid faciat, aut immittat, quo statio, iterve navigii deterius fiat, quod olim prohibuit Prætor, etiamnum extali interdicto illum conveniri posse puto, secundum *l. i. pr. ff. de flumin. ne quid in flum. publ.* Deterior autem statio, itemq; iter navigio fieri videtur, si usus ejus corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut si in totum auferatur. Proindè sive derivetur aqua, ut exiguior facta minus sit navigabilis, vel si dilatetur, aut diffusa brevem aquam faciat, vel contra sic coangustetur, ut rapidius flumen faciat, vel si quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, & difficilior fiat, vel prorsus impediatur, interdicto locus erit, *d. l. i. §. 15.* Atq; id accipiendum etiam de isto casu, quando pedestre iter, quo sæpius adverso flumine utendum, & naves funibus trahendæ sunt, vel exaratur prorsus, vel sepibus, ad ripam positis, prorsus impeditur. Petr. Frider. *de interd. tit. 6. num. 34.* Et sic etiam legibus Wisigothorum, *lib. 8. tit. 4. num. 29.* permissum quidem est, ad medium etiam alveum sepem ducere, sed ita, ne navigatio impediatur.

XXX. Pari modo, si quid fiat, aut immittatur, quo mutetur aquæ cur-

sus, & aliter fluat, quàm priori æsta-
 te fluxit, eaq; mutatio aliquod in-
 commodum circacolentibus affe-
 rat, dum depressius flumen, vel ar-
 ctius, & per hoc rapidius redditur,
 ex speciali interdicto Prætoris age-
 re licet, ne id fiat, aut ut factum re-
 stituatur, *l. 1. pr. & §. 3. & 12. ff. ne
 quid in flum. publ.* Non aliter ta-
 men id licebit, quàm si cursus flu-
 minis mutatus fuerit cum incom-
 modo accolentium. Tale incom-
 modum si nullum sit metuendum,
 & aliqua subsit utilitas facientis, nul-
 lus interdicto erit locus. Pone, gran-
 de damnum flumen alicui dare so-
 litum, prædia ejus depopulari: si
 fortè aggeres, vel quàm aliam mu-
 nitionem adhibuit, ut agrum suum
 tueretur, eaq; res cursum fluminis
 ad aliquid immutavit, cur ei non
 consulatur? oportet enim in hujus-
 modi rebus utilitatem & tutelam
 facientis spectari, sine injuriâ utique
 accolarum, *d. l. 1. §. 7.*

XXXI. Interdicta hæc, cum ap-
 plicentur cuivis ex populo, *d. l. un.
 §. 9. ff. ne quid in flum. publ.* facile
 ostendunt, flumina ita esse Princi-
 pis, ut ad privatos nihilominus ali-
 quis eorum spectet usus. Atque iste
 quidem talis aliquando esse potest,
 ut nec à Principe quidem prohibe-
 ri aut impediri queat, si præsertim
 usus iste ex necessitate, quæ nullas

admittit leges, ortum habuerit. Ex-
 tra necessitatem verò etiam utilitas
 sæpè tanta est, quæ cives attihere so-
 let, tantamque cum bono publico
 cognationem gerit, ut boni Princi-
 pis nomen sustinere nequeat, qui
 eam prohibere, aut civibus eripe-
 re velit. Et sic igitur, quod natura
 prodidit ad omnium hominum u-
 tilitatem, Princeps sibi id totum,
 exclusis ab omni usu aliis omnibus,
 vindicare nequit. Sed id tamen
 vicissim non nego, istum usum ci-
 vibus relictum limitari & restringi
 posse à Principe, prout visum fuerit
 bono publico proficuum. Quò per-
 tinent ea, quæ de jure navigandi &
 piscandi suprâ plenius dixi, & latius
 exponit Regnerus Sixtinus, *de rega-
 lib. l. 2. c. 3. num. 41. seq.*

XXXII. Decidi hinc poterit quæ-
 stio sæpiusculè hæctenus in foris Sa-
 xonicis agitata: utrùm in flumine
 publico liceat ædificare molendi-
 num, jure scil. domini, quod quis
 in fundo adjacente & ripâ sibi asse-
 rit? Qui dubitant, potissimum ra-
 tionum suarum momentum po-
 nunt in eo, quòd flumina hodiè ad
 regalia referantur, & quòd, ut su-
 præ dixi, omnis utilitas ex decursu
 fluminum proveniens ad Princi-
 pem spectet. Unde non desunt,
 qui disertè ipsa etiam molendina ju-
 ribus regalibus annumerent. Be-

fold.

fold. *in thes. pract. verb. Mühlen.*
 Philipp. Knipschild, *de jurib. civ.*
Imper. lib. 5. cap. 26. num. 35. Casp.
 Manz. *decis. Palat. quest. 92. num. 9.*
 Franc. Stypman *de jur. marit. part. 2.*
c. 5. n. 174. Rectius tamen id negat
 Henr. Rosenthal. *de Feud. cap. 5. con-*
clus. 28. nisi præcesserit diserta Prin-
 cipis declaratio prohibitiva, ne quis
 sine voluntate suâ & consensu mo-
 lendinum extruat. Tale quid enim
 à Principe fieri posse, nullus dubito,
 cum & alia hodiè haud parùm le-
 viora inter reservata Principis com-
 putentur, & ex censu atque potesta-
 te privatorum eximantur, quæ ta-
 lia olim non fuerunt.

XXXIII. Quod si etiam Principis
 interfit, molendinum non ædifica-
 ri, dum vel propriis molendinis da-
 mnum infertur, si ædificetur, vel
 aliàs redditus publici intercludan-
 tur, non potest nec debet tale ali-
 quod extrui sine permissione Prin-
 cipis. Quæ ipsa tamen permissio sæ-
 pè cum reservato fieri solet, præfer-
 tim quando periculum inde nasci-
 turum ignoratur, uti patet ex Re-
 scripto Johannis Friderici Electoris
 Saxoniz, glor. mem. an den Schöffser
 zu Wittenberg. Lieber Getreuer/ Uns
 hat Greger Schlüsselfelder zu Witten-
 berg ist abermahls unterthäniglich an-
 langen lassen/ mit Bitte/ daß wir ge-
 statten und nachlassen wolten/ daß er

noch ein Rad an seine Mühl/ die Rreh-
 Mühl genant/ hengen lassen möchte.
 Welches wir Ihme zu Gnaden/uf be-
 sehehenes bitten/ gewilliget. Begehren
 derhalben/ du wollest Ihme solches
 also von unsertwegen gestatten/ und
 vergünstigen/ doch mit dem Vorbe-
 halt/ daß wir umb solch Rad zu ieder-
 zeit/ wenn wir befinden/ daß es unser
 Mühlen zu Wittenberg/ des Wasser-
 Gangs halber/ Schaden thät/ oder ei-
 nen Abbruch brächte/wiederumb abzu-
 schaffen/ ungeben haben wolten.
 Das wollest Ihme also anzeigen/ und
 in dein Amts-Buch verzeichnen/ dar-
 an geschieht unsere Meynung. Datum
 zu Weimar/ Sonnabend nach Leon-
 hardi/ anno 1539.

XXXIV. Ad eundem modum no-
 luit tolerare molam navalem Au-
 gustus Elector Saxoniz, gl. mem.
 quam ædificaverat in Albi fluvio No-
 bilis quidam, eamque prorsus tolli
 debere, his verbis rescripsit: Lieber
 Getreuer/ was alle Erb- und Wasser-
 Müller in den Pflegen/ Kemberg/
 Zahne/ und Herzberg abermahls reide:
 Günter von Staupitzen zu Dabrun/
 seiner neuen erbauten Schiff-Mühle
 halber/ an uns gelanget/ und umb Ab-
 schaffung derselben bitten thun/ findest
 du innliegende. Weil dann solche Mül-
 ler/ auf männiglichte gepflogene Ur-
 terhandlung/ nicht zu vermögen gew-
 sen/ noch bewilligen wollen/ daß a

dac

dachtez der von Staupis solche Schiff-
Mühl/ Inhalts unkerer ausgegan-
nen Befehlich / erhalten möchte / und
sich solche Müller der mehrer Theil ge-
gen uns höchlichen beschweret / daß sie
solcher und Günther Lösers zu Trebitz
neuer Windmühle halben an ihren
Gewerken des Mahlens dermassen
verhindert / daß sie sich ihr Weib /
Kind und Besinde nicht erhalten / we-
niger den pflichtigen Erb-Zins / wie der
von altershero in unsere Aempter ge-
reicht worden / zu geben vermöchten /
und wir ihnen solchen zu diesem mahl
in Geld verwandeln haben müssen.
So wissen wir gedachten denie von
Staupis ferner nicht nach zu geben/
noch zu verstaten / daß er solche Schiff-
Mühle den andern Müllern zu Nach-
theil / auch uns selbst zu Abbruch unse-
rer Getreide-Pächte / ganghafftig er-
halten solle / Sondern befehlen dir
hiermit ernstlich / du wollest gedachten
Günther von Staupisen bey Straff
300. fl. aufflegen / daß er solche Mühle
von dato an / innerhalb 14. Tagen hin-
weg schaffe / und die auf dem Elb-
strome so ferne sich unser Fürstenthum
erstreckt / in keinerley Weise noch We-
ge / zum Mahlvercke gebrauchen / auch
andern zu thun nicht verstaten / son-
dern die an Orte / da sie geduldet / schaf-
fen / oder daselbst hin verkauffen / und
anwerden möge / und dich hieran
nichts hindern lassen / bey Vermei-
dung ernster Straffe / hieran geschicht

unser zuverlässiger Wille und Mei-
nung. Dat. Tergau / den 6. Febr. 1572.

XXXV. Pariter, cum aliis aliquis
prope hanc Urbem molendinum
exadificare voluisset, & subverendū
esset, ne propter munimenta vic-
niora illud parum commodo loco
poneretur, implorari oportuit
Principem, qui causā cognitā hunc
in modum tandem concessit: Von
Gottes Gnaden wir Augustus Her-
zog zu Sachsen / des heiligen Römi-
schen Reichs Erb-Marschall und
Churfürst / Landgraff in Thüringen/
Marzgraff zu Meissen / und Burg-
graff zu Magdeburg / 2c. bekennen
hiermit und thun kund / daß unser lie-
ber Getreuer Martin Schaffhirt uns
fürbringen hat lassen / wie er vor sich
und seine Erben eine Pappier-Mühle
zu Wittenberg hart vor dem Elb-
Thore zu erbauen und anzurichten
willens / und derowegen unterthänig-
lich gebeten / weil solches der Besten
nahe gelegen / daß wir unsere Günst
und Bewilligung gnädigst darzu geben
woltten. Welchem also nach haben
wir auf zuvor gnugsame Erkundigung
dasselbe also nachgelassen und bewilli-
get. Und thun solches hiermit gegen-
wärtiglich in Krafft dies unsers
Brieffs / also / daß obgenanter Martin
Schaffhirt solche Pappier-Mühle
des Orts auffbaue / die vor sich / seine
Erben und Nachkommen besitzen und
gebrauchen möge ohne männliches

Einrede oder Verhinderung. Und sol das Wasser seinen Gang behalten/wie es denselbigen iso hat. Zu welches Uhrkund haben wir diesen Brieff mit unsern anhangenden Insiegel besiegeln lassen. Geschehen und gegeben zu Dresden den sechs und zwanzigsten Monats-Tag Januarii/nach Christi unsers Herrn und Seligmachers Geburt/ im tausend fünffhundert und vier und funffzigsten Jahre.

XXXVI. Cessante igitur lege prohibitivâ, quæ tamen & ipsa extruenda tantum concernet molendina, neque de jam extantibus accipi debet, confidenter assero, licere unicunqve in fundo suo ædificare molendinum, dum tamen usus fluminis non fiat deterior, neque ædificatio ad æmulationem alterius suscepta fuerit. Et huc pertinet lex Alamannorum, quæ habetur sub *tit. 83. n. 1. Si quis mulinum*, (molendinum) aut qualemcunq; clausuram in aquâ facere voluerit, sic faciat, ut nemini noceat. Si autem nocuerit, rumpatur, usq; dum non noceat. Et si enim flumina ad Principem spectent, & inter regalia hodiè referantur; quia tamen usus eorum subditis non omnis interdictus est, concessus ille intelligitur, de quo disertan non habetur prohibitio, præsertim cum fluminum usus ab initio liber, & cuilibet ex populo communis

fuerit, restrictior autem factus si per supervenientem prohibitionem quæ tamen ipsa universum ul. non sustulit, nec tollere potuit. Sic igitur, ubi nulla prohibitio præcesserit, quæ pragmaticæ sanctionis vicem sustineat, prohiberi quis specialiter non potest, quò minus in suo ædificet molendinum. Quod enim omnibus hætenus concessum fuit, cur uni id denegari debeat Petro aut Paulo, causæ nihil subest.

XXXVII. Sanè ædificare pro lubitu cuilibet licet in suo, *l. 8. l. 9. C. de servitut.* nisi vel publico vel privato jure ei rei impedimentum positum fuerit. Estque libertatis illius tantus vigor, ut nec longissimo quidem tempore, imò neque immemoriali præscriptione tolli queat. Et si enim quis per mille millia annorum, ut loquitur Accursius, *ad l. 1. ff. de S. U. P.* depressius ædificium habuerit; non tamen ob id à vicino altiores ædes habente prohiberi potest, quo minus ædificium altius tollat. Ernest. Cothman. *lib. 2. respons. 93. n. 35.* Ratio est, quia libero arbitrio nunquam præscribitur. Anton. Gabriel. *lib. 5. tit. de præscript. conclus. 12.* & res meræ facultatis nullo tempore excluduntur, nisi ad prohibitionem ab alio interpositam quis acquieverit. Francisc. Zoanett. *de empt. n. 154.* Joh. Franc. Balbus, *de*

prescript. part. 4. 5. pr. pag. m. 153.
 Vincent. Hondede. *vol. 1. consult. 82.*
 n. 7 Per consequens neque molendi-
 dini ædificatio prohiberi poterit ex
 eo, quod nullum tale antehac isthic
 loci visum fuerit.

XXXVIII. Dicis, admitti hoc posse
 in ripâ & fundo jure domini pos-
 sesso, fluminis autem publici aliam
 longè & diversam esse rationem,
 quippe quod privatorum dominio
 exemptum est, & ad eò dici nequeat,
 quod in suo ædificet, qui in flumine
 ædificat publico. Et talia esse mo-
 lendina, quæ non tam in ripâ, quam
 in flumine ratione principii mo-
 ventis in ædificata censeantur. Ve-
 rum enim verò disertè ait Ulpianus
 in *l. 24. pr. ff. de damn. inf.* in flumi-
 nibus publicis cuilibet ædificare li-
 cere. Et ne quis putet, non aliter,
 quam publicè id licere, uti vocabu-
 lum id addit Ulpianus, hoc est, vel à
 publicâ autoritate, vel ad publicam
 utilitatem, uti id explicat Accursius,
d. l. indefinitè ait idem Ulpianus, *l. 1.*
§. 12. ff. de flumin. non omne, quod
 in flumine publico, ripâ ve fit, coër-
 ceriâ Prætorè, sed si quid fiat, quò
 deterior Itatio & navigatio fiat, cer-
 tissimo argumento, etiam sine au-
 toritate publicâ, & in utilitatem
 privatam in flumine publico ædifi-
 care licere. Et hinc igitur commu-
 nis ferè nata est Doctorum senten-

tia, posse aliquem in flumine publi-
 co, etiam absq; superioris licentiâ
 molendinum ædificare. Roland. à
 Valle, *vol. 3. consil. 97. n. 7.* Ludolph.
 Schrader. *de feud. p. 6. c. 6. n. 115.*
 Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 2. n. 72.*
 Gosvvinn ab Espach, *not. ad Carpz.*
def. 11. part. 2. const. 4. Anton. Tes-
 saur. *decis. 16.* Henr. Hahn, *in Wesenb.*
tit. ne quid in flum. publ. Joh. Köp-
 pen, *quæst. 20. n. 8.* quoniam non
 desint, qui dissentiant. Franc. Styp-
 man. *de jur. marit. part. 2. c. 5. num.*
126. seq.

XXXIX. Ampliatur hæc assertio
 & extenditur etiam ad eum casum,
 quando alius vicinus in inferiore
 fluminis parte molendinum jam
 habet, quia ille prohibere non po-
 test, quò minus ego in superiore
 parte molendinum ædificem, etsi
 hoc illi damnum inferat. Jacobin.
 de S. Georgio, *de feud. verb. & cum*
molendinis n. 5. Joh. Rudinger. *sing.*
observ. 68. cent. 3. Joh. Bapt. Costa, *de*
facti scient. & ignor. cent. 1. dist. 3.
 Andr. Gail. *l. 2. obs. 69. n. 27.* Petr.
 Frider. *de interdict. tit. 6. num. 71.*
 Ratio est, quia non debet videri is
 damnum facere, qui eo veluti lu-
 cro, quo adhuc utebatur, prohibe-
 tur, *l. 26. ff. de damn. inf.* Nam licet
 aliquid pereat, quo prius utebatur,
 quia tamen eo usus fuit alienâ pa-
 tientia & beneficio, de suo aliquid

perdidisse propriè dici non potest. H. Zoel. *ff. de damn. inf. n. 19.* Wesenbec. *consil. 67. n. 13.* Et hæc sententia videtur omnium optima, & simplicissima. Cur enim nõ liceat alteri posteriori, quod priori illi eodem jure antehac licuit? Alii simpliciter negant, novo ædificatori hanc facultatem competere. Pileus Modicenf. *qvast. 11.* Alii distinguunt inter flumen privatum & publicum. Joh. Petr. de Ferrariis, *in prax. tit. 30. n. 9.* Schneidevv. *de feud. part. 2. num. 50.* Anton. de Padilla, *ad l. si manifestè C. de servitut.* Rursus alii distinguunt, an per posterius molendinum naturale commodum aquæ alteri adimatur, an verò civile tantum, an neutrum, ut ultimo casu indistinctè liceat, secundo itidem, primo casu non liceat. Brunnemann. *ad l. 7. C. de servitut.* Dav. Mev. *ad jus Lubecens. part. 2. tit. 12. art. 7. n. 11.* Rosenthal, *de feud. cap. 5. conclus. 29.* Sed enim commodum quæcumque interversum nullam præbet justam causam, ut hinc alterius facultas & libertas agendi infringatur. Si tamen damnum ex ædificatione alterius datum fuerit, & si quid vitii priorille ex tali facto sentiat, interdicto Prætoris, ne quid in flumine publico fiat, quò aliter aqua fluat, atque uti priore ætate fluxit, locum esse, non nego. Sed, uti dixi, incom-

modum istud non privativum esse debet lucri cessantis, sed positivum damni reverà dati. Pari modo superioris molendini dominus prohibere non potest, ne in inferiore loco alius molendinum extruat, nisi constet eo animo ædificasse, ut vicino noceret potius, quàm ut sibi prodesset. Anton. Fab. *Cod. de serv. & aq. def. 5.*

XL. Ampliatur II. quod locum habeat assertio supra posita, etiam tùm, quando quis moleadinum, quod hæcenus habuit, immutare, & ex frumentario olearium, & vice versâ facere velit. Schrader. *d. p. 6. c. 6. n. 15.* Quod enim in genere licitum est, id etiam licitum erit, quoad omnes suas species, cum genus includat omnes species sub genere comprehensas. Aug. Barbof. *in axiom. lib. 7. c. 5. num. 5.* Pari modo, qui molam quadrimam tantum habuit, augere rotas molares, majusque inde emolumentum quædere non prohibetur. Sic enim jus est, ut quæ meræ facultatis sunt, quamdiu tales sunt, nullam patiantur restrictionem. Et libertas contrarietatis, uti à Scholasticis vocari solet, specificationem actûs præscriptam non habet, sed agens potest agere hoc, & agere illud.

XLI. E contrario limitanda & restringenda est assertio nostra vel quando

quando usus fluminis publicus fit deterior. Prohibet enim Prætor, ne quid in flumine publico, ripæve ejus facias : ne quid in flumine publico, neve in ripâ ejus immittas, quo statio, iterve navigio deterior sit, fiat *l. 1. pr. ff. de flum. ne quid in flum.* Et jam supra exposui, quâ ratione deterior fieri soleat usus fluminis, quod latius explicat Ulpian. *d. l. 1. Summatim*, is facit iter deterius, qui corrumpit, qui difficilius, minus, rarius facit, aut qui in totum tollit. Dionys. Gothofred. *ad d. l. 1. §. 15.* Quocirca si molendinum ita extruatur, ut pejus navigetur, dubium non est, ædificantem prohiberi posse, ut vel desinat ædificare, vel ædificatum tollat.

XLII. Limitatur II. quod non habeat locum, quando molendinum extruitur ad æmulationem alterius, cum in hunc finem quodcumque ædificium extruere nulli omnino liceat, *l. 3. ff. de op. publ.* Variis autem modis fiunt ædificia ad æmulationem alterius, e. g. si ideò domum suam altius quis tollit, ut in vicini ædes prospicere aut monachos juxta habitantes in conspectu habere possit. Sic etiam ad æmulationem ædificat, qui molendinum in privato vel publico flumine ad injuriam alterius extruit. Andr. Gail. *l. 2. obs. 69. n. 18. 26. 27. ubi n. 28.*

in genere omnia ædificia dicit ad æmulationem facta intelligi, quæ cum injuriâ alterius & animo nocendi, non utilitatis vel necessitatis gratiâ fiunt, quæ non profunt ædificanti, & alteri nocent. Nec tamen silentio prætereundum est, non præsumi in dubio, ad æmulationem extructum ædificium, & per consequens tale quid alleganti probationem incumbere. Gail. *d. l. n. 30.* Levis autem & exigua quævis utilitas vix liberabit ædificantem à suspitione æmulationis. Anton. de Padilla, *ad l. altius C. de servitut. n. 22.*

XLIII. Limitatur III. quod ædificare quis pro lubitu non possit molendinum, quando lege aut consuetudine aliud introductum fuit. De lege jam supra dixi, posse Principem prohibere, ne quis deinceps sine suo permissu molendinum ædificet, atque tunc ei legi parendum esse, nemo dubitabit. Potest enim Princeps lege suâ libertatem naturalem circumscribere, & vetare, quod naturaliter licebat, adeoque facultatem civibus competentem quodammodo incidere. Quoposito, non poterit quisquam nisi ex privilegio molendinum extruere. Et tunc quidem, si civile tantum commodum superiori molendino ablatum dicatur, nulla hinc nasci poterit prohibitio, quo minus alter ædificet.

ficet. Sed si ex restagnatione damnū superiori existat, prohibitionem facilius locum habere dicit Antonius Faber, *Cod. de serv. §. aq. def. 5.* quia concessio & privilegium intelligi debeat, ne illi, qui jus antea habuit, damnum inferatur. Consuetudinis non minor est autoritas, quippe quæ legem imitatur, §. 9. *Inst. de I. N. G. E. C.* & pro lege custoditur, l. 32. ff. de leg. in iis præsertim, quæ Principis jura concernunt, ideo quod in his scientia Principis manifestior sit, quippe quam ad introducendam consuetudinem omnino requirunt Doctores nonnulli, licet perperam. Vid. Arnold. Vinnius, ad §. 9. *Inst. eod. n. 3.* Nicol. Rodriguez Fermosin. ad rubr. X. de consuetud. quæst. 4. n. 2.

XLIV. Talem consuetudinem, circa molendina ædificanda in his provinciis vigere, scribit Carpovius, *part. 2. const. 4. def. 10.* ut nemini etiam in solo proprio, absque speciali Magistratūs concessione, molam extruere liceat. Nobis ea res maximè dubia videtur. Et quia consuetudo, cum facti sit, non præsumitur, adeoque probanda est ab eo, qui eam allegat, Joh. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 423. n. 20. neque; Doctoris unius assertio ad probationem hanc sufficit, uti notat idem Mascardus, *conclus. 426.* & contraria insu-

per sententia superiore seculo adstructa fuit ab illis, qui Serenissimi Saxoniae Electoris nomine constitutiones novas conceperunt, uti videre licet ex constitutione nondum edita, sed in Collegiis juridicis comprobata 3. *part. 5.* non injurii erimus in B. Carpovii manes & famam, sicubi, quod ipse pro stabilienda sua definitione protulit, accuratiori examine expendamus.

XLV. Totam autem probationis vim resolvit ille in auctoritatem Modestini Pistoris, Andreae Rauchbari & Johannis Köppen. Ex quo patet, non tam ipsum de consuetudine allegatam testari suo proprio testimonio, quam ex aliorum fide, quid obtineat, nudè recensere, & proinde non tam B. Carpovii, quam Doctorum istorum sententias in examen venire, licet negari nequeat, eorum auctoritate Carpovium in idem placitum descendisse. Modestini Pistoris in *adducta quæst. 28.* nihil omnino de harum provinciarum consuetudine testatur, sed casum, quem isthic recenset, in Pomeraniâ contigisse, & procuratores Principis in consuetudine fundamentum posuisse refert. Consuetudo autem per interpretationem de loco ad locum extendi nequit, nam ut lex extra territorium non extenditur, ita nec consuetudo. H. Zoef.

tit. de leg. n. 91. Rauchbarus ad hanc eandem Modestini Pistoris auctoritatem provocat, *p. 1. quæst. 27. n. 9.* nec ergò plus conferre potest ad probationem consuetudinis allegatæ, & reliqui, quos ipse in partes vocat, simpliciter hoc in thesi asserunt, non licere ædificare molendinum, sicubi consuetudo obstat, in quo nos habent ὁμοψήφως. De hypothese autem nobis jam sermo est, quid in his provinciis obtineat. Johannes Köppendensiq; *quæst. 20. n. 14.* asserit quidem, in Germaniâ nostrâ, maximè verò in Marchiâ, ex antiquâ observantiâ in construendis molendinis, etiam super locis privatis domini consensum requiri solere; sed nudè id asserit sine suffragatore, ut adedò difficile sit ei ad stipulari, cum, ut ante dixi, consuetudines stricti sint juris, & verendum sit, ne non satis cognitæ fuerint Köppenio singularem totius Germaniæ provinciarum consuetudines. Quin imò, uti iam antè dixi, nullam talem consuetudinem sibi cognitam esse in diâ. constitutione nondum editâ, ostententur ejus compositores.

XLVI. Quid ergò, num fidem habemus suspectam Rauchbari, Köppenii, Carpovii, de hac observantiâ consuetudine attestantium? Rendeo verbis ipsius Carpovii in materiâ ad objectas sibi auctori-

tate Surdi, Frideri, Cothmanni respondentis, *in asyl. debitor. tb. 22. n. 243.* Magni facimus Virorum doctorum auctoritatem, eorumq; scripta de osculamur, sed in probandâ consuetudine ipsorum attestatis fidem plenissimam haud tribuimus, satis edocti, quod Doctori de consuetudine deponenti non credatur, cum nec iudici vel Principi de consuetudine attestanti fides habeatur, scilicet quia consuetudo non ex arte discitur, sed ex usu observatur, & quæ facti sunt, prudentissimos quosque fallere possunt. Accedit etiam illud, quod inter Doctores sæpè alter alterum sequatur, non idè, quod ille rectæ insistant viæ, sed quia præeuntem videt. Atq; adedò, uti olim in palæstris primus cursu defatigato lampada sequenti dedit, & ille alii, ita fit, ut apud Doctores consulta eorum non tam ex animi ratione verisque fundamentis, quàm ex alienis vocibus colligantur. Cæs. Contard. *in L. diffamari cap. 5. n. 113.*

XXVII. Quapropter non dubitavimus in Collegio juridico Wittebergensi respondere in tali casu ad requisitionem Herr Hans Christophs von Spor/ mens. Mart. Anno 1668. hat der Herr vor etlichen Jahren das Ritter - Gut Schörbis sambt allen Zubehörungen/ als unter andern einer Mühlschläge von vier Gängen

gen an den Elsterstrom gezeget / erb-
 licherkaufft / und weil die Mühle ver-
 wüßtet gewesen / mit Zuziehung des
 Ampt-Schöffers zu Steuditz / so mit
 dem Baumeister dz Bedinge gemacht/
 und den Contract, als Beystand / voll-
 zogen / selbige mit drey Mahl-Gängen
 wieder aufgebauet / den vierdten Mahl-
 gang aber in eine Delgang verwandelt.
 Nachdem nun der Delgang bis auff's
 Einhängen fertig gewesen / haben die
 Besitzer der Delmühlen zu Hainichen
 den Herrn bey Jh. Hochfürstl. Durchl.
 zu Merseburg novum opus nunciir-
 ret / un̄ auf des Amptschöffers zu Steu-
 ditz eingeschickten unterthänigsten Be-
 richt / es so weit gebracht / dz dem Herrn
 per mandatū pœnale bey 500. Rgfl.
 Straffe anbefohlen worden / mit fernere
 Bau des Delgangs innen zuhalten /
 dabey es denn verblieben / und die Sa-
 che zu ordentlicher Ausführung ver-
 wiesen / von dem Herrn aber actio ne-
 gatoria angestellet worden / nach mehrer
 Inhalt / zc. Wenn nun gleich von dem
 Amptschöffers zu Steuditz / so des
 Ampts-Interesse verthädigen wil / un̄
 dessen Consorten den Besitzern der
 Delmühle zum Hainichen angeführet
 wird / oder werden könnte / daß in Säch-
 sischen Landen weder eine neue Mühle
 zu bauen / noch auch eine Mahlmühle
 in eine Delmühle zu verwandeln ohne
 der hohen Obrigkeit Vergünstigung
 zugelassen / inmassen nicht allein unter-

schiedene Rechts Lehrer auf dergleichen
 Gewonheit sich beziehen wollen / und
 Herr Carpvovius ein darauf gefire-
 chenes Urtheil derer Churf. Säch-
 sischen Schöpren zu Leipzig anführet /
 sondern auch die Churfürstl. Säch-
 sische Mähl-Ordnung / de Anno 1614
 und Anno 1661. ausdrücklich da-
 in gehet / -daß kein neuer Mahlbau ver-
 stattet werden solle / und solche Obser-
 vantz im Ampte Steuditz insonderheit
 eingeführet sey / worzu ferner könte / daß
 dem Herrn nicht gebühre ohne des
 Lehnherrn Einwilligung etwas im
 Lehn zu ändern / gestalt Jh. Hoch-
 fürstl. Durchl. vermocht des mandati
 pœnalis solch Fürnehmen vor wider-
 rechtlich erkläret / der Herr auch dieses
 selbst erkant / und nicht auf sein Recht
 und Befugniß dringen wollen / sondern
 ex gratiā Principis gnädigste conces-
 sion zu erlangen / unterthänigst gebeten;
 Dennoch aber / und diemvil derer Her-
 ren Schöpren zu Leipzig Urtheil nur
 opinio prudentum ist / die übrigen
 anaczogenen Rechts-Lehrer aber die an-
 geführte Gewonheit / auf Sächsischen
 Boden / nicht so wohl für sich selbst be-
 zeugen / als aus andern / und zwar / we-
 ße genau untersuchet werden / inmassen
 auß dem Modestino Pistoris anfüh-
 ren / da doch weder dieser Modestinus
 Pistoris noch auch dessen Additiona-
 tor Jacob Schultes an dem angezo-
 genen Orte dergleichen eigenlich
 statui-

tatuiren / ferner die Churfürstliche Sächsische Mühlen = Ordnungen nicht allgemein seyn / sondern etliche umb Dresden gelegene Mühlen betreffen / und daß dergleichen im Amte Steuditz beständiger Weise eingeführet / nicht erwiesen / vielmehr von dem Amt = Schösser in einem Schreiben gestanden worden / daß solche Verwandlung eines Mahl = in einen Del = Gang an zweyen Orten ohne special = concession geschehen / denn auch dieser Bau des Del = Gangs zu des Lehns Aufnehmen gereicht / und also ohne des Lehn = Herrns Einwilligung wohl fürgenommen werden können / über dieses das Fürstliche Rescriptum nicht in vim sententiæ definitivæ ergangen / sondern Ihre Hochfürstl. Durchl. selbst die Sache zu fernerer Ausführung verwiesen / und endlich der Herr dadurch / daß er die gnädigste concession ex gratiâ unterthänigst gebeten / sich seines Befugniß nicht begeben ; Dahingegen nun die natürliche Freyheit / vermöge welcher entweder auf seinen Grund und Boden nach Belieben zu hauen / wenn solches nur nicht eigentlich in Gemüth und Meynung einem andern zu schaden geschieht / wohl befugt / Ihme statt kömt / und absonderlich / so el den Mühlen = Bau betrifft / wenn er der Wasser = Gang dadurch nicht verderbet wird / in diesem Chur = Für =

stenthumb durch eine geschriebene Constitution bestärcket worden / welche geschriebene Constitutiones dem beyden Rechts Collegiis dieser Lande in üblicher observanz seyn / und bey dem Versprechen in acht genommen werden. Inmassen auch andere Dictionaria, wie aus denen bey dem Richtero befindlichen præjudiciis zu ersehen / solches für recht halten ; So erscheinet dannenhero so viel / daß der Herr an seiner Mühlen auffm Ritter = Gute zu Schörsbis / über die bisherige vier Mahl = Gänge / den fünfften Del = Gang / wenn der Wasser = Lauff den NachMüllern dadurch nicht verderbet wird / von neuen zu bauen / oder den vierdten Mahl = Gang in einen Del = Gang zu verwandeln / wohl befugt / B. A. W.

XLVIII. Ista igitur causa cum in judicium deducta, & in primâ instantiâ pronunciatum fuisset, molendinum nec augeri nec mutari pro lubitu domini posse, variè deinceps in judicio Appellationis eâ de re disceptatum fuit, partibus utrinque masculè sententiam suam defendentibus. Probata tamen ab omnibus fuit Constitutio nondum edita, & reformatâ sententiâ priore prodiit alia, hunc in modum concepta : Daß wohl appelliret / derowegen appellant entweder über die bisherö gehabt vier Mahl = Gänge auch

den fünfften Del-Gang denselben mit anzuhengen / oder den vierten Nahl-Gang in einen Del-Gang zu verwandeln / wohl befugt / V. R. W. Term. Trinitat. 1669. in causâ Hansß Christophs von Spohr / Appellanten an

einem / Carl Schreyen / wegen des Amts Skeudis / Appellaten anders Theils. Ea qve sententia post Leuterationem interpositam & discusam confirmata fuit Termino Trinitat. 1670.

CAPUT XVI.

De

Jure pontium & pontonum.

SUMMARIA.

Etiã pontes referuntur ad Regalia. 1.

In suo non licet adificare pontem pro lubitu. 2.

Multò minùs in flumine publico. 3.

Pontones etiã ad Regalia referuntur. 4.

Sententia Wittebergensis. 5.

Ab adificatione & reparatione pontium nemo immunis est. 6.

I.

REstat, ut de pontibus eorumq; jure nonnulla addamus, sed pauca ea, & summis quasi degustata labris. Quemadmodum autem flumina publica inter Regalia hodiè referuntur, ita etiam pontes, & fortè hi potiore jure, duobus scil. concurrentibus titulis, & argumentis, flumine, & viâ publicâ. Sufficeret flumen, cujus conditionem supra exposui; sed quia insimul via publica per pontes continuatur, & ipsa hæc etiam inter Principis jura referatur, uti aliâ disquisitione plenius exposui, quid aliud indè colligemus,

quàm quòd pontes etiam iisdem jurebus accenseri debeant. Accedit, quòd ad Principem pertineat, dispicere, numquid ex utilitate publicâ sit, ut hic, illic extruantur pontes, aut nùm conducibilius sit, pontonibus uti, cùm sæpè ex unico ponte, quem bellicis temporibus exercitus, licet confœderatus, transit, totius provinciæ calamitas proveniat.

II. Quocircâ, etsi riparum proprietates illorum sit, quorum prædiis hærent, §. 4. *Inst. de R. D.* & unicuique in suo ædificare liceat; is tamen, qui in utrâque ripâ fluminis publici

domus

domus habet, pontem privati juris facere non potest, ut disertè ait Scævola, *l. 4. ff. de flumin.* privati juris, inquit, h. e. in privatos usus, & adjuvandæ rei domesticæ causâ, non idèo, ut in regalia Principis invollet, & pontenagium aliquod inde capiat. De quo sanè ponte dubitari poterat, annon extruere eum liceret sine Principis permisso, eò quòd nullum inde speretur emolumentum aliud, quàm privatum, ex proprio ædificantis patrimonio nasciturum, & in re familiari terminatum. At facere eum non licere, respondit Scævola, sine dubio idèo, quòd ex tali ponte Reipubl. incommodum aliquod nasci possit, vel ratione navigationis, ut pejus navigetur, vel propter militares copias, quæ transitum sæpè sine veniâ faciunt; ut adèo putem, nec tùm quidem extruere pontem licere, quando iter navigio deterius non fit, nec ullum fluminis cursui impedimentum infertur, quia scil. plures dantur causæ prohibitionis, quarum unâ cessante, non protinùs cessant reliquæ. Et huc facit privilegium Sigismundi Imp. aq. ud Befold. *in thes. Pract. voc. ab. Brücken.*

III. De pontibus, qui juris publici sunt, minor dubitatio est, privatis eos extruendi jus non esse. Et si enim isti inter opera publica referantur,

l. 39. Cod. Theodos. de oper. publ. & opus novum privato etiam sine Principis autoritate facere liceat, *l. 3. ff. de op. public.* de operibus tamen, quæ in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, Divus Marcus rescripsit, Præsidem aditum consulere Principem debere, *l. 6. ff. eod.* Non alia est ratio pontium, qui & ipsi in rebus publicis, fluminibus sc. extruuntur, & non minorem Principis curam exigunt, quàm portæ & mœnia civitatis. Qui proindè extrui non possunt, nisi Principis voluntate exploratâ & consensu requisito.

IV. Non multùm diversâ ratio est pontonum, qui alicubi, ubi pontes non sunt, trajiciendis fluminibus habentur. Eorum fit mentio in *l. fin. ff. de S. R. P.* & ap. Jul. Cæs. *l. 3. de bell. civil.* Agell. *l. 10. noct. Att. c. 25.* Apulej. *l. 4. Metam.* Conf. And. Alciat. *l. 6. parerg. c. 13.* Elbert. Leon. *l. 2. emend. c. 18. n. 6.* Ex illis, quæ proveniunt, & capiuntur emolumenta, ut sunt pontivegia, cum ad jus vectigalium percipiendorum pertineant, & inter regalia connumerentur, facilè ostendunt, ad Principis curam eos pertinere, nec nisi ex Principis permisso haberi posse. Quandoquidem autem per eosdem tota fluminis latitudo non expletur, aut obtenditur, nec tantum ex istis, quantum ex

pontibus metuendū est periculum. & faciliè insuper isti, ut alia navigia, loco moveri atqve subduci possunt, inde facilius etiam eorum, quàm pontium, usus privatis permittitur. Quapropter, si nihil omninò ex pontone quæratur lucri, nec in eum usum extruatur, ut pontivegiū aut ripaticum ab illis, qui trajiciunt, exigatur, sed fructuum tantum colligendorum causā, ut & domestici atqve familiares nostri, tum & jumenta atqve vehicula ultrò citroq; commeari queant, nihil prohibet, quò minus etiam à privatis pontones ejusmodi habeantur. Nec enim dici tum potest, quòd Regale aliquod usurpetur, cum quæ ad fiscales redditus pertinent Regalia, nomen hoc amittant, & talia esse desinant, quando nulli inde quærantur & intenduntur redditus.

V. Atque ita responderunt Juris-Consulti Wittebergenfes, an Wolff Christoph von Arnimb zu Presssch/ mens. Jul. 1658. Hat die Elbe verwichenes Jahr bey Breudenitz einen neuen Strohm gesucht / und etliche Acker und Wiesen unter sich gerissen / daß nunmehr die beladenen Schiffe ordentlich daselbst gehen / und es haben die Breudenitzer / und dero Obrigkeit an solchen Orte eine neue Fehre erbaut / &c. Wenn Ihr nun gleich in eu-

remLehn-Brieffe mit der Zoll- und Fehr- Gerechtigkeit auf der Elbe von und mit d' Broschucker-Mand bis an die Bleddinische Fehre be- liehen send / und deswegen ange- regte Fehre dieser eurer Gerechtigkeit zu Nachtheil erbauet zu seyn vermeinet; Dennoch aber / und da- ferne die Breudenitzer ihre neu er- baute Fehre nur zu ihrer Über- fahrt / und damit sie ihre durch den neuen Elb- Strohm abge- son- derte Früchte einsamlen mögen / gebrauchen / keines weges aber umb Geld und Gewinns halber frembde Leute überführen; So send Ihr offtgedachte Fehre hin- wegzunehmen / und sie daran zu hindern / nicht befugt / W. A. W. Cümq; causa ea deinceps in Curia provinciali, quæ Wittebergæ est, agitaretur, pronunciatum ad eun- dem modum fuit in Termino Mi- chaëlis 1660. inter Curth Löfem zu Reinhards / und Consorten actores, & dictum de Arnimb, reum: Daß Beklagter Elägern den Gebrauch der von Ihnen erbaueten Fehre zu Einsamlung ihrer über der Elbe erwachsenen Früchte zu verweh- ren nicht befugt / hingegen sind Elägere solche Fehre anders / als zur Überfahrt gemelter Früchte / uff derer jenigen / welchen solche eigen- thümlich zustehen / oder verhan- delt

delt worden / zu gebrauchen nicht
berechtiget / W. R. W.

VI. Id obiter noto, instructio-
nem & reparationem pontium, ,
quando ea necessaria visa est, uni-
versitati ita curæ cordiq; esse debe-
re, & ab omnibus ita procuratam
olim fuisse, ut ne quidem ex privile-
gio quisquam immunis esse potue-
rit. Ecclesiarum exemptiones à pri-
mis Christianorum Imperatorum
initis nemini possunt esse ignotæ.
Et de legibus nota est ab omnibus
Theologis ac Jurisperitis approba-
ta regula, potestatem præcipiendi
aut leges ferendi esse in superiore
respectu sui inferioris, non respectu
sui ipsius, adeoqve exemptam sem-
per intelligi personam legislatoris.
Et nihilominus tamen neqve Eccle-

sias immunes esse voluerunt ab in-
structione pontium Imperatores,
neqve suas ædes proprias, *l. 7. C. de*
SS. Eccles. l. 4. C. de privil. dom. Aug.
Domos etiam divinas, ait Theodo-
sius junior, ac venerandas Eccle-
sias tam laudabili titulo libenter ad-
scribimus, *l. 6. C. Theod. de itin. mun.*
Sed necesse tamen est, ut Ecclesia
& Princeps possessiones habeant sub
illâ civitate, sub quâ tale fit opus,
uti ait Justinianus, *Novell. 131. cap. 5.*
Et exindè Carolus Magnus *capitu-*
lar. lib. 6. cap. 107. Possessiones, inquit,
ad religiosa loca pertinentes, nullam
descriptionem agnoscant, nisi ad con-
stitutionem viarum vel pontium, si
tamen intra eadem loca habuerint
possessiones. Conf. Annæ. Robert.
rer. jud. lib. 2. cap. 3.

CAPUT XVII.

De

Jure viarum publicarum.

SUMMARIA.

- Via quid hic loci sit? 1.*
- Territorium quomodo sumatur? 1.*
- Civitas quid significet? 1.*
- Via privata quid? 2.*
- Via privata dupliciter accipiuntur. 2.*
- Via publica quid? 3.*
- Militaris via quid sit? 4.*
- Via publica consularis.*
- Via privata agraria quid sint? 5.*

ZZZZZZ 3

Via

Via regia aut militares καὶ ἑξοχὴν dicuntur publica, de quibus in disputatione tractatur. 6.

Via publica mensuratio secundum milliaria non à portâ civitatis, sed à continentiâ adificiis incipit. 6.

Cura viarum urbanarum non immediatè ad Principem pertinet, sed mediatè, scilicet mediante Magistratu. 7.

Principi competit jus extruendi aut constituendi urbes aut oppida, & securas reddendis.

Via publica hic loci sunt via rustica, & jus disponendi de his Inter regalia refertur. 9.

Via publica solum publicum est, & speciale ejus dominium ad Principem pertinet. 10.

Publicum solum quid sit? 10.

Publicare quid? 10.

Princeps semper utilitatù publica causâ viam hætenùs eritam omittere, aliamq; novam per agros subditorum suorum constituere potest, sic tamen, ut illis damnum emergens resarciatur. 11.

Princeps vias publicas benè munire, reficere, & benè munitas conservare debet. 13.

Mancipes qui sint? 12.

Viarum publicarum cura olim apud Romanos erat maximi momenti. 13.

Circa refectiõnem viarum videant Curatores, ne temerè fiant sumtus, qui ex arario publico impenduntur. 14.

Princeps securitatem in viis publicis curare debet. 15.

Princeps damnum, quod viatoribus à prædonibus in viis publicis est datum, resarcire

Via latitudo quæ sit? 17

(debet. 16.

Via temerator nullus existat. 18.

Aripennis sive aripennus quid? 18.

Munitio aut refectio via impensis ex fisco est perficienda. 19.

Magistratibus conceduntur vectigalia ad refectiõnem viarum. 20.

Magistratus pro lubitu vectigalia augere non potest, sed Princeps. 20.

Si vectigalia à viatoribus non exiguntur, subditi vias publicas muniant ac reficiant. 21.

A munitione viarum nemo debet esse immunis. 22. 25.

Munitio viarum aliquando inter sordida munera fuit relata, sed hanc sententiam abrogavit Theodosius. 23.

Munera sordida quæ sint, & cur dicantur. 24.

Nemo immunis est à refectiõne viarum & pontium, ne quidem divina domus & ven-

Divina domus quæ sint? 25.

(mbiles Ecclesie. 25.

Ecclesie quæ sint? 25.

Principes in ipsam Ecclesiam & Ecclesiasticas personas potestatem exercere possunt. 26.

Ecclesiastica persone non tenentur ad munitiones & refectiõnes viarum, nisi habeant possessiones aut prædia. 27.

Apud Romanos, Principes, & Primores, ex suis facultatibus vias publicas in urbibus & singula milliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinguebant. 28.

litum aliunde adveniēti exercitui transitus prohiberi aut denegari possit? 29.

Cognitio & executio criminis, veluti homicidii, quod in viâ publicâ commissum est, ad Principem solum pertinet. 30.

Bocerus hanc sententiam non vult ferre, quia Jurisdictio cum regali jure nihil habet commune; sed toto genere differt. 31.

Quamvis Bocerus dicat, eum, qui circumquaq; in vicinis agris merum imperium habet, etiâ in viâ publicâ istud exercere posse: tamen hoc negatur & firmiter refutatur. 32.

Præsidi provincie exemplum, quod adducit Bocerus, ad statum hodiernum adaptari nequit: quia in illis, quæ statum publicum concernunt, parum commodè ducuntur argumenta ex prisinâ Reip. Romanæ formâ. 33.

Infert porro Bocerus, quod territorii cujusq; Magistratus Jurisdictionem habeat in prædiis via publicâ vicinis: Ergo eandem quoq; in ipsis viis publicis habet. Sed nulla est connexio. 34.

Urget Bocerus, quod Prætoris Jurisdictio civilis sese extendat ad ea, quæ in viis publicis fiunt: E. & Magistratus, qui criminalem habet Jurisdictionem, cognitionem & executionem criminis, in viâ publicâ commissis, habeat. Sed hoc argumentum planè est à diversis. 35.

Princeps Magistratus, merum imperium habenti, potestatem de criminibus, in viâ publicâ commissis, cognoscendi specialiter largiri potest. 36.

Non privatus, sed qui publicâ potestate munitus est, regalia per præscriptionem immemoriam acquirere, & potestatem cognoscendi de criminibus, in viâ publicâ commissis, præscribere potest. 37.

I.

Via vocabulum, quatenus servitutum denotat, ad hanc tractationem non pertinet, nec proinde jus ex istâ sede repetenda est definitio. Ut à nobis consideratur, nihil aliud est, quàm portio territorii directum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, eâ publicè iretur, commearetur, lecta. Definitio hæc maximam partem extat in *l. 2. §. 21. ff. ne quid loc. publ. vel itin. f.* Territoriiem vocabulum accipio secundam interpretationem Pomponii,

in *l. 239. §. 8. ff. de V. S.* pro universitate agrorum intra fines alicujus civitatis. Et civitatem pro integrâ regione. Vid. Christophorus Justell. in not. ad *Cod. Can. Eccles. univ. pagin. 184.* Sive potius pro complexu plurium hominum sub uno regimine. Sic enim & Helvetiorum plures quidem esse populos, & urbes non paucas, sed unam nihilominus esse civitatem, scribit Josias Simlerus, de *Rep. Helvet. lib. 1.* quo nomine eos etiam dignatur Julius Cæsar, *lib. 1. de bell. Gall.* Quod igitur

ex

ex universitate agrorum relictum est eum in finem, ut iretur in eo publicè, & commearetur, id viæ nomine venit.

II. Rectè autem addidit JCrus, *ut publicè iretur*. His enim verbis distinguitur à viâ privatâ. Viæ privatæ solum alienum est, jus tantum eundi & agendi nobis competit, viæ autem publicæ solum publicum est, *d. l. 2. §. 21*. Sed & privatæ viæ dupliciter accipi possunt: vel hæ, quæ sunt in agris, quibus imposita est servitus, ut ad agrum alterius ducant: vel hæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare licet, in quas exitur de viâ consulari, & sic post illam (scil. consularem) excipit via veliter, vel actus ad villam ducens. *Has ergò*, inquit JCrus in *d. l. 2. §. 23. quæ post consularem excipiunt in villas, vel in alias colonias ducentes, putem etiam ipsas publicas esse*. Idem dixit de viis vicinalibus §. *antec. 22*. ut proinde nulla inter has & illas statui debeat differentia. Quia tamen viæ vicinales ex agris privatorum collatis constitui solent, publicarum viarum numero tum demum sunt, quando earum memoria non extat, *l. 3. ff. de loc. & itin. publ.* extra talem casum privatarum loco habentur, *d. §. 22*. Petr. Frider. *de interd. tit. 3. num. 7*. Et hoc scil. de constitutione vicinalis accipiendum est. Ex refe-

ctione autem viarum nihil omnino ad præsentem statum, publicæ an privatæ sint, colligere licet, neque ex eo, quod ex collatione privatorum via reficitur, inferri potest, quòd ista via sit privata, etsi ex constitutione ejus, si de eâ constet, id sequatur. Refectio enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habet, *d. §. 22*. & etiam in illis viis, quæ sine controversiâ publicæ sunt, fieri solet, ut infra videbimus.

III. Viæ igitur vel publicæ sunt vel privatæ. Publicas liberâ Republicâ prætorias vel Consulares, post eam ab Augustis occupatam, *batilicas & regias appellârunt, d. l. 2. §. 22. ne quid in loc. publ.* Wefenbec. *ibid. num. 6*. aliquando etiam militares, *l. 3. ff. de loc. & itin. publ.* Nobis *Heer-Strassen/ Land-Strassen* atque illæ aut ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem exitum habent, *d. l. 3. ff. de loc. & itin. publ.*

IV. Fuit enim verò olim inter viam publicam & militarem aliqua differentia, quam ex *l. 3. Cod. Theod. de curs. publ.* & aliis bonis Autoribus curiosè observat Jacobus Gothofredus, ad *d. l. 3.* nec tamen qualis ea fuerit, perspicuum facit. Militarem viam ait fuisse transversalem, & obliquam, sive *πάροδος*, exitumque habuisse vel ad mare, vel ad

ad urbes, vel in flumina publica ex
d. l. 3. ff. de loc. & itin. publ. Basilicarum vero seu consularium viarum
 usum fuisse rectum à civitate in ci-
 vitationem insigniorem semper. Sed
 profectò nullibi dicitur, consula-
 rem viam exitū ad mare aut in flu-
 mina publica exitum non habere, &
 quo minus habeat, quid obstat? Il-
 lud constat, cursum publicum seu
 fiscalem in publico itinere fuisse;
 non in viâ militari. Fuit ergò via
 publica consularis dicta forte illa,
 quæ in directum procedit ab orien-
 te in occidentem aut, à meridie in
 Septentrionem, quales forte pauca
 fuerunt in una provinciâ. Militares
 verò plures, quæ ex quâcunque ci-
 vitate in aliam ubicunque illæ sitæ
 fuerunt, viatores duxerunt. Et ho-
 diè promiscuè Consulares & Basili-
 cæ, & militares dicuntur, quæ non
 sunt vicinales, nec privatæ,

V. Privatæ aliàs agrariæ à quibus-
 dam dicuntur, & sunt præcipuè illæ,
 quæ per fundum servientem ad alte-
 rius fundū ducunt. Possunt verò etiã
 illæ viæ dici privatæ, quas quisq; in
 undo suo sui usûs gratiâ facit, aut
 væ ex viâ consulari in fundum pri-
 vatū ducit. Ab utrisque his pu-
 licis & privatis separantur viæ vi-
 cinales, quatenus non sunt omni-
 modo publicæ aut privatæ, sed ea-

rum nonnullæ sunt privatæ, aliquæ
 publicæ. Jul. Pac. *Isagog. in Digest.*
b. 1. uti modo exposui.

VI. Facile autem hinc patet, de
 primi generis publicis viis, nobis
 nunc agendum esse, regis scil. aut
 militaribus, quæ ~~ut~~ publicæ
 esse intelliguntur. Cumque in ma-
 teriâ interdictorum viæ publicæ in
 rusticas dividantur, & urbanas, sive
 urbicas, atque illæ sæpè itinera ap-
 pellari soleant, *l. 1. ff. de loc. & itin.*
publ. l. 1. ff. de viâ publ. & itin. publ.
ref. non arbitror, vias urbanas sub
 nomine prætoriarum aut regiarum
 unquam comprehensas fuisse, nec
 proinde ad regale hoc pertinere,
 etsi per ipsas urbes intermedias via-
 toribus quandoque ire necesse sit.
 Sic enim viæ militares exitum in
 urbes habere dicuntur, *d. l. 3. §. 1. de*
loc. & itin. Quod autem exitum ha-
 bet in aliquem locum per eum non
 continuatur, quemadmodum ne-
 que per mare, ad quod itidem exi-
 tum nonnullæ viæ militares ha-
 bent, continuari eadem possunt,
 nec per flumen navigabile, nisi su-
 per ponte constructo. Atque sic via
 publica extra pagum vel civitatem
 esse intelligitur, & statim atque in-
 greditur pagum, desinit esse via pu-
 blica. Zanger. *de except. part. 2. c.*
1. n. 242. Quæ & ratio est, quod men-
 surationem viæ publicæ secundum
 millia-

milliaria, non à portâ civitatis, sed à continentibus ædificiis incipere soleant. Cœpol. *de Servit. rust. præd. c. 3. n. 15.*

VII. Accedit, quod cura viarum urbanarum non ita immediatè ad Principem spectet, uti spectat cura viarum rusticarum. In oppidis enim & urbibus Magistratibus merum & mixtum imperium concessum est, ut secundum jurisdictionem suam non ea tantùm procurarent, quæ ab Ædilibus procurari debuisse scribit Papinianus in *l. un. ff. de viâ publ. § si quid in eâ fact.* sed etiam crimina in viis publicis commissa pœnis condignis vindicent, tum & securitatem in habitatoribus & cuius adveniendi præsent. Ut jam taceam, vias urbanas à quibusdam inter res, quæ sunt universitatis referri & excludi à rebus, quæ sunt juris publici. Vid. Wesenbec. *consil. 33. num. 54. seqq.* Schneidevvin. *epit. Feud. pag. 190.* Et ex hoc neque Prætoris interdictum ad vias urbicas extensum voluit Ulpianus. Harum enim, inquit, cura pertinet ad magistratus, *l. 2. §. 24. ff. ne quid in loc. publ. ac si ipse magistratus non esset, sed sublimiore potestate polleret.*

VIII. Nec tamen exemptæ propterea viæ urbanæ prorsus sunt ab maiestatis imperio, nec omninò

nulla circa eas ad Principem venit cura. Quin potius competit ei, qui summum habet imperium, jus præscribendi architectis, quousque & quatenus ædes cujusque extrui debeant, & quantum plateis relinquendum sit spacium; tum &, si minus sufficiens fuerit magistratus potestas, jus tuendi & securas reddendi easdem ab omni vi & injuriâ hominum malefactorum. Sed utrumque hoc Principis officium ex alio ferè regali fluit, & primum quidem ex jure Urbis aut oppidi extruendi, alterum ex jure præsidii imponendi. Et interest protecto civitatis, vel sanitatis tuendæ causâ, vel ad avertendum periculum incendii, vel ad ornatum etiam, vel denique ad commercia commodè exercenda, plateas habere tantæ latitudinis, quanta cuique rei sufficiens fuerit. Quâ ratione moeniana olim ex adverso ædificare non licuit, nisi viæ publicæ, quæ intercedebat, media latitudo hoc ferret, ut manianis rectâ invicem oppositis pedes decem intermedii liberi aeris relinqui possent, *l. 11. C. de adific. privat.* Cujac. *19. Obs. 21.* Talia plura constituit circa modum ædificandi Imperator Zeno, in *l. 12. C. eod.* quo loci tam accuratè omnia describit, ut etiam fenestris modum ponat. Add. Barnab. Briffon, *select. antiqu. lib.*

lib. 1. cap. 2. Jus autem securitatis publicæ præstandæ, deficientibus magistratibus inferioribus, non alii competit magis, quàm Principi, qui summum tenet in eâ civitate imperium, quandoquidem præsidium non idè tantùm imponitur, ut hostium violentas invasiones arceat, sed etiam, ut inter ipsos cives quietem publicam & securitatẽ tueatur.

IX. Verùm, quicquid sit de viis urbanis, non aliæ tamen intelliguntur, quando de jure viarum publicarum disputatur, quàm viæ rusticæ, hoc est, tales, quæ extra oppida per agros protenduntur. Et de his viis jus disponèdi inter regalia refertur, *2. F. 56.* idq; asserunt Doctores penè omnes, solo, quod sciam, dissentiente Johanne Bodino, *lib. 1. de Rep. n. 170.* & quidem sine ratione. Cur autem inter regalia referri debeat, argumenta potissimùm hæc tria cumulari solent, primò, quod solum sit publicum, & speciale ejus dominium ad Principem pertineat, atq; adè ipsa via à Principe constitui debeat; deinde, quod intersit Reipubl. ut viæ benè munitæ existant & conserventur, & tandem, quod securitas in viis publicis à nemine tantâ cum autoritate præstari queat. H. à Rosenthal, *de feud. cap. 5. conclus. 20.* Herman. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7.* Franc. Hottomann. *ad 2. F. 59.*

X. Quod primum attinet, disertè dicitur in *l. 1. §. 21. ff. ne quid in loc. publ.* viæ publicæ solum publicum esse, relictum ab eo, qui jus publicandi habuit. Publicum dum dicitur solum, facile intelligitur, in nullius privati id esse dominio. Quamquam enim viæ etiam possint esse singulorum, uti de agrariis dixi supra, earum tamen nec solum publicum est, nec ipsæ etiam publicæ dici possunt, Herm. Vultej. *ad §. 4. Inst. de R. D. n. 4.* Potest ergò solû ad utrumq; latus viæ publicæ privatorum esse, quandoq; etiam & persèpè quidem ad unius dominium pertinere, nec tamen propterea mutatur natura viæ publicæ, sed ejus solum manet publicum, & separatam prorsus ab adjacentibus agris, quam ab initio habuit, retinet qualitatem. Habet verò illa originem suam ex voluntate ejus, qui jus publicandi habet, uti loquitur Jctus, *d. l.* Quis verò ille? non certè alius, quàm qui summum tenet in quavis Republ. imperium. Publicare autem hic idem est, quod publicum facere, separare scil. rem & eximere commercio privatorum, eamq; publicis usibus destinare, & quidem autoritate publicâ. Id cum non possit privatus, Principis hoc erit munus, saltè idè, ne quis a usit, quod publicum est, privatâ autoritate in-

tervertere, & usui publico rem subtrahere. Sive autem viæ publicæ constitutæ fuerint eo tempore, quo ipsum totum totius provinciæ aliqujus solum publicum fuit, nondum scilicet divisis & privatorum dominio addictis agris, sive postquam divisio talis facta fuit, parum refert. Nec enim post divisionem Principi deneganda est potestas decerpenti ex cujuslibet subditi agro tantam portionem, quantum viæ publicæ sufficiens erit.

XI. Quin affirmo, Principi adhuc integrum esse, quovis tempore utilitatis publicæ causâ viam hæctenus tritam omittere, aliamque novam per agros subditorum suorum constituere, sic tamen, ut illis resarciatur damnum, quod inde infertur. Est enim utilitas publica tanti favoris & momenti, ut privatâ facilè superet, utque hæc illi cædere teneatur. Quod pertinet, quod dicitur in *l. 14. in fin. ff. quem. serv. amitt.* vicinum proximum viam præstare debere, quando via publica vel fluminis impetu, vel ruina amissa est. Et quanquam plures viæ publicæ per territorium aliquod constitutæ jam sint, non licet tamen iis promiscuè semper viatoribus & vectoribus uti, sed & hic Principis ex præscripto vivendum, & ea præcisè via tenenda est, quam lege suâ definitivè territorii dominus. At-

que hinc intelligi potest, quod in ordinatione provinciali Saxonica *tit. die Land-Strassen zu halten / legitur, daß die Subrleute die ordentliche Land-Strassen / wie vor alters herkommen / und die alten Ampts-Bücher mitbringen / halten sollen / daß auch / wie die Land-Strassen gehen sollen / den Subrleuten zur Nachricht an jedem Bekehrts-Hause angeschlagen werden sollte:* Et hinc etiam quodammodo patet differentia inter viam publicam regiam & militarem, quam supra adstruximus.

XII. Secundum axioma in munitione viæ publicæ consistere dixi. Quia enim solum publicum est, & ad eum pertinet, qui publico imperio præest, ipsius quoque est, viam publicam munire, & benè munitam conservare. Et sanè multum refert, cujus autoritate munitione illa aut reparatio fiat. Poterit enim etiam privatus vel operâ suâ vel mandato efficere, ut via benè complanata & itineribus faciendis apta sit, neque involare eum jura majestatis propterea illicò dixerim; Sed uti ferè extemporaneum id est, & merè voluntarium, atque in parte tantum aliquâ, eaque sæpè admodum exigua absolvitur, ita metuendum est, ne aliquando sit, qui nullam ejus loci curam amplius gerat, & sic via tandem fiat planè invia. In Principem verò si cura hæc devolvatur, & cessabit

metus iste, & faciliore cum successu viarum aut constructur aut redintegrabitur ductus, accedente præsertim potestate ἀρχασιῶν ad totum territorium & universos subditos se extendente. Et vel ex historiâ Romanâ nota res est, quàm negligenter quandoq; ab hominibus privatis habita fuerit cura viarum publicarum, etsi eam autoritate publicâ suscepissent. Plurima per Italiam itinera frude mancipum & incuriâ magistratuum interrupta & impervia facta refert Tacitus, *lib. 3. annal.* Mancipes scilicet erant, qui vias publicas reficiendas quæstus sui causâ redimebant, uti rectè *ibi* explicat Lipsius. Talium redemptorum mentionem facit Hyginus, dum ait: *Via publica auctorum nomina obtinent, & Curatores accipiunt & per Redemptores muniuntur.*

XIII. Erat enim verò viarum cura aliquando apud Romanos maximi momenti, & antiquitùs quidè ea ad Censores spectabat. Postea quatuor viri instituti, quorum propriè id erat munus, Viocuri proinde Varroni, *lib. 4. de L.L.* dicti: *Quis enim non videt, unde aurifodina & diocurus?* Glossæ ὀδῶν ἐπιμελητὰς vocant. Tandem verò unicuiq; viæ suus dabatur curator, atque hinc etiam dignitatis gerebat nomen & titulum, qualis sæpè fit mentio cura-

toris viæ Appiæ, Salariæ, Flaminæ, &c. Et hi ferè sunt illi magistratùs, quorum incuriam & negligentiam perstringit Tacitus *d. l.* Sed & ipsi Imperatores, & alii magistratùs atq; viri illustres viis everfis & corruptis resarciendis, dimetiendis & signandis per provincias summo sæpè cum studio incubuerunt, suamq; hanc operam per inscriptiones posteritati commendarunt, quales plures ex antiqvis lapidibus recenset Thomas Reinesius, *var. lect. lib. 3. cap. 16.* in quibus persæpè encomiù hoc extare voluerunt, quod S U A P E C U N I A fecerint aut refecerint. Addi possunt, quæ in hanc rem collegit Alexander ab Alexandro, *gen. dier. lib. 3. cap. 13.* Annæ. Robert. *rer. judicatar. l. 2. cap. 3.*

XIV. Qualiter via muniri debeat, ad Architectos pertinet dispicere. Circa refectionem tamen videant & caveant operæ aut illi, quibus ea cura imposita est, ne sub specie refectionis viam faciant deteriorem, propter quod neque latiore neque longiore, neque altiore, neque humiliore viam sub nomine refectionis quisquam facere potest, vel in viam terrenam glaream injicere, aut sternere viam lapide, quæ terrena est, vel contra lapide stratum terrenam facere, *l. 1. §. 2. ff. de v. à publ. refic.* Id inquam non licet, si via

fiat deterior. Deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si usus ejus ad commeandum corrumpatur, h. e. ad eundem vel agendum, ut cum plana fuerit, clivosa fiat, vel ex molli aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca, l. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. publ. Licebit ergo, si melior fiat. Petr. Frider. de interd. tit. 3. n. 34. Cavendum tamen etiam hoc casu, ne temerè fiant sumptus, qui ex ærario publico impendendi sunt, neve profusè nimis se gerant viarum Curatores. Nec errabunt illi, si relationes eà de re fecerint ad Principem. Id ita voluit Serenissimus Saxo circa viam Kembergensem, nobis hęc admodum vicinam, in der Policy-Ordnung. anno 1612. tit. Rent-Sachen/ num. 18. Verba hæc sunt: Auff das auch des Kembergischen Weges halber / die Fuhrleute in Schaden nicht gebracht würden / haben wir den Hauptmann und Schösser zu Wittenberg auferlegt / die bösen / tieffen Kembergischen Wege und Strassen noch vor Winters außzubessern / uns auch einen neuen Anschlag zu überschicken / und darneben zuberichten / ob süglichen diese Wege auf die Höhe zu führen / und mit was Kosten es von Jahren zu Jahre geschehen könne. Wenn nun solcher Bericht uns fürgetragen wird / wollen wir darauß ferner / was die Nothdurfft erfor-

dert / anordnen und zu Werck richten lassen.

XV. De securitate præstanda, quod tertium est, ex quo jus viarum publicarum inter regalia referri meruit, dubium non est, ad Principis imperium eam quam maxime spectare, & ab eo unice expectandam esse. Hoc enim est, quod Philippus, Hassiæ Princeps, dixisse fertur, de Principis ingenio & qualitatibus judicandum esse ex viarum securitate, monetæ probitate, & fidei datæ præstatione Regner. Sixtin. de regal. l. 2. c. 2. n. 34. Potentiâ hic opus est, & manu militari, eâq; tantâ seipenumerò, quanta ab alio, præterquam à Principe cogi non potest. Et quia Principi salus publica ejusque procuratio commissa est, ad salutem autem publicam etiam hoc pertinet, ut securitas in viis publicis conservetur, facillè hinc intelligitur nõ ad alium magis curam eam pertinere, quàm ad Principem. Et fuit ita jam olim in mandatis Principum, ut curaret is, qui provinciæ præerat, malis hominibus provinciã purgare, l. 3. ff. de offic. præf. Ad Præsidiẽ ea res devolvebatur, quia majus imperium in eâ provinciã habebat omnibus post Principem, l. 4. cod. ita tamè ut omnè istud imperium à Principe esset, & ad Principem etiam referretur, si quid contingerit, cui averten-

do suffi-

do sufficiens non esset Praeses, l. 2. C. de offic. Rect. provinc.

XVI. Caterum praestari & restitui debere damnum à Principe, quod viatoribus datum est, dixi in exercitat. de jur. vectigal. circa fin. ut necesse nunc non sit, ulterius eà de re disquirere. Nec verò dici poterit, vim praedonum & latronum inter casus fortuitos numerari, l. 30. pr. ff. ad L. Falcid. l. 18. pr. ff. commod. l. 34. ff. locat. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. l. 6. C. de pign. act. qui à nullo praestatur, l. 23. ff. de R. J. d. l. 6. C. de pign. act. l. 12. C. de loc. ut proptere nec à Principe damnū à Latronibus datum resarciri debeat. Est enim verò hæc casuum fortuitorum quorundam natura, ut respectu ejus, cui damnum datum est, pro casualibus & fortuitis habeantur; respectu ejus autem qui vel ipse dolo aut culpa damnum dedit, aut dari passus est, tales minimè sint. E. g. si servus meus ex proposito & destituta operà ab altero occidatur, mei quidem respectu, qui damnum seu casum istum praevidere aut praecavere non potui, fortuitus iste dici potest, non tamen respectu homicidæ, qui ex animi proposito & destinatione mortem intulit, nec etiam ejus, qui cum potuisset, homicidiū non prohibuit. Quod si igitur culpa Principis, cujus hoc officium est, ut securitatem in viis publicis pra-

stet, damnum datum est, cum culpa etiam in omittendo consistat, tenetur ille totum id, quod ablatum est, restituere. Et hæc obligatio fortior adhuc evadit, quando propter securitatem praestandam vectigalia à viatoribus exigit. Sic enim etiam inter privatos jus est, ut qui mercedem accipit pro custodia alicujus rei, is hujus periculum custodiae praestet, lib. 40. ff. locat. Si tamen prohibere Princeps vim latronum, aut praedonum potuit, uti plenius exposui, d. l. cum & ejus respectu vis major existere queat.

XVII. De latitudine viæ sic ait Cælius, l. 8. ff. de serv. praed. rust. *Via latitudo ex lege XII tab. in porrectum octo pedes habet: in anfractum, i. e. ubi flexum est, sedecim.* Hæc legitima ejus mensura est, à quâ recedere quidem in viæ privatae determinatione possunt contrahentes, l. 13. §. 2. ff. eod. viæ autem publicæ detrahere quicquam privatis non licet. Debet tamen & publica & privata eam habere latitudinem, quæ vehiculum ire potest, cum alioquin nec via sit, l. 23. pr. ff. eod. Voluerunt igitur Decemviri, legitimam viæ latitudinem octo pedum spacio comprehendi, quod & Varro tradit, de Ling. lib. 6. *Anfractum, inquit, est ab origine flexum duplici dictum ab ambitu & frangendo: ab eo leges jubent viam in directo*

directo pedum octo esse, in anfracto sexdecim. Pes habet palmos quatuor, ut Frontinus scribit, uncias duodecim, digitos sexdecim. Octo igitur pedes latitudinem viæ determinantes faciunt 5' ulnas sive cubitos, cum una ulna digitos 24. contineat. Sed quia anfractus ille, de quo lege XII. tabb. constitutum est, ideò latior esse debet, ut facilius vehicula verti queant. *Zoel. tit. de S.R. P. n. 4.* privata tantum viæ latitudinem illic descriptam esse, conjicio, nullam publicæ. Sufficit viæ per servitutem constitutæ ista latitudo, quâ eadem & per eandem orbitam ire & redire oportet, ne prædio servienti plus decedat, quam alteri opus fuerit; sed via publica haud paulo ampliorem exigit amplitudinē; (dum tamen locorum angustia non prohibeat,) non quidem uni eidemque vehiculo ducendo & reducendo, sed pluribus sibi invicem obviantibus, ne alterum alteri impedimento sit. Et propterea maluit hodiè nonnulli spaciò sedecim pedum & ampliore latitudinem viæ publicæ describere. *Johan. Oetinger, de jur. limit. lib. 1. cap. 9. n. 2. Petr. Gregor. in Syntagma jur. lib. 3. c. 13. n. 2.*

XVIII. Inter leges Wisigothorum, *lib. 8. tit. 4.* Lex vigesima quinta ita se habet: *Viam per quam ad civitatem*

aut ad provincias nostras ire consuevimus, nullus præcepti nostri temerator existat, ut eam excludat vel adstringat; sed utrinque, medietas aripennis libera referretur, ut itinerantibus applicandi spatium non detur, &c. Aripennis sive aripennus, mensura est terræ, ut & jugerum, acra, banaria arialis, opera. Hieron. Bignon. *ad Marculf. form. pag. 61. 4.* Applicare autem hic idem est, quod Germanis *lageren.* *Frid. Lindenbrogg. in Glossar.* Sensus ergo legis hic est, tantum utrinque juxta viam publicam relinquere debere spatium, in quo decumbere & requiescere possint viatores.

XIX. De autoritate vidimus, cuius scilicet auspiciis viæ publicæ muniri & refici debeant, necesse nunc est, ut etiam de mediis disquiramus, quibus impensis munificatio aut refectio illa perficienda sit. Cumque eum in finem vectigalia impendantur, certè ideò instituta primitus sint, ut viæ magis complanata existant, ex fisco tali impensas faciendas esse, in proclivi est colligere. Et hæc ratio est, quod propter impensas istas, ipsa quandoque augeantur vectigalia, quando scilicet hæc ab illis superantur, ut æqualis scilicet habeatur accepti & expensis ratio, ne officium, quod viatoribus præstat, damnosum sit. Quo faciunt, quæ in ordinatione poli-

politica Saxonica Electorali de anno 1612. num. 21. his verbis leguntur: Wo sichs auch des Raths zu Weissenfee übergebenen Beschwerden/in der Erkündigung/ so auf ferneres Anregen eingezogen werden soll/ gemäß befinden wird./ daß sie nemlich aus den gemeinen Gute die Strassen/ *iv.* neunzehn unterschiedliche Brücken/ ohne die Dämme/ und denn das Pflaster im Städtelein über eine Meile lang/ halten und bauen müßten/ und dagegen nicht mehr/ denn von einem Wagen ohne Unterscheid der Pferde vier Pfennige/ von einem ein- zwey- oder mehrspännigen Karm aber zweyne Pfennige zu Zoll/ genommen hätten/ so wollen wir ihnen/ in Erwegung obberührter Ursachen gnädigst nachlassen/ daß sie von ledern durchgehenden Pferde zweyne Pfennige zu Wege-Gelde bis uff unser Widerruften fordern/ einnehmen/ und wiederumb zu den Brücken und Wegen anwenden mögen.

XX. Duo hinc discimus: *Primo:* concedi haud raro Magistratibus emolumenta, quæ ex vectigalibus percipiuntur, ut tamen onus annexum relinquunt, refectionem scilicet viarum. Per hoc verò Magistratibus illi regale hoc, quæ tale, non acquirunt, sed, ut dixi, emolumenta tantum inde provenientia, & redditus percipiunt, & quidem ex concessione ejus, cujus Majestati regale istud

quasi affixum manet. *Deinde,* non esse hoc casu Magistratibus licitum, augere pro lubitu aut arbitrato suo vectigalia, etsi ipsa minus sufficiant oneri isti, cujus causâ concessa sunt, ferendo, sed ad Principem id referendum esse, & ex ejus voluntate deinceps constituendum, quod ex rei publicæ comodo visum fuerit. Sic enim universa, quæ ad Principis curam primario pertinent, sicuti subditis communicata quocunque titulo fuerint, non aliter concessa intelliguntur, quàm ut supremæ Principis directioni & dispositioni subjecta maneant, & ab eo iustum modum accipiant.

XXI. Quod si vectigalia à viatoribus non exigantur, quæ hunc in usum verti possint, in subditos cuiusque provinciæ hoc onus redundabit, ut vias publicas muniant & reficiant. Quod & Siculus Flaccus, *de condit. agror. pag. 11.* suo tempore observatum meminit, dum ait: *Via aliter atq. aliter muniuntur. Per pagos, id est, per magistras pagorum, qui operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt. Aut, ut comperimus, unicuique possessori per singulos agros certa spacia assignantur, quæ suis impensis tuentur: Etiam titulos finitibus spaciis positos habent, quibus indicent, cujus agri, quis dominus, quod spacium tueatur.* Non arbi-

Bbbbbb

ror, illos tantum possessores ad munus istud obligatos fuisse, quorum agri viam proximè tangebant, quosque propterea Amsegetes dixit Vestustas, et si fortè illos præcipuè hæc cura attinuerit, quod eorum agri præcipuum damnum patiantur, si via adjacens munita non fuerit. Et hoc sensu accipiendum fortè, quod in Leg. XII. tabb. dicitur: *Si via per Amsegetes immunita esset, quæ voleret, jumentum agito.* Per Amsegetes, inquit, non quod illi soli viam muniturè tenerentur, sed quod illi damnum sibi imminens muniendo aut munitiorem procurando non avertent. Rectè autem monet Jacobus Gothofredus, *in not. ad L. XII. tabular. tab. 8.* malè legem hanc à quibusdam ad jus viæ privatæ referri. Quo nomine perstringit Theodorum Marcilium, ni fallor, qui capitulo illo viam, quæ servitus est, tangi scribit, *in interpret. Leg. XII. tab. capite 52.*

XXII. Quicquid verò sit de antiquissimis legum Romanarum temporibus, illud certò constat, per leges Imperatorias possessoribus prædiorum onus hoc injunctum fuisse, tantàque cum severitate, ut à viarum munitiione omnis immunitas præcideretur, nec quisquam excusaretur, quantiseunque illæ vel privilegiis vel dignitatibus excelleret. Pro-

stant in hanc rem aliquot Constitutiones in Codice Theodosiano sub speciali titulo, *de itinere muniendo*, quibus perspicuè, & sine ullo verborum anfractu, etiam illustres, etiam Principis domus, etiam Ecclesiæ jubentur partem suam conferre, *l. 4. & 6. eod.* Sic enim intelligendum est, quando dicitur à munitiione viarum neminem debere esse immunem, i. e., à collatione operarum sumptuumque ad viarum munitiorem requisitorum. Jac. Gothofred. *ad l. 3. eod.* Atque adeò nemo immunis erat ab hoc onere, quocunque vel ordine vel gradu esset, dum tamen possessiones haberet, poenà negligentia in ipsos dominos, commissi aut confiscationis in actores constituta, *l. 2. & 3. C. Theod. eod.* Atque sic ad vias extra oppida munitiendas non solum prædia contigua viæ, sed totum territorium oportebat contribuere. Car. Molin. *ad l. 7. C. de SS. Eccles.*

XXIII. Ut autem eò promptiores essent, qui in illustri dignitate constituti erant, exemit Theodosius junior munitiorem viarum ex indice munerum sordidorum, *l. 4. C. de privileg. dom. Aug. lib. XI.* à quibus illi & plurimi alii immunes erant, *l. 12. C. de excus. muner. lib. X.* Ermunitiorem viarum aliquando inter sordida munera relata fuisse, patet

tet ex l. 15. & 18. C. Theod. de extra-
ord. mun. quod abrogavit Theodo-
sius, & profitetur, instructionem
viarum & pontium laudabile maxi-
mè opus esse, & titulis magnorum
Principum dedicatum fuisse. Sic
enim mos erat, ut in viis publicis
statuerentur lapides seu columnæ,
titulos & nomina Principum, per
quos vel quorum ævo viæ refectæ
restitutæq; fuissent, referentes, uti
infra dicam. Et hi tituli argumen-
tum præbebant Theodosio Imp. ex-
emptionis penitus tollendæ, ne
quisquam posthac immunitate gau-
deret circa munienda itinera, aut
excusare se amplius posset sub eo
colore, quòd ad munera sordida
non tenerentur.

XXIV. Quæ verò sint munera
sordida, & cur ita dicantur, per ex-
empla declarare malunt Doctores,
quàm per generalem & convenien-
tem definitionem. Exempla ex l. 12.
C. de excusat. mun. lib. X. colligun-
tur, ubi inter sordida munera refe-
runtur conficiendi pollinis cura, pa-
nis excoctio, pistrini ductio, parave-
redorum præbitio, parangiarum
præstatio, operæ artificium, calcis
coctio, lignorum & tabularum car-
bonis vel armorum præstatio, pu-
blicarum vel sacrarum ædium refe-
ctio, &c. à quibus omnibus immu-
nes erant, qui referuntur in d. l. 12.

Observo tamen ex Valentiniani Im-
per. novell. 21. uti inter Theodosia-
nas refertur, munerum sordidorum
numerum plus justo auctum, &
hinc immunitates quoque nimium
extensas fuisse. Reprehendit hoc Va-
lentinianus, & inventum nomen
munerum sordidorum contra rati-
onem esse, ait, nec proindè immu-
nitates nonnullas tolerari debere:
*An fortè, inquit, contumeliosum pu-
tandum est inventum contra ratio-
nem nomen munerum sordidorum,
quo instauratio militarium viarum,
quo armorum fabricatio, quo muro-
rum refectio, quo apparatus annonæ,
quo reliqua opera, per quæ ad splen-
dorem distinctionis publica perveni-
tur, pravâ appellatione censentur:
sine quibus nullus maximarum re-
rum procedit eventus, quorum admi-
niculo statum pariter & decus tue-
mur imperii, ac, ne singula prosequa-
mur, sine quibus nihil necessarij ope-
ris effici potest? &c.*

XXV. Noluerunt igitur Impera-
tores, quenquam immunem esse à
refectione viarum & pontium, & ne
quidem divinas domos, & venera-
biles Ecclesias, l. 7. C. de SS. Eccles.
Per divinas domos intelligit Andre-
as Alciatus illas, quæ quoquo modo
ad sacra pertinent, per Ecclesias, quæ
pro congregatione fidelium con-
structæ sunt. Non satis consideratè,

meo iudicio. De Ecclesiis enim quod ait, non sanè parietes templi, aut locus iste, qui occupatur à templo, in quo templum est situm, in censum veniunt, sed Clerici, qui sunt in illà Ecclesià, quicq; fundis & prædiis Ecclesiæ fruuntur, in *l. seq. 8. C. de SS. Eccles.* Quod verò divinas domos attinet, domus & prædia, ad Ecclesias spectantia, nunquam in iure vocantur divina, sed tantum domus Imperiales divinæ vocantur, uti rectè observat Carolus Molinæus, *ad d. l. 7. Patet id ex l. 8. C. de exact. trib. & in primis ex rubricà, C. de priv. dom. Aug. collatà cum l. 4. subiectà*, quæ de eodem refectionis & munitionis viarum onere agit. Id verò insuper notandum, tales domus ad privatum Principum patrimonium pertinentes plurimas admodum per varias provincias in diversis urbibus seu civitatibus fuisse. Sed ab illis diversa adhuc fuisse palatia, benè observat Jacobus Gothofredus, *ad l. 2. C. Theod. de domib. ad rem priv. pert.* quòd illarum reparatio ad procuratores & Rationales, horum verò ad curam Rectorum provinciarum pertinuerit. Et palatia tamen itidem per omnes Imperii provincias in variis civitatibus & mansionibus fuisse, idem notat Jacob. Gothof., *ad l. 1. C. Theod. ne quis in palat. mun.* In hoc ta-

men munere sub nomine divinarum domorum etiam palatia comprehendendi verisimile est, quia neque Ecclesiis quidem paritum fuit, nisi dicere velis, divinis domibus semper adhæsisse possessiones alias, quarum ratione munus hoc subire oportuit, palatiis autem tales possessiones nullas fuisse, quod ulteriori disquisitioni reservo.

XXVI. Quòd verò præter domos proprias etiam Ecclesias huic muneri subjecerit Theodosius junior, in *d. l. 7.* id concoquere vix possunt hodierni Canonistæ, quibus scilicet infallibile hoc est principium, Laicam potestatem, quantacumque illa fuerit, nihil omninò statuere posse in rebus Ecclesiasticis. Vid. Theoph. Raynaud. *de coron. aur. Pontif. p. 353.* Joh. Gutierrez, *pract. quæst. libr. 1. quæst. 3.* Joh. Azor. *institut. mor. part. 1. lib. 5. c. 13. qu. 8. & part. 2. lib. 10. c. 7. q. 9.* Sed principium illud & primitivæ Ecclesiæ ignotum fuisse, & in se totum erroneum esse, prolixè ostendunt Franciscus Florens, in *dissertat. jur. canon. pag. 36. seq.* Benign. Milletot. *de delict. comm. & cas. priv. pag. 81. seqq.* Car. Molinæus, *ad edit. Henrici II. contr. parv. dat. p. 33. & de Monarch. Francor. num. 160. seq.* Dannhauer. *in theol. const. part. 2. dial. 3. sect. 3. qu. 5. pag. 888. seq.* Et iure suo Principes in ipsam Ecclesiam

acum & Ecclesiasticas personas potestatem exercere, latius exposui *supra*. Et ita quoque, quod presentem materiam attinet, frequentibus Senatus Consultis adversus Episcopos & alios Ecclesiasticos iudicatum fuisse refert Johannes Papius, *lib. 5. tit. 11. arrest. 16. 17. 18. 19.* Annæus Robertus, *rer. judicat. lib. 2. cap. 3.*

XXVII. Hoc tamen notetur, non aliter teneri Ecclesiasticas personas ad munitiones & refectiones viarum, quam si habuerint possessiones, aut prædia. *Viarum instructiones*, inquit Callistratus, *l. 14. §. 1. ff. de mun. & bon. non personarum, sed locorum munera sunt.* Et exinde Carolus M. *capitularium l. 6. cap. 107.* *Possessiones*, inquit, *ad religiosa loca pertinentes, nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum, vel pontium, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones.* Nec ergo facere possum cum Andrea Gailio, qui *lib. 2. observ. 52. n. 14. 15.* contendit, collectas ejusmodi Clericis propter res, sive pro rebus & possessionibus, in territorio censitarum sitis, imponi non posse, nisi refectione viarum ipsarum etiam possessionum utilitatē concernat. Nec verò probare ubique possunt formulam loquendi, Doctoribus usitatam, quando collectas personis pro

rebus imponi dicunt, & hinc personarum conditionem simul attendi debere volunt. Diversum videtur statuisse Callistratus, *d. l. 14.* diversum etiam Papirius Justus, in *l. 7. ff. de publ. & vectig.* ubi dicit, in vectigalibus ipsa prædia, non personas conveniri, certissimo argumento, onera ista prædiorum esse, non personarum, nec personis pro rebus imponi, sed rebus principaliter, & a possessoribus exigi, qualia sunt plura, quæ munera possessionum olim dicebantur, *l. 6. §. 5. l. 18. §. 25. ff. de mun. l. 10. ff. de vacat. mun.* Dixi eâ de re *supra*. Quod autem Gailius ipsarum quoque possessionum utilitatem requirit, siquidem pro possessionibus solvi collectæ in usum viæ publicæ debeant, id in præsentem materiâ hunc videtur habere sensum, non alias teneri possessores agrorum ad munitionem viarum regiaram, nisi per eas ad agros eatur, hæc, nisi agri viis contigui fuerint. At *supra* dixi, etiam prædia non contigua, & imò totum territorium contribuere debere. Cedit enim via benè munita in totius provinciæ utilitatem, cujus partem faciunt privati cujusque possessiones.

XXVIII. Sæpè verò apud Romanos, florente in primis Republica, nullâ tali collectâ aut contributio-

ne opus erat, sed ipsimet Principes & primores ex suis facultatibus vias publicas instruebant, suamq; hanc liberalitatem & magnificentiam per columnas, hinc illinc dispositas, posteritati commendabant. Cajum Gracchum laudat Plutarchus, *in ipsius vit.* quod singula milliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinxerit. Ejus exemplum secuti alii similes columnas posuerunt, aut lapides, qui vel solos milliarium numeros habebant, vel simul titulos, & nomina Principum, quorum autoritate viæ munitæ erant. Tales aliquas inscriptiones refert Barnabas Brissonius, *de formul. lib. 8. pag. m. 728.* Jacob. Sirmondus, *ad Sidon. pag. 163.* Thom. Reines. *Var. Lect. lib. 3. c. 16.* Jacob. Gothofr. *ad l. 6. Cod. Theod. de itin. mun.* Hieron. Surita, *præfat. commentar. ad Antonini Augusti Itinerar.* Sic & Mercurius apud Græcos, quibus erat viarum præses *ὄδῳ*, *εὐδοκῳ*, *ὄδῳ* propterea dictus, in biviviis aut triviis effingebatur, trunco habitu, & in lapidem rudem, quadratum, ut signum esset, & indicina viæ. Atque tales lapides, Hermæ dicebantur. Ubi tales nulli essent, moris erat, ut à privatis lapides aliquot accervarentur, qui vicem eorum & usum supplerent. Selden. *de Diis Syris, l. 2. c. 15.* *Lapl. cent. 5. epist. miscell. 5.*

Sed & insignia olim celeberrimorum Virorum sepulchra, & monumenta, secundum vias publicas constructa leguntur, ut eò celebrius scilicet fieret cujusque nomen, & frequentius in memoriam revocaretur, quod tamen funeri suo deprecatur amator Propertius, *lib. 3.* Vid. Georg. Fabric. *de Româ c. 20.* Kirchner. *de fun. Rom. l. 2. c. 22.*

XXIX. Quandoquidem autem, uti in definitione, ab initio posita, dictum est, via publica idèo constructur, ut ire commeare publicè liceat, questio inde exurgit satis intricata, & plerumque armis magis, quam argumentis & rationibus enodata: utrum prohiberi aut denegari aliunde advenienti exercitui transitus queat. Negat Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 2. num. 13.* Ego verò affirmavi *in not. ad eund.* & in eâ adhuc persisto sententiâ. Est enim non negem incivile esse, & humanitati quodammodo adversum, si quis transitum concedere nolit, quem innoxium & sine damno futurum Dux belli promissit præstitâ cautione, si quid secus contigerit; non tamen exinde obligatio talis inducitur, ut denegare non liceat. Imò verò potest esse in nobis obligatio, ut tamen alteri jus nullum quaratur. Et proinde si transitus negatus fuerit, non propterea alteri jus acqui-

acquiratur ferro sibi viam aperiēdi, & violentā invasione transitū qværendi. Qvæ ex humanitate debētur, non ita debentur, ut extorquere ea possis; & qvæ in civilitatē resolvuntur, incivile est, per vim exigere. Nec verò ulla tam firma hodiè cautio est, qvæ securum reddere queat merentem. *Ne quis enim Dux belli hodiè promittit de exercitu suo, iturum viâ regis nec destitutum ad possessiones priyatas, ex Num. XX, 19. ?* Qvas Grotius excogitavit cavendi rationes, usui parum accommodatæ sunt; & vereor ego, ut locum semper inveniant. Sed etiam omnes cavendi rationes explēantur, integrum nihilominus est domino territorii, transitum permittere velit, an minus. Est quidem via publica cum in finem constituta ut publicè eâ iretur, commearetur, non tamē invito eo, aut contradicente, qvi jus publicandi habuit. Injuria, qvæ ex denegatione fingitur, planè nulla est, cum injuriam haudqvæquam committas, qvi jure supuitur. Sed frustra in scholis disputatur de re, qvæ in armata plerumqve definit consilia.

XXX. Finem imponat qvæstio oppido vulgata; ad quem pertineat cognitio & executio criminis, veluti homicidii, quod in viâ publicâ som-

missum est? Cujus quidem decisio peti ex superioribus nullo negotio potest. Si enim via publica ad alium non spectat, qvàm ad Principem solum, & à vicinis agris adjacentibus planè singularem & separatam obtinuit naturam, qvòd hætenus exposuimus, sequitur, etiam punitio nem delicti, qvòd in viâ publicâ commissum est, ad solum Principem spectare, nec sine ejus concessione qvenquam jus animadvertēdi usurpare posse. Et hanc sententiam tenuerunt Antecessores nostri Joh. Schneidevvin. *ad §. fin. n. 8. Inst. de J. N. G. C. C. ad §. Summa autem divisio. n. 67. §. de interditt.* Joach. à Beust, *in l. admonendi ff. de jurejur. pag. 674.* Zanger. *de except. part. 1. c. n. 241.* Sequitur Carpvovius, *prax. crim. part. 3. quæst. 110. n. 43.*

XXXI. Hanc verò sententiam ferendam non esse dicit Henricus Bocerius, *de regalib. cap. 2. num. 145.* idque vel ex eo evinci putat, qvòd jurisdictio cum regali jure nihil habeat commune, sed toto genere ab hoc differat. Verissima est hæc distinctio, & fuit ea Wittebergensibus nota, etiam anteqvam Bocerius nasceretur, sed ad præsentem statum, planè nihil facit. Quid enim de jurisdictione hic disputare aut verba facere opus est, cum jurisdictionis nullo planè in præsentem negotio

sit

ne opus erat, sed ipsimet Principes & primores ex suis facultatibus vias publicas instruebant, suamq; hanc liberalitatem & magnificentiam per columnas, hinc illinc dispositas, posteritati commendabant. Cajum Gracchum laudat Plutarehus, *in ipsius vit.* quod singula milliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinxerit. Ejus exemplum secuti alii similes columnas posuerunt, aut lapides, qui vel solos miliarium numeros habebant, vel simul titulos, & nomina Principum, quorum autoritate viæ munitæ erant. Tales aliquas inscriptiones refert Barnabas Briffonius, *de formul. lib. 8. pag. m. 728.* Jacob. Sirmondus, *ad Sidon. pag. 163.* Thom. Reines. *Var. Lect. lib. 3. c. 16.* Jacob. Gothofr. *ad l. 6. Cod. Theod. de itin. mun.* Hieron. Surita, *præfat. commentar. ad Antonini Augusti Itinerar.* Sic & Mercurius apud Græcos, quibus erat viarum præses *ὄδοι, εὐδοι, ὄδοι* propterea dictus, in biviis aut triviis effingebatur, trunco habitu, & in lapidem rudem, quadratum, ut signum esset, & indicina viæ. Atque tales lapides, Hermæ dicebantur. Ubi tales nulli essent, moris erat, ut à privatis lapides aliquot accervarentur, qui vicem eorum & usum supplerent. Selden. *de Diis Syris, l. 2. c. 15.* Lipl. *cent. 5. epist. miscell. 5.*

Sed & insignia olim celeberrimorum Virorum sepulchra, & monumenta, secundum vias publicas constructa leguntur, ut quod celebrius scilicet fieret cujusque nomen, & frequentius in memoriam revocaretur, quod tamen funeri suo deprecatur amator Propertius, *lib. 3.* Vid. Georg. Fabric. *de Româ c. 20.* Kirchemann. *de fun. Rom. l. 2. c. 22.*

XXIX. Quandoquidem autem, uti in definitione, ab initio posita, dictum est, via publica idè constructur, ut ire commere publicè liceat, questio inde exurgit satis intricata, & plerumque armis magis, quam argumentis & rationibus enodata: utrum prohiberi aut denegari aliunde adveniienti exercitui transitus queat. Negat Hugo Grotius, *de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 2. num. 13.* Ego verò affirmavi *in not. ad eund.* & in eâ adhuc persisto sententiâ. Est enim non negem incivile esse, & humanitati quodammodo adversum, si quis transitum concedere nolit, quem innoxium & sine damno futurum Dux belli promisit præstitâ cautione, si quid secus contigerit; non tamen exinde obligatio talis inducitur, ut denegare non liceat. Imò verò potest esse in nobis obligatio, ut tamen alteri jus nullum quærat. Et proinde si transitus negatus fuerit, non propterea alteri jus acqui-

equiviritur ferro sibi viam aperiēdi, & violentā invasione transitū quærendi. Quæ ex humanitate debentur, non ita debentur, ut extorquere ea possis; & quæ in civitatē resolvuntur, incivile est, per vim exigere. Nec verò ulla tam firma hodiè cautio est, quæ securum reddere queat metuentem. *Æquus enim Dux belli hodiè promittere potest de exercitu suo, iturum viâ regit nec destitutum ad possessiones priyatas, ex Num. XX, 19. ?* Quas Grotius excogitavit cavendi rationes, usui parum accommodatæ sunt; & versorego, ut locum semper inveniant. Sed etiam omnes cavendi rationes explentur, integrum nihilominus est dominio territorii, transitum permittere velit, an minus. Est quidem, viâ publica eum in finem constituta ut publicè eâ iretur, commearetur, non tamen invito eo, aut contradicente, qui jus publicandi habuit. Injuria, quæ ex denegatione fingitur, planè nulla est, cum injuriam haudquam committat, qui jure suo utitur. Sed frustra in scholis disputatur de re, quæ in armata plerumque definit consilia.

XXX. Finem imponat quæstio oppido vulgata; ad quem pertineat cognitio & executio criminis, veluti homicidii, quod in viâ publicâ com-

missum est? Cujus quidem decisio peti ex superioribus nullo negotio potest. Si enim viâ publica ad alium non spectat, quàm ad Principem solum, & à vicinis agris adjacentibus planè singularem & separatam obtinuit naturam, quod hætenus exposuimus, sequitur, etiam punitio nem delicti, quod in viâ publicâ commissum est, ad solum Principem spectare, nec sine ejus concessione quæquam jus animadvertēdi usurpare posse. Et hanc sententiam tenuerunt Antecessores nostri Joh. Schneidevvin. *ad §. fin. n. 8. Inst. de J. N. G. C. C. ad §. Summa autem divisio. n. 67. §. de interditt.* Joach. à Beust, *in l. admonendi ff. de jurejur. pag. 674.* Zanger. *de except. part. 1. c. 1. n. 241.* Sequitur Carpozovius *prax. crim. part. 3. quæst. 110. n. 41.*

XXXI. Hanc verò sententiam ferendam non esse dicit Henricus Bocerius, *de regalib. cap. 2. num. 145.* idque vel ex eo evinci putat, quod jurisdictio cum regali jure nihil habeat commune, sed toto genere ab hoc differat. Verissima est hæc distinctio, & fuit ea Wittebergensibus nota, etiam antequam Bocerius nasceretur, sed ad præsentem statum planè nihil facit. Quid enim de jurisdictione hic disputare aut verba facere opus est, cum jurisdictio nis nullo planè in præsentem negotio sit

lit usus? De potestate gladii quæstio est, quis eam exercere debeat circa crimen in viâ publicâ commissum, quæ potestas nõ minus à jurisdictione differt, atq; jurisdictione à jure regali. Meminisse autem hic oportet, jus vitæ & necis, sive potestatem animadvertendi in facinorosos tantum semper apud Romanos habitam fuisse, ut penes summum imperium resederit, nec sub nomine Magistratus alij unquam commissa legatur, quod pluribus profecvitur Bernhardus Sutholt, *dissert. de jurisdict. num. 382. seqq.* Ex quo facile intelligi potest, cur Wittebergen- ses potestatem animadvertendi hoc casu tribuerint ei, qui regalia tenet, quique ipse ex se potestatem animadvertendi habet, cum præsertim alius nominari non possit, cui ea fuerit in viâ publicâ concessa. Et sine concessione tamen inter subditos punire facinorosos licet nemini.

XXXII. Discedit igitur Bocerus in sententiam eorum, qui putant, cognitionem & coercionem criminis publicâ in viâ commissi, ad eum pertinere Magistratum, qui circumquaq; territorium, & in eo jurisdictionem habet, dum tamen, quod addit, per jurisdictionem merum quoque imperium intelligant. Sententia igitur Bocerii hæc est, eum qui circumquaque in vicinis agris

merum imperium, sive potestatem animadvertendi in facinorosos habet, etiam in viâ publicâ merum istud imperium exercere posse. At hoc negant Wittebergen- ses, & firmiter statuunt, nobilem, etsi infeudatus sit de castro cum suo territorio, omnemque jurisdictionem & simul merum imperium acceperit, non idem tamen habere viam publicam. Ratio est, quia via publica pertinet ad Principem, & commercio atque dominio privatorum prorsus exempta est. Nisi ergo in literis investituræ expressa via publicæ fiat mentio, quod in ipsâ etiam potestatem gladii investito exercere liceat, (id enim fieri posse nullus dubito,) quantumque jurisdictionis aut meri imperii concessio amplissimis licet verbis descripta id non efficiat.

XXXIII. Præsidis provincie exemplum, quod adducit Bocerus, ad statum hodiernum adaptari nequit. Erat ille Vicarius Imperatoris & majus imperium in eâ provinciâ habuit omnibus post Principem, *l. 4. ff. de offic. pref.* Principis ergo loco erat, & quicquid tamen acceperat potestatis, ipsi Principi acceptum referebat. *Qui universas regiones provincias,* inquit Ulpianus, *jus gladii habent, & in metallum dandi potestas eis permissa est, l. 6. §. ff. de od.*

ff. eod. Acceperunt igitur talem potestatem ex concessione speciali. Et quoniam hodie etiam Magistratus merum imperium ex speciali concessione habeant, praesidibus tamen provinciarum, quibus eminenter istud imperium competebar, comparari nequeunt. Et quis nescit, jurisdictionem, quae Magistratibus hodie competit, plerumque patrimonialis esse? quae extendi proinde nequit ultra agros, qui in patrimonio sunt, aut esse possunt, ut ita semper excepta intelligatur via publica, nisi specialiter de ea constitutum fuerit. Et vel hac ratione patet, longe aliam fuisse conditionem praesidis, proconsulis, aut praefecti Urbi apud Romanos. Breviter: in illis, quae statum publicum concernunt, parum commodè ducuntur argumenta ex pristina Reipubl. Romanae formà. Quod addit Bocerus *ex l. 239. §. 8. ff. de V. S.* sententiam ejus planè non juvat. Retinet enim Magistratus cujusque loci intra suos fines terrendi, id est, submovendi jus & potestatem, etsi eam potestatem in viâ publicâ exercere nequeat, quia tùm via publica non intelligitur esse intra istos fines.

XXXIV. Infert Bocerus porro; quia territorii cujusque Magistratus

jurisdictionem habet in praediis viâ publicæ vicinis & confinibus, certè eandem quoque jurisdictionem in ipsis viis publicis habere existimandus est. Rationem connexionis addit duplicem, primùm, quia si via publica fluminis impetu vel ruina amissa sit, vicinus proximus de fundo suo viam praestare tenetur; deinde quia & ipsa via publica fundi esse vicini dicitur. Neutra connexionem sustinet. Non prima, quia praestatio viâ ex fundo suo nihil facit ad jurisdictionem fundandam, siquidem etiam ille viam ex fundo suo praestare tenetur, qui in eo jurisdictionem planè non habet. Non secunda, quia via publica fundi quidem vicini esse dicitur, sed portio decerpta & planè separata, sive, ut Bachovius loquitur, *ad Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 5. lit. G.* ex privatorum possessionibus decisa, & hinc aliis planè qualitatibus induta.

XXXV. Tandem verò ex interdictis Praetorum causæ suæ praesidium petit Bocerus, & infert, quia Praetoris jurisdictio civilis sese extendit ad ea, quae in viis publicis fiunt, uti patet ex titt. *Digest. de loc. & itin. publ. ne quid in loc. publ. de viâ publ. & itin. publ. &c.* habere ergò & illum Magistratum, ad quem criminalis pertinet jurisdictio in territorio ali-

CCCCCC quo,

qvo, cognitionem & cœrcitionem criminis, qvòd est in viâ publicâ intra territorium illud commissum. At quis nō videt, argumentum hoc planè esse à separatis & diversis? nec proindè illud procedet; cùm non illicò idem jus existat in uno, qvòd est in altero. Deindè ex historiâ juris Romani constat, majorem multò fuisse potestatem Prætoris, qvàm est hodiè Magistratus qvanticunq;. Poterat ille jus civile emédare, sup- plere, adjuvare, proposito in eam rem edictò, qvòd speciale jus continebat. Edictum verò illud nō propriè jure Magistratus à Præto- re promulgabatur, sed ex potestate ferè usurpatâ & per conniventiam atqve indulgentiam populi confirmatâ aut ratâ habita, ita ut observaretur non in vim legis, sed effectualis ob- servantiæ. Nic. Bellon. *lib. 1. supput. jur. Cap. 9.* Talis potestas hodiè nul- li omninò competit Magistratui, nec proindè illi, qvi jurisdictionem habet & exercet. Ut adeò verior mi- hi videatur sententia Antecessorum nostrorum, cognitionem & puni- tionè criminis in viâ publicâ com- missi non spectare ad eum, qvi cir- cumqvæque merum habet impe- rium.

XXXVI. Hoc interim non nego, posse illum, cui τὸ κρίνειν competit in

Republ. Magistratui, merum impe- rium habenti, potestatem etiam de criminibus, in viâ publicâ commis- sis, cognoscendi specialiter largiri. Sed hoc uti speciale est, ita sine tali concessione potestatem cuivis, me- rum imperium habenti, asserere haudqvæquam licet. In his terris nec omnem nec nullam talem potesta- tem competere Magistratibus vo- luit Dux olim gloriosissimus Domi- nus GEORGIUS, sed inter crimina commissa distinctionem fecit, pecu- liari constitutione, qvàm refert Joh. Zangerus, *de except. part. 2. cap. 1. n. 244.* his verbis: *Hierauff erklären und verwilligen wir / daß nun hinfor- der unsere Unverthanen alle Händel / so sich auf den Strassen begeben / da ih- nen sonst die Ober-Gerichte zusehen / unversehrt von unsern Ampt-Len- ten / zu richten sollen haben / und davon nichts ausgeschlossen / allein alle Ge- walt-Sachen / Raub und Zugriffe / auch öffentliche vâhdliche Thaten / welche aus Krafft der Regalien und Fürstlichen Obrigkeit zu richten zuse- hen / wollen wir uns vorbehalten ha- ben / etc. Anno 1506. Idem repetitum à successoribus Serenissimis Ele- ctoribus Saxoniz Anno 1600. 1606. 1609. & in ordinatione politicâ Anno 1512. tit. Justiciar- Sachen num. 24.*

XXXVII.

XXXVII. Quia verò etiam per præscriptionem immemoriam regalia acquiri possunt, ut id prolixius explicat Carpzovius, *p. 2. const. 3. def. 24.* dubium non est, etiam hanc de criminibus, in viâ publicâ commissis, cognoscendi potestatem præscribi posse: & facilius quidem à Magistratibus atque illis, qui jam tum publicâ aliquâ potestate muniti atque instructi sunt, quàm à privatis. Illis enim, quia jurisdictionem sibi aliàs collatam jam habent, plerumque etiam concessum imperium merum atque jus gladii, facilius erit ejus potestatis extensio atque ampliatio, quàm esse solet privatis acquisitio prima. Imò verò si quis privatus usurpare sibi talia velit, quæ regalia attingunt, caveat sibi, ne in gravissimum læsæ Majestatis crimine incidat, per *l. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* quod evitare vix poterit, nisi consentientem sibi quodammodo habeat Principem. Magistratus verò, præsertim illi, qui jus perpetuum & transmissibile, seu jurisdictionem patrimoniam, ut nunc vulgò loquuntur, habent, proferre & extendere eam possunt, nec civile tantum, verum etiam criminalem. Arn. Vinn, *de jurisdic. cap. 12. n. 8.* nec solum adversus privatum, sed etiam adversus ipsum Principem. H. Zoel. *tit. de usucap. n. 24.*

XXXVIII. Illustrari hæc possunt responso Wittebergenium, an Bürgermeister und Rath der Stadt H. mens. Januar. 1657. quod ita se habet: Ist neulich verruckter Zeit ein reisender Jude/ in H. district von etlichen in der Stadt dienenden Tramer-Gesellen/ auf der Heerstrasse angefallen und geschlagen worden; Darauf/ und als der Jude den einen Thäter erkundiget/ selbiaen vor euch verflaget/ und ihr auf sein Geständnis ihn in eine Geldbusse condemnirt/ hat die Fürstliche B. Regierung/ auf des Vogtes gethanen Bericht/ ein mandatum an euch ergehen lassen/ darwieder ihr euren Bericht und exceptiones emacht/ nach mehren Inhalt/ 2c. Wenn nun gleich die Fürstliche Beambte euch die jurisdiction auf der Heerstrassen/ so weit solche in euren district und Gebieth sich erstreckt/ nicht gestehen wollen/ mit Vorwenden/ daß die viæ publicæ, oder öffentliche Heerstrassen zu denen Regalien gehörig/ und also dem Landes-Fürsten zuständig wären/ hierüber in einem anno 1563. publicirten Urthel dem Landes-Fürsten die Ober-Gerichte auf der Landstrassen vorbehalten/ und solches res judicata worden/ auch zu unterschiedenen mahl/ wenn eure Vorfahren/ und ihr dergleichen actus auf der Heerstrassen exerciret/ solchen von der Fürstlichen Regierung contradicirt/ und inhibi-

tion wider euch ergangen. Dennoch aber und diem Weil ihr von dem Ambt von Sulda / welchen vor Zeiten die Stadt H. zugehört hat / noch aniso und Innhalt der Beilage sub A. Anno 1645. mit denen Regalien eurer Stadt Halbgerichts / so weit und ferne sich die Marck umb die Stadt her zwischen der Stadt Nincken und Landwehr erstreckt / beliehen worden / dergleichen Regalia auf öffentlichen Heerstrassen / durch rechtsverwehrt Zeit / auch von denen mittelbar unterworfenen Städten / wohl acquiriret werden können / und ihr euren Bericht nach von Anno 1553. 1568. 1587. und folgende Jahre / so wohl vor / als nach dem publicirten Urthel und ergangenen inhibitionen eine geraume Zeit unterschiedene actus jurisdictionis mit cognition über die in viâ Regiâ begangene Mord- und Frevelthaten mit dictirung derer dadurch verwürckten straffen / Verfolgung derer flüchtigen delinquenten / bis auf die ausgehende Heerstrasse in euren district, Abholung der todten

Cörper gleichfalls von der Heerstrassen in die Stadt / Lieferung der verwichenen Uebelthäter / über die Heerstrasse bis an das Ende eures districts, und deswegen geforderten und empfangenen reverse und cautionen / exerciret: zu Zeit des Anno 1563. publicirten Urthels von denen Obergerichtlichen auf der Heerstrassen in selbigen acten kein Streit gewesen: ihr auch über solchen punct damahls mit eurer Nothdurfft nicht gehört worden; So erscheinet dannenhero allenthalben so viel / das ihr bey der quasi possession dergleichen jurisdiction auf der Heerstrassen / bis ein anders in petitorio ausgeführt / nicht imbillich zu schätzen / auch auf erfolgende fernere turbirung / oder wiedriges Urthel an die Käpfel. Cammer / oder Reichs-Hoff-Rath zu appelliren wohl befugt / und mögen eurer Bedienten un Abgeordneten / ohne habende gnugsame Vollmacht der gemeinen Stadt zuwider / dießfalls gethane Einräumungen euch nicht nachtheilig seyn / B. N. W.

CAPUT XVIII.

De

Antiquo cursûs publici & novo postarum jure.

SUMMA

SUMMARIA.

- Posta differentia à cursu publico. 1.*
- De origine cursus publici. 2. 3.*
- Cursus vehicularis erat onus provincialium. 4.*
- Quod deinceps mutatum. 5.*
- Cursus clabularis quid? 6. 7.*
- Angaria quid? 7.*
- Cursus publici cura ad Principem spectabat. 8.*
- Evectiones dabantur vel à Principe, vel quibus id concesserat Princeps. 8.*
- Evectiones quid? 9.*
- Evectiones non dabantur omnibus, nec omnibus licebat cursu publico uti. 10.*
- Animalia cursu publico designata erant, equi, muli, boves, asini. 11.*
- Stabula in mansionibus. 12.*
- Erant & ministri certi ad cursum publicum deputati, mulomedici, hippotomi, mancipes, muliones, &c. 12.*
- Capitum seu pabulum dari aliquando oportuit à provincialibus. 13.*
- Constitutiones Imperatorum de jumentis, ne nimium gravarentur. 14.*
- Evectiones qualiter concepta fuerint? 15, 18.*
- De parhippo & paraveredis. 18.*
- Ultra sex veredos non licuit uno die movere. 17.*
- Evectiones in mansionibus exhibere oportebat. 19.*
- Etiam hippotomis cautum fuit, ne injuriâ afficerentur. 20.*
- Explicatio l. un. C. Tb. de Burgariis. 21.*
- De vocabulo parochi. 22.*
- Iterum de differentia cursus publici à postis. 23. 24.*
- Posta quâ ratione introducta? 25.*
- In Galliâ autor earum dicitur esse Ludovicus XI. 26.*
- Cur jus postarum inter Majestatis jura referatur? 28.*
- In Imperio Rom. est reservatum Imperatoris. 28.*
- De prefectis postarum in Imperio Rom. 29.*

L.

POSTA vocabulum natione quidem latinum, sed inflexione peregrinum, & ab Hispanis, Italis & Gallis reliquo Orbi communicatum, non videtur eandem cum

cursu publico significationem sustinere, si præsertim usum ejus hodiernum spectes. Nec enim posta facile dicitur hodiè, nisi quæ in cursu celeriori consistit, &

CCCCCC 3 stata

Itata dierum atq; horarum tempora observat. At cursus publicus olim nec velocitate semper præstabat, nec certis temporibus affixus erat, sed pro ratione negotiorum, quorum gratiâ usurpabatur, diversimodè se habebat. Videntur tamen mihi postea sub cursu publico contineri, & differre inter se, ut latius & angustius quàm oppidò pauca sint, quæ ex cursu publico antiquitatis usitato applicari postis nostris queant. Videbimus tamen pro re natâ de utrisque, quandoquidem in hoc ferè conveniunt, quod compendia ista instituta idèò sint, ut iter facientibus commoda esset profectio.

II. Qui origines rerum investigant, primam postarum inventionem Cyro Persarū Regi adscribunt. Quò imprimis facit testimonium Xenophontis, qui *lib. 8. Cyrop.* ita scribit: *Etiam aliud quiddam excogitasse Cyrum cognovimus, quod ad Imperii magnitudinem pertinet unde celeriter intelligeret, qui rerum etiam longè remotarū status esset. Cum enim considerasset, quantum itineris equis agitatione diurnâ conficere viribus integris posset, equorum stabula parari curavit, & in eis equos constituit cum iis, qui eorum curam gererent. Ordinavit & quòvis locò*

hominem, qui tùm ad recipiendum, literas ablatas, tùm ad tradendum eas aliis idoneus esset, quiq; defatigatos equos & homines exciperet, & recentes submitteret. Atq; hoc itinere ne noctu quidem cessari dicitur, sed nuntio diurno succedere nocturnum. Unde constat, jam ante Christum natum cursum ejusmodi publicum in usû fuisse apud Persas, & quidem noviter excogitatum à Cyro.

III. Cum verò potissimè nobis de Romanorum Juribus cura sit, quid apud reliquas Gentes obtinuerit, inquirere nunc nihil atinet. Nec tamen longius excurrere libet, quàm ad initium Imperii Monarchici, uti id describunt Historiæ Augustæ Commentatores. De Augusto Imperatore hæc refert Svetonius, *in ejus vitâ c. 49.* Et quò celerius ac sub manu annunciari cognoscique posset, quid in provinciâ quâq; gereretur, juvenes primò modicis intervallis per militares vias, de hinc vehicula disposuit. Commodius id visum est, ut qui à loco eidem perferrent literas, interrogari quòq; si quid res exigerent, possent. Non arbitrò Juvenes illos pedestri itinere cursum conficisse, sed per equos hic illie dispositos, aut potius à provincialibus conquisitos & exactos, ut eò celerius & commodius nunciari ex provinciiis

vinciis posset, quid gereretur. Sed commodior adhuc postea visus fuit cursus vehicularis, ut ex ipsis illis locis, unde nunciandum quid esset, commeare simul possent, quibus eqvo veli per constitutionem corporis non licebat. Interesse enim credebatur Principis & Reipublicæ, ut ex ipsis Provincialibus res gestæ audirentur, qui præsentibus interrogari poterant, si quid res exigent. Cur verò Augustus per militares vias Juvenes primum, deinde vehicula disposuerit, cum tamen sequentibus temporibus non nisi in viâ publicâ cursus publicus haberetur, rationem nullam invenio, nisi dixeris, à Svetonio militarem viam pro publicâ usurpari, eandemque planè fuisse; quas tamen distinctas esse vult Jacobus Godofredus, *ad l. 3. C. Theod. de cursu publ.*

IV. Videtur verò eò tempore cursus iste vehicularis inter onera provincialium fuisse, & ad curam Magistratuum municipalium pertinuisse, ita, ut adveniente quando-cunque eò, cui cursus iste necessarius erat, Magistratûs animalia à Provincialibus exigent, & ad iter istud conficiendum cum Hippocomis exhiberent. Ita enim adhuc Galbæ Imperatoris tempore obtinuisse refert Plutarchus, *in ejus vitâ*: *Cum publicos famulos*, inquit,

Consules destinassent, qui decreta ad Imperatorem perferrent, iisq; obfignata diplomata tradidissent, quibus agnitis singularium Urbium Magistratus dispositis vehiculis iter tabellionum accelerarent, haud mediocriter indignatus est, (Nimphidius Sabinus,) quòd non ab ipso militibus sigilloq; acceptis isti missi essent, &c. Fuit igitur auctoritate Augusti quidem Imperatoris cursus istiusmodi primitus constitutus, sed cum onere Provincialium. Et quod de Consulibus ex Plutarcho retuli, ad Interregni tempus, postquam Nero sibi ipsi manus intulisset, nec tùm Galba in Imperio confirmatus esset, pertinet; & hoc ipsum scilicet malè habebat Nimphidium, Imperio àvidè inhiantem, tale quid à Consulibus affectatum fuisse.

V. Cùm verò gravè admodùm id munus esset tùm Provincialibus animalia exhibentibus, tùm Magistratibus ipsis ea conquirentibus, Hadrianus Imperator cursum fiscalem instituit, uti loquitur Spartianus, *in ejus vitâ*: hoc est, instituit, ut ex publico, seu ex fisco animalia in parato haberentur. Cursus hic fiscalis Magistratûs maximè immunes præstabat, non ita Provinciales, quibus hoc tantùm remissum erat, ne animalia sua præbere amplius cogerentur. Et de solis Magistrati-

bus verba facit Spartianus, dum ait: *Cursum fiscalem institutum, ne Magistratûs hoc onere gravarentur.* Ex acta igitur sine dubio adhuc fuit collatio, ad animalium & cursûs publici instructionem atqve instaurationem, quam tamen collationem ex parte deinceps Antoninus Pius, totam verò Severus remiserunt. Sic enim de Antonino Pio scribit Capitolinus: *Vehicularium Cursum summâ diligentia sublevavit.* De Severo Spartianus: *Posthæc, cum se vellet commendare hominibus, vehicularium munus à privatis ad fiscum traduxit.* Sublevasse dicitur Antoninus Pius cursum vehicularem, hoc est, subditis remissionem fecisse collationis, ex quâ cursus vehicularis conservabatur, Severus autem totum istud munus fisco imposuisse.

VI. Nondum tamen eò seculò stata cursui publico & præfixa erant tempora, sed pro ratione necessitatis repentè incidentis, & non nisi in causis publicis erat ejus usus. Nec in velocitate semper consistebat cursus publicus, quòd sequioribus temporibus non personis tantum, sed rebus etiam quibuscunqve vehendis concedi solet. Et ex hoc distinguendum cepit cursus publicus in velocem & clabularium, hoc est, tardigradam, l. 62. C. Theod. de curs. publ.

Erat enim clavulare nihil aliud, quàm vehiculum seu cursus onerarius, non affabrè factus, non quales rhedæ aut carpenta aut Honoratorum vehicula, verum ex clavulis nudis, taleis, prosegminibus lignorum constans. Et erat quidem is species cursûs vehicularis, sed qui quatuor boum protelo ducebatur, & propterea verè tardigradus erat, cum rheda octo mulabus vel decem traheretur, l. 8. C. Tb. de curs. publ. Birotum verò trinis. Nec propterea ad stipulari possum Marcello Donato, qui in commentario ad *Ælii Spartiani Adrian.* clabularium cursum interpretatur fuisse eum, qui navibus fit, sic dictum à clavo, quo naves reguntur & diriguntur per mare & flumina. Etsi enim non negem, cursum publicum tam equis & vehiculis stetisse, quàm navigiis ac dromonibus per flumina, lacus, sinus, & maria distributis, uti ex Appollinaris Sidonii, lib. 1. epist. 5. notat Jacobus Sirmondus, pag. 12. clabularum tamen cursum vehicularem esse docet lex 5. Cod. Theod. de curiosis. Cæterum pro clabulari aut claviculari cursu Antonius Perez. C. b. t. n. 3. mavult legere *caballationem* quia etiam caballationis mentio fit in l. 14. C. de erogat. mil. ann. quæ est munus alendi equos publicos, vel pecunia, quæ ad id præstatur

idel

idem fortè, quod fodrum, seqvioribus seculis dictum. Car. du Fresne, in *Glossar.*

VII. Clabularis hic cursus, qui pro cursu tamen haberi propter tarditatem vix poterat, familiis & claritatibus transferendis ut plurimum adhibebatur. Qvò pertinet locus Ammiani Marcellini *lib. 20. Julianus Petulantes cum familiis ad Orientem proficisci præcepit, clabularis cursus facultate permisa.* Quia enim tardigradus est hic cursus, optimè is convenit ejusmodi personis, quæ præcipientem cursum haud ferunt, sed lentis atque minutis itineribus transferri volunt. Sed & ægrotantium militum causâ is adhibebatur, item speciebus fiscalibus, quin & Legatis transferendis, *l. 22. C. Just. de curs. publ. l. 4. Et l. 11. C. Theod. eod.* Clabularem enim cursum cum angariis, quarum fit mentio in *d. l. 4.* coincidere, eundemque cursum per vocabula ista denotari, notat Jacobus Gothofredus, *ibid. Et ad l. 13. eod.* Quâ ratione etiam parangariæ similiter vehiculis & bobus expeditæ fuerunt, sed extra viam regiam in canali aut viâ militari & transversâ. Angariandi vocabulum cæteroquin usitatum, olim fuit pro coactione, quæ ad promovendam causam publicam fiebat, quomodo angariari naves di-

cuntur Ulpiano, in *l. 4. ff. de veteran.* Sed & pro quavis coactione, etiam, quæ fit in causâ privatâ, occurrit apud Evangelistas, *Matth. V, 41. cap. XXVII, 32. Marc. XV, 21.* Deque eo vocabulo videri ulterius possunt Glossaria.

VIII. Cursum publicum in genere Principi olim reservatum fuisse, tot arguunt constitutiones, quæ adhuc in utroque Codice extant, ut penè cum admiratione legantur hodiè curiosæ istæ etiam circa res minimas summorum Imperatorum dispositiones. Nec verò, quoad institutionem tantum, totus acceptus ferendus erat Principi cursus iste, sed imò etiam, quoad concessionem ejus, & tribuendi facultatem, à singulis aut ipse Princeps, aut qui nomine ejus potestatem hanc exercebat, implorandus erat. Dandarum enim evectionum, uti vocant, seu cursus publici tribuendi copia non omnibus competebat, sed quibus Princeps id expressè concesserat. Dabantur nempe evectiones vel à Principe ipso per subnotationem manûs, *l. 9. C. de curs. publ. l. 14. C. Theod. eod.* vel à magistris officiorum, vel denique à Præfectis prætorio, *d. l. 9.* Cæteris omnibus, etsi in dignitate constituti essent, potestas hæc erat denegata. Si tamen causa publica aliqua urgeret, qvæ

qualis est, si species largitionales transferendæ essent etiam præfecto Urbi & iudicibus, qui aliàs evectionum faciendarum jus non habebant, potestas hæc data intelligebatur, *d. l. 9. it. l. 19. C. Th. cod.* quo casu etiam Vicariis & Rectoribus provincialium hæc potestas compete-
bat. Quæ de re plurimæ extant in Codice Theodosiano Constitutiones. Quamquam jus istud pro diversitate temporis & imperantium diversimodè se habuit.

IX. Fuisse tamen inter evectiones, quæ à Principe, & quæ à Præfecto prætorio dabantur, aliquam adhuc differentiam, ex *l. 9. C. Th. d. t.* haud frustrà colligit Jacobus Gothofredus. In illis enim plures addi poterant dies, nempe ut tot diebus quis alimenta & capitum in statione aliquâ vel mansione acciperet, & ut tractorias atque stativa haberet tot diebus. Præfectus prætorio autem non nisi cursum publicum usurpandi jus tribuere poterat, seu commeandi, non verò commorandi per dies aliquot. Sunt verò evectiones, ut hoc obiter addam, nihil aliud, quam diplomata, libelli, aut codicilli, quibus cursu publico utendi facultas datur. Stationes, sive stativa, sunt consistendi & residendi, sive interquiescendi loca spatiaque. Mansio propriè dicitur lo-

cus, ubi confecto itinere per noctem quiescebant, unde ut plurimum pro diei unius itinere sumitur.

X. Uti verò non omnibus compete-
bat licentia dandi evectiones, sive jus utendi cursu publico: ist nec dabatur omnibus. Quatuor erant genera Legatorum, quibus sine speciali evectione, suo arbitrio cursum publicum usurpare licebat. Legati scilicet populi Romani, Legati gentilium, Legati provincialium, & Legati Senatûs Romani, *l. 32. C. Th. b. t. l. 57. cod.* Sed & Præfectis prætorio usurpatio cursûs publici concessa erat, *l. 62. cod.* Plurimis verò aliis, etiam in officio publico existentibus, quales erant Duces, provinciam suam ingressi, ejus Officiales & apparitores, itemque cohortales, h. e. Rectoris provinciarum Officiales, per provinciam suam discurrentes, beneficium hoc expressâ lege denegatum erat, *l. 20. C. Justin. b. t.* Ut mirum non sit, privatos quoscunque hoc eodem beneficio excludi, quibus tam severè interdicta fuit aliquando ejus usurpatio, ut, etiam si evectionem impetrassent, in privatos tamen usus suos cursu publico uti haudquaquam liceret, *l. 11. C. Justin. b. t.* Quod secuserat, si publicus subesset causa, si à Principe evocatus quis esset, si ab eo discederet, & *l. 54. C. Th. cod.* Moris enim fuisse

ut quos ad se evocarent Principes; evectionem simul illis concederent, colligitur ex Theodoret*i* lib. 2. c. 11.

XI. Porro cursus publicus ne deficeret alicubi, aut sufflaminaretur, certa hic illic disposita esse oportebat animalia, quæ quidem pro ratione cursûs impetrati diversa erant. Alendi scilicet erant veredi seu equi, muli, boves, asini. Mulæ redi & vehiculis aptabantur. Mulis enim mulabusque plurimum utebantur veteres ad carrucas trahendas, quibus plerumque insidebant honestiores matronæ. Unde Scævola, cum quæsitum esset, an carruca dormitoria cum mulis, cum semper Uxor usa sit, debeatur? respondit, si ejus usus causa habita esset, deberi, l. 13. ff. de aur. arg. leg. Ita & Ulpianus mentionem facit mularum carruciarum, in l. 38. §. 8. ff. de adilit. ed. Boves in cursu publico fuisse, jam supra diximus, ita tamen, ut prohibitum esset, boves aratorios, culturae terræ inservientes, abstrahere & usurpare, l. 1. Cod. Theod. b. t. Non arbitror, cursui alii, quam clabulari, qui tardigradus erat, boves adhibitos fuisse, quanquam dentur hodiè boves apud Indos, quibus spacio quatuor horarum sex millia confici possint, uti refert Johan. Alb. de Mandelsloh, in itinera. lib. 1. c. 31. Sed & asinos in cursu pu-

blico fuisse, discimus ex l. 38. §. 1. 41. Quod & testatur Socrates, lib. 3. hist. Eccles. c. 1. ubi ab Juliano Imperatore mulorum, boum, & asinorum cursum sublatum, & solum, equorum cursum relictum refert.

XII. His animalibus servandis publica destinata erant in mansionibus stabula, quibus singulis certus atque status assignatus erat animalium numerus, & quidem aliquando, uti ex Procopio notatur, equi quadraginta. Quæ stabula provincialium sumptu & impensis extrui oportebat, quod melius ab iis hæc res curari putaretur, quam si impensis publicis fieri deberet. Quibus proinde stercus pro solatio erat, l. 7. Cod. Just. b. t. Animalibus verò curandis, & toti ad eum cursui publico sustentando, plurimi erant præpositi: Mulomedici nempe, hippocomi, mancipes, muliones, Carpentarii, Fabri, &c. Mulomedici curandis animalium morbis destinati erant, sive mulæ ista fuerint, sive veredi. Hippocomi cursu publico utentibus adjungebantur, curaturi animalia, & ad suam mansionem reducturi. Mancipum haud paulò præstantius erat officium, quippe qui aliquando ex primipilaribus, & deinceps ex officialibus judicum emeritis sumebantur, ut cursui publico disponendo præessent. Et o-

portebat illos moribus & integritate commendatos, tum & locupletes esse, *l. 51. C. Th. b. t.* ne nimia paupertate ad dedecus aliquod, & ad cursum publicum vexandum, adigerentur. Muliones dicebantur, qui curandis animalibus cursû publici præerant, sive muli jam illi fuerint, sive veredi, uti constat ex *l. 34. C. b. t.* ubi simul statuitur, ternis veredis muliones singulos posse sufficere. Videntur autem iidem fuisse, qui hippocomi aliquando dicuntur. Carpentarii & fabri conficiendis & reparandis vehiculis inserviebant. Qui omnes ferè annonas ex publico, nonnulli etiam vestem sufficientem accipiebant.

XIII. Capitum seu pabulum animalibus in singulis mutationibus dari oportuit à provincialibus, ab initio quidem in naturâ, postea verò in pretio, sive adæratum atq; æstimatum. Mutationes, ut hoc obiter addam, dicebantur à mutandis animalibus, erantq; in uno itinere plures mutationes, quàm mansiones. Videbatur autè adæratio ista introducta in levamentum provincialium, tum ipsius quoq; cursû publici singulare emolumentum. Sed aliter sæpè respondit eventus. Dum enim provinciales iniquo precio & adæratione prægravabantur, & qui curandis animalibus præpositi erant,

in præbendo pabulo pauciores extabant, quòd nimis cara ea nimioq; empta causarentur, factum indè, ut per vexationem animalium, cursus ipse publicus haud exiguum caperet detrimentum. Utriq; igitur huic malo ut mederetur Honorius Imperator, constituit in *l. 18. C. Just. b. t.* ut Præfectus prætorio attenderet, ne pabula in mutationibus deessent, itemq; ne provinciales nimium prægravarentur.

XIV. Sed & de jumentis ipsis admodum sollicitos se præbuerunt Imperatores, ne nimium gravata fatiscerent tandem, & cursui inde publico damnum aliquod daretur. Duplici autem modo prægravari poterant animalia, primo, si vehicula enormia nimis essent; secundo, si iniquum aliquod pondus seu onus imponeretur. Prius illud ut evitaretur, jus sit Valentinianus Senior, in *l. 17. C. Th. b. t.* ut penitus enormium vehiculorû usus interciderat, & ut quisvis opificû, ultra præscriptam normam, vehiculum crediderit esse faciendum, non ambigat sibi, si liber sit, exilii pœnam; si servus, metalli perpetua supplicia esse subeunda. Eandem constitutionem repetiit post quadriennium idem Valentinianus, in *l. 30. eod.* Posteriori abusu ut modus poneretur, voluerunt Imperatores, ut nemo amplius redæ, quàm mille

mille pondo, angariæ, (per quam cursus clabularis fiebat,) quàm mille quingenta; veredo, quàm triginta auderet imponere, *l. 28. l. 30. C. Th. b.* ita ut quicquid supra mensuram præscriptam impositum esset, in commissum caderet; & fisco adscriberetur, *l. 17. eod.* Sic & in vehiculis species largitionales & publicas continentibus, non licebat pluribus, nisi binis aut ad summum ternis hominibus sedere, *l. 18. & 20. eod.* Et ut ipsa quoque animalia vires retinerent integras, prohibuit Constantinus M. in *l. 2. C. eod.* ne quisquam in agitando fuste utatur, sed aut virgâ, aut certè flagro, cujus in cuspide infixus esset brevis aculeus. Tàm solliciti scilicet in exiguis hisce rebus fuerunt summi Imperatores, ut non vererentur lege publicâ præscribere, etiam vilissimo mulioni, quatenus sese gerere is debeat. Sed & de sella, & avertâ, veredis quæ imponebantur, Theodosii legitur constitutio, in *l. 47. Cod. eod.* ne scilicet sella cum frenis sexaginta libras, averta ne triginta excedat.

XV. Præcipua verò Imperatorum cura fuit circa evectionum rationem, & modum definiendum, ne promiscuè omnibus, nevé liberaliter nimis darentur. Julianus certè valdè represit & coercuit ni-

miam istam licentiam: *Exceptis vobis*, scribit ad Mamertinum Præfectum Prætorio, in *l. 12. Cod. Th. b. t. nulli evectionem licebit facere de cætero. Sed ut necessitates publicæ impleantur, Vicariis denas & duodeenas evectiones, manu meâ perscriptas ipse permittam; præsidibus verò binas annuas faciat vestra sublimitas, quibus ad separatas provinciarum secretasq; partes necessariis ex causis Officiales suos dirigere possint, &c.* Cæteri verò Imperatores tam adstrictum esse noluerunt cursum publicum, sed aliquantum liberaliores extiterunt in dandis evectionibus; quas tamen certo moderamine instruere solebant. Continebant scil. evectiones certum numerum animalium, quem, qui excesserit, capitalem rem fecisse arguebatur, *l. 14. C. Th. b. t.* Addebatur tempus, quousq; cursu publico uti liceret, quo emenso copia ejus non concedebatur amplius, *l. 27. eod.* Sic & locus determinari solebat, ultra quem si usurpata fuissent animalia, quadruplum eorum precium fisco refundere oportuit, *l. 53. eod.* Et quanquam exiguo aliquo diverticulo exerrare licitum esset, visendis fortè charitatibus, atqve officiis exhibendis, excedere tamen ad quingentos usq; passus, vel ultra prorsus erat prohibitum, *l. 25. eod.*

XVI. De parhippo quoque extant constitutiones. Erant autem parhippi duplici in significato. Aliquando dicebatur, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebat, alterum tertiumve extra ordinem commoveret. Et hunc optimam ratione prohibuit Julianus, *l. 14. b.* Aliquando verò significabat equum, qui præter veredum avertæ ferendæ adhibebatur, & hic concedi nonnunquam solebat, non tamen nisi unus, *l. 27. eod.* ita ut ejus mentio fieret in evectione. Alii ab his erant paraveredi, agminales aliquando dicti, qui non in viis publicis, sed in militari seu transversali & obliqua viâ alebantur. Atque hos usurpare nemini erat licitum, præterquam præfecto prætorio, & huic quidem modicè atque temperatè in usum tantum proprium, *l. 3. C. Tb. b. t.* Conf. Casiodor. *lib. 5. var. c. 39.* Sed tamen etiam agentibus in rebus paraveredi illi concedi solebant, qui ad movendum militem mitti consueverant, *l. 7. eod.* Paraveredorum enim & parangariarum, quæ similiter extra viam regiam in viâ militari vehiculis & bobus expediebantur, evectio seu licentia non nisi pro publicâ necessitate dabatur. Quod & pertinet formula apud Marculphum, *11. lib. 1.*

XVII. Ne verò deficeret necessitatibus publicis aliquando destinatus cursus, Gratianus Imperator ultra quinque veredos, *in l. 35.* Theodosius M. ultra sex in *l. 40. eod.* ex eodem loco uno die moveri prohibuerunt poenam propositam tum id permittentibus, exautorationis scilicet degradationis vel relegationis annuæ, tum usurpantibus, quinque scilicet argenti librarum in singulos veredos supernumerarios. Nec permiserunt porro Principes alii, ut in alios usus, quam quibus destinata erant, applicarentur animalia, ut adeo veredos sive equos, qui gerendis hominibus destinati erant, aptare non liceret vehiculis, *l. 14. C. Tb. eod.* Quin & hoc prohibuerunt, ne vehiculis privatis animalia publica, publici cursus vehiculis destinata, adaptarentur, *l. 10. eod.*

XVIII. Suprà dixi, neminem, exceptis Præfectis prætorio, & Legatis ad Principem, usurpare potuisse cursum publicum sine evectione. Quæ evectio aliquando tractoria dicebatur, nonnunquam etiam diploma, & diversimodè concipi solebat. Si quidem in subscriptione aliquando Præfectus prætorio annonarum præbendarum modum consignabat, quandoque stativa addebat, quandoque necessaria, præfinito simul certo dierum numero. Sta-

tiva

tiva erant consistendi aut inter-
quiescendi loca & spacia. Necessa-
ria erant *in itinere*, victus, annona,
copiæ. Aliquando igitur stativa
tantum, & hæc non ultra biduum,
aliquando etiam necessaria conce-
debantur, & hæc non nisi quinque
dierum. Et sic opponuntur tractori-
æ cum stativis, & tractoriæ cum
necessariis. Valentinianus autem
Imperator, cum animadvertisset,
falso sæpè titulo impetrari tractori-
as annonarias, & quæstum haud
rarò ex eis facere impetrantes, con-
stituit, ut Præfectus prætorio non
separatà chartà tractoriam ejusmo-
di daret, sed ut ipsi evectionem eam
subscriberet, *l. 1. C. Th. de tractor.*

Quà ratione etiam Theodosius
commercia ipsarum evectionum,
& cursus publici interdixit, *l. 41. C. de
curf. publ.* Formulam ejusmodi tra-
ctoriæ exhibet Marculfus, *lib. 1.
c. 11.*

XXI. Evectionem talem in man-
sionibus & mutationibus ostendere
judicibus oportebat commeantes,
judicesq; neminem, nisi eà ostensâ,
transire patiebantur. Quò pertinet,
quod Julius Capitolinus in Pertina-
ce scribit: *Dein præfectus cohortis
in Syriam profectus T. Aurelio Impe-
ratore, à præside Syria, quod sine di-
plomatibus cursum usurpavit, pe-
dibus ab Antiochiâ ad Legationem.*

suam iter facere coactus est. Nempe
qui cursu publico ad mutationem
venerat, ille evectionem suam ju-
dici loci ostendebat. Judex, num
usurpatio cursus publici conformis
esset evectioni, perscrutabatur, & sic
diplomati illi suâ manu subnotabat,
mutatisq; animalibus commean-
tem dimittebat, *l. 22. C. Th. de curf.
publ.* Semel verò impetratâ cursus
publici licentiâ, sicubi destinatum
iter absolvissent, cum usurpare ite-
rum non licebat, nisi à Principe no-
minatim id concessum fuisset, *l. 44.
eod.* Et gravissimè puniendum dicit
Jctus, qui falso diplomate vias
commeavit, *l. 27. §. fin. ff. ad L. Cor-
nel. de fals.*

XX. Caterùm ut neq; comme-
antes, neq; qui eis in cursu publico
adjungebantur, hippocomi & mu-
lionis molestiâ aliquâ afficerentur,
& injuriam aliquam paterentur, aut
concussionibus illi operam darent,
jusfit Valentinianus Senior, ne mu-
liones aut carpentarii, aut Mulome-
dici mercedis nomine quicquam
exigerent à commeantibus, quan-
doquidem illi annonam & vestem
ex publico sufficientem conseque-
rentur, *l. 31. C. eod.* Similiter ab eo-
dem Imperatore, ne Procuratores
seu mancipes & præfecti pro rota-
rum triturâ, aut ministeriis aliis
quicquam exigerent, severè fuit

LIB. II. CAP. XVIII. De antiquo cursûs publici
 prohibitum, *l. 21. eod.* Et porrò, ut
 etiam Hippocomi suo defungi pos-
 sent ministerio, interdixit Theodo-
 sius M. Imperator, ne quis ex com-
 meantibus saga eorum aut penulas
 viatorias in usûs suos usurparet vel
 scinderet, neve adeò illi itineris
 cœliqve injuriis exponerentur, *l. 37.*
eod.

XXI. Ad hanc cursus publici ma-
 teriam retulit insignis Criticus
 Thomas Reinesius textum *in l. un.*
C. Tb. de Burgariis, unicâ tantùm
 in vocabulo hoc mutatâ literâ, ut
 scil. pro *Burgariis* legatur *Bulgariis*.
 Bulgarii scil. erant, qui bulgas, aver-
 tas, manticas, hippoperas seu sacci-
 peria itinerantium, in quibus ve-
 stes, aliaqve ad iter necessaria con-
 debantur, veredis seu avertariis &
 vehiculis deferebant, observabant-
 qve, ne plus justo onerarentur, sive
 equi sive vehicula à veredariis, è
 quorum sollicitatione & subtra-
 ctione cùm par detrimentum cur-
 sui publico inferretur, pari quoq;
 qui illos ausi erant vel sollicitare vel
 réceptare cum illis, qui in Mulioni-
 bus hoc attentaverint, pœnâ di-
 gnos *in d. l. un.* judicavit Honorius.
 Fuerunt ergò Bulgarii mulionum
 Collegæ, & ejusdem ferè conditio-
 nis. Illis autem, qui muliones sol-
 licitare aut subtrahere ausi fuissent,
 idem Honorius eodem anno & die

antiquo cursûs publici
 pœnam decem librarum argenti
 decrevit *in l. 58. C. Tb. de curs.*
publ.

XXII. Deniq; præterendum non
 est, etiam parochi vocabulum in
 usu aliquando fuisse, pro eo scil. qui
 in bijugum currum conscendit, &
 animalia regit. Rectiùs enim tum à
 παροχέω, quàm à παρίχη deducitur,
 uti notat Nonius Marcellus, ὄχη-
 ματα namq; quæ Græcis dicuntur,
 Latinis vehicula sunt, quibus perso-
 næ publicæ subindè utuntur. Et
 rectè adeò Suidas; παροχῶ, inquit,
 ὁ ἀναβαίνων εἰς τὸ ἄρμα τὸ δίϋϋ, qui
 conscendit in bijugum currum;
 præfectus nimirum & gubernator
 cursûs. Quò pertinere videtur,
 quod de Ventidio Basso refert A-
 gellius, *lib. 15. cap. 4.* eum, cùm ado-
 levisset, victum sibi ægrè quæsisse,
 & sordidè invenisse comparandis
 mulis & vehiculis, quæ Magistrati-
 bus, qui sortiti provincias forent,
 præbenda publicè conduxisse, atq;
 in illo quæstu notum esse cœpisse
 C. Cæsari, & cum eo profectum esse
 in Gallias.

XXIII. Hæc ita de veterum
 cursu publico annotasse sufficiat,
 quæ quidem abundè docent, quan-
 tâ cum curâ Imperatores eum in-
 stituendi & conservandi jus sibi
 vindicaverint. Nec poterat sanè
 illud

illud propter immensos sumptus ab aliquo privato suscipi, ut adeò inter jura Majestatis optimâ ratione referretur. Simul verò inde addiscitur, quanta inter cursum istum publicum & hodiernas nostras postas existat differentia, quas quidem ita dici volunt, quod positi quasi sint certi ejus rei ministri & collocati certis in locis, semperque in procinctu stent procedendi porrò, literasq; deferendi ad destinatum locum. Quamquam verò hic idem aliquando etiam cursus publici usq; fuerit, iisdem tamen legibus & maximè his, ut statò dierum & horarum tempore circumscriberetur, ille non erat obnoxius, sed usurpatio ejus concedebatur pro re natâ, & prout publica necessitas exigebat.

XXIV. Differentias alias, in primis à postis Hispanicis, enucleatè tradit Antonius Perez. *ad tit. C. de curs. publ. num. 18. seq.* Ait, hoc maximè discrimen esse, quòd veterum cursus publicus esset, & fieret sumptu publico, & ad utilitatem publicam, atq; non sine evectioe seu diplomate Principis aut Præfecti prætorio, nec omnibus ille cursus permitteretur, nisi iis, quibus Princeps, Præf. Prætorio, vel Magistr. officiorum concessisset; postæ verò hodiè privato sumptu conficiantur, &

privatis omnibus concedantur sine diplomate, nisi Princeps fortè, necessitate publicâ id exigente, aliquando prohibeat. Esse, inquit, & aliud discrimen, quòd veterum ille cursus sumptuosus nimirum fuerit, quippe vehicularis aliquando, aliquando tardigradus ab asinis & bobus ductus, postæ autem hodiernæ exactiores & celeriores sint, per brevissima intervalla equis dispositis, & in omnem horam paratis, quibus quocumq; lubet currere, & exiguò tempore magna spacia emetiri liceret.

XXV. De inventoribus harum postarum, & quâ occasione ille institutæ primùm fuerint, non est, ut prolixè disquiramus. Docuit communis necessitas, quanta inde Reip. emolumenta sperari liceat. Per hos enim cursores, quid ubiq; geratur, ad Principis venit notitiam, ut si qua forte rebellio metuenda inter longiùs disitos fuerit, tempestivè ea in principiis quasi suis suffocetur, nec quicquam magis ad solidandam tranquillitatem & quietem publicam facit, præterquam si Princeps subitò & quasi ex improviso præsentem se per mandata & rescripta sistat, rebusque omnibus justo tempore modum præscribat. Ut taceam jam, quanta commercii inde accedant emolu-

Eecccc

menta

menta, & quantæ pecuniarum, summæ brevissimo temporis spacio per exiguas schedulas transferri queant. Quæ res non publicam tantum, sed privatam etiam cujusque fortunam & utilitatem feliciter promovet; nec puto, quæquam tam suffenum & iniquum arbitratorum fore, qui postarum insigne commodum negare velit.

XXVI. In Gallis primum à Ludovico XI. Rege postas tales institutas fuisse memorat Philippus Cominaeus, *lib. 8. pr.* Rex, inquit, *nuper in Gallis instituerat cursores, qui per dispositos equos incredibili celeritate iter conficerent, rem planè novam & injustam in Gallis ante id tempus.* Hoc verò non placet Andreæ Quercetano, *in not. ad Biblioth. Cluniacens. pag. 46.* ubi refert, mentione mutatoriorum equorum in veteribus Franciæ Scriptoribus nihil frequentius existere, in eamque rem tum historiam Consulium Andegavensium, tum Marculi formulam, supra adductam, in testimonium vocat. At verò cursum publicum, qualis olim usitatus fuit, etiam in Franciâ frequentem fuisse, potentiores etiam equos mutare haud rarò solitos non ambigo; Id autem nequaquam facit, ut statuamus, nihil novi à Ludovico institu-

tum fuisse. Quantum enim discrimen inter cursum istum publicum & nostras hodiè postas fuerit, supra audivimus. Nec est proinde, ut erroris aut inscitæ arguamus Cominaeum, virum in suæ gentis moribus versatissimum. Quod si quis per dispositos & mutatos equos olim currisse legitur, nolim illicò postarum inde conficere institutum.

XXVII. Cur verò ad Principes hodiè & inter Majestatis jura potestas illa, quæ circa postas est, refertur, non alia videtur esse causa, nisi quòd Principis inter sit, in territorio suo eas benè dispositas esse, tum & nosse earum cursum, eisque modum ponere, ne in Reip. perniciem illæ cedant, neve cum hoste fortè conspiratio per eas fiat. Et quia Princeps ipse ei rei sufficiens esse vix potest, plerumq; ab eo constituitur specialis præfectus, cui in omnes vedarios imperiû competit, quive, Principe id ei permittente, omne commodum ex isto munere proveniens sibi acquirit; sed omnes vicissim sumptus sustinet, & salaria præbet cursoribus, aliisque ministris, & fasciculos literarum Principis, tum & Legatorum ejus ubiq; existentium, deferendos curat. Talem in Hispaniâ ex illustri stirpe ortum refert Antonius Perez. *d. l. n. 18.*

XXVIII. In Romano Imperio jus istud communiter inter reservata Imperatoris referri solet. Quod quidem de generalibus per Imperium postis intelligendum videtur. Quo nomine, cum Dux quidam Germaniæ publicos cursûs per Belgium & Italiã disponere satagisset, severè id ab Imperatore interdictũ refert Arnoldus Clapmarius, *de arcan. Imper. lib. 3. cap. 14.* Aliàs enim jus ordinandi ea, quæ ad postas spectant, cuique Domino in suo territorio competere, confidenter statuit Mevius, *part. 1. decis. 102. Et decis. 174.* etsi forte minùs ad palatum Ludovici ab Hornigk, qui videri eã de re poterit, *tr. de postarum jure cap. 19. theor. 1.*

Imperio Romano generalis ex beneficio Cæsareo per multos jam annos fuit, & adhuc est, penes familiã Comitum de Tassis, sive Taxis, Bru-xellis habitantium. Atq; illi cum suis sumptibus officium istud expediant, sub se habent inferiores magistròs postarum alios, qui ut omnia, ad cursum hunc pertinentia, rectè se habeant, studiosè dispi-ciunt. In quos tamen omnes, ut & in ipsum præfectum generalem Imperator summum tenet Imperium, eisq; omnibus leges præscribere, & ipsum totum postarum negocium ad certas regulas reducere potest. Quid porrò à subpræfectis illis, tum & cursoribus observari debeat, copiosè exponit Hornigk, *in d. tract.*

XXIX. Præfectura postarum in

CAPUT XIX.

De Jure mineralium.

SUMMARIA.

- Mineralia quid? Et quæ eorum principia? 1.
- Mineralium divisio. 2.
- Metalli vocabulum. 3.
- Fodina metallica in privato olim fuerunt dominio. 5.
- Ut & lapicidina, item salina. 6.
- Vestigal tamen ex iis solvere oportuit. 7.
- Minera quædam jam olim fuerunt publica. 7.
- Unde fodina deinceps alia privata, alia publica fuerunt. 8.
- Licebat in alieno venas metallicas scrutari. 9.

Eeeeeee 3

Qui

Qui in suo fodere incipit, utrum acquirat jus in totâ venâ, etiam quatenus protenditur sub fundo alieno? 10.

De canone metallario. 11.

Jus in metallis hodiernum. 12.

Principis hodiè sunt vena metallica, & quibus is ipse concesserit. 13. 14.

Ratio hujus juris. 15.

Idem dicendum de fodinis aris, ferri, salis, micri, aluminis, &c. 15.

Principis est leges præscribere in rebus metallicis. 17.

Arestum in curiâ impetratum an efficiat partes metallicas? 18. 19.

L

Mineralia sic dicuntur à mineris, hoc est, venis ac meatibus terræ, è quibus eruuntur. Vocantur etiam fossilia, quia è terris effodiuntur. Et sunt omnia illa, quæ è sulphure, Mercurio & sale composita, beneficio propriæ formæ in ejusmodi corpora naturalia transeunt. Habet enim quævis gemma, uti & quodvis metallum propriam suam & specificam formam, quâ ab aliis omnibus discernitur, quamq; à seminali, ut sic dicam sui generis principio nanciscitur. Uti verò univèrsa & singula in hoc terrarum orbe sua habent principia, ex quibus constant & componuntur; ita etiam mineralia ista sua habent principia, per facultatem plasticam ita conjuncta, ut in consistentiam certam & corpulentiam condensata repèriantur, certamq; & specificam accipiant formam. Principia ista dixi esse salem, sulphur, & Mercu-

rium. Salina namq; vis sine sulphurèa & Mercuriali consistere nequit, & proptereà sapientissima rerù natura utrumq; Salino corpori, utpote basi & sustentamento omnium, ita inclusit, ut ab invicem separari nullo modo possint.

II. Dividuntur mineralia à quibusdam in minora & majora. Minora dicunt esse ea, quæ sine argenti vivi additione producuntur, ut sunt lapides, salia, & corpora purè sulphurea. Majora eis sunt, quæ ex argento vivo constant, quorum alia malleum, uti aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, stannum, sustinent; alia non sustinent, uti antimonium, Magnesia, Marcafita, diversæ pyritum species, &c. Athanas. Kircher. *in mund. subterr. lib. 11. sect. 2. cap. 1.* Rectius alii dividunt in lapides, Gemmas, metalla in specie dicta, & mineralia media, sive

sive comprehendendo gemmas sub lapidibus, in lapides, metalla & media mineralia, quo nomine omnia reliqua, quæ mediam quandam inter lapides & metalla naturam habent, accipiunt, ut sunt terræ, sulphura, bitumina, & quædam ex his mixta, atque metallis proprio. Sennert. *epit. nat. scient. lib. 5. cap. 1.*

III. Qvin & metalli vocabulum tam latè quandoque accipitur, ut ejus nomine contineantur, quæcunque mineralia ex aurifodinis, argentifodinis, ærifodinis, lapidicinis, & quibusvis mineris aliis eruntur, adeò, ut & marmora, & alii lapides eo sæpè comprehendantur, *t. t. C. de metallar. l. 3. §. fin. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 8. §. 10. ff. de pæn.* Unde metalla dicunt esse alia ductilia, alia friabilia. Ductilia esse cum naturalia, ut aurum, argentum, plumbum, æs, ferrum, electrum, tum facticia, chalybem, stannum, aurichalcum; friabilia verò, tum terram metallarem, puta argillam, terram Lemniam, bolum Armenum, calcem; tum succos, in terrâ concretos, alumen, bitumen, calchantum, salpitrurn; tum metallica, ut auripigmentum, chrysocolam, stibium; tum colores, ut ochram, cinnabarim, &c. Joh. Goedæ. *ad l. 17. ff. de V. S. n. 10. 11.*

IV. Sed hæc omnia ad nos fortè non pertinent, quippè quæ physica magis sunt, & alterius inspectionis, quancquam non pigeat, Juris Consultos à Physicis in ejusmodi rebus informari, & quotidiè admiranda naturæ cum eis contemplari. *Doctrina hæc arca arcanorum est,* inquit Sperlingius, *Institut. phys. lib. 6. cap. 7. abdita & profundè demersa metalla sunt; abditæ magis & menti humane inaccessæ illorum natura. Hinc tot litigia de auro potabili, de lapide Phosphorum, de semine metallorum. Ut in conquirendis metallis nunquam avarorum satiatur appetitus, sed crescit: sic investigandis naturis metallicis nunquam sciendi explet desiderium mens veri cupida.* Hactenus Sperlingius. Qvin & inter Reges & Principes non desunt, qui nimio penè in rebus metallicis studio ita abducti fuerunt, ut publica negotia magno cum Reipublicæ damno negligenter, seq; totos unicæ metallurgiæ manciparent. Sed hæc omnia aliis tractanda relinquimus, & ea, quæ ad nostram spheram pertinent, breviter nunc videamus.

V. Fodinas, ex quibus metalla eruuntur, privati olim juris ac in privatorum dominio atque usu fuisse, discere licet ab Ulpiano, in *l. 7. §. 13. ff. sol. matr.* ubi cretifodinas, argentifodinas, vel auri, vel cujus alterius

materiae sint, vel arenæ, in fructu haberi, ipsas autem fodinas, in fundo mulieris dotali repertas, ejus esse non obscure prodit. Atque idcirco, quæ in fundis privatorum aperta sunt venæ metallicæ, in eorum dominio esse intelliguntur, non minus, atque aliæ res, quævis in eorum fundis nata, quia scilicet fundo ut partes coherent, ita ut qui est dominus fundi, etiam censeatur Dominus partium coherentium, *l. 44. ff. de R. V.* Et hæc communis est Doctorum sententia, quicquid sub fundo meo est in imis terræ cavernis ad ultimum usque centrum, id meum esse, perinde ut aërem supra fundum ad extremum usque cælum. Barth. Socin. *ad d. l. 7. §. 13. not. 2.*

VI. Consimiliter, lapidinas, argentifodinas, & salinas in privatorum dominio fuisse, apertissime docent textus, *in l. 3. §. fin. l. 4. & l. 5. ff. de reb. cor. qui sub tutel.* ubi agitur de alienatione talium minerarum, utrum à tutore fieri possit. Frustrà autem hoc quaeretur, si fodinæ istæ non essent in dominio pupilli, Eodem pertinet, quod de Usufructuarii jure & potestate disquirunt Ulpianus, *in l. 13. §. 5. ff. de usufr.* utrum liceat illi in fundo usufructuario mineras instituire. *Inde est quæsitum, inquit, an lapidinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas ipse insti-*

*tuere possit? Et ego puto, etiam ipsum instituere posse, si non agri partem necessariam huic rei occupaturus est. Proinde venas quod lapidinarum, & hujusmodi metallorum inquirere poterit. Ergo & auri, & argenti, & sulphuris, & aris, & ferri, & cæterorum fodinas, vel quas paterfamilias instituit, exercere poterit, vel ipse instituere, si nihil agricultura nocebit. Et, si forte in hoc, quod instituit, plus reditus sit, quam in vineis, vel arbutis, vel olivetis, quæ fuerunt, forsitan etiam hac de jure poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem. Dum ait, permissum esse usufructuario meliorare proprietatem fundi, & ex hoc concludit, posse eum vineas, arbuta & oliveta commutare in fodinas, optime inde inferitur, pertinere ejusmodi fodinas ad dominum proprietarium. Idque etiam probat textus, *in l. 9. §. 3. ff. eod.* ubi ad legatum usufructus pertinere lapidinas, ait Ulpianus, etiam eas, quæ post legatum usufructum sunt inventæ, cum agri legati pars sint.*

VII. Fortè tamen jam eo tempore certum aliquod vectigal ex fodinis istis metallicis & lapidicinis Imperatori dare oportuit. Ita enim accipio dictum Marciani, qui Ulpiano *ὀρυχῶν* fuit, *in l. fin. §. 11. de public.* & vectig. nullà poenâ domi-

nur

XIX. De

tucra possit? Et ego

insistere posse, si

necessariam hanc

Proinde vena

& hujusmodi

poterit. Ergo

fulpburis, & ur

rum fodinas, ut

insistit, exerce

scire, si n

Et, si forte in

reditus sit, qu

stis, vel d

tan etiam

dem eper

tatem. De

fructuar

fundi, d

eum vine

mutare in

ferur, per

ad domina

tiam probat

bi ad leg

lupicidias, ut

s, quæ post

am sunt in

rs sint

VII. Fortè

erum aliq

illis metalli

tori dare op

no dictum

Marci

72000 fuit, ut

& v

num teneri, cuius ignorantis in prædio servus ferrum illicitè fecerit. Utiqve enim pertinet resciptum istud Antonini, ad quod provocat Martianus, ad poenam commissi, quæ decernebatur in illos, qui fiscum & vectigalia defraudaverant. Ex quo patet, jam eà ætate certum aliquod vectigal pendi oportuisse ærario publico. Idq; probatur etiam ex eo, quòd in *l. 3. ff. eod. publicanorum loco habeantur*, qui salinas & cretifodinas, & metalla habent, propter pensionem scilicet & tributum, aut vectigal, quod fisco debetur. Sed & mineras quasdam jamdiu publicas fuisse, colligitur ex eo, quod à Censuribus istas tales locatas fuisse dicit Alfenus Varus, *l. 15. ff. de publican.* (ubi pro vocabulo *Cæsar*, *Censor*, legendum esse, rectè monet Gulielmus Fornerius, *lib. 1. select. cap. 25.*) Idq; perspicuè magis testatur Polybius, *lib. 6. histor.* Locabantur à Censuribus partim sartate & operum publicorum per Italiam, quæ difficile sit enumerare, partim vectigalia fluminum, portuum, horutorum, fodinarum, agrorum, deniq; omnia, quæ ditione Romanâ consistuntur. Et sic etiam ait Plinius, *lib. 33. cap. 4.* Extat Lex Censoria Jctimulorum aurifodina, quâ in Vercellensi agro cavebatur, ne plus

quing. M. hominum in opere publicani haberent.

VIII. Erant igitur fodinæ ejusmodi vel privatæ, vel publicæ, quiq; metalla eruebant, metallarii & metallici, in specie verò, qui auri mineras sectabantur, aurileguli dicebantur. Et illi quidem in duplici erant differentiâ. Aliqui enim cum prole suâ conditioni illi mancipati & fodinis illis atqve solo genitili addicti erant; alii verò propter crimen aliquod commissum in metallum sive opus metalli damnati erant. Inter hæc duo enim nulla erat differentia, quod operas conernebat, sive in metallum quis damnatus erat, sive in opus metalli. Sola differentia erat in vinculis, quibus gravioribus in metallum, levioribus in opus metalli damnati premebantur. Unde & refugæ ex opere metalli in metallum dabantur, *l. 8. §. 6. & 7. ff. de poen. l. 5. §. f. ff. de extraord. cognit.* Præter hos verò videtur privatis quibusvis licentia concessa, ut metallum effodere possent, datum tamen fisco canonem metallicum solverent, eidemqve, quod reliquum erat, justo pretio redimendum offerrent, quippè cui in hoc negotio jus æquum & æquus competeat, *l. 1. C. de metallar. lib. XI.* Privatis nempe hæc potestas effodiendi

endi aurum ideò dabatur, ut labore proprio & sibi & Reipublicæ commoda quisque compararet, uti dicitur in *d. l. 1.*

IX. His verò ultimis, qui operam istam sponte in se suscipiebant, potestas erat non in locis tantum defertis venas metallicas scrutari, sed etiam in alienis, quæ privatorum jam erant, ita tamen, ut præter decimam fisco solvendam, decimam insuper aliam Domino loci exhibere tenerentur, *l. 3. C. de metallar.* quæ constitutio, etsi de marmorum effossoribus loquatur, eadem tamen ratione etiam de aurilegulis, & aliorum metallorum quæstitoribus, interpretanda venit, uti communis est Doctorum opinio, saltem ad hoc, ut ex quibusvis fodinis, pro metallis acquisitis, fisco aliquid daretur. Nec ergò prohibere poterat Dominus fundi, quò minus marmora & metalla excinderentur ab alio, nisi ipse in suo quærere ea mallet. Et sic igitur rectè statuitur, metalla in aliquo fundo inventa, præter duas istas decimas, de quibus dixi, acquiri inventori. Ratio est ex publicâ utilitate petenda, quia scilicet interest Reipublicæ, ut metalla & marmora, sub terrâ abscondita, eruantur, & in publicam lucem protrahantur. Quod si tamen eruenda quærerentur marmora, sub ædifi-

ciis alienis latentia, ea perquiri vituit Theodosius *M. l. 6. C. de metallar.* ne defossis in altum cuniculis alienarum ædium fundamenta labefactarentur, vel domini ingenti precio redimere ædes suas cogerentur. Vid. Anton. Perez. *ad tit. C. de metallar. num. 19.*

X. Quæsitum verò est aliquando: Utrum, qui incipit fodere in suo, & per cuniculos in alienum progressus venam metalli invenit, acquisivisse censendus sit jus in totâ venâ, etiam, quatenus protenditur sub fundo alieno? Agit eâ de re Johannes Guidius, *Juris Consultus Volaterranus, tr. de mineralib. lib. 2. tit. 4. num. 70.* & affirmat. Ejusque quæstionis decisio quodammodo fuit ex antecedentibus. Si enim in alieno venas metallicas quærere licet, quid nî licebit, venam in suo apertam, & in vicini fundum continuatam, perscrutari? Neque vel isti vel illi assertioni obstat, quod supra dixi, dominium fundi ad imum usque centrum continuari, adeoque etiam venas, sub fundo latentes, ad dominum fundi pertinere. Pertinent enim utique, quoad nemo alius eas occupaverit. Sed propter salutem publicam lege concessum est, ut dum negligens fuerit dominus fundi in eruendis metallis, alius admitratur, qui in effodiendis illis operam profici-

*XIX. De
 cius alienis latentia, sup
 tuit Theodosius M.
 lar. ne defosus in
 alienarum ædium
 befactarentur, vel
 precio redimere
 tur. Vid. Anton. Per
 metallar. num. 11.
 X. Quæritur
 Utrum, qui in
 per cuculos in
 sus venam met
 visse censend
 etiam, quæ
 fundo alien
 nes Guid
 terranus
 num. 7
 nis de
 anteceden
 venas met
 ni licebit
 in vicini
 Crutani? No
 ium fundi
 continuari,
 b fundo
 ndi per
 e, quoad
 it. Sed
 lege
 ligens
 ndis met
 1 effodiendis*

fuërit. Conf. Anton. Perez. *ad tit. C. de metallar. num. 24.* Schneidervvein, *epit. feud. part. 2. n. 107.*

XI. Dixi, decimam solvi oportuisse fisco. Id verò de metallis saxorum & marmorum accipiendum esse, docet *l. 1. C. de metallar.* Ex auri enim fodinis non pars quòta, uti dicitur, sed quanta debebatur, h. e. solvere oportebat certam quantitatem, lege definitam, quæ quantitas dicebatur canon metallarius, sive metallicus. Constitutum autem erat à Valentiniano Seniore, ut annuatim pro singulis aurilegulis, ab his, qui eorum operà uterentur, octoni scripuli, *l. 1. C. de metallar.* à Theodosio verò, ut septeni scripuli solverentur, *l. 5. C. cod.* nullà omninò, aut non ita magnà differentià, quandoquidem auri libra, quæ Valentiniani primis annis 84. solidorum fuit, 72. deinceps solidorum effecta est. Erat autem scripulus sub Constantino M. vigesima octava pars uncix, quæ deinceps itidem vigesima quarta pars facta est. Vid. Jacob. Gothofred. *ad l. 1. Cod. Theod. de ponderator.* Lucas Pætus, *de mensur. & ponder. lib. 5.* Et hi scripuli quidem in ballucà solvi debebant, h. e. in minutis ramentis auri nondum excoctis, sive arenà aurarià. Proportio verò hujus ballucæ ad aurum coctum, seu obryzum, hæc

erat, quòd quatuordecim uncix ballucæ in singulas auri libras computarentur, cum aliàs auri cocti duodecim tantum uncix essent. Et sic pro intertrimento & spurcitià duæ uncix ballucæ ultra duodecim solvebantur in singulas libras.

XII. Et hæc quidem ita obtinuerunt olim, in quibus tamen per constitutiones Imperatorias sæpè variatum fuit, uti ex tit. Cod. Theod. *de metallar.* patet. Ad mores hodiernos si recurrendum nobis fuerit, illos itidem non uniusmodi invenimus. Id certum est, Principes jam diu sibi in metallifodinis jus aliquod vindicasse, sive tributifaltatem ratione, sive etiam quoad proprietatem, ut maximè illæ in fundo privati apertæ fuerint. De Tiberio refert Svetonius, *c. 49.* plurimis civitatibus & privatis veteres immunitates, & jus metallorum ac vectigalium adempta per eum fuisse. Et sic etiam à posterioribus usurpatum fuit Imperatoribus, ita, ut inter regalia tandem referrentur ejusmodi fodinæ, *2. F. 56.* Neque ulli privato juris aliquid in eis competeret, nisi ex concessione & indulgentià Principis. In Goldasti *rom. 3. Constit. Imper. p. 362.* extat Henrici VI. Imperatoris constitutio, quæ Principum id jus optimè declarat, his verbis: *Cum omnis argentifodina ad ju*

FFFFF

ea pertineat Imperii & inter regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quoniam in ea, quae nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributio. Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc à nostrà liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis sub obtentu gratiae nostrae praecipientes, ut nullus vestrum de se predictam argentifodinam intromittat, nec aliquid juris sine nostrà licentiâ sibi in ea usurpet. Quod si quis temerario ausu fortè attentaverit, indignationem nostram se noverit incursum, &c. Idem Henricus deinceps tertiam tantum partem istius argentifodinæ sibi retinuit, reliquas duas Episcopo Mindensi concessit. Secuta est postmodum Aurea Bulla, quae Regale hoc universis Germaniae Principibus confirmat, tit. 9.

XIII. Atque hinc concludunt Doctores, Principis esse qualiumcumque metallorum fodinas, etsi in fundo feudali repertae fuerint, & vasallus in omnibus feudi emolumentis investitus sit. Neque facio hic cum illis, qui statuunt, non nisi decimam deberi Principi, & in hac decimae perceptione consistere hoc regale. Qui quidem hoc agunt, ut ex jure, quod aliquando obtinuit, &

in corpore juris consignatum est, omnem Principis potestatem metiuntur, neque latum unguem ab illo recedere eum volunt. Cum tamen experiri quotidiè liceat, in regalibus constituendis atque determinandis nunquam adeò adstrictam fuisse potestatem Principis, ut non augere eadem, ampliare, aut pro lubitu remittere queat. Quo jure quâve injuriâ id aliquando fiat, disquirere nunc nihil attinet, quantum, quod metallifodinas attinet, Principes jure suo sibi vindicare videantur, uti mox dicam. Quandoquidem igitur metallorum jura à privatorum rationibus longo intervallo discreta hodiè sint, sic ut privatis non nisi concessione superioris Principis aut Domini fodinas habere liceat, cur ex jure illo, quod apud Romanos aliquando obtinuit, perpetuum aliquid statuere debeamus, nulla ratio apparet, siquidem plerumque aliae constitutiones, ad jus publicum pertinentes, pro varietate rerum & negotiorum variare & ipsae soleant apud plerasque omnes gentes & nationes. Vid. P. Heig. par. 1. q. 13. n. 28. seqq.

XIV. Sanè à pristino illo jure communi fodinas perscrutandi, & in cujusvis fundo aperiendi, & Imperatorum constitutionibus & generali Regnorum omnium confve-

tudis
cessi
suo
tant
desi
fin
Le
te
fo
reg
tori,
quâ
nem
alte
Pric
rico
de me
colligi
venis
rea
m
Nig
fuerit
futura
nes, i
te, aut
vitas
XV.
genital
Seck, c
rum, c
vaz
vaz
dat
reg

tudine recessum est, cum sine concessione Principis ne quidem in suo fundo fodinas scrutari liceat; tantum abest, ut in alieno, aut etiam deserto loco id concessum putemus sine speciali Principis permissione. Legibus Hispaniæ, etiam in privato loco inventæ auri argentivæ fodinæ Regi acquiruntur, tanquam regni bona, datâ aliquâ parte inventori, & domino fundi portione aliquâ assignatâ. Eandem esse rationem ajunt ferri, æris & cujuslibet alterius metalli fodinarum, quas Principis esse, & inter regalia haberi contendunt. Anton. Perez, *Cod. de metallar. num. 16.* Ex quo rectè colligit idem, non numerandas esse venas inter bona, quæ Domino carent, quippe quod, ubicunque inventæ fuerint, fisco regio cedant. Nisi igitur relaxatum & remissum fuerit jus ita ubique ferè receptum, frustra recurremus ad constitutiones, in jure Justiniano contentas, aut consuetudines hinc aut illic usitatas.

XV. Quamquam verò, si ex jure gentium res æstimari & judicari debeat, dominium fodinarum sit eorum, quorum sunt fundi, in quibus venæ istæ metallicæ existunt, cum utique sint partes eorum, uti supra dixi; nihil tamen frequentius est in regimine publico, quam ut Prin-

ceps id, quod juris gentium est, limitet, restringat, & circumscribat; aut prorsus etiam prohibeat, ita ut ad jus illud non amplius pertinere videatur. Sanè dum ad publica onera sustinenda multis & maximis impensis opus est Principi, facilius permittitur ei, ut ex bonis subditorum accipiat id, quod nondum apparet, quid, quale, quantumve sit, quam ut certam ex bonis eorum portionem tributi nomine exigat, id quod tamen ei optimo jure licet. Accedit, quod & in eruendis metallis sumptus haud exigui faciendi sunt, quibus aliquando, & ut plurimum quidem, vix sufficiunt privati, in quorum fundis venæ inventæ sunt; tum utique, quia interest Reipublicæ, ut metallicarum operarum exercitium promoveatur, tota ea cura in Principem redundabit, qui proinde sibi totum id jus vendicat, parte tantum aliquâ, subditis suis quandoque concessâ, prout sibi & Reipublicæ utile visum fuerit. Ut jam taceam, etiam sic interesse Reipublicæ, ut in officinas monetarias deferatur aurum & argentum probe excoctum; Sed officinas istas ad Principis regimen spectare, supra deduximus. Nec omnino grave id videri poterit subdito, à Principe obtineri hoc, cujus ipse minimam perferit jacturam,

FFFFF

quan-

quandoquidem, quod in abscondito ita est metallum; nullam ex se promittere poterit lucri spem certam, & fieri potest, ut in exigua aliquâ quantitate tota metalli vena absolvatur; adeoque vix est, ut in bonis nostris computari queant venæ metallicæ, propter incertam scilicet istam proventuum spem, quam facere solent.

XVI. Quæ dixi hætenus de auri & argenti fodinis, eadem applicanda sunt etiam ad fodinas æris, ferri, salis, nitri, aluminis, & alias, nempe integrum esse ei, qui in rebus tenet in Republicâ, utrum sibi eas proprias, an verò communes esse velit cum subditis suis, quo ultimo casu tamen plerumque certam tributi aut reddituum partem reservare solet. Hæc ratione referunt, ex Salinis Austriacis Archiduces octingenta millia florenorum Rhenanorum in annuis redditibus habere, unâ computatis expensis, quæ ad 110000 florenorum millia excurrunt, Athanas. Kircher. in mund. subterr. lib. 10. sect. 4. cap. 11. Et sic verò ex generali ferè consuetudine statuentum est, inter privatos nemini fodere, & scrutari licere mineralia, etiam in proprio fundo, nisi specialiter id à Principe impetraverit. Vid. Carpzov. part. 2. constit. 53. definit. 1.

2. 3. Ea; assertio fundamentum habet in jure Saxonico communi, ubi lib. 1. art. 35. dicitur: *Alle Erbsche / unter der Erden begraben / tieff denn ein Pflug gehet / gehören zu der Königlichen Gewalt / quem textum Optimus Saxonici Juris Interpret Serenissimus Elector de metallicæ fodinis acceptum voluit, part. 2. constit. 53. haudquaquam de thesauris, uti olim putaverunt nonnulli.*

XVII. Quamquam verò privatis fodinæ ejusmodi metallicæ concedi aliquando soleant, summam tamen in eas imperium Principi sempermanet, ita ut præscribere queat modum & rationem, secundum quam usus earum exerceri debeat, additâ poenâ privationis, si quid commissum fuerit legibus istis adversum. Celebris eam in rem est Ordinatio specialis Saxonica, cui tuendæ ab Electoribus singulare constitutum fuit Collegium, idque ita privilegiis munitum, ut reliquis Collegiis in Electoratu omnibus interdicitum sit, ne quid in rebus metallicis decernerent, aut judicarent. Constitutiones cum mandato prohibitorio habentur in Corpore Juris Saxonici.

XVIII. Sed & circa ipsum processum, sicubi de rebus istis controversia exorta decidenda est, singulæ

ria quædam instituta fuerunt. Memini, disceptatum fuisse in judicio appellationis, quatenus admittendum esset arrestum, in Curia Electorali impetratum, utrum illud afficeret partes metallicas? Petierant nempe d. 2. Januar. 1656. Johannis Schwendendörfferi heredes, ut sibi liceret, fodinas metallicas Lebzelterianas arresti nexu obligare: Sie wolten / ihrer Forderung halber / zu Th. Lebzelters ganzen Verlassenschaft / und sonderlich zu dem jenigen Rechte / so Lebzelter an denen 38¹/₂ Ruten auf der hohen Bürcen über 9. 10. 11. 12. Maß zu Freyberg / so auf Herrn D. N. H. gewehrt gewesen / gehabt / und denen davon fallenden Ausbeuten / hiermit Arrest und Cummmer gesucht haben. Et post ventilatam debiti causam pronunciatum fuerat Termino Trinitat. 1658. So haben Klägere hierdurch zu Thomæ Lebzelters in unsern Landen befindlichen ganzen Verlassenschaft / und sonderlich an den Freybergischen Bergwerken / und davon gefälligen Ausbeute / ein dingliches Recht erhalten / etc. Quæ sententia vires rei judicata acquiliverat.

XIX. Cum verò deinceps flagrans et concursu quæstio moveretur, u-

trum arrestum id, ita in Curia impetratum, legibus & consuetudini harum terrarum conforme esset? pronunciatum fuit Term. Trinit. 1665. Kläger solten ihren Arrest / daß solcher zu den Freybergischen Berg- Theilen richtig angelegt / und erhalten / justificiren / und beybringen. Id verò cum probare suscepissent Arrestantes, hæc insecuta fuit sententia Term. Martini. 1665. Und haben die Schwendendörfferischen Erben / daß Ihr Arrest in dem Berg-Amt angelegt / oder doch demselben gebühlich intimirt / noch zur Zeit nicht bewiesen / noch beygebracht. Ex alterutro igitur horum salvari potuisset Arrestum, vel, si petitum id fuisset in Collegio ad Metallicas partes destinato, vel, si quod petitum fuerat in Curia, Collegio illi saltem significatum fuisset. Horum neutrum cum probari poterit, pronunciatum tandem, Term. Martini 1669. Daß die Schwendendörfferischen Erben dasjenige / was Ihnen zu bescheinigen obgelegen / und sie sich angemacht / wie recht / nicht beygebracht. Derwegen der angegebene Arrest / so viel die Ausbeuten des Freybergischen Bergwerks anlangt / vor null und nichtig zu achten.

CAPUT XX.

De

Jure Thefaurorum.

SUMMARIA.

*Theſaurus quid? 1.**Duo ejus requiſita. 2. 3. 4.**Quo loco inveniatur theſaurus, nihil intereſt. 5.**Si quocunq; modo conſtet de perſonâ deponentis, non poteſt dici theſaurus. 6.**Qui poſſidet fundum an etiam poſſideat theſaurum illic reconditum? 7.**Theſaurus an ſit inventoris? 8. 9. 10.**An facultas fodendi à Principe impetrari debeat? 11.**Theſaurus per magicas artes inventus non cedit inventori. 12.**De virgulâ Mercuriali quid ſentiendum? 13.**In fundo alieno an liceat ſuo nomine ex permiſſione Domini theſaurum querere? 14.**Ad acquisitionem theſauri nihil omninò refert, quanto tempore quis Dominus fundi fuerit. 15.**Theſaurus in alieno inventus cui cedat? 16.**Inventor ſi minorem quantitatem profeſſus fuerit, quid juri? 17.**Leo Imperator Juſtiniani legem reſtituit. 18.**Utrum Theſaurus ſiſco rectè vindicetur? 19.**Quid obtinuerit alibi? 20.*

I.

Theſaurum definit Jctus Paulus in l. 21. §. 1. ff. de A. R. D. quod ſit vetus quædam depositio pecuniæ, cujuſ non extat memoria, ut jam Dominium non habeat. Leo Imperator condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia dixit, in l. un. C. Theſaur. quibus verbis optime interpretatur, quid ſit de-

positio pecuniæ apud Paulum. De ponere enim hic idem eſt, quod condere, ſeponere, celare occultare. Per pecuniam autem mobilia intelliguntur ſed pretioſa, ſive ut in l. 2. C. Theodof. b. t. legitur, *monilia*, quæ *κειμήλια* aliàs dicuntur, ſunt omnis generis ornamenta, torques, armillæ. Et ſic theſaurus non

non ex pecuniâ tantum, sed & ex monilibus, quæ ad mundum pertinent, constare potest.

II. Duo verò ex descriptionibus adductis requiruntur ad thesaurum, quorum alterum si defecerit, propriè talis dici nequit, uti bene observat Udalricus Zasius, ad l. 3. §. Neratius ff. de acq. & am. poss. Primum est vetustas temporis, cujus non extat memoria, quando pecunia ista sit reposita vel recondita. Secundum, ut nesciatur Dominus, qui thesaurum hunc reposerit. Istis duobus concurrentibus propriè & verè dicitur thesaurus; alterutrum si deficiat, nõ nisi impropiè ita dici potest. Vetustas autem temporis ab annorum certo numero definiri non potest, & hinc rectè Paulus dixit, istud tale esse debere, cujus non extat memoria. Quod idcirco à tempore definiri nequit. Cardinal Seraphin. Olivar. decis. 454. n. 4. neque immemorabile dici potest, si constet de initio. Joh. Car. Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 37. n. 13. Quocirca, si ex inscriptione pecuniæ signatæ & depositæ constet, pecuniam ipsam intra decem aut viginti annos cusam & confectam fuisse, noluerunt Domini Scabini Lipsienses eam pecuniam habere pro thesauro, uti legitur apud Carpozovium p. 2. const. 53. def. 10. Et hoc casu ob-

servari debere id tradit Berlichius, lib. 2. conclus. 66. num. 25. seq. quod de inventoribus alienæ rei in jure constitutum est. Add. Anton. Matth. de criminib. tit. de furtis. n. 10.

III. Quod autem immemorabile tempus requiratur, id ideò fit, quia de acquisitione dominii quæstio subest, & inventio thesauri inter modos acquirendi dominii refertur. Cursus enim temporis immemoralis operatur, ut id quod præsumi poterat vitiosum, ita convalidetur, ut de latenti vitio amplius quærendum non sit. Francisc. Nigger. Cyriac. contror. 5. n. 127. Et hoc tempus facit, ut thesaurus inventus intelligatur esse nullius, cum aliàs, si strictâ ratione agatur, dici nequeat, thesaurum istum dominum habere desiisse. G. Franzk. exercitat. 4. q. 10. n. 6. Deponēs enim per ipsam depositionem dominium rei depositæ aut reconditæ non amisit, sed retinuit illud, & ad heredos suos etiam remotissimos transmisit, ut adeò necesse sit, ut accedat temporis longissimus decursus, cujus terminus à quo prorsus ignoratur, ad purgandum, si quod inventori imputari posset vitium.

IV. Alterum requisitum est, ut dominus pecuniæ depositæ ignoretur. Etsi enim, uti dixi, semper aliquis sit Theſauri dominus, vel is

qui condidit, quippe qui ideò dominium thesauri non amittit, quia condidit, etiamsi locum thesauri amplius memorià non teneat, cum nec possessioni quidem damnum adterat infirmitas memoriæ, *l. 44. pr. ff. de acq. vel am. poss. vel heredes ejus* quamvis per longam successionem primo domino succedentes: quia heredes, quamvis ignorent res hereditarias, nihilominus in dominium earum rerum succedunt, *l. 23. ff. eod.* tamen propter ignorantiam nostram desinit thesaurus dominum habere, quia dominus ignoratur, si ignoretur, quando & à quo sit conditus. Quà de causâ & tùm thesaurus nullius haberi incipit, placetq; alterius alicujus dominio attribui. Hugo Donell. *comment. lib. 4. c. 14.* Nec video, quid in hâc Donelli sententiâ carpere aut reprehendere possit Franciscus de Amaya, *ad l. un. C. de thesaur. n. 9.* Atque inde decidi potest quæstio, quam ex Raphaëlis Cumani scriptis refert Jason ad *l. 3. §. Neratius de A. vel A. P.* his verbis: *Quidam Genuensis mercator veniens ex Hispaniâ detulit secum in navi certam quantitatem cera, & in unâ pillâ cera erant reconditi quatuor mille ducati. Iste Mercator decessit, ejus filius vendidit talem ceram uni Mercatori, cum ignoraret pecuniam in eâ reconditam. Iste secundus Mer-*

cator tenuit eam spacio trium annorum, & ultra, deinde eam vendidit cuidam aromatario, qui pecuniam in cerâ invenit. Quærebatur cujus esse debeat talis pecunia? Nempe pro thesauro haberi non poterat pecunia illa recondita. Et rectè eam adjudicavit Jason filio primi illius Mercatoris, qui eam cerâ inseruerat, ex aliis tamen principiis, quæ ibi videri possunt.

V. Potuisset verò pecunia ista pro thesauro haberi, si tanto tempore in cerâ recondita fuisset, cujus nulla esset memoriâ, sique ignoratum fuisset, quis eam in ceram reposituisset. Nihil enim refert, quo in loco thesaurus conditus fuerit, sive sub terrâ, sive in muro, sive in foramine parietis, aut in arbore, cerâ, pice, &c. Pecuniam enim etiam pici aliquando insertam & reconditam fuisse, in supremo Appellationis iudicio mihi observatum fuit. In sepulchris etiam thesauros repertos fuisse Historicis credimus; si tamen constet, cujus tale sit sepulchrum, & probabile sit, defunctum istum bene nummatum fuisse, vix erit, ut pecunia ita reperta pro thesauro haberi queat. Hyrcanum aperto monumento Davidis Regis tria milia talentorum inde abstulisse refert Josephus, *lib. 13. antiq. Jud. cap. 16. & lib. 1. de bell. Jud. s. 2.* At pecuniam istam

istum pro thesauro nolim habuisse. Apud Romanos verò, ut hoc obiter addam, mandatis Principum, cautum fuit, ne quis ita pecuniam sepeliret, *l. 4. §. 6. ff. ad L. Jul. peculat.* Qvò & pertinet mandatum Theodorici Italix Regis apud Cassiodorum, *lib. 4. epist. 34.*

VI. Ex dictis conficitur, si quocunque modo constat de personâ deponentis, sive ex schedulâ fortè & scripturâ adjectâ, sive ex re aliâ mobili simul depositâ, totum id quod inventum, non obstante centum aut plurium annorum lapsu, heredibus deponentis restitui debere. Ratio est; quia scripturâ conservavit memoriam & temporis & deponentis, qui, ut dixi, cum pecuniam deponeret, animum non habuit perdendi rem suâ, sed potius conservare eam voluit sibi aut heredibus suis, Franc. Connan. *lib. 3. comm. cap. 4. num. 3.* Quamquam enim diversi sint fines eorum, qui pecuniam condunt sub terrâ, nemo tamen eorum hoc animo est, ut velit ipse eam neglectam, & pro derelicto habere. Alii namque, lucri causâ, vel metûs, vel custodiæ condunt sub terrâ. *l. 31. §. ff. de A. R. D.* Quomodo autem lucri? Dionysius Gothofredus opinatur, id fieri tum, quâdo avari pecunias suas ita deponunt interim, dum expectant nummi valorem augeri. Cæterum bona

fuit intentio, quam habuit apud Menandrum prodigi adolescentis Pater, dum pecuniâ in sepulchrum clam illatâ cavet, ut post annum decimû filius sibi inferret epulas, eo sine, ut pecuniam cum epistolâ inde referret, quod putaret, intra decennium istud filium restrictiorem futurum & sobriè magis vitâ acturum.

VII. His ita sufficienter explicatis propius nunc accedimus ad ea, quæ de inventione & acquisitione thesauri in jure nostro constituta habentur, quæve de Principis hic potestate observatu digna videbuntur. Ante constitutiones Principum diversæ circa acquisitionem fuerunt. Jctorû sectæ, sed quæ tamen in eo ferè conveniebant, quod privatis thesauros acquiri posse non negarent; de modo tantum acqvirendi possessionem erat controversia, atque ea quidem valde subtilis, quam exponit Paulus Jctus *in l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. P.* Quæstio est, si quis possideat fundum, in quo thesaurus reconditus est, an intelligatur etiam thesaurum possidere? Neratii & Proculi sententia fuit, solo animo possidendi acquiri possessionem thesauri ab eo, qui fundum possidet, in quo thesaurus reconditus est, ita ut necesse non sit, corporaliter apprehendi thesaurum, sed solus sufficiat animus. Quam Proculianorum sententiam obicure

Ggggggg

rè &

rè & parum coherentibus verbis proponit Paulus, uti benè observat Franciscus Duarenus *ad b. l.* Et hi quidem scientiam à Damino loci requirunt, ut sciat scilicet thesaurum in fundo possesso non tantum possideri, sed etiam cum fundo possesso usucapi, etiamsi qui fundum possidet nesciat, thesaurum in fundo eo esse. Sed eam sententiam grâvi animadversione rejicit Paulus. Is verò tandè comprobât sententiam Sabini, qui putavit, thesaurum tùm demum à possessore fundi possideri, si loco motus fuerit, qui est proprius & naturalis adprehendendæ possessionem modus.

VIII. Et hæc quidem de acquirendâ thesauri possessione, ex quibus haud frustra colligere licet, disputasse Jctos ex hypothesi istâ, thesaurum fieri inventoris vel totum vel quoad partem saltem. Si modò de vero thesauro, uti supra descripsimus, accipi textus ille debeat, quod post Duarenum negat Arnoldus Vinnius, *ad §. 39. Inst. R. D. in r.* At hæc ipsa etiam hypothesis multis mutationibus obnoxia semper fuit. Enim verò Neronis ætate thesaurus à privato inventus Imperatori cedebat, uti prodit exemplum, quod de Cestellio Basso, vanam spem thesauri à se reperti Neroni faciente,

refert Cornelius Tacitus, *pr. lib. 16. annal.* Quàm variè sese post Neronis tempora jus istud habuerit, optimè & eruditè ex veterum scriptis explicat Jacobus Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. de thesaur.* Et quidem ut eorum tantum, quorum in jure nostro mentio sit, constitutiones ne prætereamus, quid Hadrianus eâ de re senserit, perspicuè refert Justinianus, *in §. 39. Inst. de R. D. quid Divi Fratres, Callistratus in l. 3. §. fin. ff. de jur. fisci quid Constantinus & post eum Theodosius, id produunt eorum constitutiones, l. 2. §. 3. C. Theod. de thesaur.* quid Leo Imperator, videri potest ex *l. un. C. de thes.* quid Justinianus, patet ex *d. §. Inst. §. d. l. un.* quid denique Leo Philosophus, ex novellâ ejus 51. disci potest. Et ut de dissentientibus aliorum Imperatorum sententiis magis certis simus, juvat eas in compendio quasi audire à Cujacio ex *l. 9. obs. 37.* cujus hæc sunt verba: *Zonaras Nervam invendum thesaurum dominis pradiorum reliquisse, Zedrinus Nicephorum advenisse, Lampridius Alexandrum, si multi inventi fuissent, inventoribus officiales suos adjunxisset, Spartianus Adrianum, si quis in suo reperisset, domino totum, si in alieno, domino dimidium de disse, si in publico, dimidium fisco. Gajus eundem, si quis in religioso loco invenisset, inventor totum.*

Calli

Calliſtratus fratres Imperatores dimidium fiſco, (quod & Fridericus probavit,) Codex Theodoſianus Conſtantinum etiam, ſi quis in ſuo inveniffet, fiſco dimidium, Gradianum, Valentinianum & Theodoſium, ſi quis in alieno reperiffet, domino quadrante. Deniq; pependit res omnis hac ſemper ex arbitrio & libidine Imperatorum.

IX. Admodum laudatur humanitas Nervæ Imperatoris præ aliorum Imperatorum immanitate & avaritiâ. Scripſerat Atticus Nervæ, ſe inveniffet domi ſuz theſaurum, & quærebat, quid de eo faciendum juberet, reſcripſit Nervæ: *utere eis quæ inveniffi.* Cum Atticus non acquieſceret, ſeq; magnitudine inventi theſauri ſuperari ſcriberet, etiam hoc addidit: *abutere igitur invento, quod tuum eſt, uti refert Philoſtratus, lib. 2. de vit. Sophiſtarum, in vitâ Herodis.* Aliquando enim quaſtionibus ſubjectos fuiſſe inventores, patet ex *l. 1. 2. & 3. C. Theodoſ. b. 1.* ſed quod deteſtantur ibi Imperatores, inventoribus haud parum benigniores, nec invidi. Ad eundem modum laudat Baptiſta Fulgoſus Perſarum Regem, cui per Syriam iter facienti cum arator ingens pecuniæ vas, quod arando invenerat, obtuliſſet, ac Regis Comites omnes id fiſco inventum dicerent, ipſe audiens non Patris ſui, Roma-

norum Principum effigiem in eâ impreſſam, eam renuit, dicens: *Si hac pecunia majorum meorum non eſt, aratori eam relinqvamus, ad quem DEUS eam retulit.*

X. In fluctuantibus verò iſtis & variantibus juris diſpoſitionibus placuit Juſtiniano ſententia Divi Adriani, qui naturalem æquitatē ſectus dicitur, h. e. regulam juris naturæ ſive gentium, de rebus, quæ nullius ſunt, occupanti concedendis. Sed is tamen limitationes quasdam addit, quas Aelius Spartianus quaſi in compendio refert his verbis: *ut ſi quis in ſuo reperiffet, ipſe potiretur: ſi quis in alieno, dimidium domino daret: ſi quis in publico, cum fiſco æqualiter partiſsetur.* Paulo plenius Juſtin. *ſ. 39. de R. D.* Theſauros, quas quis in loco ſuo invenit. Divus Hadrianus naturalem æquitatem ſecutus ei conceſſit qui eos invenit. Idemq; ſtatuit, ſi quis in ſacro aut religioſo loco forſiſſo caſu invenit. At ſi quis in alieno loco, non datâ ad hoc operâ ſed fortuito invenit, dimidium domino ſoli conceſſit, & dimidium inventori. Et convenienter, ſi quis in Caſaris loco invenit, dimidium inventoris, & dimidium Caſaris eſſe ſtatuit. Cui convenienter eſt, ut ſi quis in fiſcali loco, vel publico, vel civitatis invenit, dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci vel civitatis. Eadem fuit ſententia Leonis

Imperatoris, cujus proinde constitutionem Codici suo inferuit Justinianus, *sub tit. 15. lib. X.*

XI. Pleriq; interpretes statuunt olim fodiendorum retinendorumque thesaurorum facultatem etiam in suo fundo à Principe impetrari debuisse, alioquin, quicquid inventum fuisset, in commissum cecidisse. Illud ego de retinendis thesauris lubens admitto, sed quod fodere prius non licuerit, quam potestas data fuisset à Principe, id nullo planè fundamento niti videtur. Quod enim in Leonis constitutione dicitur, superfluum esse hoc precibus postulare, quod jam lege permissum esset, id ad usum & acquisitionem thesauri jam inventi pertinet, idq; patet ex eo, quod *DEI beneficium*, (uti thesaurus ibi vocatur) dici nequeat, quod nondum inventum est, nec *liberalitas* commodè appelletur, quando nullum adhuc præstò est lucrum. Et in *l. 1. pr. ff. de jure fisci* de thesauris dicitur, tum demum ad fiscum fieri debere nunciationem, *quando quis thesaurum invenerit*. Ex quo sequitur, non tam fossionem impetrari debuisse à Principe, quam thesaurum ipsum per fossionem inventum.

XII. Quantamcunq; verò humanitatem in concessione thesauri inventi exercuerunt Principes, magicis tamen artibus inventores uti

noluerunt. *Dummodo*, inquit Leo Imperator in *d. l. un. sine sceleratu ac puniendis sacrificiis, aut alià quâlibet arte, legibus odiosa &c.* In sacrificiis ejusmodi non pecudes tantum, sed etiam homines mactatos fuisse notat Franciscus de Amaya, *ad b. t. n. 14.* Quibus alii verò artibus uti soleant Magi in inventione thesauri, disci aliquo modo potest ex Carpzovii *praxi crim. q. 50. n. 41.* Et ex hac Leonis constitutione rectè illustrat Thomas Hurtado, *tr. 5. res. sol. 24. n. 240.* propositionem vulgarem, non esse facienda mala, ut inde eveniãt bona. Etsi enim bonũ sit invenire thesaurũ, & hinc *DEI beneficium* dicatur ab Imperatore; si tamen magicæ artes adhibeantur, respicimè totq; inventionis actus corrumpitur, & quod à DEO expectandum est, insanã libidine à Diabolo expetitur. Unde Thomas Aqv. rectè statuit, quod *nulla utilitas esse potest, pro quâ aliquid faciendum sit, quod in DEI vergat injuriam, quod contingit, quando illud quod ipseus est non ab ipso queritur, sed cum ejus adversario foedus inicitur*. Et rectè adeò non aufertur tantum ei, qui magicis artibus usus est, thesaurus inventus, sed & poenã afficitur, quam promeruit.

XIII. Quid enim verò nunc dicamus de virgulâ Mercuriali seu divinatoriã, pro explorandorum metallorum

lorum conditione adhiberi ſolita? Non una omnium eſt ſententia. Qui ad qualitates occultas confugiunt, valde ſe torquent in reddendis rationibus, propter quas qualitas illa non ubiq; & apud omnes ſe exferat. Hinc adeo ſunt alii, qui omnem illum effectum pacto alicui implicito cum dæmone adſcribunt. Sic enim ait Athanaſius Kircherus notio-
*nominis Jeſuita in mundo ſubterr. lib. 10. ſect. 2. cap. 7. Uti Naturæ rerum hiſce ſuperſtitioſis circumſtantiis ad agendum non indiget: ita quoq; ſua-
 pte ſponte oſtendunt hujus artis Ma-
 giſtrum alium non fuiſſe, niſi Satana-
 nam, quæ homines auro, divitiisq;
 plus æquo avidos in ſua retia trahere
 cum ultimâ animarum ruinâ ſataga-
 gat. — Unde paſſim à peritiis & timo-
 ratis teu magica illaſionis ex quo-
 rumq; tandem pacto introducta dia-
 nitas reſpuitur: neq; enim ulla ra-
 tio dari poteſt, cur virga bifurcata,
 utroq; cornu ſermiter apprehenſa, et-
 iam omni magico pacto excluſo, tan-
 tam tamen violentiam à vaporibus
 metallicis ſuſtineat, ut eam deorſum
 trahant. Certè ego ſapius hujus rei
 ſupra metallica corpora auri & ar-
 genti experimentum ſumens, ſemper
 ſe me à fruſtratus ſum. Atq; luculen-
 ter adverti, manifeſtam eſſe non dæ-
 monis, ſed virgam tractantis illaſio-
 nem dum imaginationis diſceptis
 putat, virgam ad metallum ſua pte*

*ſponte vergere, cum ipſe eam inad-
 vertenter decorgeat. — Siquidem
 fieri non poſſe puto, ut virga non aequi-
 librata ſed violentè torta latentia
 metalla tantam & tam ſubitanam
 vim imprimant, ut illa ultro ſe ad ter-
 ram usq; inclinare cogatur, &c. A-
 pertius alii ad pactum implicitum,
 uti dixi, referunt. Ego hic nihil de-
 finio, cum præfertim ab Amico ad-
 monitus aliquando fuerim, ne quid
 temerè ſtatuere. Atq; ille, cum in
 Academiâ primùm virgulæ hujus
 effectum proſus rejeciſſet, ad re-
 giones metallicas poſtquam pro-
 motus fuerat, ſententiam mutavit,
 quotidiè ſecum admirandas ejus vi-
 res perpendens, quas ante contem-
 plerat.*

XIV. Ut de acquisitione inventi theſauri, quæ reſtant, expediamp; di-
 ximus, jure Juſtiniano theſaurum
 in loco proprio inventum totum ce-
 dere inventori, ſive iſtâ caſu invento
 fuerit, ſive datâ operâ & ſive ipſe in-
 venerit, ſive alius ejus nomine ad
 hanc rem ſpecialiter conductus.
 Quod ſi enim mercenarius ad hoc
 conducto nō fuerit, ſed aliud egerit,
 & fortuna ipſi theſaurum dederit,
 dimidia ejuſ theſauri pars inventori
 mercenario debetur. De hoc tamen
 quæritur, annon poſſit tertius ali-
 quis ſuo nomine in fundo alieno ex
 permiſſu Domini theſaurum quærere,

ita ut Domino volenti nihil ex eo thesauro acquiratur? Id negant nōnulli propter verba Leonis Imp. in d.l.un. *In alienis verò territorialibus memo audeat invidis, imò nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari.* Ex quo conficiunt, esse quidem Dominis permissum, in suo fundo abditas opes quærere & perscrutari, at aliis id permittere dominos non debere, nec posse. Ant. Perez. ad d.l.un. n. 4. Rationem tamen diversitatis vix est, ut factis congruam reddant, quanquam eà de re valde sollicitus sit Franciscus de Amaya, d.l.n. 37. seq. Potius igitur est, ut cum Dionysio Gothofredo legamus *nec sine non volentibus*, omis- sã particulã imò. Sic enim melius coherent, quæ de invitis & ignorantibus dominis statuuntur.

XV. Quia verò thesaurum, in loco proprio inventum, inventori totum cedere diximus, nihil sanè referet, quanto quis tempore dominiũ fundi habuerit. Quapropter si quis hesternodie ex empto fundum traditum acceperit, ac hodiè in eo thesaurum inveniret, dicerem ego, thesauri nullam omninò partẽ ad venditorem pertinere, sed totũ emptoris esse, non quia eum emit, sed quia invenit, arg. l. 67. ff. de R. V. Petr. Nic. Mozzius, tit. de empt. vend. c. de natural. empt. vend. n. 36. Nec distingvo,

utrũ sciverit emptor thesaurũ illic reconditum esse, an ignoraverit, quicquid in contrariũ disputet Franciscus. Connanus, l. 3. c. 4. n. 4. Nec enim dolus objici potest emptori, quia venditor nullã in re est fraudatus, quippè qui possessionem thesauri nunquam habuit. Nec potest proinde venditor se ultra dimidium iusti pretii læsum dicere, ac remedium, l. 2. C. de rescind. vend. intentare, cujuscunqve thesaurus fuerit quantitatis. Aliter ex sententiã Apollonii Thianci controversiam hæc de re inter emptorem & venditorem ortam diremit Abræores in Indiã Rex, referente Philostrato. Apollonius enim consultus à Rege ita respondit: *Tu verò optime judicaturus videris, si ita cogitaveris, Diis eos primo cura esse, qui cum virtute philosophantur; secundo, qui minime peccant, & nullam cuiquam injuriam inferno student. Tribuunt enim Philosophis, ut divina humanaq; rectè noscant; aliis autem bonis, quæ sunt ad victum necessaria, ne inopiã coacti injusti fiant. Videatur ergo mihi optimum, à Rex, istos anquã in librã suspensos examinare, & utriusq; vitam diligenter inquirere. Etenim non existimo, Deos huc terram auferre, nisi malus sit: neq; rursum Thesaurum illi dare, nisi sit venditore meritor.* Quare cum Rex utriusq; vir

eam diligenter expendens, venditor rem hominem superbum, Deorumq; contemptorem esse intelligeret, emptorem vero hominem justum & Deorum cultorem esse audiret, secundum eum sententiam dedit. Sed hæc ratio decidendi præsupponit, DEUM ita irasci impiis, ut nulla omnino eis conferat beneficia, secus atqve informati sumus, qui verum DEUM colimus, ex *Psalm. LXXIII, 23. 4. Ps. CXLIV, 12. Jerem. XII, 1. 2. 3.*

XVI. Quid si thesaurus in alieno fundo inventus fuerit, interest, utrum casu inventus ille sit, an datâ operâ questus? Hoc ultimo casu totus reddi jubetur Domino fundi, *d. l. un. Ratio est, quia ad thesaurum perveniri non potest sine effossione & damno fundi. Aliena autem effodere sine permisso Domini, inq; iis latentes rimari opes vetitum. Arn. Vinn. ad d. §. 39. Inst. de R. D. & ut coercetur cupiditas alienis inhiantium. Ant. Perez. C. de thes. num. 2.* Prior autem casu thesaurus pro dimidia sit inventoris, altera dimidia conceditur domino soli. Ratio hujus distributionis videtur ex probabili utriusqve allegatione pronantasse, quia scilicet uti pro inventore dici poterat, thesaurum, ut rem nullius, totum ei cedere debere: ita vicissim pro domino militat, tum quod ad eum omne detrimentum

atqve periculum, & sic etiam omne commodum pertineat, tum quod thesaurus ille à majoribus suis profectus sit, tum denique, quod fundi, in quo tanto tempore asservatus est, quodammodo beneficium sit. *Vinn. d. l.* Equissimum ergo visum est, rem per medium dividere, & utriusque partem dimidiam assignare.

XVII. Atq; hinc, si inventor thesaurum occultaverit, eum in finem, ut totum ipse solus lucratur, poterit is poenâ arbitrariâ coerceri. *Carpzov. p. 2. cons. 53. def. 7.* Sed & si minorem quantitatem professus fuerit, & fraudis hujus qualiscunque suspicio præstet sit, poterit is ad juramentum adigi, aliquando etiam, si tam levis fuerit, & de perjurio committendo suspectus, torturæ subjeti. *Carpzov. def. seq.* Sic enim responderunt *Wittebergenses nostri mens. Sept. anno 1608. apud Berlichium, p. 2. concl. 66. num. 34.* Hat sich euer Nachbar H. T. öffentlich gerühmet / daß er auf etwen eigenen Acker einen ansehnlichen Schatz gefunden / auch solches vor Gericht gestanden; Ob num wohl ermet der H. T. bey seinem Epde und Ehrlichen Gewissen bezengen wil / daß er nicht mehr / denn nur 600. fl. auf euren Acker ausgegraben habe; Dennoch aber / und die weil Ihr in einer Frage berichtet / daß H. T. sich einer groß

größern Summa gerühmet / und Ihr
ausführen könnet / daß er eine unbe-
glaubte / und im Schwehren leichtfertige
Person sey / so ist er zur eydlichen Be-
theuerung nicht zuzulassen / sondern
kan / zu bezeugen des gefundenen Gel-
des / wie viel es gewesen / von der hohen
Obrigkeit des Orts durch eine scharffe
Frage wohl angehalten werden / B.
N. W. Quod si ita quis de occulta-
tione facta convictus fuerit, voluit
eum Leo Philosophus, *Novell. 51.*
thesauro invento prorsus privari,
jusitq; beneficium istud ut Domi-
no loci soli cederet.

XVIII. Ex eadem Novellâ disce-
re licet, quantum mutata fuerit ad
Leonis usque tempora Jurispru-
dentia Justiniana, quibusq; ratio-
nibus inductus ille fuerit, eandem
ut revocaret, & restitueret. *Verum,*
inquit, *perversa cupiditas haud scio,*
quomodo illa circumscripta, iniquoq;
lucro fisco donato illi in hunc usq; di-
em inventum thesaurum attribuit,
legemq; odiosam reddidit. At, quid
hinc contingit? Qui alicubi recon-
ditos latere thesauros sciunt, dum
alios laboribus suis gavisuros, se au-
tem frustra à illos subituros, quin & in-
terdum acerbis examinationibus sub-
jiçciendos considerant, illos investiga-
re negligunt: itaq; in perpetuum re-
condita manet, & pereunt, quæ in lu-
cem producta, magnam hominibus

erant utilitatem allatura, &c. Quam
autem in eadem Novellâ recondi-
tæ pecuniæ rationem reddit Leo,
quod scilicet nonnulli ita in DEUM
ingrati, ergaq; communem hominum
cognitionem commiserationis expe-
tes sint, ut non modò non benignam
manum egentibus prabeant, verum
etiam tanquam Solis radiis terricos
thesauros suos aspicere invidiant, &
in terram illos defodiant, eam oppi-
dò rarò subesse existimo. Finis enim,
propter quem recondi solet pecu-
nia, præcipuus & maximè fre-
quens videtur ille, ut salva ea sit à
militum & furum insidiis, ut vè sua
tempore in usum revocari possit.
Nec enim facilè quenquam tam in-
vidum fore, existimo, ut post mor-
tem suam facultates suas à terrâ po-
tius velit possideri, quam ab aliquo
hominum.

XIX. In quampluribus verò lo-
cis invaluit consuetudo, & adhuc
obtinet, ut si repertus fuerit thesau-
rus, sive in alieno, sive in proprio
fundo, Princeps eum sibi vindicet,
sive totum, sive partem ejus. Id ve-
rò jus ex eâ potissimum ratione de-
fenditur, quòd, cum Principibus
bona quædam debeantur, unde di-
gnitatem suam sustinere, & Rempu-
blicam tueri queant, optimâ ratio-
ne ab illis rebus initium fiat, quæ
nullius esse putantur, quæq; sine cu-
jus-

jusqum damno tribui poſſunt. Et hæc namqve ex cauſâ Theodoricus, Gothorum Rex, theſauros, quocunqve loco repertos, publico vendicari juſſit. Sic enim ſe habent verba apud Caſſiodorum, *6. var. 8.* in formulâ Comitivæ rerum privatarum: *Depoſitiva quovq, pecunia, quæ longâ vetuſtate competentes dominos amiſerunt, inqviſitione tuâ noſtris applicantur arariis, ut qui ſuacunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre. Sine damno ſiquidem inventa perdit, qui propria non amittit.* Et hæc quidem conſuetudo ex adductâ ratione utcunqve ſuſtinetur, quæ tamen majorem ex ſe æqvitatem promanare faciet, ſi pars theſauri aliquota inventori relinqvatur, ne ſcilicet prorsus intercidat beneficium iſtud, & donum DEI, uti theſaurus vocatur, quod inventori contigit.

XX. In Conſtitutionibus Siculis ſive Neapolitanis *lib. 1. tit. 58.* habetur lex Friderici II. Imperatoris, quâ jubet fiſco ſuo inferri theſauros inventos, & pecuniam abſconſam ab aliquo, quorum domini per probationes dilucidâs reperiri non poſſunt. Similis fuit Conſtitutio Regis Guilielmi, *lib. 3. tit. 31.* *Pecuniam ſi quis invenerit, aurum vel argentum, lapides pretioſos, vel quaslibet res*

alias, quæ ſua non ſint, (animalibus exceptis, de quibus fiat, ſicut præordinatum eſt,) inventor juſticiariis noſtris vel bajulis ipſarum ſtatim oſtendat, & ſine dilatione ipſemet ad magnam noſtram curiam deferat, & aſſignet: alioquin & ipſe furti pœnâ tenebitur. Scire etenim debet unusquisq, inventiones omnes Regni noſtri, quarum dominus non apparuerit, ad fiſcum ſpecialiter pertinere, &c. Sic etiam in antiquis Legibus Scotiæ, quas edidit Joannes Skenæus ſub tit. *Quoniam attachiamenta, cap. 48. n. 5.* conſtitutum legitur: *Et ſic ſunt omnes theſauri ſub terrâ abſconditi, & in aliis locis, de quibus Domini nesciuntur, nec aliquis ponit calumniam de iis, Domini Regis ſunt, & dicuntur fore Eſcheta ipſo jure. Sed ſi conſtiterit, quorum fuerunt theſauri tales inventi non debent Eſcheta cenſeri.* Eſcheta, uti in margine explicat Skenæus, eſt verbum Gallicum, q. d. cadentia, casualitas, & pertinet ad dominium ex alterius, veluti vaſalli ſui, caſu & delicto. Eodem jure Scotico occultatio theſauri fraudulenta refertur inter cauſas criminales ſpectantes ad coronam Domini Regis, uti patet ex *lib. 1. Regiam majestatem, cap. 1. numer. 6.*

CAPUT XXI.

De

Jure conferendi insignia.

SUMMARIÀ.

*Insignium antiquissimus est usus. 1.**Imagines olim in scutis. 2.**Familiis sua fuerunt insignia gentilitia. 3.**Non usurpata tamen illa, nisi militibus. 4.**Insignia ab Imperatoribus conferebantur. 5.**Uniformia insignia lites sæpe pepererunt. 6.**Utrum liceat sibi insignia fingere? 7. 8.**Potestas conferendi insignia Imperatori competit, & ex concessione ejus etiam aliis. 9.**Comites Palatini hanc potestatem accipiunt ab Imperatore. 10.**Regula, secundum quas insignia fieri solent. 11.**De arte Heraldicâ. 12.**Etiam in colore cera aliqua constituitur differentia. 13.**Utrum unicuique in sigillis imprimendis liceat uti cerâ rubrâ? 14. 15. 16. 17.**De annulis signatoris. 18.**De adpensione sigillorum. 18.**Sigilla impressa vel metallo vel cera. 19.**Patriarcha plumbeis usi fuerunt sigillis. 20.**Bulla quid? 21.**Duplex cera, aut duplex bulla quid? 22.**Diversimodè facta impressio sigilli. 23.*

I.

REfert Antoninus Tæssaurus, in Senatu Pedemontano Præses Astensis, *decis. 270. num. 33.* propositam aliquando inter epulas à Serenissimo Duce Sabaudiaë Carolo Emanuele hanc quæstionem, fueritnè antiquitus, durante præsertim Romanâ Republicâ, armorum atq;

insignium aliquis usus, & talis quædem, qui familias à familiis separaret, & agnationum antiquas nobilitates præ se ferret? Et hæc de re, ut fieri solet, quando ex ruderibus præscarum gentium eruenda sunt monumenta, diversas illicò natas fuisse sententias: alteram eorum, qui fl

tu

tuisſent, imaginum quidem & ſta-
tuarum multam reperiri in libris
veterum memoriarum mentio-
nem, armorum verò & inſignium
talium, quæ familias diſcernerent,
planè nullam; alteram autem dire-
ctò contrariam, & ab ipſo Teſſauro
eruditè enucleatam, frequentem
ipſorum etiam inſignium & armo-
rum talium olim fuiſſe uſum, & e-
jus rei non obſcura paſſim inveniri
veſtigia.

II. Sanè antiquiſſimis temporibus
ſcuta & clypeos certis inſignibus or-
natos fuiſſe, Heſiodus teſtis eſſe po-
teſt, qui ſcutum Herculis hunc in
modum deſcribit:

*At manibus clypeum accepit, va-
rium totum, quem nemo
quvisquam*

*Neq; perrupit jaciendo, neq; com-
minuit, mirum viſu.*

*Nam totus quidem circumquaq;
gypſo, candidoq; ebore,
Etelectro lucidus erat, auroq; ful-
gido*

*Splendens, cœruleis plicis fulgo-
rem interfecantibus.*

*In medio autem draconis erat ter-
ror, baudquaqvam effa-
bilis, (ens.*

*Retrò oculis igne lucentibus tu-
Cujus & dentibus quidem reple-
tum erat os candidanti-
bus, &c.*

Et hinc ſcilicet clypei vocabulum
derivat Plinius, ἀπὸ τῆς γλύφου, ſcil.
quia ſculptæ in illis erant imagines:
Scutis, inquit, *quolibet ad Trojam
pugnatum eſt, continebantur imagi-
nes. Unde & nomen habuere clypeo-
rum, non ut perverſa Grammatico-
rum ſubtilitas voluit à cluendo.* Ple-
ni ſunt Poëtarum commentarii iſti-
uſmodi exemplis imaginum, in ſcu-
tis ſculptarum aut pictarum, Et cæ-
laturæ quidem iſtius cauſa fuit sæ-
piùs militum ἀλαζονεία, atq; arro-
gantia. Glorioſi enim milites ani-
mi ſui magnitudinem diverſis ima-
ginibus ſignificare ſolebant, quos
proindè perſtringit apud Athenæ-
um, *lib. 9.* Poſidippi coquus, quòd
qui in militiâ clypeos ſculpturis ter-
ribilioribus inſigniant, haberi à
vulgo ſoleant omnium ferociſſimi,
cùm sæpiùs meri ſint lepores. Αλα-
ζονείαν iſtam deſcribit Æſchylus, in
Thebaide, unus omnium apertissi-
mè: depingit & Euripides, in *Pœ-
niſſis*, aliiq; plures.

III. Nec tamen quisque ſemper
ſuo indulgebat ingenio, aut ex pro-
pria inventionione ſuum ſibi fabrica-
bat clypeum, quin plurimi majo-
rum ſuorum inſigniis uti malebant,
& glorioſum ducebant, avorum
merita ſuis augeri, & utraq; ſic
magis magisque inclareſcere. Ita de
Aventino Virgilius, *lib. 7. Æneid.*

H h h h h h 2

Vi

*Victoresq; ostentat equos, satus
Hercule pulchro
Pulcher Aventinus clypeoq; insigne
paternum,
Centum angves, cinctamq; gerit
serpentibus hydram.*

Sic etiam Ovidius, *lib. 1. metamor-
phos.*

*Sumserunt ignara Theseus data po-
cula dextrâ,
Cum pater in capulo gladii cogno-
vit eburno
Signa sui generis facinusq; excus-
sit ab ore.*

Ex quibus verbis colligi utcunqve potest, jam eo tempore gentilicia quædam fuisse insignia in usu, quibus à se invicem distinctæ fuerunt familiæ, nec recens adeò id esse inventum, aut nudius tertius demum receptum, licet negari fortè nequeat, majorem hodiè in illis retinendis adhiberi sollicitudinem majoremq; curam. Quod si verò noviter quis olim militiæ nomen dederat, nec peregisset adhuc quicquam, quod gloriâ aliquâ dignum esset, nec haberet ex majorum meritis, quo ipse se ostentaret, albo tùm clypeo utebatur, uti colligitur ex hoc Virgilio versu, *lib. 9. Æneid.*

*Ense levis nudo, parmâq; inglorius
albâ.*

IV. Et hinc verò petere atqve deducere licet originem insignium qualiter in scutis primum & clypeis deinceps etiam in sigillis usurpan cœperunt, quoniam, quod sigilla attinet, ea non videantur hæditaria fuisse. Ex historiâ enim Monasterii Reomacensis refert Claudius Salmasius, *in Specimine confutationis animadversionum Desiderii Heraldici de subscrib. & sign. rest. cap. 32.* sub antiquo diplomate Hugonis III. Burgundiæ Ducis, reperiri utriusque ejus filii Odonis & Alexandri subscriptionem, sed Odonis, quia miles fuit unâ cum subscriptione sigillum. Et caruisse adeò putat hoc privilegio sigilli filios familias nobilium, eò quòd nondum consecuti fuerint equestrem dignitatem, sed subscripsisse tantum; jure verò sigilli adepti sigillum istud adposuisse sæpius sine subscriptione. Quæ res facit, ut putem, ne quidem paternis insignibus uti in clypeis licitum fuisse filiis, nisi ipsi etiam militiæ adscripti fuerint. Et observat Carolus du Fresne, *in glossar.* sigillum tùm primum sibi adscivisse viros nobiles, cum suæ ætatis essent, hoc est, annum ætatis vigesimum primum attigissent, quia tùm militare cingulum consequèbantur, & hanc adepti ætatem milites fieri solebant.

V. Et

V. Et si autem antiquitus unicuique insignia sibi fingere, eaque immutare pro lubitu, liberum fuerit; receptum tamen est ultimis hisce aliquot seculis, ut, quemadmodum nobilitas à solo Principe conferri solet, ita etiam ab eo insignia, nobilitatis scilicet *remunera* accipiantur. Quod, quando primum invaluerit, oppidò difficile erit evulcare. Probabile est, solitos fuisse eos, qui strenuè rem gessissent in acie, aut aliàs fortiter hostiles impetùs sustinuisissent & profligassent, ab ipsis Imperatoribus singulari aliquo præmio donari, quod in signe & argumentum esset specialis cujusdam honoris; quo excitati deinceps alii, ut simile aliquod præmium mererent, ad similia facta animos firmarent. Et fuisse sanè præmia illa non preciosa semper ex auro & gemmis confecta, sed leviores sæpè res, & abjectas & nullius pretii, ostendunt coronæ civicæ, obsidionales, navales ex quercu, lauru, aut gramine factæ olim dari solitæ. Sufficiebat scilicet, externo aliquo quocumque signo notari virtutem, & ex eo conspicuum reddi, qui reliquos belli gloriâ & virtute superasset. Insignia ista armis & clypeis deinceps inserta sunt, ut perpetuum esset egregii facinoris documentum. Et quia tales præ ceteris in honore ac precio

erant, factum inde, ut non æstimerentur insignia aliorum, nisi à manu Imperatoris simili modo venissent.

VI. Inde verò factum est porro, ut non modo à plebeis per insignia istiusmodi distingverentur nobiles, sed etiam inter sese; cum non uniusmodi illa essent, sed diversæ formæ & constructionis. Hinc adeò volunt, eum, qui alterius insignia usurpat, non prohiberi tantum id posse, sed etiam, si dolo malo fiat, de falso teneri. Prosp. Farinac. *quest. 150. n. 80.* Nec unis vicibus lites inde exortæ sunt, si quando uniformia visa fuerunt arma & insignia. Et notum est ex facetiis duorum inter se litigium, quod uterque caput bubulum pro insigni haberet, qui quidem ad manus & arma venissent, nisi à tertio interveniente reconciliati hâc ratione fuissent, quod alterius insignia caput tauri, alterius verò caput vaccæ gererent. Negat tamen Petrus de Andlo, *de Imp. Rom. lib. 2. c. 14.* competere potestatem prohibendi, si nihil omnino intersit, nec aliqua inde resultet læsio.

VII. Cæterum communis est Doctorum sententia, licere unicuique sibi pro arbitrio arma & insignia fingere atque fabricare, dummodo id non fiat ad æmulationem aut in

injuriam alterius; nihilominus, si qua contentio de illis oborta fuerit, semper debere præferri ea, quæ à Principe data & impetrata fuerunt. Negat tamen Bartholomæus Chassanæus, *catal. glor. mund. part. 1. consid. 38. conclus. 28.* unicuique in eligendis insignibus suum arbitrium esse relinquendum. Non enim concedendum id esse aut villanis seu rusticis non habentibus aliquam præminentiam aut dignitatem; nec enim licitum esse talibus portare scuta, in quibus sunt arma & insignia sculpta aut picta. Et hinc truffari, hoc est perstringi villanos à nobilibus, cum dicitur, arma sunt villanorū, quia sumta sunt ad placitum. Et certè si rusticus aliquis talia sibi velit formare insignia, quæ nobilibus sunt in usu, jure id poterit prohiberi, cum absurdum sit, eum, qui ad stivam natus est, certis insigniis, nobilium more, ab aliis ejusdem fortunæ hominibus distingvi, cui tamen merchas, utri vocant, & signa, quibus signare supellectilem & operas suas queat, nemo fortè invidabit.

VIII. Sed nec aliis quidem temere sibi hodiè licet eligere & fabricare insignia, præsertim postquam concessio eorum inter reservata

Imperatoris numerari cœpit. Neg; adeò probari simpliciter potest, quod statuunt Doctores, liberum in eâ re cuilibet privato esse arbitrium. Inter privilegia, quæ Comitibus Palatinis conferri ab Imperatore solent, sæpè etiam invenitur illud, ut possint de insigniis, quibus privati utuntur, inquirere, iisdemque eos privare. *Noch weiter geben wir N. N. Gewalt und Vollmacht / über aller und ieder / wes Würdens oder Wesens solche senn / Wapen / Schild und Helm Erkundigung einzuziehen / aus was Ursach / indult und permission eines oder anders von ihnen geführt / examen zu halten / und da einig falsch oder unrecht erwiesen / oder sonst kein beweislicher Titel von ihnen / solch Wapen zu führen / erlaubt / bengebracht werden kan / die Verbrecher nach Gestalt und Größe der excess ernstlich zu rechtfertigen / ihnen ihre Wapen zu nehmen / und zu cassiren / darzu denn ihme N. N. alle und iede Obrigkeiten / wo er derselben Beystand anrufen würde / Beförderung / Vorschub und Hilfe erweisen sollen : ohnverhindert aller gerechtfamen Gewohnheiten / Privilegien / so darwieder von iemand vorgewand werden*

werden möchten / welchen wir auch hiermit aus Kaiserlicher Autorität und plenipotenz per expressum derogirt haben wollen / &c.

IX. Dixi potestatem concedendi insignia referri inter reservata Imperatoris, sed quam ipsam tamen Imperator etiam aliis ex liberali gratia communicare solet. Nec ausi fuerunt olim Principes Germaniae insignia alicui conferre, nisi eam ab Imperatore potestatem accepissent. Ejus rei ut fidem faciam, adducam diploma, quo Fridericus III. Elector Saxoniae Anno MDVIII. Lucas Cranachius insignia contulit, cujus haec sunt verba: Von Gottes Gnaden wir Friedrich / Herzog zu Sachsen / des Heil. Römischen Reichs Erzherszog und Churfürst / Landgrafe in Thüringen / und Marggrafe zu Meissen / Römischer Königl. Majest. und desselben Reichs Stadthalter General / bekennen mit diesen unsern Briefe / und thun kund allermänniglich: Nach dem wir von dem Allerdurchlauchtigsten / Großmächtigsten Fürsten un Herrn / Hn. Maximilian / Römischen König / zu allen Zeiten Nach-

rer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / zc. Könige / Erzhertzen zu Oesterreich / Hertzen zu Burgundien / zu Brabant / und Geldern / zc. und Pfalzgrafe / zc. unsern allergnädigsten Herrn / unter andern sonderlich begnadet seyn / Wapen zu geben / nach besage seiner Königl. Majest. Briefe / des Datum siehet also: *Datum in civitate nostrâ Imperiali Augustâ d. 8 mens. August. 1500. regnorum nostrorum, Romani XV. Hungari vero XI.* und lautet der Artickel der Begnadung also: *Præterea ex præfatâ nostrâ Regiâ autoritate damus & concedimus plenam & omnimodam exertâ nostrâ scientiâ motuq; proprio potestatem quod possis & valeas in provinciis tantum & jurisdictione Ducatus tui & terrarum tuarum hereditariarum universis personis, quæ sub dominio & jurisdictione tua, & à te ad hoc idoneæ, honestæ, habiles & virtutibus insignes, ac claræ repertæ fuerint, super quibus conscientiam tuam oneramus, concedere, dare atque largiri, ac galeas cristatas, insignia armorum & jus deferendi, eisqve omnia alia & singula privilegia, jura, immunitates, honores, consuetudines & libertates dare atq;*

con-

conferre, ut eis dem uti, frui, gaudere & latari possint, quibus cateri idem armorum jus à nobis nacti hætenus freti sunt, seu quomodo libet patiuntur consuetudine vel de jure decernantur & hoc regio statuentur edicto, quod hujusmodi per te privilegiandi & eorum beredes, sed ad eos etiam privilegium extendere volueris, ac heredum beredes seriatim in perpetuum clypeos, arma & insignia qua per te illis conferentur, habere deferre ac gestare, illisq; in omnibus & singulis, honestis decentibusq; actibus & expeditionibus à serio quam joco, prelio, duello, singulari certamine, bastiudis quibuscunq; pugnis cominus eming, vexillis, tentoriis, signis, sigillis, monumentis aedificiis, supellectile & aliis in locis omnibus, prout eorum voluntas ac desiderium requisiverit aut necessitas exegerit, uti ac frui possint & debeant, aptiq; sint & idonei ad ineundas & recipiendas omnes prerogativas, gratias libertates, jura & consuetudines, quibus cateri à nobis & sacro Imperio hujusmodi ornamentis insigniti gaudent & potiuntur absq; alicujus impedimento & contradictione, &c. Als haben wir/ &c.

X. Concedi ea potestas ab Imperatore etiam solet Comitibus Palatinis, eaque latior quandoq; quandoq; adstrictior, addita plerumq; hæc clausulâ, ut caveant sibi, ne insigne Imperii Romani, (aquilam scil.) aut aliorum Principum, per potestatem hanc concessam conferant: Doch solle gedachter N. sein fleißig Aufssehen haben / daß er / in Krafft dieser unserer Kaysersl. Freyheit / unsern Kaysers, oder Königlich-chen Adler / auch anderer Fürsten / Grafen oder Freyherrn alt erblich Wapen und Kleinod / auch iemands / wer der wäre / eine oder mehr Königliche Krohn auf den Helm / noch sonst nicht verleihen / welches wir uns hiermit vorbehalten haben wollen. Aliquando potestas ea ad certum numerum restricta est, ne ultra quatuor aut quinque honestis & virtute conspicuis Viris quotannis insignia conferantur; cujus limitationis hic præcipuè scopus est, ne liberalitate Comitum Palatinorum nimia potestas ea vilescat, utve ipsi circumspectè agant, suisve ne abutantur privilegiis.

XI. Ex varietate scutorum, galearum, metallorum, aliorumque

que ornamentorum, certæ tandem constitutæ sunt regulæ, quibus in artis formam redigi cœpit curiosa de insignium ratione subtilitas. Tot, inquit alicubi Erycius Puteanus, *regula nata, quot formis dividi, decussari, obliquari arca scuti potest, quot fascias, rarias, limbos, quot palos, vectes, capreolos habet, quot turres, ades, castella; quot undas, nubes astra; quot aves, pisces, quadrupedes; quot ungues, dentes, cornua, quot arbores, herbas, flores; quot faces, lampadas, ignes; quot rhombos, plinthis, globos; quot instrumenta, machinas, moles. Videmus & galeam variari, apertam & clatrata, nunc rectam, nunc versam & obliquatam, nunc sero redimitam, coronâ cinctam, fastigio turbinatam. Etiam à metallo hic dignitatis pretium est; & excellit, quod maximè avaritia estimat, quodq; igni à Pindaro comparatur, &c.*

XII. Ars ipsa dicitur Haraldica, quæ cum diu hætenus neglecta fuerit, nunc demum per ejus Cultores reviviscit quasi, & pristinum recipit splendorem. Dici autem non potest, quibus regulis, quibusq; observationibus & quantâ curiositate ea suos occu-

pet amatores. Animalia, aves, bestias, pisces, formare nõ licet pro cuiusq; lubitu, neq; colores jungere pro arbitrio cuiusq;ve, sed in omnibus istis certa aliqua observanda sunt principia, quorum nonnulla refert Bartholomæus Chassanæus, *catalog. glor. mund. part. 1. consid. 38.* eoq;ve pertinent versus, quos recenset Antonius Tessauros, *d. decis. 270. n. 38.*

*E quantumq; il costume
nostro voglia,*

*Che nel compor le armi-
gere diuise.*

*Il metal col metallo non
s' accoglia.*

*Ne color con color giamai
si mise,*

*Pur ei per sodisfar alla
sua voglia*

*Argento con pur oro in
un commise,*

*Dicendo, dica pur chi
vuol, ch'io falli,*

*Ch'io porrò insieme gli ot-
timi metalli.*

Perstringit tamen etiam hanc artem, disciplinarum omnium atque artium censor nimium severus, Henricus Cornelius Agrippa, *de vanit. scient. cap. 81.* ubi de Heraldorum origine nonnulla addit, quæ non ubivis occurrunt. Nos verò nunc properabimus ad alia instituto nostro magis conducentia.

XIII. Pertinet verò huc, quod in nonnullis benè constitutis Rebus publicis receptum est, ut non cuivis promiscuè cujusvis coloris cerà in imprimendo sigillo uti liceat, & pro singulari beneficio Principis habeatur, si quid tale speciatim concedatur. Scribit Johannes Tilius, *de reb. Gall. lib. 2.* *His solis Regibus competit, ut cerà alba obfignent diplomata; Principes verò reliqui obfignant aliis coloribus, ut nominatim ostendunt privilegia duo Renato Sicilia Regi posterisq; ejus, recta lineà descensuris à Ludovico XI. Rege 23. Januarii anno 1468. Et mense Maio 1469. attributa, ut alba cera liceret ipsis obfignare in Regnis Hierosolymorum, Sicilia, Et ditionibus aliis tum in Gallia, tum extra Galliam, &c.* Aliter verò Bodinus, *de Rep. lib. 1. cap. 8.* qui discrimen facit

inter leges perpetuas & edicta temporaria, atque illas cerà viridi ac sericeis vinculis purpurei ac viridis coloris muniri, ad hæc verò nec sericeos funiculos, nec ceram viridem, sed flavam adhiberi scribit. Eiq; ad stipulatur Cardinus Bretius, *lib. 2. de suprema Regis auctoritate.* Qui dubitare faciunt de fide Tili, ceram albam pro flava reponentis.

XIV. Disputatum memini, utrum in Imperio Romano hodiè liceret unicuique, & nobilibus præsertim promiscuè quibusvis, rubrâ cerà uti. Sanè enim fuit aliquando certus aliquis selectus color, quem in promiscuos usus transire noluerunt Principes, sibi vel solis, vel suæ familiæ, vel etiam præcipuis post se Magistratibus eum reservantes. Ita Neoronè interdixisse usum amethystini & Tyrii coloris, refert Svetonius, *in ejus vitæ c. 32.* Ita usum purpuræ Princeps sibi suæque domui receperat, quod videretur eminentiæ ejus adversari, eodem cultu privatos, quo Principem conspici, *l. 3. Et 4. C. de vestib. hofver.* Ad eundem modum etiam in subscriptionibus nominum

cerà

certâ tincturâ utebantur Imperatores, quæ sacrum encaustum dicebatur, confectum ex decocti muricis & triti conchylii ardore, eoque ex constitutione Leonis in *l. 6. C. de divers. rescript.* solis Imperatoribus uti licebat, cæteris omnibus ejus usu, imò & confectio sub bonorum proscriptione & pœnâ capitali interdictum, Pari modo prasinum colorem, magni semper æstimatum fuisse apud Turcas, tum & Græcos Imperatores, notat Wilhelmus Schickardus, *in præem. ad Tarich. Persicum.*

XV. Sed enim prohibitio talis ceræ rubræ, cum nulla omnino extet in Imperio Romano, usum ejus cuivis licitum esse ex vulgari sequitur Juratorum axiomate, quibus permissa esse censentur omnia, quæ non sunt prohibita. Aug. Barbosa *in axiom. lib. 14. c. 25.* Subest tamen alia ratio, quæ de prohibitione, aut re saltem per consuetudinem illicitâ haud vanam præbet conjecturam. Solent enim hodieque Imperatores singularis beneficii & privilegii nomine usum ceræ rubræ exsertis verbis concedere, & hanc potestatem etiam Comitibus Palatinis

à se creatis aliquando conferre; quod certè frustra fieret, si cuivis promiscuè usus ille permissus esset. Privilegium enim aliquid aliud operari debet, *l. fin. C. de inoff. testam.* Nec privilegium dici posset, si cæteris omnibus idem jus competeret jure communi, & sine speciali concessione. Ut maxime igitur denegatus ceræ rubræ usus non possit ad legem aliquam expressam prohibitivam referri, sufficit, per concessionem privilegii tacitè subinnui, reliquis omnibus, quibus privilegium tale aut etiam consuetudo non adsistit, interdictum eum esse, nec posse adeò quenquam, nisi ex concessione aut consuetudine receptâ & inveteratâ ejus esse competentem.

